ÉMILE BURNAT

Catalogue N° 376

Provient de la bibliothèque de
Louis Lereschè † 1885.

64

Liv
d'I
da
Ge
Bu

+QK314
.K6

THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA POPULIQUE SALUTE
1891
LIBRARY

LIBRARY OF
THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PURCHASED 1923 FROM
GENEVA BOTANICAL GARDEN

DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

SYNOPSIS
FLORAE GERMANICAE
ET
HELVETICAE,

EXHIBENS

STIRPES PHANEROGAMAS RITE COGNITAS,

QUAE IN

GERMANIA, HELVETIA, BORUSSIA ET ISTRIA

SPONTE CRESCUNT ATQUE IN HOMINUM USUM COPIOSIUS COLUNTUR,

SECUNDUM SYSTEMA CANDOLLEANUM DIGESTAS,

PRAEMISSA GENERUM DISPOSITIONE,

SECUNDUM CLASSES ET ORDINES SYSTEMATIS LINNAEANI CONSCRIPTA:

AUCTORE

D. GUIL. DAN. JOS. KOCH,

AUGUSTISS. REG. BAV. A CONSIL. AULIC. MED. ET BOT. P. P. O. HORT. REG. BOT. ERLANG. DIRECTOR. ACADEM. REG. SCIENT. MONAC. REG. SCIENT. SUECIC. CAESAR. LEOPOLD. CAROL. N. C. SOCIET. MED. BOT. LONDIN. BOT. RATISBON. ALIARUMQUE SOCIETATUM SODALI.

FRANCOFURTI AD MOENUM
SUMPTIBUS FRIEDERICI WILMANS.
MDCCCXXXVII.

Sectio prior huius operis,
paginas 1 ad 253 continens, iam anno 1835 e prelo
prodiit.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Germania et Helvetia *) terras continent, quae politicis quidem limitibus circumscriptae sunt, sed a natura montium tractibus, maribus, aliisque terminis insignibus a finitimis terris non separantur. Namque, ut alios taceam transitus, sic Austria sensim in Hungariam, regio Rheni inferior in Hollandiam transit. Quam ob situs varietatem diversae regiones diversas alunt stirpes, quibus propriae constituuntur Florulae. Totam autem ditionem, his praeteritis, in tres floras maiores dividere possumus; in Floram Europae mediae, Floram alpinam et Floram istriacam. Flora Europae mediae a radice alpium ad mare balticum et septentrionale descendit. Flora alpina,

---

*) Tabulae geographicae: Deutschland entworfen und gezeichnet von C. F. Weiland, Weimar 1833, et: Die Schweiz oder helvetische Eidgenossenschaft, entworfen und gezeichnet von C. F. Weiland, Weimar 1831, ditionem florae nostrae repraesentant; accessit tantum Alsatia, ut Germania cum Helvetia arctius jungeretur.

AUG 7 - 1923

a montibus juranis incipiens, alpium tractum inhabitat, quae inde ab his montibus ad Hungariam usque, ab occidente versus orientem, ingentibus rupium molibus, in summis jugis nive perenni tectis, partem australem ditionis florae nostrae occupat et declivibus suis meridionalibus Italiam superiorem inque Littorali austriaco Mare adriaticum adtingit. Rarissimis plantarum speciebus haec Flora superbit; sed quae ex his propriae essent declivibus alpium meridionalibus, quae vero septentrionalibus, id hucusque erui nondum potuit. Istria, Ager fluminensis et Insulae finitimae, Cherso, Osero et Veglia, quas regiones jam ex longa annorum serie florae germanicae adnumerare solent botanici, tertiam alunt floram, australiorem scilicet ideoque magna ex parte e plantis florae mediterraneae compositam. Quamquam, quae ex alpium stirpibus ad floram Europae mediae vel quae ad floram transalpinam pertinerent, in opere meo seorsum enumerare non potui, tamen quas plantas Istria et Ager fluminensis peculares alit et quas extra has regiones in ditione florae nostrae botanici nondum invenerunt, eae a ceteris sejungi possunt; has, quo facilius perspicerentur, ad marginem littera J. designavi. Neque ingratum

fore, existimo, si et stirpes, quae Helvetiam solam inhabitant atque in Germania hucusque desiderantur, et eae, quas Germania alit, quae vero in Helvetia nondum lectae sunt, facile perspici possint; qua de causa illas ad marginem littera G., has littera H. notavi; quas autem non designavi, eae tam in Germania, quam in Helvetia occurrunt. Borussiam, et orientalem et occidentalem, cum Germania intimo vinculo junctam, florae nostrae quoque adiunxi. Quum autem sub eodem latitudinis gradu et sub eadem altitudine geographica haec terra sita sit, facile intelligitur, paucas tantum peculiares stirpes istam exhibere posse; has quidem litt. B. notavi. Herbas quoque recepi, quas homines in ipsorum usum copiosius colunt, quarum plures minus cognitae sunt, quam quae ornamenti gratia in hortis coluntur.

Solas eas species recepi, quas rite cognoveram, vel quas, a me quidem visas, sed non satis examinatas, ulteriori observationi commendandas esse existimaveram; omnes, a me non visas, pluresque manu nimium levi exstructas, consulto praeterii, ne certa incertis miscerentur.

Loca stirpium natalia ex ipsis floribus specialibus vel ex herbario meo hausi, et semper in his disponen-

dis extensionem specierum geographicam et tractus, quos sequuntur, ante oculos habui. De Synonymis, etiam scriptorum praestantissimorum, ob angustiam spatii nulla recepi, nisi quae ad illustrandam stirpem conferrent, vel quae nomen, a nomine specifico stirpis diversum, exhiberent.

Quod reliquum est, moneo, Compositarum ordinem jam typis expressum fuisse, quum mihi pars quinta Prodromi systematis regni vegetabilis, a cl. DeCandollio editi, offeretur; sola ex hac causa huius partis nullibi mentionem factam esse, monere sufficiet.

Dispositio generum Florae germanicae et helveticae secundum systema sexuale Linnaeanum.

CLASSES.

I. MONANDRIA. Stamen 1, liberum in flore hermaphrodito.
II. DIANDRIA. Stamina 2, libera in flore hermaphrodito.
III. TRIANDRIA. Stam. 3, libera in flore hermaphrodito.
IV. TETRANDRIA. Stam. 4, libera, non didynama in flore hermaphr.
V. PENTANDRIA. Stam. 5, libera in flore hermaphr.
VI. HEXANDRIA. Stam. 6, libera, non tetradynama in flore hermaphr.
VII. HEPTANDRIA. Stam. 7, libera in flore hermaphr.
VIII. OCTANDRIA. Stam. 8, libera in flore hermaphr.
IX. ENNEANDRIA. Stam. 9, libera in flore hermaphr.
X. DECANDRIA. Stam. 10, libera in flore hermaphr.
XI. DODECANDRIA. Stam. 12, 16, 18, libera in flore hermaphr.
XII. ICOSANDRIA. Stam. 20 et plura, libera, calyci inserta in flore hermaphr.
XIII. POLYANDRIA. Stam. 20 et plura, libera, receptaculo inserta in flore hermaphr.
XIV. DIDYNAMIA. Stam. 4, libera, didynama, nempe 2 aequaliter longiora et 2 breviora, in flore hermaphr.
XV. TETRADYNAMIA. Stam. 6, libera, tetradynama, nempe 2 aequaliter breviora et remotiora in flore hermaphr.
XVI. MONADELPHIA. Filamenta omnia inter se connata, in flore hermaphr.
XVII. DIADELPHIA. Filamenta in phalanges 2 aequales connata, vel 9 connata et decimo libero in flore hermaphr.
XVIII. POLYADELPHIA. Filamenta in phalanges 3 pluresve connata in flore hermaphr.

XIX. SYNGENESIA. Antherae in cylindrum connatae in floribus involucro communi cinctis floremque compositum formantibus.
XX. GYNANDRIA. Stam. pistillo adnata in flore hermaphr.
XXI. MONOECIA. Flores unisexuales, masculi et feminei in eadem planta.
XXII. DIOECIA. Flores unisexuales masculi in una et feminei in altera planta eiusdem speciei.
XXIII. POLYGAMIA. Flores unisexuales hermaphroditis mixti.
XXIV. CRYPTOGAMIA. Stamina nulla; (utriculi oblongi, uniloculares, materia grumosa repleti, organa mascula in muscis referunt. In ceteris plantis cryptogamicis nil simile reperitur.)

ORDINES.

Ordines classium a prima ad decimam tertiam e numero ovariorum, et, si ovarium solitarium exstat, e numero stylorum, stylisque autem deficientibus, e numero stigmatum construuntur. *Monogynia* habet ovarium 1, stylo vel stigmate uno coronatum; *Digynia* ovaria 2, vel ovarium unum cum stylis 2, vel, si styli deficiunt, stigmatibus 2 instructum; *Polygynia* vero ovaria plurima, vel ovarium unum stylis stigmatibusve plurimis. Ordines Classium sequentium in Dispositione generum exponentur vel per se plani sunt.

GENERA.

Numerus, ante nomen genericum positus, indicat paginam operis.

Cl. I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

245. Hippuris. Perigon. constans ex margine obsoleto, ovarium coronante.
Ad hunc ordinem: *Salicornia. Centranthus.*

DIGYNIA.

Ad hunc ordinem: *Calletriche Blitum. Festuca Myurus. Pseudomyurus et sciuroides. Psilurus.*

Cl. II. DIANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Flores incompleti, inferi.

678. Ruppia. Perig. o. Nuces 4.
602. Salicornia. Perig. integrum, rima apertum, excavationi racheos immersum.
680. Lemna. Perig. compressum, integrum, vel margine crenulatum.
Ad hanc subdivisionem: *Fraxini apetalae. Scirpi et Rhynchosporae species. Cladium. Gramina plura diandra in Triandria digynia continentur.*

B. Flores completi, superi.

243. Circaea. Cor. 2 petala.

C. Flores completi, inferi, monocarpi, regulares.

a. Dissepimentum ovarii valvis parallelum.

483. Jasminum. Cor. limbus 5-8 fidus.
482. Ligustrum. Cor. limbus 4 fidus. Bacca.
481. Phillyrea. Cor. limbus 4 fidus. Drupa putamine fragili.
481. Olea. Cor. limbus 4 fidus. Drupa putamine osseo.
482. Syringa. Cor. limbus 4 fidus. Capsula.

b. Dissepimentum ovarii valvis contrarium.

482. Fraxinus. Cor. limbus 4 partitus, vel cor. o.

D. Flores completi, inferi, monocarpi, irregulares.

578. Pinguicula. Ovar. 1 loculare. Cal. 5 fidus.
579. Utricularia. Ovar. 1 loculare. Cal. 2 sepalus.
532. Wulfenia. Ovar. 2 loculare. Antherae reniformes, in patellulam dehiscentes.
517. Gratiola. Ovar. 2 loculare. Antherae birimosae. Stigma bilamellatum.
532. Paederota. Ovar. 2 loculare. Antherae birimosae. Stigma indivisum. Caps. rostrato-acuminata.
524. Veronica. Ovar. 2 loculare. Antherae birimosae. Stigma indivisum. Caps. emarginata.

E. Flores completi, inferi, tetracarpi.

553. Lycopus. Antherae biloculares, birimosae.
553. Rosmarinus. Antherae 1 loculares. Filamenta dente reverso.
554. Salvia. Antherae 1 loculares. Filamenta edentula. Connectivum filamentiforme.

Ad Classem: *Lepidium ruderale.*

Cl. III. TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Flores completi, superi.

339. Centranthus. Cal. limbus denique in pappum evolutus. Cor. basi calcarata.
336. Valeriana. Cal. limbus denique in pappum evolutus. Cor. basi gibba.
339. Valerianella. Cal. limbus dentatus, rarius obsoletus.

B. Flores completi, inferi.

252. Montia. Cal. diphyllus. Cor. uno latere ad basin fissa, limbo quinquelobo.

C. Flores incompleti, perigonium corollinum.

700. Iris. Perigonii limbus 6 partitus, laciniis alternis reflexis.
698. Trichonema. Perigonii limbus 6 partitus, patens, regularis. Stigma laciniis angustissimis recurvis.
698. Crocus. Perigonii limbus 6 partitus, campanulatus, regularis. Stigmatis laciniae sursum dilatatae.

699. Gladiolus. Perigonii limbus 6 partitus, irregularis, subbilabiatus. Stam. adscendentia.

D. Flores incompleti, perigonium calycinum.

604. Polycnemum. Perigon. 6 phyllum, bracteis 2-3 fultum.

E. Flores incompleti, glumacei.

a. Spiculae distichae.

735. Cyperus. Glumae numerosae, inferiores, 1-2 minores, vacuae.
737. Schoenus. Glumae 6-9, inferiores 2-3 vacuae.

b. Spiculae undique imbricatae. Glum. inferiores 3-4 minores, steriles.

737. Cladium. Nux apiculata, cum styli basi persistente non articulata.
738. Rehynchospora. Nux apiculata, cum styli basi persistente articulata.

c. Spiculae undique imbricatae. Glum. inferiores maiores, 1-2 steriles.

738. Heleocharis. Setae inclusae. Nux apiculata, cum styli basi persistente articulata.
744. Fimeristylis. Setae inclusae vel o. Nux apiculata. Stylus compressus, supra basin articulatus.
739. Scirpus. Setae inclusae vel o. Nux apiculata, cum styli basi persistente non articulata.
744. Eriophorum. Setae exsertae, glumis multo longiores.
Ad hunc ordinem: *Gramina nonnulla.*

DIGYNIA.

Flores glumacei. Gramina.

A. Spiculae excavationibus racheos inmersae.

830. Psilurus. Gluma 1 valvis, (in flore terminali 2 valvis,) flore multo brevior.
829. Lepturus. Gluma 1-2 valvis, florem inmersum tegens.

B. Spiculae omnes in dentibus racheos sessiles, nullae pedicellatae.

830. Nardus. Gluma nulla.
827. Lolium. Gluma spicularum lateralium 1 valvis, terminalis 2 valvis.
827. Hordeum. Spiculae ad racheos articulos ternae, uniflorae.
826. Elymus. Spiculae ad racheos articulos ternae, 2-multiflorae.
823. Gaudinia. Spiculae solitariae; flores e dorso aristati, arista genuflexa.
829. Aegilops. Spiculae solitariae; flores apice 2-4 dentati, dentibus saepe aristatis.
823. Triticum. Spiculae solitariae; flores ex apice aristati vel mutici. Valvae ovatae vel ovato-lanceolatae.
826. Secale. Spiculae solitariae; flores ex apice aristati, valvae subulatae.

C. Spiculae ad articulos spicae vel paniculae articulatae geminae, altera sessili, altera pedicellata.

769. Erianthus. Spiculae omnes hermaphroditae et omnes lineares.
770. Andropogon. Spiculae sessiles hermaphroditae, pedicellatae masculae, omnes lineares.
770. Sorghum. Spiculae sessiles hermaphroditae, ovatae vel ovato-lanceolatae, apice tridentatae; pedicellatae masculae.
770. Heteropogon. Spiculae sessiles inferiores et pedicellatae omnes masculae; sessiles superiores abortu femineae.

D. Spiculae longius breviusve, quandoque brevissime pedicellatae, uniflorae, vel uniflorae cum rudimento floris secundi superioris duorumve inferiorum.

a. Spiculae a dorso compressae.

771. Panicum. Gluma trivalvis, valva inferior minor, saepe minima. Involucrum nullum.
772. Setaria. Gluma trivalvis, valva inferior minor vel minima. Involucrum setosum sub spiculis.
771. Tragus. Gluma 2 valvis, valva inferior minima, membranacea, superior coriacea spinosa; flos membranaceus.
786. Milium. Gluma bivalvis, flore cartilagineo mutico maior.
786. Piptatherum. Gluma bivalvis, flore cartilagineo aristato maior; arista decidua.

b. Spiculae a latere compressae, gluma nulla.

779. Leersia. Glumella caryopsin includens.
780. Coleanthus. Glumella caryopsi brevior.

c. Spiculae a latere compressae, gluma bivalvis, flos rudimentis duobus florum inferiorum squamaeformibus vel paleaceis ad basin instructus.

773. Phalaris. Flos basi squamis 2 muticis.
775. Anthoxanthum. Flos basi paleis 2 aristatis flore ipso maioribus.

d. Spiculae a latere compressae vel teretes, gluma bivalvis, uniflora vel uniflora cum rudimento floris superioris.

α. Stigmata filiformia, ex apice spiculae porrecta.

775. Alopecurus. Glumella 1 valvis.
778. Chamagrostis. Valvae ecarinatae. Glumella bivalvis.
776. Phleum. Valvae carinatae, subaequales, glumella bivalvi longiores.
776. Crypsis. Valvae carinatae, flore breviores, inferior brevior; paleae subaequales, superior paulo brevior.
779. Spartina. Valvae carinatae, inferior flore brevior; paleae inaequales, superior longior.

β. Stigmata stylo elongato insidentia, aspergilliformia, sub apice floris emergentia.

779. Cynodon. Valvae angustae, patentes. Palea superior linearis, sulco exarata, inferior a latere compressa, ambitu ovata, chartacea.

775. Imperata. Valvae glumellam tripaleaceam tenuiter membranaceam includentes. Styli a basi ad medium connati.

γ. Stigmata plumosa, ad basin spiculae emergentia. Styli breves vel nulli.

783. Lagurus. Valvae subulatae, in aristam attenuatae. Palea inferior aristis 2 terminalibus et una dorsali genuflexa.

780. Polypogon. Valvae ex apice obtuso vel subemarginato aristatae. Glumae membranaceae.

780. Agrostis. Valvae acutae, inferior maior. Paleae membranaceae, glabrae, vel basi pilis brevissimis cinctae.

783. Apera. Valvae acutae, inferior minor. Paleae membranaceae, basi glabrae, aut pilis brevissimis cinctae.

783. Calamagrostis. Valvae acutae, inferior maior. Paleae basi pilis cinctae, diametrum transversalem paleae superantibus.

785. Ammophila. Valvae acutae, inferior minor. Paleae basi pilis cinctae, diametrum transversalem paleae superantibus.

787. Lasiagrostis. Valvae acutae, inferior maior. Palea inferior dorso pilis elongatis obsita. Arista persistens, sub apice inserta.

787. Stipa. Valvae acutae vel ex apice aristatae. Paleae cartilagineae, inferior cylindrico-convoluta; arista valida, basi articulata, persistens, ex apice egrediens.

786. Gastridium. Valvae acutae, valde compressae, basi subgloboso-tumidae. Paleae membranaceae.

E. Spiculae longius breviusve, quandoque brevissime pedicellatae, 2-multiflorae; inferioribus rarius neutris vel masculis, supremo autem saepe tabescente.

a. Stigmata filiformia, ex apice spiculae longe porrecta.

788. Sesleria. Palea inferior integra, mucronata, vel aristata, vel apice 3-5 dentata, dentibus mucronatis aristatisve.

788. Echinaria. Palea inferior palmato-quinquefida, laciniis lanceolato-subulatis.

b. Stigmata aspergilliformia, sub apice floris emergentia.

788. Arundo. Spiculae multiflorae; flores omnes hermaphroditi, (dorso pilis elongatis obsiti.)

787. Phragmites. Spiculae multiflorae; flos inferior masculus vel neuter, denudatus, ceteri hermaphroditi, pilis elongatis ex axe orientibus involati.

474. Hierochloa. Spiculae triflorae, floribus 2, inferioribus masculis, triandris; superiore hermaphrodito, diandro, (glabris.)

c. Stigmata plumosa, ad basin floris emergentia.

791. Lamarckia. Spiculae neutrae multiflorae, paleis rotundato-obtusis; spiculae hermaphroditae 1 florae cum rudimento secundi floris.

793. Archenatherum. Spiculae biflorae, flore inferiore masculo, aristato, superiore hermaphrodito, mutico.

793. Holcus. Spiculae biflorae; flore inferiore hermaphrodito, mutico; superiore masculo, aristato.

793. Corynephorus. Spiculae biflorae; floribus hermaphroditis. Palea inferior apice integra, basi aristata, arista apice clavata, medio annulata.

791. Aira. Spiculae biflorae, floribus hermaphroditis. Palea inferior apice truncata, quadridentata, basi vel dorso aristata, arista basi torta, genuflexa vel subrecta.

793. Avena. Spiculae bi-multiflorae; flores hermaphroditi. Palea inferior apice bifida vel biaristata, dorso arista basi torta.

798. Danthonia. Spiculae 2-multiflorae; flores hermaphroditi. Palea inferior apice bifida, e fissura aristam emittens basi planam et contortam.

798. Triodia. Spiculae 2-multiflorae; flores hermaphroditi. Palea inferior apice tridentata, dente intermedio mucroniformi, planiusculo.

798. Melica. Spiculae 2-pluriflorae; flores mutici, inferior vel 2 inferiores hermaphroditi, perfecti, secundus vel tertius dissimilis, imperfectus et 1-2 imperfectos includens.

790. Koeleria. Spiculae 2-multiflorae; flores lanceolati; compresso-carinati. Palea inferior in apice integro bifidove mucronata vel aristata; setacea, recta.

808. Dactylis. Spiculae 3-multiflorae; flores ovati, dorso compresso-carinati, ad latus interius flexi. Palea inferior inaequilatera, in apice integro vel bifido mucronata vel aristata; arista setacea, recta.

800. Poa. Spiculae 2-multiflorae; flores ovati vel lanceolati, dorso compresso-carinati, mutici, cum axis articula decidui.

799. Eragrostis. Spiculae 2-multiflorae; florea ovati vel lanceolati, dorso compresso-carinati, mutici; palea superior cum axe persistens.

806. Glyceria. Spiculae 2-multiflorae; flores oblongi, obtusi, dorso semicylindrici, introrsum subventricosi, mutici.

808. Molinia. Spiculae 2-multiflorae; flores e basi introrsum ventricosa conici, dorso semicylindrici, mutici vel apice aristati, arista recta.

799. Briza. Spiculae 2-multiflorae; palea inferior basi cordato-auriculata.

809. Festuca. Spiculae 2-multiflorae; flores lanceolati vel lanceolato-subulati, dorso teretes, aristati vel mutici. Palea superior margine subtiliter ciliata. Stigmata apici ovarii inserta. Involucrum nullum.

809. Cynosurus. Spiculae singulae basi involucro, e valvis numerosis distichis formato, fultae; cetera ut Festucae.

817. Brachypodium. Palea superior margine pectinato-setosa; cetera ut Festucae.

818. Bromus. Spiculae multiflorae. Flores lanceolati vel ovato-lanceolati, aristati vel mutici. Stigmata supra medium ovarii in eius latere anteriori inserta.

TRIGYNIA et TETRAGYNIA.

Ad Trigyniam: *Holosteum. Polycarpum. Tillaea.* Ad Tetragyniam: *Elatine.*

Cl. IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Flores completi.

a. Cal. proprius duplex; interior denique fructui adnatus. Cor. 1 petala.

343. Knautia. Receptaculum hirsutum.
342. Dipsacus. Recept. paleaceum. Cal. exterior 4-multidentatus. Involucri foliola exteriora longiora, paleas superantia.
342. Cephalaria. Involucrum arcte imbricatum, foliolis exterioribus brevioribus; cetera ut Dipsaci.
344. Succisa. Recept. paleaceum. Cal. exterior 4 lobus, lobis herbaceis.
345. Scabiosa. Recept. paleaceum. Cal. exterior campanulatus vel rotatus, scariosus.

b. Cal. simplex. Cor. 1 petala, infera.

593. Globularia. Cor. irregularis, 3-5 fida.
596. Plantago. Cor. limbus regularis 4 partitus, refractus. Stigma filiforme, elongatum.
583. Centunculus. Cor. limbus regularis, 4 partitus, patens. Stigma capitatum.

c. Cor. 1 petala, supera.

326. Sherardia. Cal. limbus dentatus. Cor. infundibuliformis.
336. Vaillantia. Cal. limbus dentatus. Cor. rotata vel plana.
329. Galium. Cal. limbus obsoletus. Cor. plana. Fructus siccus.
328. Rubia. Cal. limbus obsoletus. Cor. plana. Fructus succosus.
326. Asperula. Cal. limbus obsoletus. Cor. infundibuliformis vel campanulata, limbo patente.
326. Crucianella. Cal. limbus obsoletus. Cor. infundibuliformis, laciniis incurvo-conniventibus.

d. Cor. polypetala, infera.

327. Epimedium. Cal. 4 sepalus. Cor. 4 petala. Paracorolla 4 petala.

e. Cor. polypetala supera.

322. Cornus. Cal. 4 fidus. Cor. 4 petala. Drupa.
243. Trapa. Cal. 4 fidus. Cor. 4 petala. Nux spinosa.

B. Flores incompleti.

a. Inferi.

706. Maianthemum. Perig. corollinum, 4 partitum, planum vel reflexum.
608. Camphorosma. Perig. 4 dentatum, dentes 2 oppositi maiores. Stam. basi perigonii inserta.
231. Alchemilla. Perigon. calycinum, limbo 8 fido. Stam. annulo faucem coarctanti inserta.
232. Sanguisorba. Perig. calycinum coloratum, limbo 4 fido. Stam. annulo faucem claudenti inserta.

635. Parietaria. Perig. campanulatum. Stam. in fundo perigonii inserta. Flor. polygami.
624. Elaeagnus. Perig. campanulatum, basi in tubum contractum. Stam. limbo perigonii inserta. Flor. polygami.

b. Flores superi.

243. Isnardia. Perig. superum, 4 fidum, persistens.
Ad Monogyn.: *Gentiana filiformis et ceterae Gent. quadrifidae. Evonymi. Thesia. Cardamine hirsuta.*

DIGYNIA.

31. Hypecoum. Cal. 2 sepalus, caducus. Cor. 4 petala.
108. Buffonia. Cal. 4 sepalus persistens. Pet. 4. Caps. 2 valv., 2 sperma.

TETRAGYNIA.

481. Ilex. Cal. 4 dentatus. Cor. 4 partita. Styl. o. Ovar. 4-loculare.
129. Radiola. Cal. 4 fidus, laciniis 2 - 3 fidis. Cor. 4 petala. Ovar. 8. loculare.
256. Tillaea. Cal. 3-4 partitus. Cor. 3-4 petala. Caps. 3-4, dispermae.
256. Bulliarda. Cal. 4 partitus. Cor. 4 petala. Caps. 4, polyspermae.
671. Potamogeton. Perigon. 4 partitum. Drupae 4, sessiles.
Ad Tetragyn.: *Sagina. Moenchia. Cuscuta. Gentianae plures.*

Cl. V. PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

I. Flores completi, monopetali, inferi.

A. Nuces 4, 1 spermae vel 2 dispermae.

a. Ovarium 1, suturis 4, maturitate autem in nuces 4, basi planas, secedens.

496. Heliotropium. Cor. infundibuliformis, fauce pervia, limbo plicato.

b. Nuces 4, cum dorso stylo persistenti adnatae.

496. Asperugo. Nuces compressae, latere angustiore stylo adnatae. Cal. fructifer plano-compressus.
496. Echinospermum. Nuces triquetrae, margine muricatae.
496. Cynoglossum. Nuces depressae, muricatae.
497. Omphalodes. Nuces depressae, margine membranaceo apice contracto et inflexo cinctae.

c. Nuces 4, disco hypogyno insertae, basi annulo tumido striato instructae et intra annulum excavatae.

498. Borago. Cor. rotata; fornices breves, emarginati.
498. Anchusa. Cor. infundibuliformis, tubo recto; faux fornicibus obtusis coarctata.

499. Lycopsis. Cor. infundibuliformis, tubo infracto-curvato; faux fornicibus obtusis coarctata.
499. Nonnea. Cor. infundibuliformis; faux aperta, barbata, vel fornicibus minutis pilosis obsita.
499. Symphytum. Cor. cylindrico-campanulata, fornices 5, subulati, in conum conniventes.

d. Nuces 4, disco hypogyno insertae, basi non excavatae.

500. Onosma. Cor. cylindrico-campanulata. Fornices o. Antherae sagittatae, basi cohaerentes. Nuces 4.
501. Cerinthe. Cor. cylindrico-campanulata. Fornices o. Antherae sagittatae, basi cohaerentes.
502. Echium. Cor. campanulata vel sensim ampliata. Fornices o. Antherae ovales, liberae.
503. Pulmonaria. Cor. infundibuliformis fauce pilosa. Fornices o. Cal. 5 fidus.
504. Lithospermum. Cor. infundibuliformis, faux plicis 5 pilosis subcoarctata. Cal. 5 dentatus.
504. Myosotis. Cor. faux fornicibus glabris coarctata. Nuces immarginatae.
506. Eritrichium. Cor. faux fornicibus glabris coarctata. Nuces margine prominente cinctae.

B. Caps. 1 locularis, 1 sperma.

596. Plumbago. Cor. infundibuliformis.

C. Capsula 1 locularis, placenta centrali libera.

a. Corollae laciniae ad finem tubi refractae.

592. Cyclamen. Cor. tubus campanulatus, limbi laciniae refractae.

b. Corolla infundibulif. vel hypocraterif. Cal. 5 fidus vel 5 dentatus.

583. Androsace. Cor. tubus ovatus, apice constrictus. Stam. libera.
586. Primula. Cor. tubus cylindricus vel clavatus. Stam. libera. Ovula plurima.
585. Aretia. Cor. tubus clavatus. Stam. libera. Ovula 5.
591. Cortusa. Cor. tubus brevis, cylindricus. Stam. annulo connexa.

c. Cor. infundibulif. vel hypocraterif. Cal. 5 partitus.

580. Lysimachia. Cor. rotata, 5 partita. Caps. 5 valvis.
582. Anagallis. Cor. rotata, 5 partita. Caps. circumscissa.
591. Hottonia. Cor. hypocrateriformis, tubo cylindrico, limbo plano, 5 partito.
591. Soldanella. Cor. infundibuliformis, tubo brevi, limbo in lacinias fisso.

D. Ovarium 1 loculare, placentis 2, parietalibus.

485. Menyanthes. Cor. infundibuliformis. Stigma integrum.
485. Villarsia. Cor. rotata. Stigma bipartitum.

E. Capsula 2-5 locularis.

492. Erythraea. Cor. infundibulif. vel hypocraterif. Antherae defloratae spiraliter tortae.

493. Po-

493. Polemonium. Cor. rotata. Stigmata 3.
494. Convolvulus. Cor. infundibuliformi-campanulata, plicata, 5 angula. Ovarii loculi 2 ovulati.
509. Datura. Cor. infundibulif., plicata, 5 angula. Cal. deciduus, basi circumscissa remanente.
509. Nicotiana. Cor. infundibulif., plicata, 5 angula. Cal. persistens. Ovarii loculi multiovulati.
509. Hyoscyamus. Cor. infundibuliformis. Caps. ventricosa, in collum angustata, operculo dehiscens.
509. Scopolina. Cor. tubuloso-campanulata. Caps. circumscissa.
510. Verbascum. Cor. rotata. Antherae apici filamentorum dilatato transverse innatae.
477. Azalea. Cor. campanulata. Stam. ante discum hypogynum, nec corollae, inserta.

E. Fructus constans folliculis 2.

484. Vinca. Cor. hypocrateriformis, laciniis oblique truncatis. Ovaria 2, stylo et stigmate communi.

F. Fructus baccatus.

508. Atropa. Cor. campanulata.
508. Physalis. Cor. rotata. Antherae longitudinaliter dehiscentes.
507. Solanum. Cor. rotata. Antherae apice poris 2 dehiscentes.

II. Flores completi, monopetali, superi.

A. Fructus capsularis.

592. Samolus. Stam. 10, quorum 5 sterilia. Ovarium 1 loculare.
462. Lobelia. Antherae connatae. Cor. uno latere longitudinaliter fissa.
463. Jasione. Cor. laciniae lineares, coalitae, denique a basi solutae. Filamenta subulata. Antherae cohaerentes.
463. Phyteuma. Cor. laciniae lineares, coalitae, denique a basi solutae. Filamenta basi dilatata. Antherae liberae.
468. Campanula. Cor. campanulata. Discus epigynus, planus. Caps. turbinata, foraminibus 3 dehiscens.
473. Adenophora. Discus epigynus circa stylum in tubulum elevatus, cetera ut Campanulae.
473. Prismatocarpus. Cor. rotata. Caps. lineari-oblonga, prismatica, rimis lateralibus dehiscens.
473. Wahlenbergia. Cor. campanulata. Caps. apice in 3-5 valvulas septigeras dehiscens.

B. Fructus baccatus.

324. Lonicera. Cor. irregularis. Bacca 2-3 locularis.

III. Flores completi, polypetali, inferi.

a. Flores irregulares.

143. Impatiens. Cal. 3 sepalus, sepalum impar multo maius, calcaratum. Cor. 3 petala.
82. Viola. Cal. 5 sepalus. Cor. 5 petala.

b. Flores regulares.

137. Vitis. Pet. 5, apice cohaerentia, et instar calyptrae basi secedentia.
147. Evonymus. Pet. 4-5, calyci inserta. Stam. 4-5, petalis alterna, disco glanduloso inserta.
148. Rhamnus. Pet. 4-5, calyci inserta. Stam. ante petala locata et ab his inclusa. Drupa pyrenis cartilagineis.
147. Zizyphus. Drupa pyrena evalvi, 2-3 loculari; cetera ut Rhamni.
148. Paliurus. Drupa sicca, ala orbiculari cincta; cetera ut Rhamni.

IV. Flores completi, polypetali, superi.

265. Ribes. Petala et stamina calycis limbo inserta. Pet. unguiculata.
321. Hedera. Pet. et stam. ante discum epigynum inserta. Pet. basi lata sessilia.

V. Flores incompleti, inferi.

a. Stam. 10, quorum 5 sterilia.

254. Herniaria. Perig. 5 partitum, laciniis plano-concavis. Utriculus absque rudimento operculi.
254. Paronychia. Perig. 5 partitum, laciniis plano-concavis. Utriculus operculo adnato. Stigma indivisum.
254. Illecebrum. Perig. 5 partitum, laciniis incrassatis, a latere compressis, superficie interiore angusta.
593. Glaux. Perigon. campanulatum, 5 lobum, coloratum. Ovar. 5 loculare.

VI. Flores incompleti, superi.

622. Thesium. Perigon. persistens. Stam. perigonio inserta, fasciculo pilorum inclusa.
Ad Monogyn.: *Rubia. Crucianella. Polygona.*

DIGYNIA.

I. Flores incompleti.

637. Ulmus. Perig. 4-5 dentat. Ovarium biloculare. Nux abortu 1 locularis, ala cincta.
637. Celtis. Perig. 5-6 partit. Drupae pyrena ossea, 1 sperma.
603. Corispermum. Perig. o, vel squamulae 2, hyalinae. Nux ala cincta.
608. Beta. Perigon. 5 fidum, basi in tubulum, ovarium includentem, contractum.
602. Salsola. Perigon. 5 partitum, denique dorso transverse appendiculatum. Embryo spiralis.
604. Kochia. Perig. 5 partitum, denique dorso ala vel plica transversa notatum. Embryo periphericus.
602. Schoberia. Perigon. 5 partitum, inappendiculatum. Embryo spiralis.
605. Chenopodium. Perigon. 5 partitum, inappendiculatum. Embryo periphericus. Sem. omnia horizontalia.
607. Blitum. Perigon. 3-5 partitum, inappendiculatum. Sem. omnia erecta vel horizontalibus inmixta.

II. Flores completi, monopetali, inferi.

a. Ovaria 2, placenta unica laterali. Stigma 1, ambobus ovariis commune.

483. Cynanchum. Corona staminea monophylla, 5 loba.
484. Apocynum. Denticuli in tubo 5, acuti.

b. Ovarium 1, placentis 2, oppositis.

485. Swertia. Corollae laciniae basi foveis 2 nectariferis, ambitu fimbriatis, instructae.
486. Lomatogonium. Cor. laciniae foveis nectariferis destitutae. Styl. o. Stigma breve, per margines valvularum papillis decurrens.
486. Gentiana. Cor. laciniae foveis nectariferis destitutae. Styl. 2, vel 1, stigmatibus 2.

c. Ovarium 1. Ovula in fundo ovarii inserta, pauca.

494. Cuscuta. Cor. 4-5 fida. Caps. circumscissa.

III. Flores pentapetali, superi. (Umbelliferae.)

𝔄. Flores in capitulo vel in umbella simplici.

279. Hydrocotyle. Pet. integra, acuta. Fructus a latere planocompressus, in superficie utrinque jugis 2, arcuatis.
281. Eryngium. Pet. erecta, conniventia, a medio in lacinulam longitudine petali infracta. Mericarp. ejugata, squamata vel tuberculata.
280. Astrantia. Mericarp. jugis 5, elevatis, plicato-dentatis. Petala ut Eryngii.
279. Hacquetia. Mericarp. laevia, jugis 5, filiformibus, intus canali perfossis. Petala ut Eryngii.

𝔅. Umbella composita.

A. Albumen antice planum vel convexum. Juga primaria 5, filiformia; secundaria nulla. Fructus a latere evidenter compressus.

a. Petala integra.

288. Bupleurum. Pet. apice truncata, involuta.
283. Helosciadium. Pet. in stellam expansa, acuta vel cum parvo apiculo recto vel inflexo, obtusiuscula.
282. Apium. Pet. in stellam expansa, subrotunda cum apiculo arcte involuto.
283. Trinia. Pet. florum masc. lanceolata, inflexa. Mericarpii juga perfossa.
252. Petroselinum. Pet. subrotunda, incurvata, integra, in lacinulam inflexam coarctata. Vallec. 1 vittatae.

b. Petala obcordata cum lacinula parva, inflexa. Calycis margo obsoletus.

285. Ammi. Petala irregularia.
285. Aegopodium. Petala regularia. Vittae o.
285. Sison. Pet. regularia. Vittae clavatae.

286. Carum. Pet. regularia. Styli reflexi. Fruct. oblongus, valleculis 1-3 vittatis, vittis filiformibus.
286. Pimpinella. Pet. regularia. Styli capillares, patentes. Fruct. didymus, valleculis 3 vittatis, vittis filiformibus.

c. Petala obcordata cum lacinula inflexa. Calyx 5 dentatus.

aa. Valleculae 1 vittatae.

282. Cicuta. Albumen sectione transversali orbiculare. Fructus didymus.
284. Ptychotis. Albumen antice planum. Petalorum lacinula e plica transversali progrediens.
285. Falcaria. Albumen antice planum, lacinula ex emarginatura petalorum emersa.

bb. Valleculae trivittatae.

287. Berula. Vittae pericarpio corticoso tectae.
288. Sium. Vittae superficiales.

B. Albumen antice planum vel convexum. Juga primaria 5, filiformia vel alata; secundaria o. Fructus sectione transversali teres, vel a dorso compressus, sed non lenticulari-compressus.

a. Semen in pericarpii cavitate liberum.

299. Crithmum. Juga alata, lateralia vix latiora.
300. Archangelica. Juga lateralia in alam, jugis dorsalibus duplo latiorem, expansa.

b. Semen in valleculis tantum pericarpio adnatum.

300. Ostericum. Juga cava.

c. Semen totum pericarpio adnatum. Petala integra, acuta, vel acuminata.

299. Meum. Juga arguta, aequalia.
300. Angelica. Juga lateralia alam, dorsalibus duplo latiorem, formantia.

d. Semen pericarpio adnatum. Pet. erecta, a medio in lacinulam longitudine fructus infracta.

279. Sanicula. Fructus aculeis uncinatis dense tectus.

e. Semen pericarpio adnatum. Pet. subrotunda, integra, involuta.

293. Foeniculum. Lacinula subquadrata, retusa.

f. Semen pericarpio adnatum. Pet. subrotunda, obovata vel obcordata cum lacinula inflexa.

aa. Valleculae evittatae.

299. Gaya. Juga alata.

bb. Valleculae 1 vittatae. Calycis margo obsoletus.

300. Levisticum. Alae fructus laterales jugis dorsalibus duplo latiores. Pet. subrotunda, incurvata, in lacinulam coarctata.

300. Selinum. Alae fructus laterales jugis dorsalibus duplo latiores. Pet. obcordata.
293. Aethusa. Juga crassa, elevata, argute carinata, lateralia paulo latiora.
296. Cnidium. Juga alata, submembranacea, aequalia.

cc. Valleculae 1 vittatae. Calycis margo dentatus.

291. Oenanthe. Styli erecti. Carpophorum adnatum.
294. Seseli. Styli reflexi. Carpoph. liberum. Dentes calycis triangulares. (Vallec. 1-3 vitt.)
295. Libanotis. Styli reflexi. Carpoph. liberum. Dentes calycis subulati, elongati.

dd. Valleculae trivittatae. (Species nonnullae Seselios huc pertinent.)

299. Conioselinum. Juga alata, alae marginales dorsalibus duplo latiores.
297. Athamanta. Juga subaequalia. Styli erecti.
297. Trochiscanthes. Juga subaequalia. Styli reflexi. Pet. longe unguiculata, spathulata, cum laciuula brevi, inflexa.
298. Ligusticum. Juga subaequalia. Styli reflexi. Pet. obcordata.
298. Silaus. Juga subaequalia. Styli reflexi. Pet. basi lata sessilia.

C. Albumen antice planum vel convexum. Juga primaria filiformia; secundaria nulla. Fructus a dorso plano- vel lenticulari-compressus, margine alato, acuto vel incrassato cinctus.

a. Vittae copiosissimae, albumen totum dense obtegentes.

302. Ferulago. Vittae dorsales pericarpio tectae.

b. Vittae superficiales, 1-2 in quaque vallecula.

aa. Juga tenuissima, tria dorsalia aequidistantia, lateralia remota, margini dilatato contigua, vel ab isto tecta.

309. Tordylium. Pet. obcordata. Vittae filiformes. Margo fructus incrassatus.
307. Heracleum. Pet. obcordata. Vittae clavatae. Margo fructus applanatus.
307. Pastinaca. Pet. involuta. Vittae filiformes.

bb. Juga filiformia, aequidistantia.

306. Anethum. Pet. truncata, arcte involuta.
306. Imperatoria. Pet. obcordata. Calycis margo obsoletus.
303. Peucedanum. Pet. obcordata vel subrotunda, in lacinulam coarctata, plana vel incurvata. Vittae commissurales superficiales.
306. Thysselinum. Vittae commissurales pericarpio tectae; cetera ut Peucedani.

D. Albumen antice planum. Fructus a dorso magis minusve compressus. Juga primaria 5; secundaria 4.

309. Siler. Mericarp. jugis elevatis filiformibus; secundariis 4, minus prominulis.

310. Laserpitium. Mericarp. jugis primariis filiformibus; secundariis alatis, ala integra.
312. Daucus. Mericarp. jugis primariis filiformibus, setosis; secundariis unifariam aculeatis.
312. Orlaya. Mericarp. jugis primariis filiformibus setosis; secundariis bi-trifariam aculeatis.

E. Albumen involutum vel antice sulco profundo excavatum.

a. Mericarp. aculeata.

312. Caucalis. Mericarp. jugis 4, unifariam aculeatis.
313. Turgenia. Mericarp. jugis 7, bi-trifariam aculeatis.
313. Torilis. Mericarp. dorso dense aculeata, interpositis seriebus setularum tribus.

b. Mericarpia non aculeata, quandoque tuberculis setuliferis adspersa. Juga depressa, obtusa, non crenata, interdum o.

319. Echinophora. Juga 5 depressa, undulato-striata. Fructus receptaculo cavo inclusus, rostro emerso.
314. Anthriscus. Mericarpia ejugata, rostro 5 jugato.
314. Scandix. Mericarpia jugis 5, obtusis. Fructus longissime rostratus.
314. Cherophyllum. Mericarpia jugis 5, obtusis. Fructus non rostratus.

c. Mericarp. non aculeata. Juga acuta vel alata, non crenata.

320. Hladnikia. Semen margine involutum, in cavo pericarpii liberum.
318. Myrrhis. Semen involutum. Juga cava.
318. Biasolettia. Semen pericarpio adnatum, antice sulco profundo exaratum. Pet. obovata.
318. Molopospermum. Sem. pericarpio adnatum, obtuse tetragonum, angulo, commissurae opposito, sulco profundo exaratum. Pet. lanceolata, longe acuminata.
320. Smyrnium. Sem. pericarpio adnatum, involutum. Pet. lanceolata, acuminata.

d. Mericarp. non aculeata, juga elevata, crenata.

319. Conium. Juga 5, prominula, undulato-crenata, intus solida.
319. Pleurospermum. Juga 5, cava.

E. Albumen vel semen dorso hemisphaerico-convexum, antice concavum.

321. Coriandrum. Fructus globosus, jugis filiformibus, 10 rectis, interjectis totidem flexuosis.
321. Bifora. Fructus didymus; mericarpia subgloboso-ventricosa, striis 5 impressis, obsoletis. Commissura biforata.

Ad Digyn.: *Herniaria. Polycnemum. Zizyphus.*

TRIGYNIA.

a. Flores completi, inferi.

151. Rhus. Cal. 5 partitus. Drupa nuce 1 sperma.

146. Staphylea. Cal. 5 partitus. Capsulae 2-3, inflatae, basi connatae. Sem. ossea.
248. Tamarix. Cal. 5 divisus. Styli 3, patentes, in stigma dilatati. Caps. 1 locularis. Sem. coma sessili.
253. Corrigiola. Cal. 5 partitus. Stigmata 3, sessilia. Caps. 1 sperma, indehiscens.
253. Telephium. Cal. 5 partitus. Styli filiformes. Caps. 3 valvis, basi trilocularis. Sem. plurima.
255. Polycarpum. Cal. 5 partitus, laciniis carinatis. Caps. 3 valvis, 1 locularis, polysperma.
831. Drypis. Cal. tubulosus, 5 dentatus. Caps. circumscissa.

b. Flores completi, superi.

324. Viburnum. Corolla rotata vel tubulosa. Bacca 1 sperma.
324. Sambucus. Corolla rotata, denique reflexa. Bacca 3 sperma.
Ad Trigyniam: *Paliurus.*

TETRAGYNIA.

90. Parnassia. Paracorolla 5 phylla, glanduloso-fimbriata.

PENTAGYNIA.

220. Sibbaldia. Ovaria 5, libera. Cal. 10 fidus.
257. Crassula. Ovaria 5, basi connata. Cal. 5 fidus.
126. Linum. Ovarium 1, 10 loculare.
89. Drosera. Ovarium 1, uniloculare, pluriovulatum. Cal. 5 fidus.
594. Statice. Ovarium 1, 1 ovulatum. Calyx limbo scarioso.
Ad Pentagyn.: *Cerastia. Spergulae.*

POLYGYNIA.

Ad hunc ordinem: *Myosurus.*

Cl. VI. HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

I. Flores completi.

27. Berberis. Cal. 6 phyllus, inferus.
248. Peplis. Cal. 12 dentatus, inferus. Petala fugacia.
323. Loranthus. Calyx: margo prominulus, superus.

II. Perigonium corollinum, superum.

702. Sternbergia. Perig. infundibuliforme, limbo sexpartito. Filamenta apici tubi inserta, recta.
723. Agave. Perig. infundibuliforme, sexpartitum, basi tubulosum. Stam. tubo corollae inserta, ante anthesin inflexa.
703. Leucoium. Perig. campanulatum ad basin usque 6 partitum, laciniis aequalibus.
703. Galanthus. Perig. campanulatum, ad basin usque 6 partitum, laciniis interioribus brevioribus, emarginatis.
702. Narcissus. Perig. hypocrateriforme, cum paracorolla campanulata, fauci inserta.

III. Perig. corollinum, sexdentatum, vel sexfidum, inferum.

721. Hemerocallis. Perig. infundibuliforme. Stam. declinata.
705. Convallaria. Perig. campanulatum vel tubulosum, semisexfidum vel sexdentatum. Bacca.
722. Endymion. Perig. campanulatum, sexfidum. Capsula.
722. Muscari. Perig. globosum vel cylindricum, ore constrictum, limbo brevissimo, 6 dentato.

IV. Perig. corollinum, 6 phyllum, inferum.

A. Stylus apice trifidus.

704. Asparagus. Perig. basi in stipitem, cum pedunculo articulatum, contractum.
707. Fritillaria. Perigonii phylla basi fovea nectarifera instructa.
709. Erythronium. Perigonii phylla 3 interiora basi bicallosa.
723. Bulbocodium. Perig. phylla longe unguiculata, ungues in tubum conniventes, apice dentibus lateralibus connexi.

B. Stylus apice integer vel o. Stigma obtusum vel trilobum.

a. Antherae erectae, basi sua apici filamenti impositae.

704. Streptopus. Perigonii phylla 3 exteriora basi saccato-concava. Bacca.
711. Gagea. Perigonii phylla basi aequalia. Capsula.

b. Antherae incumbentes. Perigonii phylla basi nectario instructa.

708. Lilium. Perig. phylla basi sulco longitudinali, nectarifero.
708. Lloydia. Perig. phylla basi plica transversa, nectarifera.

c. Antherae incumbentes. Nectarium o. Perig. basi in stipitem, cum pedicello articulatum, contractum.

709. Asphodelus. Ovarium staminibus basi dilatatis tectum.
710. Anthericum. Ovarium non tectum, stamina subulata.

d. Antherae incumbentes. Nectarium o. Perig. non stipitatum.

714. Allium. Umbella ante anthesin spatha tecta.
722. Narthecium. Spatha o. Filamenta barbata. Stylus trigonus.
710. Czackia. Spatha o. Filamenta glabra, receptaculo paulum elevato inserta. Stylus trigonus.
710. Ornithogalum. Spatha o. Stam. receptaculo ante perigonii phylla inserta. Stylus trigonus.
714. Scilla. Spatha o. Stam. in basi petalorum inserta. Stylus trigonus.
707. Tulipa. Spatha o. Stam. receptaculo inserta. Styl. o.

V. Perigonium calycinum, (hyalinum vel scariosum.)

726. Juncus. Styl. stigmatibus 3 filiformibus. Caps. polysperma.
732. Luzula. Styl. stigmatibus 3 filiformibus. Caps. trisperma.
683. Acorus. Styl. o. Stigma obtusum, sessile.
Ad Monogyn.: *Elaeagnus.*

DIGYNIA.

616. Oxyria. Perig. 4 phyllum.
Ad Digyn.: *Celtis.*

TRIGY-

TRIGYNIA.

a. Perig. 1 phyllum.

723. Colchicum. Perig. infundibuliforme, tubo elongato.

b. Perig. 6 phyllum.

724. Veratrum. Antherae transverse in patellulam dehiscentes. Ovaria 3, in stylum attenuata, basi connata.
724. Tofieldia. Antherae longitudinaliter dehiscentes. Ovaria 3, in stylum attenuata, ad medium connata.
671. Scheuchzeria. Ovaria 3. Styl. o. Stigma in apice ovarii extrorsum oblique adnatum.
671. Triglochin. Ovaria 3-6, denique a basi soluta, styl. o. Stigmata plumosa.
612. Rumex. Ovarium 1. Styli 3. Stigmata plumosa.
Ad Trigyn.: *Elatine hexandra.*

POLYGYNIA.

669. Alisma. Cal. 3 sepalus. Cor. 3 petala.

Cl. VII. HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

580. Trientalis. Cal. 7 fidus. Cor. 7 partita. Stam. corollae inserta.
136. Aesculus. Cal. 5 dentatus. Pet. 5, inaequalia.

Cl. VIII. OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Flores completi, pentapetali.

135. Acer. Cal. 5 partitus. Cor. 5 petala. Fructus bialatus.

B. Flores completi, tetrapetali.

242. Oenothera. Cal. limbus 4 partitus. Pet. 4, calyci inserta. Sem. nuda.
238. Epilobium. Cal. limbus 4 partitus. Pet. 4, calyci inserta. Sem. comosa.
145. Ruta. Cal. 4 partitus, persistens. Pet. 4, receptaculo inserta. Foveae nectariferae 8, disco hypogyno insculptae.

C. Flores completi, monopetali, inferi.

485. Chlora. Cal. 8 fidus. Cor. hypocrateriformis, 8 fida. Stam. tubo corollae inserta.
480. Diospyros. Cal. 4 fidus. Cor. 4 fida. Flores polygami.
476. Calluna. Cal. 4 phyllus. Cor. limbo 4 fido. Dissepimenta capsulae columellae adnata, suturis opposita.
476. Erica. Cal. 4 phyllus. Cor. limbo 4 fido. Dissepimenta capsulae valvularum medio adnata.

⁂

D. Flores completi, monopetali, superi.

474. Vaccinium. Cal. 4 dentatus, superus. Stam. ad marginem disci epigyni inserta.

E. Flores incompleti, inferi.

620. Daphne. Perig. limbo 4 fido, deciduo. Stam. tubo inserta. Stigm. 1.
620. Passerina. Perig. limbo 4 fido, persistente, marcescente. Stam. tubo inserta. Stigma 1.
616. Polygonum. Perig. 4-5 partitum, persistens. Stigmata 2-3.

F. Flores incompleti, superi.

278. Chrysosplenium. Perig. 4 fidum, semisuperum. Stam. disco epigyno inserta. Caps. polysperma.
Ad Monogyn.: *Monotropa.*

DIGYNIA.

Möhringia. Ulmus effusa. Polygona.

TETRAGYNIA.

705. Paris. Cal. 4 sepalus. Pet. 4, calycis laciniis angustiora.
323. Adoxa. Cal. in flore terminali bifidus, in lateralibus 3 fidus. Cor. terminalis 4 fida, laterales 5 fidae.
125. Elatine. Cal. 2-4 fidus. Cor. 3-4 petala.

Cl. IX. ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

621. Laurus. Perig. 4 partitum. Flores laterales enneandri, terminalis dodecander. Antherae valvis dehiscentes.

HEXAGYNIA.

670. Butomus. Perig. corollinum, 6 phyllum. Caps. 6, inferne connatae.

Cl. X. DECANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Cor. 5 petala, raro 4 petala.

145. Dictamnus. Cal. 5 phyllus, deciduus. Ovar. 5 lobum, carpophoro brevi insidens.
144. Tribulus. Cal. 4-5 phyllus, deciduus. Glandulae 2, ad basin staminum, petalis alternantium, sitae.
480. Monotropa. Cal. 5 phyllus. Petala campanulata, basi gibba. Glandulae 5, hypogynae.
478. Ledum. Cal. 5 dentatus, persistens. Stam. ad marginem disci hypogyni crenati inserta.
478. Pyrola. Cal. 5 fidus, persistens. Glandulae hypogynae o. Antherae poris 2 dehiscentes.
204. Cercis. Cal. campanulatus. Cor. papilionacea.

B. Cor. 1 petala.

477. Rhododendron. Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformis vel rotata. Dissepimenta capsulae e marginibus introflexis valvularum formata.

476. Andromeda. Cal. 5 fidus. Cor. campanulata, ovata vel subglobosa. Dissepimenta capsulae in medio valvularum affixa.

475. Arbutus. Bacca 4-5 locularis, loculis 4-5 spermis; cetera ut Andromedae.

475. Arctostaphylos. Drupa 5 pyrena, pyrenis 1 spermis; cetera ut Andromedae.

Ad Monogyn.: *Ruta. Chrysosplenium.*

DIGYNIA.

267. Saxifraga. Cal. 5 dentatus vel 5 partitus. Caps. birostris, foramine dehiscens.

278. Zahlbrucknera. Cal. 5 dent., caps. birostris post dehiscentiam tota aperta.

93. Gypsophila. Cal. 5 dent., basi nudus. Pet. ex ungue sensim dilatata. Caps. 4 valvis. Sem. reniformi-globosa.

93. Tunica. Cal. 5 dent., basi squamis fultus. Pet. ex ungue sensim dilatata. Caps. 4 valvis. Sem. peltata.

94. Dianthus. Cal. 5 dent., basi quamis fultus. Pet. subito in unguem contracta. Caps. 4 valvis. Sem. peltata.

99. Saponaria. Cal. 5 dent., basi nudus. Pet. subito in unguem contracta. Caps. 4 valvis. Sem. reniformi-globosa.

255. Scleranthus. Cal. 5 dentatus. Pet. o. Utriculus 1 spermus, in fundo calycis persistentis.

Ad Digyn.: *Moehringia.*

TRIGYNIA.

A. Calyx monophyllus.

100. Cucubalus. Cal. 5 dentatus. Pet. 5. Bacca 1 locularis.

100. Silene. Cal. 5 dentatus. Pet. 5. Caps. basi 3 locularis.

B. Calyx 5 sepalus, (raro 4 sepalus.) Pet. 5, raro 4.

111. Alsine. Pet. integra vel leviter emarginata. Filamenta omnia subulata. Caps. 3 valvis.

115. Cherleria. Pet. integra vel o. Filamenta, quae sepalis alterna, subulata; quae sepalis opposita, e basi glandulosa oblonga egredientia. Caps. 3 valvis.

116. Moehringia. Pet. integra vel leviter emarginata. Caps. 4-6 valvis. Sem. appendiculata.

116. Arenaria. Pet. integra vel leviter emarginata. Caps. 6 valvis. Sem. non appendiculata.

117. Holosteum. Pet. dentata. Caps. 6 valvis.

118. Stellaria. Pet. profunde emarginata vel bipartita. Caps. 6 valvis.

TETRAGYNIA.

108. Sagina. Cal. 4 sepalus. Pet. 4, integra. Caps. 4 valvis.

20. Moenchia. Cal. 4 sepalus. Pet. 4, integra. Caps. 8 valvis.

PENTAGYNIA.

109. Spergula. Cal. 5 sepalus. Pet. 5, integra. Caps. 5 valvis.
120. Malachium. Cal. 5 sepalus. Pet. 5, emarginata, vel bifida. Caps. 5 valvis, valvulis bifidis.
121. Cerastium. Cal. 5 sepalus. Pet. 5, emarginata, vel bifida. Caps. 10 valvis.
143. Oxalis. Cal. 5 sepalus. Pet. 5. Stam. basi connata. Caps. angulis dehiscens.
257. Sedum. Cal. 5 partitus. Pet. 5. Ovaria 5, basi connata.
106. Lychnis. Cal. 5 dentatus. Pet. 5. Caps. dentibus 5 vel 10 dehiscens.

DECAGYNIA.

601. Phytolacca. Perig. 5 phyllum. Bacca supera.

Cl. XI. DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

625. Asarum. Perigon. trifidum, superum.
252. Portulaca. Cal. bifidus. Cor. 5 petala.
247. Lythrum. Cal. tubulosus, 12 dentatus. Cor. 6. petala.

DIGYNIA.

220. Agrimonia. Cal. sub limbo spinis numerosis hamatis coronatus.
221. Aremonia. Cal. sub limbo instructus denticulis 5, maturitate elongatis inque spinas rectas, limbo applicatas, mutatis.

TRIGYNIA.

89. Reseda. Pet. irregularia. Caps. apice aperta.

DODECAGYNIA.

261. Sempervivum. Pet. 12 et plura, cum staminibus basi in corollam monopetalam connata.
Ad Dodecandr.: *Laurus.*

Cl. XII. ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Flores completi, superi.

264. Cactus. Pet. numerosa. Stigma multifidum.
249. Philadelphus. Pet. 4-5. Styl. 4 fidus.
250. Myrtus. Pet. 5. Styl. 1, stigmate simplici. Calycis laciniae aestivatione imbricatae.
238. Punica. Pet. 5. Styl. 1, stigmate simplici. Calycis laciniae aestivatione valvatae.

B. Flores completi, inferi.

204. Amygdalus. Drupa exsucca, maturitate irregulariter rumpens.
205. Persica. Drupa succulenta, indehiscens. Putamen sulcis irregulariter exaratum et foraminibus pertusum.

205. Prunus. Drupa succulenta, indehiscens. Putamen laeve vel sulcis exaratum, foraminibus vero destitutum.

DI-PENTAGYNIA.

A. Flores completi, superi.

233. Crataegus. Drupa 1-5 pyrena, disco, drupa angustiore, terminata. Pyrenae carni inmersae.
234. Mespilus. Drupa 5 pyrena, disco dilatato, fere latitudinem drupae adaequante, terminata. Pyrenae carni inmersae.
234. Cotoneaster. Drupa 3-5 pyrena. Pyrenae calyci carnoso adnatae apice nudae et liberae, inter se cohaerentes, sed carni non inmersae.
234. Pyrus. Pomum 2-5 loculare; loculi membrana cartilaginea vestiti, 2 spermi.
234. Cydonia. Pomum 2-5 loculare; loculi membrana cartilaginea vestiti, polyspermi.
236. Aronia. Baccae loculi, dissepimento incompleto, bifidi.
236. Sorbus. Baccae loculi indivisi.

B. Flores completi, inferi.

208. Spiraea. Cal. 5 fidus. Caps. plures, 2-6 spermae.

POLYGYNIA.

A. Cal. 5-9 fidus, laciniis uniserialibus.

221. Rosa. Nuces plurimae, calycis tubo, denique baccam spuriam referenti, inclusae.
210. Rubus. Drupae plurimae, receptaculo conico insertae, in baccam spuriam connatae.
209. Dryas. Nuces plurimae, receptaculo hemisphaerico insertae, stylo persistente, plumoso, terminatae.

B. Cal. 8-10 fidus, laciniis biserialibus, exterioribus appendiculiformibus.

209. Geum. Nuces stylo persistente aristatae.
211. Fragaria. Nuces muticae, receptaculo succulento, plerumque deciduo, insertae.
212. Comarum. Nuces muticae, receptaculo carnoso-spongioso, aucto, insertae.
212. Potentilla. Nuces muticae, receptaculo exsucco insertae. Pet. 5.
220. Tormentilla. Nuces muticae, receptaculo exsucco insertae. Pet. 4.

Cl. XIII. POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

A. Cor. 4 petala.

30. Chelidonium. Cal. 2 sepalus. Ovula placentis 2 intervalvularibus affixa.
30. Glaucium. Cal. 2 sepalus. Ovula ad marginem dissepimenti completi affixa.

29. Papaver. Cal. 2 sepalus. Ovula dissepimentis 4 pluribusve incompletis affixa.
78. Capparis. Cal. 4 sepalus. Antherae incumbentes, versatiles.
25. Actaea. Cal. 4 sepalus. Antherae apici filamentorum dilatato adnatae.

B. Cor. 5 petala.

132. Tilia. Calycis sepala aestivatione valvata.
79. Cistus. Sepala 3 interiora aestivatione convoluta. Caps. 5-10 valvis.
80. Helianthemum. Sepala 3 interiora aestivatione convoluta. Caps. 3 valvis.

C. Cor. polypetala.

27. Nymphaea. Pet. nectario destituta.
27. Nuphar. Pet. dorso nectarifera.

DI-POLYGYNIA.

A. Ovarium pluri-multiovulatum. Capsula introrsum dehiscens.

a. Flores irregulares.

22. Delphinium. Cal. corollinus, sepalo superiore calcarato.
23. Aconitum. Cal. corollinus, sepalo superiore fornicato.

b. Flores regulares, tetrapetali.

26. Cimicifuga. Cal. cum corolla caducus.

c. Flor. regulares, penta-pleiopetali. Cal. herbaceus. Pet. calyce maiora, plana.

26. Paeonia. Petala 5 vel plura, nectario destituta.

d. Flor. regulares, penta-polypetali. Cal. corolliformis. Pet. nectariformia.

21. Aquilegia. Pet. infundibuliformia, deorsum calcarata.
20. Nigella. Petalorum lamina bifida, basi foveam nectariferam, squama tectam gerens.
19. Trollius. Petalorum lamina linearis, basi foveam nectariferam denudatam gerens.
19. Helleborus. Petalorum lamina tubulosa. Sepala persistentia.
19. Eranthis. Petalorum lamina tubulosa. Sepala decidua. Ovaria stipitata.
20. Isopyrum. Petalorum lamina basi cucullata. Sepala decidua. Ovaria non stipitata.
19. Caltha. Pet. o.

B. Ovarium 1 ovulatum. Carpella nucamentacea, non dehiscentia.

a. Cal. aestivatione imbricatus. Cor. 5-pleiopetala.

9. Adonis. Petala nectario destituta.
11. Ranunculus. Petalorum unguis fovea nectarifera insculptus, lamina brevior vel brevissimus. Ovarium 1 loculare.
10. Myosurus. Petalorum unguis fovea nectarifera insculptus, filiformis, laminam superans. Ovarium 1 loculare.

11. Ceratocephalus. Petalorum unguis fovea nectarifera insculptus. Carpella loculis 2 sterilibus.

b. Cal. aestivatione imbricatus, corollinus. Cor. o.

6. Anemone. Receptaculum fructus auctum, conicum vel hemisphaericum.
3. Thalictrum. Receptaculum fructus parvum, discoideum.

c. Cal. aestivatione valvatus vel margine introrsum plicatus, corollinus.

2. Clematis. Pet. o.
3. Atragene. Pet. plurima, calyce minora.

Cl. XIV. DIDYNAMIA.

ANGIOSPERMIA.

Ovaria 4, uniovulata. Styl. 1, e medio ovariorum. Nuces 4, calycis fundo inmersae.

I. Antherarum sacculi valvula dehiscentes.

565. Galeopsis. Stam. sub labio superiore parallela.

II. Antherae reniformes, uniloculares, rima semicirculari dehiscentes, polline emisso patellam orbicularem planam exhibentes.

548. Ocymum. Cor. labium superius quadrifidum, inferius integrum.
549. Lavandula. Cor. labium superius bifidum, inferius trifidum.

III. Antherarum sacculi recti, paralleli, vel divergentes, singuli rima longitudinali dehiscentes, vel apicibus mutuo sibi impositi et e rima unica longitudinali, ambobus sacculis communi, pollen emittentes.

A. Tubus corollae intus, ad staminum insertionem, annulo pilorum interrupto praeditus. Stylus cum staminibus inclusus.

571. Marrubium. Nuces apice plano triangulari truncatae.
570. Sideritis. Nuces apice rotundatae.

B. Tubus corollae intus, infra staminum insertionem, annulo pilorum continuo praeditus. Stylus, etiam staminibus inclusis, semper e fauce corollae exsertus.

a. Stam. distantia, sub labio superiore corollae arcuato-conniventia.

561. Horminum. Cal. bilabiatus.

b. Stam. approximata, sub labio superiore parallela. Cal. bilabiatus.

574. Prunella. Cal. fructifer compresso-clausus.
575. Prasium. Cal. fructifer apertus.

c. Stam. approximata, parallela. Cal. 5 dentatus. Labium corollae superius planum, minimum.

575. Ajuga. Lab. cor. cuperius brevissimum, bilobum; inferius trifidum, multo maius.

d. Stam. approximata, sub labio superiore parallela. Cal. 5 dentatus. Labium corollae superius fornicatum vel concavum.

564. Lamium. Labii cor. inferioris laciniae laterales minimae dentiformes vel nullae.

565. Galeobdolon. Labii cor. inferioris trifidi laciniae omnes acutae.

567. Stachys. Labii cor. inferioris 3 fidi laciniae obtusae. Nuces superne rotundatae. Stam. deflorata contorta, extrorsum flexa.

572. Ballota. Labii cor. inferioris 3 fidi laciniae obtusae. Nuces superne rotundatae. Stam. deflorata recta.

573. Phlomis. Labii cor. inferioris 3 fidi laciniae obtusae. Nuces apice plano triangulari marginato truncatae vel apice dentatae. Stam., sub basi adnata, appendiculata.

572. Leonurus. Labii cor. inferioris 3 fidi laciniae obtusae. Nuces apice plano triangulari marginato truncatae. Stam. basi non appendiculata.

C. Tubus corollae intus nudus sive annulo pilorum destitutus.

a. Stam. approximata, sub labio superiore parallela. Labium cor. superius nullum, vel potius bipartitum, laciniis margini labii inferioris impositis.

576. Teucrium. Cal. 5 dentatus vel bilabiatus.

b. Stam. approximata, sub labio superiore parallela. Labium cor. superius planum, emarginatum.

561. Nepeta. Lab. cor. inferius valde concavum. Antherae non cruciatae.

562. Glechoma. Lab. cor. inferius planum. Antherae cruciatae. Cal. cylindricus, 5 dentatus.

563. Militis. Lab. cor. inferius planum. Antherae cruciatae. Cal. campanulatus, lobatus.

c. Stam. approximata, sub labio superiore parallela. Lab. cor. superius concavum vel fornicatum.

573. Scutellaria. Cal. bilabiatus, labiis integris.

563. Dracocephalum. Cal. bilabiatus, labiis dentatis.

569. Betonica. Cal. 5 dentatus. Nuces apice compressae rotundatae.

572. Chaiturus. Cal. 5 dentatus. Nuces apice plano triangulari marginato truncatae.

d. Stam. distantia, superne magis patula, sed recta.

549. Mentha. Antherarum sacculi paralleli. Cor. infundibuliformis, 4 fida, laciniis erecto-patulis, superiore emarginata.

549. Elsholtia. Antherarum sacculi divergentes. Cor. subaequaliter 4 fida, lac. superiore recta, subconcava, emarginata, inferioribus patentibus.

561. Hyssopus. Antherarum sacculi divergentes. Cor. lab. superius planum, bifidum, inf. 3 fidum, lacinia media obcordata.

d. Stam. distantia, sub labio superiore arcuato-convergentia.

561. Melissa. Cal. bilabiatus, superne planus.

IV. Antherarum sacculi connectivo triangulari utrinque adnati.

557. Thymus. Cal. perfecte bilabiatus. Stam. distantia, recta, superne magis patula.

559. Ca-

559. Calaminthia. Cal. perfecte bilabiatus. Stam. distantia, superne arcuato-conniventia. Involucrum o.
560. Clinopodium. Involucrum e foliolis setaceis compositum, florum verticillis subjectum; cetera ut Calaminthae.
559. Micromeria. Cal. obscure bilabiatus, 13-15 striatus. Stam. adscendentia, plerumque per paria approximata.
558. Satureia. Cal. 5 dentatus, 10 striatus. Stam. distantia, superne arcuato-conniventia.
556. Origanum. Cal. 5 dentatus vel oblique fissus, 10 striatus. Stam. distantia, recta, superne patentiora.

ANGIOSPERMIA.

Fructus in receptaculo solitarius.

I. Antherarum sacculi basi spinula instructi.

A. Ovarium 1 loculare, multiovulatum, placentis parietalibus.

539. Lathraea. Corolla deflorata tota decidua.
533. Orobanche. Corolla deflorata decidua, basi circumscissa remanente.

B. Ovarium 2 loculare, 4-multiovulatum, in fructu 1-polyspermum.

a. Cal. 5 dentatus.

539. Tozzia. Cal. tubulosus. Labium cor. superius bifidum, inferius 3 fidum. Laciniae subaequales.
540. Pedicularis. Cal. saepe inflatus. Labium cor. superius galeatum, compressum.

b. Cal. 4 dentatus.

541. Rhinanthus. Sem. ala orbiculari cincta.
545. Bartsia. Sem. altero latere alato-dilatata.
545. Trixago. Sem. costata, costis apteris. Caps. in rostrum attenuata.
545. Euphrasia. Sem. costata, costis apteris. Caps. obtusissima, integra vel emarginata.
539. Melampyrum. Sem. laevia, aptera.

II. Antherae muticae.

A. Ovarium 1 loculare, placenta libera, multiovulata.

532. Lindernia. Cor. bilabiata. Cal. 5 fidus.
533. Limosella. Cor. fere aequalis. Cal. 5 dentatus.

B. Ovarium 2 loculare.

578. Acanthus. Cor. 1 labiata.
515. Scrophularia. Cor. bilabiata, subglobosa. Antherae apici filamenti dilatato transverse adnatae.
520. Antirrhinum. Cor. bilabiata; labium inferius palato gibbo. Caps. foraminibus dehiscens.
520. Linaria. Cor. bilabiata; labium inferius palato gibbo. Caps. valvulis dehiscens.

517. Digitalis. Cor. e tubo brevi campanulata vel tubuloso-campanulata; limbus obliquus, 4 fidus, lacinia superiore emarginata.
524. Anarrhinum. Corollae tubus cylindricus, limbus planus, obliquus. Dissepimentum capsulae simplex.
525. Erinus. Corollae infundibuliformis laciniae 2 superiores angustiores, tubus apice gracilis. Dissepimentum e marginibus valvularum inflexis.

C. Ovarium triloculare.

326. Linnaea. Flos superus.

D. Ovarium 4 loculare, loculis 1 ovulatis.

578. Verbena. Cal. 5 fidus, fruct. in nuces 4 dilabens.
577. Vitex. Cal. 5 dentatus, nux 4 sperma.

Cl. XV. TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Fructus ratione longitudinis latus et brevis.

I. Silicula turgida, dura et nucamentacea, indehiscens, septo evanido quandoque 1 locularis.

A. Silicula articulo unico constans.

76. Neslia. Silicula globosa, stylo imposito, unilocularis, 1 sperma.
76. Calepina. Silic. subrotundo-ovata, breviter acuminata, unilocularis, 1 sperma.
75. Euclidium. Silic. subrotunda, in stylum acuminata, loculis 2 collateralibus, 1 spermis.
77. Bunias. Silic. ovata vel oblonga, loculis 2 superpositis, vel paribus loculorum 2 superpositis, 1 spermis.
76. Myagrum. Silic. pyriformis, 3 locularis, loculis 2 superioribus collateralibus vacuis.

B. Silicula biarticulata, articulis maturitate transverse secedentibus.

77. Rapistrum. Siliculae articulus inferior pedicelliformis, superior ovatus vel subrotundus; funiculus umbilicalis brevissimus.
78. Crambe. Silic. articulus inferior pedicelliformis, superior globosus. Funiculus umbilicalis longissimus.
77. Cakile. Silic. articulus uterque anceps, superior pugioniformis.

II. Silicula a latere compressa, carina valvularum navicularium prominente vel alata vel a latere plano-compressa.

A. Silic. non dehiscens vel denique in valvulas 2, semine autem non demittentes, soluta.

75. Isatis. Silic. plana, 1 sperma, dissepimento perforato.
71. Biscutella. Silic. plana, basi apiceque emarginata, biscutata, margine alato cincta.
75. Senebiera. Silic. a latere compressa, vel subdidyma, margine alato destituta.

B. Silic. dehiscens et semina demittens.

a. Stam. appendiculata vel alata.

69. Teesdalia. Filamenta basi appendice petaloidea.
74. Aethionema. Filamenta longiora alata, ala apice saepe dentata.

b. Stamina nec appendiculata nec alata.

71. Lepidium. Silic. loculi 1 spermi. Pet. aequalia.
70. Iberis. Silic. loculi 1 spermi. Pet. radiantia.
68. Thlaspi. Silic. loculi 2-pleiospermi. Valvulae, praesertim apicem versus, alatae.
73. Hutchinsia. Silic. loculi 2 spermi. Valvulae non alatae.
73. Capsella. Silic. loculi polyspermi. Valvulae non alatae.

III. Silicula subglobosa, dissepimento latitudine siliculae ipsius, vel silicula a dorso compressa turgidaque, vel a dorso plano-compressa.

A. Silic. non dehiscens.

61. Peltaria. Filamenta edentula.
61. Clypeola. Filamenta dente instructa.

B. Silic. dehiscens, filamenta angulo fracta.

66. Kernera. Filamenta longiora per paria approximata, ad medium usque parallela, dein angulo recto refracta, adscendentia.

C. Silic. dehiscens. Filamenta dente alaeformi vel basi prominentia callosa.

58. Alyssum. Silic. loculi 2 ovulati.
60. Farsetia. Silic. loculi ovulis 6, pluribusve. Valvulae planae vel convexae.
58. Vesicaria. Silic. loculi ovulis 6, pluribusve. Valvulae hemisphaerico-turgidae.

D. Silic. dehiscens. Filamenta edentula.

67. Camelina. Silic. pyriformis. Dissepimentum, valvulis delapsis, stylo orbatum.
61. Lunaria. Silic. carpophoro filiformi elongato insidens, plano-compressa. Funiculi dissepimento adnati.
61. Petrocallis. Silic. plano-compressa vel paulum convexa, carpophoro nullo. Loculi 2 spermi. Funiculi toti dissepimento adnati.
61. Draba. Silic. plano-compressa vel paulum convexa. Loculi multiovulati. Funiculi liberi.
60. Lobularia. Silic. plano-compressa. Loculi 1 spermi.
67. Subularia. Silic. a dorso paulum compressa. Valvulae in carinam plicatae, sed absque nervo medio.
65. Cochlearia. Silic. valde turgida vel subglobosa. Valvulae nervo dorsali instructae.
66. Armoracia. Silic. valde turgida vel subglobosa. Valvulae nervo dorsali destitutae.

Ad Siliculosa: *Nasturtia.*

SILIQUOSA.

Fructus angustus et ratione latitudinis longus.

I. Stigma e lamellis 2, erectis, accumbentibus formatum.

46. Hesperis. Lamellae stigmatis dorso non incrassatae.
33. Matthiola. Lamellae stigmatis dorso incrassatae, vel cornigerae, vel stylus utrinque corniger.

II. Stigma obtusum, vel emarginatum, vel etiam bilobum, sed lobis obtusis.

A. Siliqua non dehiscens.

78. Raphanus. Siliqua cylindrica vel moniliformis, non dehiscens, sed maturitate quandoque in articulos transversim secedens.

B. Siliqua in valvulas 2 dehiscens.

a. Valvulae enerviae vel basi tantum nervo debili instructae.

45. Dentaria. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cotyled. margine utrinque complicatae.
42. Cardamine. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cotyled. planae.
34. Nasturtium. Sem. in quoque loculo biserialia vel irregulariter seriata.

b. Valvulae 1-3-5 nerviae, (in Arabidis speciebus nonnullis nervus debilis, sed striolae longitudinales plurimae.)

aa. Cotyledones planae, accumbentes.

37. Turritis. Sem. in quoque loculo biserialia.
34. Cheiranthus. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Stigma bifidum, lobis recurvatis.
36. Barbarea. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Stigma obtusum vel emarginatum. Siliqua subteres vel tetragona.
37. Arabis. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Stigma obtusum vel emarginatum. Siliqua valde compressa.

bb. Cotyledones planae, incumbentes.

49. Braya. Sem. in quoque loculo biserialia. Siliq. teres, valvulae nervo dorsali subtili.
54. Syrenia. Sem. in quoque loculo biserialia. Siliq. tetragona, valvulae nervo dorsali valido.
50. Erysimum. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Siliq. tetragona, valvulae nervo dorsali unico.
49. Hugueninia. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Siliq. anceps, valvulae nervo dorsali unico.
47. Sisymbrium. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Siliqua valvulis convexis, 3 nerviis.
46. Malcolmia. Sem. in quoque loculo 1 serialia. Siliqua teres, terminata stigmate conico.

cc. Cotyledones incumbentes, profunde canaliculatae vel conduplicatae.

56. Diplotaxis. Sem. in quoque loculo biserialia, ovalia vel oblonga, paulum compressa.

57. Eruca. Sem. in quoque loculo biserialia, globosa. Valv. nervo dorsali unico.
56. Erucastrum. Sem. in quoque loculo uniserialia, ovalia vel oblonga, paulum compressa.
54. Brassica. Sem. in quoque loculo uniserialia, globosa. Valv. nervo dorsali unico.
55. Sinapis. Sem. in quoque loculo uniserialia, globosa. Valv. nervis dorsalibus 3 vel 5.

Cl. XVI. MONADELPHIA.

DECANDRIA.

249. Myricaria. Seminum coma stipitata.
137. Geranium. Valvularum aristae maturitate circinatim revolutae.
141. Erodium. Valvularum aristae maturitate spiraliter tortae.

POLYANDRIA.

131. Lavatera. Cal. exterior trifidus.
131. Althaea. Cal. exterior 6-9 fidus.
129. Malva. Cal. exterior triphyllus.
132. Hibiscus. Cal. exterior polyphyllus.

Ad Monadelphiam: *Radiola. Linum. Lysimachiae species. Oxalis. Polygala. Spartium. Sarothamnus. Genista. Cytisus. Ulex. Lupinus. Ononis. Anthyllis. Galega.*

Cl. XVII. DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

32. Fumaria. Filamenta 2, antheris 3. Ovarium 1 ovulatum.
31. Corydalis. Filamenta 2, antheris 3. Ovarium pluriovulatum.

OCTANDRIA.

90. Polygala. Filamenta 2, basi in unum corpus connata; antherae in quoque filamento 4.

DECANDRIA.

I. Stamina monadelpha.

A. Alae corollae basi superne eleganter rugoso-plicatae. Cal. conspicue 2 labiatus.

151. Ulex. Cal. ad basin usque bipartito-labiatus.
151. Spartium. Cal. unilabiatus, superne fissus; labium apice minute denticulatum.
151. Sarothamnus. Cal. bilabiatus. Carina obtusa. Styl. circinato-convolutus, superne dilatatus, latere interiore planus.
152. Genista. Cal. bilabiatus. Carina obtusa. Styl. adscendens. Stigma introrsum declive.
154. Cytisus. Cal. bilabiatus. Carina obtusa. Styl. adscendens. Stigma extrorsum declive.
157. Lupinus. Cal. bilabiatus. Carina acuminato-rostrata.

B. Alae corollae non plicatae. Cal. 5 dentatus vel subbilabiatus.

158. Ononis. Cal. 5 fidus, persistens, fructifer apertus.
159. Anthyllis. Cal. 5 dentatus, marcescens, fructifer clausus. Filamenta sursum dilatata.
179. Galega. Cal. 5 dentatus, marcescens, fructifer apertus. Filamenta subulata.

II. Stamina diadelpha. Legumen in articulos non secedens. Stylus glaber.

A. Carina rostrata.

177. Lotus. Legum. teres vel compressum, valvulis contortis dehiscens.
178. Tetragonolobus. Legum. quadrialatum.
189. Securigera. Legum. plano-compressum, marginibus incrassatis, non dehiscens.

B. Carina non rostrata simpliciter acuta vel obtusa.

a. Staminum columna petalis plus minusve adnata.

167. Trifolium. Cor. marcescens, persistens.

b. Staminum columna petalis non adnata. Filamenta apice dilatata.

178. Glycyrrhiza. Carina dipetala.
191. Cicer. Carina monopetala. Legumen membranaceum, inflatum. Sem. acuminata.
176. Dorycnium. Carina monopetala. Legumen coriaceum. Alae transverse bullato-inflatae.
177. Bonjeania. Carina monopetala. Legumen coriaceum. Alae aequaliter convexae.

c. Staminum columna petalis non adnata. Filamenta subulata.

aa. Legumen plus minusve longitudinaliter biloculare.

182. Astragalus. Carina mutica.
180. Oxytropis. Carina mucronata.

bb. Legumen uniloculare vel tela cellulosa spongiosa transverse septatum.

190. Onobrychis. Legum. obovatum, in sutura inferiore (non seminifera) alato-carinatum muticum vel dentato-cristatum, 1 spermum.
166. Melilotus. Legum. subrotundum vel oblongo-ovatum, turgidum, in sutura superiore quandoque carinatum, 1-3 spermum.
160. Medicago. Legum. contortum, 1-5 cyclum.
179. Phaca. Legum. inflatum, polyspermum.
165. Trigonella. Legum. lineare, polyspermum.

III. Stam. diadelpha. Legumen in articulos non secedens. Stylus pubescens.

A. Stylus latere superiore, (interiore,) pilosus.

198. Ervum. Stylus filiformis.
202. Orobus. Styl. supra planus, aequalis latitudinis vel sursum dilatatus, rectus vel apice incurvo terminatus. Cirrhi nulli.

199. Lathyrus. Cirrhi in apice foliorum; cetera ut Orobi.
198. Pisum. Stylus triqueter, basi supra carinatus, infra canaliculatus.

B. Stylus a basi ciliatus.

179. Colutea. Stylus semiteres, a basi ciliatus, apice hamatus. Stigma in flexura hami.

C. Styl. undique pubescens vel infra apicem in latere exteriore barbatus.

191. Vicia. Styl. rectus.
204. Phaseolus. Styl. cum staminibus et carina spiraliter contortus.

IV. Legumen in articulos transverse secedens.

a. Carina non rostrata.

190. Hedysarum. Stam. subulata.
189. Ornithopus. Stam. superne dilatata.

b. Carina rostrata.

189. Hippocrepis. Legumen ad suturam superiorem sinuato-excisum lobatumque.
187. Scorpiurus. Legumen spiraliter revolutum, ad genicula contractum.
187. Coronilla. Legumen rectum vel arcuatum, ad genicula contractum.

Cl. XVIII. POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

133. Androsaemum. Fructus baccatus.
133. Hypericum. Fructus capsularis.

Cl. XIX. SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

Flores omnes hermaphroditi.

Semiflosculosae. Flores omnes ligulati.

I. Pappus plumosus. Receptaculum paleaceum.

426. Hypochoeris. Paleae deciduae.

II. Pappus plumosus, receptaculum nudum vel in margine areolarum fimbrillatum.

A. Inv. simplex; foliola aequalia, conformia.

422. Urospermum. Plumulae pappi liberae.
422. Tragopogon. Plumulae pappi intertextae.

B. Inv. imbricatum vel calyculatum.

a. Plumulae pappi intertextae.

423. Scorzonera. Callus in basi achenii, umbilicum cingens, brevissimus.

425. Podospermum. Callus in basi achenii, umbilicum cingens, elongatus, achenio crassior.

b. Plumulae pappi liberae.

417. Thrincia. Papp. acheniorum marginalium coroniformis.
421. Picris. Papp. conformis, caducus.
418. Leontodon. Papp. conformis, persistens. Achenium sensim attenuatum.
422. Helminthia. Papp. conformis, persistens. Achenium apice rotundato-obtusum, rostro filiformi.

III. Pappus simplex. Receptaculum paleaceum.

435. Lagoseris. Achen. marginalia introrsum tricarinata vel trialata; paleae setaceae.

IV. Pappus simplex. Recept. nudum vel in margine areolarum fimbrillatum vel subfavosum.

A. Pappus acheniorum marginalium coroniformis, disci paleaceus vel setosus.

416. Hyoseris. Achen. marginalia et intima disci teretiuscula; interjecta alato-compressa.
417. Hedypnois. Achen. omnia teretiuscula.

B. Pappus acheniorum omnium e paleis vel pilis applanatis formatus.

416. Cichorium. Pappi paleae breves lanceolatae vel oblongae.

C. Pappi radii scaberrimi, exteriores piliformes, intimi basi dilatati et villosi.

426. Galasia. Achen. erostrata.

D. Papp. acheniorum omnium e radiis piliformibus formatus.

a. Flores uniseriales, 5 in toto capitulo.

430. Phoenixopus. Ach. in rostrum filiforme acuminata.
430. Prenanthes. Ach. erostrata.

b. Flores pluriseriales.

aa. Ach. rostrata; rostrum basi squamis vel annulo cinctum.

429. Chondrilla. Flores biseriales.
427. Willemetia. Flores multiseriales. Coronula in basi rostri crenulata.
428. Taraxacum. Flores multiseriales. Coronula e squamis muriciformibus.

bb. Ach. erostrata, vel apicem versus angustiora, vel etiam rostrata, rostro autem basi annulo squamisve destitutum.

431. Lactuca. Ach. plano-compressa, in rostrum filiforme acuminata.
432. Sonchus. Ach. plano-compressa, erostrata.
434. Picridium. Ach. tetragona, quadrisulcata, angulis profunde crenatis.
434. Zacyntha. Ach. difformia, marginalia dorso valde gibba, foliolis involucri torulosi arcte involuta, pappo laterali.

435. Bark-

435. Barkhausia. Ach. teretia, in rostrum evidens attenuata.
437. Crepis. Ach. teretia vel subcompressa, apice paulum angustata; radii pappi capillares.
442. Soyeria. Ach. teretia vel subcompressa, apice paulum angustata; radii pappi subulato-setacei.
443. Hieracium. Achenia cylindrica, apice aequalis latitudinis ibidemque nullo modo attenuata vel contracta.

E. Pappus nullus vel e coronula brevi setisve duabus formatus.

a. Receptaculum paleaceum; achenium palea involutum ipsique adnatum.

415. Scolymus. Pappi loco margo crenatus vel setae 2.

b. Receptaculum nudum.

415. Lapsana. Inv. fructiferum erectum, immutatum. Achenia marginalia non involuta.
416. Arnoseris. Inv. fructif. torulosum, globose connivens.
416. Rhagadiolus. Inv. fructif. patens. Achenia marginalia involuta, persistentia.

Capitatae.

Flores omnes tubulosi. Stylus apice articulatus.

I. Receptaculum favosum.

404. Onopordum. Pappus basi annulo coniunctus, deciduus.

II. Receptaculum paleaceum, paleis apice fissis. Pappi radii ramosi, in annulum connati.

405. Carlina. Pappi radii ramosi; rami plumosi.
406. Staehelina. Pappi radii ramosi; rami simplices, capillares, pinnatim dispositi.

III. Receptaculum paleaceo-setosum.

A. Pappus nullus.

408. Carthamus. Achenia pappo destituta.

B. Pappus in annulum connatus, deciduus.

400. Carduus. Pappus pilosus.
392. Cirsium. Pappus plumosus. Involucri foliola in spinam vel mucronem acuminata. Filamenta libera.
400. Cynara. Pappus plumosus. Involucri foliola cum mucrone vel cum spina emarginata. Filamenta libera.
400. Silybum. Pappus plumosus. Filamenta monadelpha.

C. Pappus e setulis deciduis.

404. Lappa. Involucri foliola in mucronem uncinatum acutissimum terminata.

D. Pappus persistens.

406. Saussurea. Pappus plumosus.
407. Serratula. Pappus pilosus, serie radiorum intima longiore.
408. Kentrophyllum. Pappus pilosus, serie radiorum intima brevissima, connivente.

*****

Ad hanc Sect.: *Centaureae quaedam. — Eupatorium et ceterae discoideae in Polygamia superflua recensentur.*

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Flores marginales feminei, ligulati vel tubulosi; disci hermaphroditi, fertiles, semper tubulosi.

I. Pappus pilosus. Recept. nudum. Flores marginales non ligulati, (in Petasite subligulati.)

A. Involucrum simplex, subcalyculatum.

348. Adenostyles. Flores omnes hermaphroditi.
349. Homogyne. Flores marginales feminei, uniseriales.
350. Petasites. Flores marginales feminei, in capitulis masculis uniseriales, pluriseriales in femineis.

B. Involucrum imbricatum; foliolis exterioribus sensim brevioribus.

a. Flores omnes hermaphroditi.

348. Eupatorium. Styli crura filiformia, elongata.
351. Chrysocoma. Styli crura lanceolata, attenuato-acuta.

b. Flores marginales feminei vel capitula dioica.

aa. Foliola involucri herbacea vel margine tantum scariosa.

362. Filago. Flores fem. exteriores inter foliola involucri collocata.
360. Conyza. Flores fem. omnes intra involucrum collocati.

bb. Involucrum scariosum.

365. Helichrysum. Flores fem. uniseriales, pauci.
363. Gnaphalium. Flores fem. pluriseriales. Capitula in nonnullis dioica.

II. Pappus pilosus. Recept. nudum. Flores marginales ligulati.

A. Involucrum imbricatum. Foliola multiserialia.

a. Antherae caudatae.

360. Pulicaria. Pappus pilosus, series exterior pilorum brevis, in coronulam connata.
358. Inula. Pappus pilosus, conformis.

b. Antherae ecaudatae.

353. Erigeron. Flor. fem. pluriseriales.
351. Aster. Fl. fem. 1 seriales. Radius discolor, fertilis.
352. Galatella. Fl. fem. 1 seriales. Radius discolor, sterilis.
355. Solidago. Fl. fem. 1 seriales. Radius concolor, fertilis.

B. Involucrum aequale, e foliolis 1-3 serialibus et aequalibus formatum vel calyculatum.

a. Pappus difformis.

353. Stenactis. Pappus florum marginalium simplex ex setulis brevibus; disci duplex, exterior e setulis brevibus, interior e pilis elongatis.

b. Pappus conformis, pilosus; acheniorum marginalium quandoque nullus. Flores fem. uniseriales.

aa. Involucrum hemisphaericum vel planiusculum.

352. Bellidiastrum. Styli crura attenuato-acuta.
380. Doronicum. Styli crura capitato-truncata. Achenia marginalia pappo destituta.
381. Aronicum. Styli crura capitato-truncata. Achenia omnia pappo instructa.

bb. Involucrum cylindricum.

385. Ligularia. Styli crura filiformia, semiteretia.
382. Arnica. Styli crura superne incrassata, apice conico terminata.
385. Senecio. Styli crura capitata, truncato-obtusa. Invol. calyculatum.
383. Cineraria. Styli crura capitata, truncato-obtusa. Invol. simplex.

cc. Pappus conformis, pilosus. Flores fem. pluriseriales.

349. Tussilago. Inv. subcalyculatum.

III. Pappus non pilosus. Recept. nudum.

A. Invol. e foliolis 2 serialibus aequalibus formatum.

353. Bellis. Pappus o.

B. Invol. imbricatum, multiseriale.

a. Achenia rostrata.

361. Carpesium. Flores radii pluriseriales.

b. Achen. erostrata. Flores marginales filiformes vel o.

370. Cotula. Achenia radii foliaceo-plana.
369. Tanacetum. Ach. angulato-striata, disco epigyno latitudine achenii.
365. Artemisia. Achen. obovata, exalata, disco epigyno minuto.

c. Achenia erostrata. Flores marginales ligulati vel campanulato-tubulosi floribusque disci conformes.

377. Matricaria. Achen. exalata. Recept. conico-cylindricum.
378. Chrysanthemum. Ach. exalata. Recept. convexum.
380. Pinardia. Ach. radii trialata, alis mucrone terminatis.

IV. Pappus non pilosus. Recept. paleaceum.

A. Involucrum uniseriale simplex.

355. Wiborgia. Pappus paleaceus, paleis plumoso-fimbriatis.

B. Inv. uniseriale, calyculatum.

356. Bidens. Pappus aristis 2-5, retrorsum aculeatis.

C. Involucrum imbricatum. Stylus apice articulatus.

414. Xeranthemum. Papp. persistens.

D. Inv. multiseriale, imbricatum. Stylus non articulatus.

a. Antherae ecaudatae.

370. Santolina. Flores omnes tubulosi et hermaphroditi.

370. Achillea. Flores marginales ligulati, ligula subrotundo-ovata.
375. Anthemis. Flores marginales ligulati, ligula oblonga. Achen. exalata.
377. Anacyclus. Flores marginales ligulati, ligula oblonga. Achen. alata.

b. Antherae caudatae.

358. Pallenis. Achen. flor. marginalium plano-compressa.
357. Asteriscus. Achen. marginalia trigona. Corollae disci in tubi basi incrassatae.
357. Buphthalmum. Achen. marginalia trigona. Tubus corollarum disci basi angustatus.
357. Telekia. Achen. omnia teretia, multistriata.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

Flores feminei marginales abortu stigmatis neutri; disci hermaphroditi fertiles.

409. Centaurea. Recept. setosum. Achen. umbilico laterali.
414. Crupina. Recept. setosum. Achen. umbilico terminali.
356. Helianthus. Recept. paleaceum.
Ad Polyg. frustr.: *Varietas Bidentis cernuae radiata.*

POLYGAMIA NECESSARIA.

Flores marginales feminei, fertiles, disci hermaphroditi, steriles, semina non proferentes.

391. Calendula. Inv. biseriale, foliolis aequalibus. Achenia difformia.
361. Micropus. Inv. 1 seriale, 5-9 phyllum, foliola flores fertiles involventia.

POLYGAMIA SEGREGATA.

Capitula 1-pluriflora, in capitulum commune congesta.

392. Echinops. Capitula 1 flora, in capitulum commune sphaericum congesta.

Cl. XX. GYNANDRIA.

MONANDRIA.

I. Anthera tota adnata.

A. Labellum calcaratum.

a. Ovarium contortum. Loculi antherae paralleli, inferne accumbentes.

684. Orchis. Antherarum loculi basi bursicula communi conjuncti. Labellum patens.
689. Himantoglossum. Antherae loculi basi bursicula communi conjuncti. Labellum contortum.
688. Gymnadenia. Antherae loculi basi bursicula destituti. Labellum patens.

b. Ovarium contortum. Antherae loculi inferne, sinu rostelli excisi, sejuncti.

690. Platanthera. Labellum integrum, lineare.
689. Habenaria. Labellum lobatum.

c. Ovarium non contortum.

690. Nigritella. Perigon. subcampanulatum, resupinatum.

B. Labellum ecalcaratum, biarticulatum.

693. Serapias. Labellum trilobum, lobo medio geniculato-refracto.

C. Labellum continuum.

691. Ophrys. Perigon. patens.
693. Herminium. Perigon. campanulatum, laciniis labelloque erectis.
692. Aceras. Perigon. galeatum. Antherae loculi basi bursicula conjuncti.
692. Chamaeorchis. Perigon. galeatum. Antherae loculi bursicula destituti.

II. Anthera libera.

A. Labellum calcaratum.

693. Epigogium. Calcar inflatum, erectum.
693. Limodorum. Calcar subulatum, descendens.

B. Labellum ecalcaratum, biarticulatum.

694. Cephalanthera. Ovarium contortum, sessile.
694. Epipactis. Ovarium non contortum, pedunculatum.

C. Labellum ecalcaratum, non articulatum.

696. Corallorrhiza. Labellum basi cum laciniis perigonii lateralibus conjunctum ibidemque calcar breve adnatum referens.
696. Sturmia. Perigon. patens. Labellum erectum, posticum. Anthera terminalis, decidua.
697. Malaxis. Perigon. patentissimum. Labellum erectum, posticum. Anthera terminalis, persistens.
695. Neottia. Perigon. campanulatum, subgaleatum. Anthera terminalis, sessilis, persistens.
695. Listera. Perigon. in galeam connivens. Gynostem. postice terminatum processu ovato, antheram persistentem basi vel apice gerente.
696. Spiranthes. Perigon. ringens. Labellum inclusum. Anthera sessilis.
696. Goodyera. Perig. ringens. Labellum inclusum. Anthera stipitata.

DIANDRIA.

697. Cypripedium. Labellum ventricoso-inflatum.

HEXANDRIA.

625. Aristolochia. Perigon. corollinum, tubulosum, apice in ligulam dilatatum.

Cl. XXI. MONOECIA.

MONANDRIA.

626. Euphorbia. Invol. proprium campanulatum, 9-10 dentatum; dentes 4-5 disco carnoso et nectarifero tecti.
682. Arum. Fructus baccatus. Spatha cucullata. Spadix apice nudus.
683. Calla. Fructus baccatus. Spatha explanata. Spadix undique tectus.
680. Zostera. Fructus nucamentacei, sub apice suo spadici lineari affixae. Spatha in folium terminata.
679. Naias. Drupa exsucca, 1 sperma. Spatha o.
245. Callitriche. Drupa exsucca, in carpella 4 secedens.
678. Zanichellia. Carpella nucamentacea, plurima, stipitata.

DIANDRIA.

666. Pinus. Squamae strobili apice incrassatae, area umbonata.
667. Abies. Squamae strobili apice applanatae.

TRIANDRIA.

681. Typha. Spica mascula femineaque cylindrica, mascula superposita. Ovarium setis cinctum.
681. Sparganium. Spicae globosae, masculae superiores. Flores perigonio paleaceo et pleiophyllo segregati.
746. Carex. Gluma univalvis. Ovarium involucro proprio lagenaeformi inclusum.
746. Elyna. Spiculae biflorae, bractea tectae; flos inferior masculus, superior femineus. Glum. 1 valvis. Invol. proprium o.
746. Kobresia. Spiculae bractea tectae; inferiores spicarum feminei, uniglumes, uniflorae cum rudimento pedicellato secundi floris, rarius in florem masculum evoluto; superiores masculi, gluma destituti, e staminibus 3, pedicello insidentibus, constantes.
769. Zea. Spicae fem. vaginis involutae. Caryopsides subrotundo-reniformes, in series dense approximatas axi communi insertae.
636. Ficus. Flores receptaculo carnoso, apice umbilicato, intus cavo inclusi.

TETRANDRIA.

a. Flores completi.

597. Littorella. Mas. Corollae tubus cylindricus, limbus 4 partitus.
626. Buxus. Corolla masc. 2 petala, fem. 3 petala. Caps. 3 rostris.

b. Flores incompleti. Flores masculi et feminei perigonio instructi.

609. Diotis. Perigon. fem. urceolatum, apice 2 dentatum.
635. Urtica. Perig. fem. bipartitum. Stigma sessile, capitato-penicillatum.
636. Morus. Perig. fem. 4 phyllum. Stigmata 2, filiformia.

c. Flores incompleti, amentacei. Perig. fem. vel masc. o.

666. Cupressus. Fem. Perigonium urceolatum. Mas. Antherae 4, uniloculares, squamae adnatae; perigon. o.

662. Alnus. Mas. Perigonia tria, quadrifida, pedicello squamae insidentia. Fem. Perig. o.

PENTANDRIA - POLYANDRIA.

a. Flores completi, non amentacei.

244. Myriophyllum. Mas. Pet. 4, caduca. Fem. Cal. superus, 4 phyllus. Pet. minima.
676. Sagittaria. Cal. tripartitus. Pet. 3. Fem. Carpella plurima recept. globoso imposita.

b. Flores completi; masculi amentacei.

638. Juglans. Mas. Perig. 2-6 partitum. Fem. Cal. superus, 4 dentatus, pet. 4 herbacea.

c. Flores incompleti, non amentacei.

600. Amaranthus. Perig. 3-5 phyllum. Caps. circumscissa.
609. Atriplex. Mas. Perig. 5 phyllum. Fem. Perig. bifidum vel bipartitum. Utriculus. Semen 1, testa crustacea.
609. Halimus. Mas. Perig. 5 phyllum. Fem. Perig. bifidum vel bipartitum. Utriculus. Sem. testa membranacea.
611. Theligonum. Perig. bifidum. Mas. Stam. 12. Fem. Nux coriacea.
246. Ceratophyllum. Mas. Perig. polyphyllum. Anthera 1, sessilis. Fem. Nux spina terminata.
462. Xanthium. Mas. Invol. polyphyllum. Perigonia 5 dentata. Fem. Invol. 1 phyllum, 2 loculare, 2 florum. Fructus spurius ex involucro indurato.

d. Flores incompleti, masculi amentacei. Stam. perigonio inserta.

638. Fagus. Involucrum 4 fidum, 2 florum, persistens. Amenta masc. globosa.
639. Castanea. Involucrum 4 fidum, 2-3 florum, persistens. Amenta mascula elongata, floribus glomeratis.
639. Quercus. Involucrum 1 florum, indivisum, maturitate in cupulam, fructum inferne ambientem, mutatum, persistens.

e. Flores incompleti, masculi vel masculi et feminei amentacei. Stam. squamis amenti inserta.

640. Corylus. Nux involucro bifido, inciso, persistente cincta.
640. Carpinus. Nux involucro foliaceo, dimidiato cincta, calyce persistente coronata.
640. Ostrya. Nux involucro urceolato, capsulaeformi, inflato inclusa.
661. Betula. Nux ala cincta, maturitate cum squama amenti decidua. Involucrum o.

MONADELPHIA.

624. Cytinus. Mas. Staminum columna apice antheris 8 adnatis. Fem. Ovar. inferum.

POLYADELPHIA.

Stam. 5. Filamenta 4 per paria connata, quintum liberum. Antherae liberae vel coalitae.

250. Cucurbita. Mas. antherae connatae. Fem. Bacca corticata, polysperma. Sem. margine tumido cincta.
251. Cucumis. Mas. Antherae connatae. Fem. Bacca corticata, polysperma. Sem. numerosa, margine acuto.
251. Bryonia. Mas. Antherae liberae. Fem. Bacca 3-6 sperma. Sem. margine obtuso, non tumido.
251. Ecballion. Mas. Antherae liberae. Fem. Bacca polysperma, a pedunculo secedens et per foramen basilare semina elastice ejaculans. Sem. margine obtuso, non tumido.

Cl. XXII. DIOECIA.

DIANDRIA.

641. Salix. Perigon. o. Glandula 1 vel 2 ad basin genitalium.

TRIANDRIA.

623. Osyris. Perigon. superum, trifidum.
625. Empetrum. Cal. triphyllus. Cor. 3 petala. Flores fem. inferi.
668. Udora. Cal. 3 partitus. Cor. 3 petala. Flores fem. superi.

TETRANDRIA.

624. Hippophae. Mas. Perigon. 2 partit. Fem. Perig. tubulosum, apice bifidum. Stigm. 1, elongatum.
322. Viscum. Cor. 4 partita. Mas. Cal. o. Antherae petalis innatae. Fem. Calyx: margo superus. Styl. o. Stigma obtusum, sessile.
609. Spinacia. Mas. Perig. 4 partitum. Fem. Perig. 2-3 fidum. Styli 4.
663. Myrica. Flor. amentacei. Mas. Stam. 4, in basi squamae amenti inserta. Perigon. o. Fem. Perigon. e squamulis 4 formatum.

PENTANDRIA.

636. Cannabis. Mas. Perig. 5 partitum. Fem. Perig. 1 phyllum, uno latere longitudinaliter fissum.
636. Humulus. Mas. Perig. 5 partitum. Fem. Perig. squamaeformia, intra squamas strobiliformes.
150. Pistacia. Mas. Perig. 5 fidum. Fem. Perig. 3-4 fidum. Stigmata 4. Drupa.
665. Juniperus. Flor. masculi amentacei. Antherae squamarum basi adnatae, 1 loculares. Flor. feminei terminales 3, nudi. Drupa spuria.
664. Taxus. Flor. masc. amentacei. Antherae squamis peltatis subtus adnatae, 1 loculares. Flor. fem. terminales, solitarii. Drupa spuria.

HEXANDRIA.

706. Smilax. Perig. 6 partitum, inferum.
706 Tamus. Perig. 6 partitum, superum.

OCTANDRIA.

660. Populus. Perigonium integrum, squamae amenti insertum. Ovar. 1.

256. Rhodiola. Cal. 4 partitus. Mas. Cor. 4 petala. Fem. Cor. o vel minuta. Ovaria 4.

ENNEANDRIA.

634. Mercurialis. Perig. 3 partitum. Mas. Stam. 9-12. Fem. Stylus brevis; stigm. 2, elongata.

668. Hydrocharis. Cal. 3 partitus, feminae superus. Cor. 3 petala.

DODECANDRIA.

668. Stratiotes. Cal. 3 partitus, feminae superus. Cor. 3 petala. Parastamina 20-30. Mas. Stam. fertilia 12.

MONADELPHIA.

664. Ephedra. Involucrum bifidum, e squamis 2 connatis. Mas. Stam. basi connata, apice libera. Fem. Perig. urceolatum.

706. Ruscus. Perigon. ad basin 6 partitum. Filamenta in tubulum ovatum connata, antheras 3 in apice gerentia.

Cl. XXIII. POLYGAMIA.

Genera huius classis per classes, flori hermaphrophrodito respondentes, dispartita sunt.

Tabula synoptica Ordinum Systematis naturalis, ad Floram nostram pertinentium.

Cl. I. PLANTAE VASCULARES, PHANEROGAMAE, EXOGENAE.

Subdivisio I. FLORES COMPLETI, POLYPETALI, INFERI.

A. Ovaria plurima, sejuncta, singula stylifera; vel plurima in fructum lobatum plus minusve connata, lobis singulis styliferis; vel ovarium solitarium, placenta laterali unica.

I. Corolla regularis.

a. Sepala libera, basi non connata. Stam. hypogyna.

27. BERBERIDEAE. Antherae loculi valvula a basi ad apicem dehiscentes.

1. RANUNCULACEAE. Antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes.

b. Sepala in calycem 1 phyllum plus minusve connata.

256. CRASSULACEAE. Stam. petalorum numero aequalia vel dupla, calyci inserta.
207. ROSACEAE. Stam. 20 et plura, calyci inserta.

II. Corolla irregularis.

88. RESEDACEAE. Cal. persistens. Stam. 12-24.
151. PAPILIONACEAE. Cal. deciduus vel marcescens. Stam. 10. Embryo curvatus.
204. CAESALPINIEAE. Cal. deciduus vel marcescens. Stam. 10. Embryo rectus.

B. Ovarium unicum; placentae 2 pluresve parieti vel dissepimentis adnatae, neque axi centrali.

I. Corolla regularis, 4 petala.

28. PAPAVERACEAE. Cal. 2 sepalus.
33. CRUCIFERAE. Cal. 4 sepalus. Stam. 6, tetradynama.
78. CAPPARIDEAE. Cal. 4 sepalus. Stam. plurima vel 6, sed non tetradynama.

II. Corolla regularis, 5 petala.

79. CISTINEAE. Cal. 5 sepalus, foliola 3 interiora per aestivationem contorta.
89. DROSERACEAE. Cal. 5 sepalus, foliolis per aestivat. imbricatis. Sem. calva.
248. TAMARISCINEAE. Cal. 5 partitus. Sem. comosa.

III. Corolla regularis; petala numerosa.

27. NYMPHAEACEAE. Pet. numerosa, sensim in stamina abeuntia.

IV. Corolla irregularis.

31. FUMARIACEAE. Cal. disepalus vel o. Stam. 6, in phalanges 2 connata.
82. VIOLARIEAE. Cal. 5 sepalus. Stam. 5, libera vel antheris paulum cohaerentia.

C. Ovarium 1, placentis centralibus.

I. Cal. per aestivat. valvatus vel dentes distantes gerens.

129. MALVACEAE. Stam. in tubum connata.
132. TILIACEAE. Stam. libera vel subpolyadelpha, hypogyna.
147. RHAMNEAE. Stam. calyci inserta, ante petala locata.
247. LYTHRARIEAE. Stam. calycis tubo inserta, petalis alterna vel dupla.

II. Cal. per aestivationem imbricatus. Cor. irregularis.

142. BALSAMINEAE. Cal. 2 sepalus.
136. HIPPOCASTANEAE. Cal. 5 sepalus.

III. Cal. per aestivationem imbricatus, 1 phyllus, dentatus. Cor. regularis.

204. AMYGDALEAE. Stam. fauci calycis inserta.
92. SILENEAE. Stam. hypogyna, vel receptaculo stipitato inserta.

IV. Cal. per aestivationem imbricatus, profunde divisus vel pleiosepalus. Cor. regularis.

a. Ovarium 1 loculare.

150. TEREBINTHACEAE. Ovar. 1 ovulatum.
252. PORTULACEAE. Ovar. multiovulatum. Cal. 2 sepalus.
108. ALSINEAE. Ovar. multiovulatum. Cal. 3-5 sepalus. Folia exstipulata.
253. PARONYCHIEAE. Ovar. multiovulatum. Cal. 3-5 sepalus. Folia stipulata.

b. Ovar. pluriloculare. Stam. polyadelpha.

133. HYPERICINEAE. Stamina polyadelpha.

c. Ovar. pluriloculare. Stam. basi monadelpha.

126. LINEAE. Ovar. 8-10 loculare.
143. OXALIDEAE. Ovar. 5 loculare, loculis pluriovulatis.
137. GERANIACEAE. Ovar. 5 loculare, loculis 2 ovulatis, in fructu maturo 1 spermis.

d. Ovar. pluriloculare. Stam. libera. Styl. 1.

135. ACERINEAE. Stam. 8. Pet. 5. Fruct. nucamentaceus, 2-3 alatus, in carpella 2-3 secedens.
625. EMPETREAE. Stam. 6. Pet. 3. Styl. 1.
137. AMPELIDEAE. Stam. 4-5, ante petala inserta.
146. CELASTRINEAE. Stam. 4-5, cum petalis alternantia, disco hypogyno, calycis basi adnato, inserta. Basis calycis in fructu persistens.
144. RUTACEAE. Stam. 5, 8, 10. Disco hypogyno, calyci non adnato inserta. Pet. 5 vel 4. Folia exstipulata.
144. ZYGOPHYLLEAE. Stam. 10, hypogyna. Discus crenatus, calyci non adnatus, vel glandulae solitariae. Pet. 5. Fol. stipulata.
479. MONOTROPEAE. Stam. 10, alterna e sinu glandularum hypogynarum egredientia. Plantae aphyllae, squamis foliorum loco vestitae.
478. PYROLACEAE. Stam. 10. Ovarium disco et glandulis destitutum. Pet. 5.

e. Ovarium pluriloculare. Styli plures.

125. ELATINEAE. Pet. 3, 4, 5, hypogyna. Stam. numero petalorum aequalia vel dupla. Styli 3-5.

Subdivisio II. FLORES COMPLETI, POLYPETALI, SUPERI.

A. Ovarium 1 loculare.

264. CACTEAE. Stam. numerosa.
264. GROSSULARIEAE. Stam. 5, petalis alterna.

B. Ovarium pluriloculare, loculi superpositi, diaphragmate separati, biseriales, inferiores 3, superiores 5. Semina loculorum superiorium processibus, a pariete ortis, affixa.

238. GRANATEAE. Cal. aestivatione valvatus, carnosus.

C. Ovarium 2-pluriloculare, placentis centralibus.

I. Stam. petalorum numero quadrupla, et plura.

233. POMACEAE. Folia stipulata.
250. MYRTACEAE. Folia exstipulata, vena margini parallela notata. Sem. exalbuminosa.
249. PHILADELPHEAE. Folia exstipulata, vena marginali destituta. Sem. albuminosa.

II. Stam. petalorum numero aequalia iisque alterna vel dupla.

278. UMBELLIFERAE. Pet. per aestivat. involuta. Styli 2, e disco epigyno bifido egredientes.
321. ARALIACEAE. Pet. per aestivat. valvata. Fructus baccatus.
321. CORNEAE. Pet. per aestivat. valvata. Fructus drupaceus.
238. ONAGRARIAE. Pet. per aestivat. imbricata. Styl. 1.
266. SAXIFRAGEAE. Pet. per aestivat. imbricata. Styli 2 vel plures.
244. HALORAGEAE. Pet. per aestiv. imbricata. Stylus o. Stigmata plura.

III. Stam. petalorum numero aequalia, petalisque opposita.

322. LORANTHACEAE. Stam. petalorum basi adnata vel tota petalis innata.

Subdivisio III. FLORES COMPLETI, MONOPETALI, SUPERI.

A. Stam. ante discum epigynum crenatum inserta.

474. VACCINIEAE. Stam. corollae non adnata.

B. Stam. in fundo corollae ovario inserta.

250. CUCURBITACEAE. Stam. 5, triadelpha.
462. LOBELIACEAE. Stam. 5, filamentis liberis. Cor. irregularis.
463. CAMPANULACEAE. Stam. 5 filamentis liberis. Cor. regularis.

C. Stam. tubo corollae vel inter lacinias ipsius inserta.

348. COMPOSITAE. Antherae in cylindrum connatae. Cor. laciniae per aestiv. valvatae.
326. STELLATAE. Stam. libera. Cor. laciniae per aestiv. valvatae.
341. DIPSACEAE. Stam. libera. Cor. laciniae per aestiv. imbricatae. Cal. duplex.
336. VALERIANEAE. Stam. libera. Cor. laciniae per aestiv. imbricatae. Cal. simplex. Ovarium 1 ovulatum.
323. CAPRIFOLIACEAE. Stam. libera. Cor. laciniae per aestiv. imbricatae. Cal. simplex. Ovarii loculi 2 ovulati.

Subdivisio IV. FLORES COMPLETI, MONOPETALI, INFERI.

A. Ovaria 4, 1 ovulata, disco hypogyno insidentia. Stylus 1, mediante disco cum ovariis cohaerens.

495. BORAGINEAE. Stam. 5, laciniis corollae alterna.
548. LABIATAE. Stam. 4, didynama, vel 2.

B. Ovarium solitarium, 1 loculare, 1 ovulatum.

594. PLUMBAGINEAE. Cal. plicatus. Stam. 5.
593. GLOBULARIEAE. Cal. 5 fidus. Stam. 4.

C. Ovarium solitarium, 1 loculare, multiovulatum; placenta centralis, libera cylindrica.

580. PRIMULACEAE. Cor. regularis. Stam. 4-5, laciniis corollae opposita.
578. LENTIBULARIAE. Cor. irregularis, bilabiata. Stam. 2.

D. Ovarium solitarium, placenta centrali, libera, subalata.

596. PLANTAGINEAE. Cor. 4 fida, scariosa.

E. Ovarium solitarium, 2-pluriloculare, placentis centralibus; vel uniloculare, placentis parietalibus; vel ovaria 2, placenta parietali.

I. Stam. hypogyna, sub disco carnoso inserta, corollae non aut parum tantum adhaerentia, libera.

475. ERICINEAE.

II. Stam. cor. inserta, connata.

90. POLYGALEAE. Filamenta in phalanges 2 connata, basi monadelpha. Antherae 8 uniloculares.

III. Stam. corollae inserta, libera.

a. Stam. 2. Cor. regularis.

482. JASMINEAE. Ovarii loculi 1 ovulati, ovulo erecto.
481. OLEACEAE. Ovarii loculi 2 ovulati, ovulis pendulis.

b. Stam. 2, vel 4 didynama. Cor. irregularis vel inaequalis.

533. OROBANCHEAE. Ovar. 1 loculare, placentis 2, oppositis, multiovulatis.
539. RHINANTHACEAE. Ovar. 2 loculare. Antherae basi bimucronatae.
517. ANTIRRHINEAE. Ovar. biloculare. Antherae muticae. Sem. exalbuminosa.
578. ACANTHACEAE. Ovar. biloculare. Antherae muticae. Sem. albuminosa.
577. VERBENACEAE. Ovar. 4 loculare, loculis 1 ovulatis. Fructus drupaceus vel in nuces 4 secedens.

c. Stam. 5, vel 4 non didynama. Ovarii loculi 1-2 ovulati.

480. EBENACEAE. Stam. laciniarum corollae dupla pluraque.
481. AQUIFOLIACEAE. Stam. laciniis corollae numero aequalia iisque alterna. Cor. 4-5 partita.

493. CONVOLVULACEAE. Stam. in tubo corollae 5 lobae inserta, lobis numero aequalia.

d. Stam. 5, vel 4 non didynama. Ovarii loculi multiovulati.

510. VERBASCEAE. Antherae apici dilatato filamentorum transverse vel oblique innatae.
493. POLEMONIACEAE. Antherae erectae. Ovar. 3 loculare.
484. GENTIANEAE. Antherae erectae. Ov. 1-2 loculare. Cor. marcescens.
507. SOLANEAE. Antherae erectae. Cor. decidua, aestivatione plicata. Ovar. 1, bi- vel quadriloculare.
483. APOCYNEAE. Antherae erectae, stigmati incumbentes. Cor. aestivatione imbricata, decidua. Ovar. 2 locul. vel ovaria 2 stigmate communi. Pollen pulvereus.
483. ASCLEPIADEAE. Antherae erectae, stigmati incumbentes. Cor. aestivatione imbricata, decidua. Ovar. 2 loculare vel ovaria 2, stigmate communi. Pollen in massas coalescens, processibus 5 stigmatis affixas.

Subdivisio V. FLORES INCOMPLETI, PERIGONIO SIMPLICI VEL NULLO.

A. Flores non amentacei, superi.

624. CYTINEAE. Flores unisexuales. Antherae columnae centrali affixae. Ovar. multiovulatum.
624. ARISTOLOCHIEAE. Stam. ovario imposita vel antherae stigmati adnatae. Ovar. multiovulatum.
244. HIPPURIDEAE. Stam. 1, ovario impositum. Ovar. 1 ovulatum.
621. SANTALACEAE. Stam. in basi laciniarum perigonii inserta. Ovar. 1 loculare, 2-4 ovulatum.

B. Flores non amentacei, inferi.

I. Fructus in carpella plura secedens.

245. CALLITRICHINEAE. Fructus maturitate in carpella 4 secedens. Axis nullus. Stigmata indivisa.
626. EUPHORBIACEAE. Carpella 3, rarius 2 vel plura, axi centrali affixa. Stigmata divisa.

II. Fructus indehiscens.

a. Folia stipulata.

612. POLYGONEAE. Stipulae intrapetiolares.
231. SANGUISORBEAE. Stipulae petiolo adnatae.
635. URTICEAE. Stipulae liberae, caducae.

b. Folia exstipulata. Flores monoici, feminei perigonio destituti.

462. AMBROSIACEAE. Fructus spurius, ex involucro aucto indurato ortus.
246. CERATOPHYLLEAE. Nux vera. Cotyledones 4, verticillatae.

c. Folia exstipulata. Flores hermaphroditi vel polygami. Embryo rectus.

621. LAURINEAE. Antherae loculi valvulis dehiscentes.

620. THYMELEAE. Antherae loculi rimis dehiscentes. Fructus verus.
623. ELAEAGNEAE. Antherae loculi rimis dehiscentes. Drupa spuria, e tubo perigonii succulento orta.

d. Folia exstipulata. Flores hermaphroditi vel polygami. Embryo periphericus, curvatus vel spiralis.

255. SCLERANTHEAE. Semen pendulum ex apice funiculi elongati, e fundo utriculi adscendentis.
602. CHENOPODEAE. Semen in fundo utriculi affixum. Stam. basi perigonii inserta, laciniis ipsius opposita.
600. AMARANTHACEAE. Semen in fundo utriculi affixum. Stam. hypogyna.
601. PHYTOLACCEAE. Bacca vera, 1-plurilocularis. Stam. calycis segmentis numero aequalia et iisdem alterna, vel dupla, vel indefinita.

B. Flores masculi semper amentacei, feminei saepe solitarii vel congesti.

a. Ovarium inferum, 1-multiloculare, loculis 2 ovulatis, ovulis pendulis.

640. CUPULIFERAE. Nux involucro cincta.

b. Ovarium inferum, 1 ovulatum, ovulo erecto.

638. JUGLANDEAE. Drupa nuda, (involucro destituta.) Cor. 4 petala herbacea, (in flore femineo Juglandis; flores fem. apetali in Carya extranea.)

c. Ovarium superum, vel perigonio denique adnato semisuperum.

641. SALICINEAE. Ovarium multiovulatum.
661. BETULINEAE. Ovarium biloculare, loculis 1 ovulatis.
663. MYRICEAE. Ovarium 1 loculare, 1 ovulatum. Stigmata 2, elongata.
664. CONIFERAE. Ovarium 1 loculare, 1 ovulatum. Stigma minutum, punctiforme, cum ovario perigonio inclusum.

Cl. II. PLANTAE VASCULARES, PHANEROGAMAE, ENDOGENAE.

A. Ovaria plura disjuncta, vel basi connata, vel tota connata et maturitate ab axe centrali secedentia; singula stylifera vel stigmate sessili terminata.

a. Ovaria 1-2 ovulata.

669. ALISMACEAE. Cal. 3 phyllus. Cor. tripetala.
671. JUNCAGINEAE. Perigon. 6 phyllum, subcorollinum vel herbaceum.
671. POTAMEAE. Perigon. 4 partitum vel o.

b. Ovaria multiovulata.

670. BUTOMEAE. Placentae parietem ovarii totum occupantes.
723. COLCHICACEAE. Placentae suturae interiori affixae.

B. Ovarium unicum, inferum.

683. ORCHIDEAE. Stamina cum stylo connata.
668. HYDROCHARIDEAE. Stam. libera. Cal. 3 phyllus. Cor. 3 petala.
697. IRIDEAE. Stam. 3, libera vel monadelpha. Perigon. corollinum.
702. AMARYLLIDEAE. Stam. 6, libera. Perigon. corollinum.
723. BROMELIACEAE. Stam. 6, libera. Perig. 6 fidum, laciniis 3 exterioribus calycinis.

C. Ovarium unicum, superum, flores non glumacei.

a. Perigon. corollinum, 6 phyllum.

707. LILIACEAE. Fructus siccus, dehiscens.
704. ASPARAGEAE. Fructus succulentus, indehiscens.

b. Perigon. membranaceum vel margine saltem scariosum, calycem 6 sepalum referens.

725. JUNCACEAE. Perigon. 6 phyllum, calyciforme, margine scariosum. Flores hermaphroditi.
682. AROIDEAE. Perigon. 6 phyllum, membranaceum, apice herbaceum, vel o. Flores spadici impositi, hermaphroditi vel unisexuales.
681. TYPHACEAE. Perig. e setis vel squamis membranaceis formatum. Flores monoici, densissime spicati. Spicae cylindricae vel globosae, masculae superiores.
679. NAJADEAE. Perig. o. Flores sparsi.
680. LEMNACEAE. Perig. utriculiforme, indivisum.

D. Ovarium unicum, superum. Flores glumacei, e gluma calycina et corollina, (gluma et glumella,) formati. Gluma 1-2 valvis.

735. CYPERACEAE. Antherae apice integrae. Vaginae foliorum non fissae.
768. GRAMINEAE. Antherae basi apiceque fissae. Vaginae foliorum fissae.

Tabula comparativa

specierum Florae Germanicae, Helveticae, Istriacae et Borussicae,

secundum ordines naturales dispositarum.

Ordines.	In Germania sola proveniunt, neque in Helvetia	In Helvetia sola proveniunt, neque in Germania.	Communes sunt Germaniae et Helvetiae.	In Istria sola proveniunt, nec in Germania, nec in Helvetia.	In Borussia sola proveniunt.	In tota Ditione sponte proveniunt.	Copiositas colunatur in hominum usum, quae sponte non proveniunt.
1. Ranunculaceae	27	3	75	4	.	109	1
2. Berberideae	.	.	2	.	.	2	.
3. Nymphaeaceae	3	.	3	.	.	6	.
4. Papaveraceae	3	.	6	.	.	9	1
5. Fumariaceae	2	.	8	.	.	10	.
6. Cruciferae	50	13	106	8	.	177	5
7. Capparideae	.	.	1	.	.	1	.
8. Cistineae	.	1	6	2	.	9	.
9. Violarieae	3	1	18	.	.	22	.
10. Resedaceae	.	.	3	.	.	3	.
11. Droseraceae	1	.	4	.	.	5	.
12. Polygaleae	2	.	4	.	.	6	.
13. Sileneae	16	3	43	1	.	63	.
14. Alsineae	18	3	45	.	.	66	.
15. Elatineae	.	.	4	.	.	4	.
16. Lineae	9	.	5	1	.	15	1
17. Malvaceae	6	.	8	.	.	14	.
18. Tiliaceae	.	.	2	.	.	2	.
19. Hypericineae	3	2	7	.	.	12	.
20. Acerineae.	1	1	3	.	.	5	.
21. Hippocastaneae	.	.	.	.	.	.	1
22. Ampelideae	.	.	1	.	.	1	.
23. Geraniaceae	3	1	19	.	.	23	.
24. Balsamineae	.	.	1	.	.	1	.
25. Oxalideae	.	.	3	.	.	3	.
26. Zygophylleae	.	.	.	1	.	1	.
27. Rutaceae	.	.	4	1	.	5	.
28. Celastrineae	1	.	3	.	.	4	.
29. Rhamneae	5	.	5	1	.	11	.
30. Terebinthaceae	1	.	1	1	.	3	.
31. Papilionaceae	58	12	119	30	.	219	8
32. Caesalpinieae	1	.	.	.	.	1	.
33. Amygdaleae	2	.	5	.	.	7	6

Ordines.	In Germania sola proveniunt, neque in Helvetia.	In Helvetia sola proveniunt, neque in Germania.	Communes sunt Germaniae et Helvetiae.	In Istria sola proveniunt: nec in Germania, nec in Helvetia.	In Borussia sola proveniunt.	In tota Ditione sponte proveniunt.	Copiosius colunturin hominum usum, quae sponte non proveniunt.
34. Rosaceae	14	4	59	.	.	77	3
35. Sanguisorbeae.	.	.	9	.	.	9	.
36. Pomaceae.	4	.	14	.	.	18	1
37. Granateae	.	.	1	.	.	1	.
38. Onagrariae	3	.	18	.	.	21	.
39. Halorageae	1	.	2	.	.	3	.
40. Hippurideae	.	.	1	.	.	1	.
41. Callitrichineae	1	.	4	.	.	5	.
42. Ceratophylleae	.	.	3	.	.	3	.
43. Lythrarieae	1	.	3	.	.	4	.
44. Tamariscineae	1	.	2	.	.	3	.
45. Philadelpheae	.	.	1	.	.	1	.
46. Myrtaceae	1	.	.	.	.	1	.
47. Cucurbitaceae	2	.	1	.	.	3	4
48. Portulaceae	.	.	2	.	.	2	1
49. Paronychieae	1	1	5	2	.	9	.
50. Scleranthеae	.	.	2	.	.	2	.
51. Crassulaceae	6	2	23	1	.	32	.
52. Cacteae.	.	.	1	.	.	1	.
53. Grossularieae	.	.	5	.	.	5	.
54. Saxifrageae	15	5	29	.	.	49	.
55. Umbelliferae	47	5	94	11	1	158	2
56. Araliaceae	.	.	1	.	.	1	.
57. Corneae	.	.	3	.	.	3	.
58. Loranthaceae	1	.	1	1	.	3	.
59. Caprifoliaceae	.	.	14	2	.	16	.
60. Stellatae	6	2	30	1	.	39	1
61. Valerianeae	6	2	15	.	.	23	.
62. Dipsaceae	2	.	17	2	.	21	.
63. Compositae	99	32	253	27	.	411	9
64. Ambrosiaceae	.	.	1	1	.	2	.
65. Lobeliaceae	1	.	.	.	.	1	.
66. Campanulaceae	12	5	32	2	.	51	.
67. Vaccinieae	.	.	4	.	.	4	.
68. Ericineae	5	.	8	1	1	15	.
69. Pyrolaceae	.	.	7	.	.	7	.
70. Monotropeae	.	.	1	.	.	1	.
71. Ebenaceae	.	1	.	.	.	1	.
72. Aquifoliaceae	.	.	1	.	.	1	.
73. Oleaceae	1	.	4	1	.	6	.
74. Jasmineae	.	.	1	.	.	1	.

Ordines.	In Germania sola proveniunt, neque in Helvetia	In Helvetia sola proveniunt, neque in Germania.	Communes sunt Germaniae et Helvetiae.	In Istria sola proveniunt, nec in Germania, nec in Helvetia.	In Borussia sola proveniunt.	In tota Ditione sponte proveniunt.	Copiosius colunturin hominum usum, quae sponte non proveniunt.
75. Asclepiadeae	1	.	1	.	.	2	.
76. Apocyneae	2	.	2	.	.	4	.
77. Gentianeae	10	2	26	.	.	38	.
78. Polemoniaceae	.	.	1	.	.	1	.
79. Convolvulaceae	4	.	5	1	.	10	.
80. Boragineae	8	2	37	3	.	50	.
81. Solaneae	1	.	9	1	.	11	4
82. Verbasceae	6	.	22	3	.	31	.
83. Antirrhineae	9	.	51	5	.	65	.
84. Orobancheae	12	.	9	1	.	22	.
85. Rhinanthaceae	11	4	27	1	.	43	.
86. Labiatae	21	2	77	8	.	108	2
87. Verbenaceae	1	.	1	.	.	2	.
88. Acanthaceae	1	.	.	.	.	1	.
89. Lentibularieae	1	.	7	.	.	8	.
90. Primulaceae	11	4	34	2	.	51	.
91. Globularieae	.	.	3	.	.	3	.
92. Plumbagineae	3	.	3	1	.	7	.
93. Plantagineae	2	.	13	1	.	16	.
94. Amaranthaceae	.	.	4	.	.	4	.
95. Phytolacceae	.	.	.	.	.	.	1
96. Chenopodeae	11	.	33	.	1	45	.
97. Polygoneae	6	1	27	.	.	34	1
98. Thymeleae	1	.	6	.	.	7	.
99. Laurineae	.	.	1	.	.	1	.
100. Santalaceae	4	.	5	.	.	9	.
101. Elaeagneae	.	.	1	1	.	2	.
102. Cytineae	.	.	.	1	.	1	.
103. Aristolochieae	1	.	3	.	.	4	.
104. Empetreae	.	.	1	.	.	1	.
105. Euphorbiaceae	14	.	20	2	.	36	.
106. Urticeae	1	.	7	.	.	8	5
107. Juglandeae	.	.	.	.	.	.	1
108. Cupuliferae	1	.	11	2	.	14	.
109. Salicineae	15	3	34	.	.	52	.
110. Betulineae	.	.	7	.	.	7	.
111. Myriceae	.	.	1	.	.	1	.
112. Coniferae	.	.	15	1	.	16	.
113. Hydrocharideae	2	.	1	.	.	3	.
114. Alismaceae	2	.	3	.	.	5	.
115. Butomeae	.	.	1	.	.	1	.

Ordines.	In Germania sola proveniunt, neque in Helvetia.	In Helvetia sola proveniunt, neque in Germania.	Communes sunt Germaniae et Helvetiae.	In Istria sola proveniunt, nec in Germania, nec in Helvetia.	In Borussia sola proveniunt.	In tota Ditione sponte proveniunt.	Copiosius coluntur in hominum usum, quae sponte non proveniunt.
116. Juncagineae	1	.	2	.	.	3	.
117. Potameae	5	.	17	.	.	22	.
118. Naiadeae	2	.	3	.	.	5	.
119. Lemnaceae	.	.	4	.	.	4	.
120. Typhaceae	.	.	6	.	.	6	.
121. Aroideae	1	.	3	1	.	5	.
122. Orchideae	8	.	48	2	.	58	.
123. Irideae	6	.	13	2	.	21	.
124. Amaryllideae	1	1	4	2	.	8	.
125. Asparageae	5	.	10	.	.	15	.
126. Dioscoreae	.	.	1	.	.	1	.
127. Liliaceae	14	1	48	7	.	70	3
128. Bromeliaceae	.	.	.	1	.	1	.
129. Colchicaceae	.	2	6	.	.	8	.
130. Juncaceae	10	.	31	.	.	41	.
131. Cyperaceae	26	.	124	.	.	150	1
132. Gramineae	47	5	158	24	.	234	19
	733	126	2173	175	3	3210	79

PLANTAE VASCULARES.

Plantae contextu celluloso et vasis constantes, stomatibus donatae, foliis veris instructae.

Class. I. EXOGENAE seu DICOTYLEDONEAE.

Caulis constans cortice, annulo ligneo productionibus medullaribus radiato, et medulla ab annulo ligneo inclusa. In plantis fruticosis et arborescentibus truncus stratis ligneis plurimis concentricis, cortice obductis, formatus. Flores organis sexualibus instructi. Antherae sacculis binis compositae, polline repletis, singulis sutura longitudinali notatis, quandoque apicibus suis in unicum coalitis et tunc antheram sutura transversali instructam exhibentibus. Embryo cotyledonibus duabus oppositis, rarius plurimis verticillatis, rarissime in plantis aphyllis nullis.

Subclass. I. THALAMIFLORAE.

Petala plurima distincta staminaque thalamo nec calyci inserta.

Ord. I. RANUNCULACEAE. Juss. gen. 231. DC. syst. 1. p. 127.

Cal. 3 — 6 sepalus. Petala 3, plura, saepe diminuta et nectariformia, rarius o. Stam. hypogyna, libera, indefinita: *antheris adnatis, rima duplici dehiscentibus.* Ovaria plurima, singula stylifera; vel in unicum lobatum connata, lobis singulis styliferis; vel ovarium solitarium, placenta unilaterali. Carpella mono-polysperma. Semina suturae interiori annexa. Embryo minimus, intra albuminis foveolam. Folia basi in vaginam semi-amplexicaulem saepe dilatata, exstipulata.

Trib. I. *CLEMATIDEAE.* DC. syst. 1. p. 131.

Calycis aestivatio valvata aut induplicata. Antherae lineares, extrorsae. Carpella 1 sperma, indehiscentia. Folia opposita; radices fibrosae. Sem. pendulum.

1. CLÉMATIS (Linn. gen. n. 696.) Cal. petaloideus, 4—5 sepalus: sepalis aestivatione valvatis vel induplicatis. Cor. o. Carpella nucamentacea, 1 sperma.

Sect. I. FLAMMULA. DC. syst. 1. p. 133. Involucrum o. Carpellorum caudae longae barbatae.

§. 1. Herbaceae, erectae.

1. C. INTEGRIFOLIA (L. sp. 767.) caule erecto, *fol. ovato-lanceolatis ovatisve* acutis *integerrimis* glabris venis subtus pubescentibus, flor. nutantibus, sepalis oblongis acutis. ♃. In pratis humidis. (Längs der Donau in Oestreich, auch bei Passau; um Duino und Aquileja.) Jun. Jul. M. et K. D. fl. 4. 121. C. inclinata Scop. 1. 387. Jacq. a. t. 363. Fl. violacei margine extus tomentosi. G.

2. C. RECTA (L. sp. 767.) caule erecto, *fol. pinnatis*, foliolis ovatis acuminatis, *sepalis* oblongis obtusis *glabris extus margine pubescentibus.* ♃. In pratis siccis, locis asperis virgultis (in der südlichen Schweiz, in Krain, von da durch Oestreich und die Donau hinauf bis Regensburg, durch Böhmen und im Flussgebiete der Elbe bis Barby; im Mainthale von Würzburg bis Frankfurt.) Jun. Jul. D. fl. 4. 119. C. erecta All. ped. n. 1078. St. h. 8. Jacq. a. t. 291. Fl. albi.

§. 2. Fruticosae, scandentes.

3. C. FLAMMULA (L. sp. 766.) caule scandente, *fol. bipinnatis*, foliolis ovatis oblongis linearibusve integerrimis indivisis vel bi-trifidis, sepalis oblongis obtusis subtus margine tomentosis. ♄. In locis saxosis procumbens, in dumetis scandens, (im Oestreichischen Littorale und in Istrien, für die Schweiz zweifelhaft.) Jun. Jul. M. et K. D. fl. 4 118. C. cespitosa Scop. 1. 389. Tabern. Kb. 1273. 1. Fl. albi var.:

β. maritima, foliol. linearibus. C. maritima Lam. nec Linn. et var. γ. Foliol. subrotundis C. fragrans Ten. pr. 32. ex DC.

4. C. VITALBA (L. sp. 766.) caule scandente, fol. *pinnatis*, foliolis ovatis acuminatis integerrimis grosse serratis sublobatisve basi subcordatis, *sepalis* oblongis *utrinque tomentosis.* ♄. In sepibus et dumetis (der Ebenen und niedrigern Gebirgen d. g. Deutschl. u. d. Schweiz, nicht in Schlesien.) Jun. Jul. D. fl. 4. 117. C. sepium Lam. fl. fr. 3. 306. Jacq. a. t. 308. Flor. albi. Var.: fol. basi ovatis nec cordatis: C. scandens Borkh. in Bechst. Forst. bot. C. Flammula Borkh. rh. mag.

Sect. II. VITICELLA. DC. l. c. Invol. o. Carpellorum caudae breves barbatae.

5. C. VITICELLA (L. sp. 795.) caule scandente, fol. pinnatis, pinnis ternatis vel quinato pinnatis, foliolis ovatis integerrimis indivisis bi-trilobisve, sepalis triangulari-obovatis obtusis apiculo deflexo, *stylo glabro.* ♄. In dumetis et sepibus (im Oestr. Littorale, Triest, Aquileja. Istr.) Mai—Aug. D. fl. 4. 116. Clus. hist. 1. 122. Fl. saturate violacei vel rubri. G.

2. ATRAGÉNE (L. gen. n. 695.) Cal. petaloideus, 4—5 sepalus: sepalis aestivatione induplicatis. Pet. numerosa, calyce multo minora. Carpella nucamentacea 1 sperma.

A. ALPINA (L. sp. 764.) fol. biternatis, foliolis serratis indivisis, petalis spathulatis obtusis. ♄. In petrosis subalpinis inque regione sylvatica alpium. (In der Schw. u. von da durch d. ganze Alpenkette bis Oestreich.) Jul. Aug. D. fl. 4. 114. Jacq. a. t. 241. St. h. 20. A. austriaca Scop. c. 1. 387. Clemat. alpina Lam. DC. syst. 1. 165. Fl. violacei quandoque albi Gaud. Var. foliolis lanceolatis et ovatis.

Trib. II. *ANEMONEAE* DC. syst. 1. p. 168.

Calycis et corollae aestivatio imbricata. Pet. o vel plana, squama vel fovea nectarifera destituta. Antherae extrorsae. Carpella 1 sperma, indehiscentia. Sem. pendulum.

3. THALÍCTRUM (L. gen. n. 697.) Cal. subpetaloideus, 4—5 sepalus: sepalis aestivatione imbricatis. Cor. o. Carpella nucamentacea, 1 sperma, receptaculo minuto disciformi inserta.

Sect. I. TRIPTERIUM DC. Carpella triquetra, angulis alatis, caeterum laevia nec striata, stipite supra torum elevata.

1. T. AQUILEGIFOLIUM (L. sp. 770.) ramificationibus petioli stipellatis, panicula subcorymbosa, *fructibus triquetris laevibus*. ♃. In pratis sylvis et nemoribus planitierum elatiorum, montium et reg. subalpinarum (in der Schw. u. v. da durch Oberschwaben, Tyrol, Bayern, die Oestreichischen Prov., durch Böhmen, Schlesien u. Sachsen nach d. Fichtelgeb. u. Thüring., bei Werthheim; in Ostpreuss.) Mai. Jun. D. fl. 4. 122. Jacq. a. t. 318. St. h. 44. Fl. pallide virentes apice filamentisque lilacinis. Var.: fol. utrinque glaucis et filamentis albis, et

β. caule violaceo, ceterum pruinoso, floribusque extus violaceis: T. atropurpureum Jacq. hort. 3. t. 61.

Sect. II. EUTHALICTRUM DC. Carpella longitudinaliter sulcata.

§. 1. Carpella in pedicellum brevem attenuata apice cum stigmate uncinata.

2. T. ALPINUM (L. sp. 767.) caule simplicissimo subnudo, *racemo* terminali *simplici*, *pedicellis fructiferis reflexis*. ♃. In locis humidis alpium altissimarum. (Tyrol auf d. Seiseralpe, Kärnthen an der Spitze des Malnizer Tauern.) Jun. Jul. D. fl. 4. 123. St. h. 51. fl. virentes l. purp. tincti. Var. rarius racemulo secundo minore laterali. G.

§. 2. Carpella sessilla apice recta.

* Panicula ambitu pyramidalis vel ovata; flores sparsi vel in apice ramulorum umbellati, sed non dense fasciculati.

3. T. FOETIDUM (L. sp. 768.) caule obsolete costato, foliisque *pilis patentibus simplicibus glanduliferisque* pubescentibus, auriculis vaginarum brevibus integerrimis, foliolis subrotundis obovatisve tridentatis vel trifidis dentatisque, panicula patente laxa, floribus staminibusque pendulis, stigmatibus oblongo-ovatis fimbriato denticulatis *lateribus retrorsum incumbentibus*. ♃. In rupibus convallium alpinarum. (Im Wallis, in dem Thale Saas u. S. Nicolas, in Tyrol im Oetzthale, bei S. Ivan in Böhmen.) Jul. Aug. D. fl. 4. 124. Dign. a sequentibus ramis petiolorum perfecte teretibus et ramulis ultimis

fere capillaribus, foliolis minoribus, et stigmate sub anthesi lateribus suis retrorsum accumbentibus et pilis. Variat:

β. totum glabrum. Cum specim. pilosis in valle Oetzthal leg. Zuccarini. T. alpestre Gaud. helv. 3. p. 503?

4. T. MINUS (L. sp. 769.) caule striato subpruinoso, foliolis subrotundis vel cuneato-obovatis tridentatis vel trifidis et quinquedentatis subtus glaucis glabris vel glandulose pubescentibus, *auriculis vaginarum* brevibus *rotundatis* denticulatis *patulis*, *stipellis nullis*, ramis paniculae intermediis subhorizontaliter divergentibus, *floribus* sparsis subumbellatis *staminibusque pendulis*. ♃. In pratis, collibus, locis incultis (durch D. u. d. Schw., doch nicht überall.) Mai. Jun. Th. montanum Wallr. schd. 255. D. fl. 4. 125. T. maius Jacq. austr. t. 420. Sepala virentia saepe purpura leviter tincta. Variat:

α. *virens*. caule nitido, fol. obsolete pruinosis. T. montanum α virens Wallr. l. c.

β. *roridum*. caule foliisque pruinosis: T. minus DC. syst. 1. 178. excl. syn. Jacquini. T. montanum roridum Wallr. l. c.

γ. *glandulosum*. caule petiolis foliolis subtus vel utrinque, glandulis brevissime stipitatis, adspersis: T. pubescens Schleich. DC. syst. 1. 176. T. montanum glandulosum Wallr. l. c.

δ. *strictum*. radice longius repente, caule strictiore ad genicula haud flexo, licet articuli quandoque flexuosi appareant, petiolo communi subtus obsoletius sulcato, partialibus teretibus angulis vix prominulis, panicula angustiore, pedicellis brevioribus: T. minus Poll. pal. 2. p. 100. ex loco nat. prope d. Eselsferth. T. saxatile DC. syst. 1. 178. ex determ. auctoris; an Schleicheri? T. minus Sm. fl. brit. 1. 584? — An species propria? flores utique nutantes nec erecti. (In der Rheinpfalz u. in Schlesien.)

ε. *dumosum*. majus, ramosius, foliolis saepe fere pollicem latis: T. majus Sm. brit. 585. DC. syst. 1. 179. T. elatum auct. germ. praeter Jacq. T. elatum Gaud. ex synonymo Schleicheri. T. ambiguum Schleich. secundum specim. missum; at T. ambiguum hort. berol. est vera et diversa species.

5. T. COLLINUM (Wallroth sched. 259.) caule sub petiolorum insertione striato glaberrimo nitido epruinoso, foliolis subrotundo-obovatis trifidis quinquedentatis viridibus subtus pallidioribus, *auriculis vaginarum rotundatis* denticulatis *horizontaliter patentibus*, *ramificationibus primariis petioli stipellatis*, paniculae ramis patulis petiolisque partialibus subflexuosis, *floribus* sparsis *staminibusque* pendulis. ♃. In collibus et pratis siccis (in Oestreich, in Sachsen im Elbthal bis Barby, im Saalthale von Halle bis Bernburg; bei Frankf. a. d. O.) Jun. Jul.; floret fere integro mense serius, quam T. minus. D. fl. 4. 130. T. minus Jacq. austr. t. 419. T. concinnum Willd. herb. nec horti berol. T. flexuosum Reichenb. fl. exc. non hort. Erf., quod, secundum specimen a Cl. Bernhardi communicatum, ad T. sibiricum pertinere, existimo. — Caulis nitidus, parum striatus, panicula ampla floribus numerosis minoribus aequaliter sparsis, rami paniculae flexuosi et inferne foliosi, stipellae in ramificationibus petioli, foliorum color viridis et carpella minuta hoc ab anteced. distinguunt. Var.:

β. fol. subtus glaucescentibus et quandoque tenuissime glandu-

losis: T. nutans Desf. tabl. par. ed. 1. 123. DC. fl. fr. 4. p. 876. Schleich.! exs. Differt hoc a T. minore, quocum colore paginae inferioris foliorum convenit, ut species primaria, stipellis etc. G.

6. T. ELATUM (Jacquin h. vindob. 3. t. 95.) caule sulcato pruinoso, foliolis subrotundis vel obovatis subseptemdentatis glaucis opacis, auriculis vaginarum *brevibus rotundatis* denticulatis subpatulis, *stipellis nullis*, panicula diffusa, ramis patentibus strictis, flor. subumbellatis verticillatisque, *pedicellis floribus staminibusque porrectis*, radice fibrosa. ♃. In collibus (bei Fiume Noé.) Jun. Jul. D. fl. 4. 133. DC. syst. 1. 178. excl. var. β. — Habitus, color glaucus et foliorum forma, fere T. minoris, sed rami sunt profunde sulcati, pedunculi crassiores fere omnes umbellati et semper erecti vel porrecti; nec stamina pendent, nisi aetate emarcida. J.

7. T. MEDIUM (Jacq. h. vind. 3. t. 96.) caule sulcato-glabro nitido epruinoso, foliol. oblongo-cuneiformibus subtridentatis viridibus nitidis subtus opacis, lateralibus saepe indivisis oblongis, auriculis foliorum triangulari-ovatis denticulatis erectis *cauli adpressis*, *ramificationibus primariis petioli stipellatis*, panicula diffusa ramis patentibus, *flor.* subumbellatis verticillatisque *sub anthesi staminibusque porrectis radice fibrosa* ♃. In pratis humidis depressis (häufig am Ufer der Donau in Oestreich.) Jun. Jul. D. fl. 4. 134. T. lucidum L. ex specimine prope Parisios lecto ad hanc speciem pertinere videtur. — Medium quasi inter T. minus et flavum, ab illo diff. defectu glaucedinis, auriculis cauli adpressis majoribus, flor. minoribus flavicantibus, staminibus sub anthesi porrectis, carpellis dimidio minoribus; ab hoc ambitu folior. late triangulari, auriculis fol. superiorum non oblongis, caule minus profunde sulcato, flor. non dense congestis et antheris muticis. G.

8. T. SIMPLEX (L. mant. 78.) caule sulcato, foliol. *oblongo-cuneatis* trifidis indivisisque oblongis *opacis*, *auriculis fol. superiorum ovato-oblongis acuminatis* denticulatis, *panicula oblongo-pyramidali*, ramis racemosis, *flor. sparsis nutantibus*, *radice repente*. ♃. In collibus herbidis (Holstein, Nolte) in locis uliginosis (d. Schw. im Wallis, sowohl auf Flächen als auf d. Alpen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 136. T. minus fl. d. t. 244.

9. T. GALIOIDES (Nestler ap. Pers. syn. 2. 161.) caule sulcato, *foliolis lucidis linearibus* indivisis, terminalibus saepe trifidis, *auriculis fol. superior. ovato-oblongis acuminatis* denticulatis, *panicula oblongo-pyramidali*, ramis racemosis, *flor. sparsis nutantibus*, *radice repente*. ♃. In pratis et ericetis (auf der Rheinfläche, bei Basel, in der Rheinpfalz, in Oberschwaben, Oberbayern, Kärnthen, Steyermark, Oestreich, Böhmen.) Jul. D. fl. 4. 137. T. angustifolium Poll. pal. 2. 101. Gaud. helv. 3. 509. cum variet. Linn. sp 769. pro parte. Bauh. prodr. p. 146. ic. Ab antec. non differt nisi foliolis angustioribus nitidis.

** Panicula fere corymbosa. Flores in apice ramorum ramulorumque congesti, fructus ibidem in fasciculis densis.

10. T. ANGUSTIFOLIUM (Jacq. h. vind. 3. t. 43.) caule sulcato, foliol. oblongo-cuneiformibus linearibusve indivisis trifidisque nitidis subtus *pallidioribus*, auriculis vaginarum superiorum *ovatis acuminatis* stipellis nullis, *panicula subcorymbosa*, *flor. in apice ramu-*

lorum aggregatis staminibusque erectis, radice fibrosa. ♃. In pratis humidis. (Basel; sodann von Oberbayern durch Salzb., Tyrol nach Oestr., Böhmen, Schlesien, Sachsen bis Halle.) Jun. Jul. D. fl. 4. 139. T. Bauhini Spreng. s. veg. 2. 672. T. Bauhinianum Wallr. sched. 264. T. angustifol. L. sp. pl. p. 769. pro parte. T. nigricans Gaud. helv. 3. 514. *Vaginae et petioli fol. inferiorum fere semper pubescentes.* Var.:

α. *stenophyllum.* foliolis fol. inferiorum linearibus acuminatis, superiorum fere filiformibus. T. angustif. stenophyllum W. et G. siles. 2. 157.

β. *heterophyllum.* foliolis fol. inf. oblongis superiorum linearibus, omnibus indivisis vel terminalibus trifidis: T. angustif. heterophyllum W. et G. siles. 2. 157. T. nigricans DC. syst. 1. 182. (nec Jacq.) T. Morisoni Gmel. bad. 4. 422.

γ. *laserpitiifolium.* foliolis omnibus oblongis, fol. superiorum paulo angustioribus, omnibus indivisis l. terminalibus trifidis: T. lucidum DC. syst. 1. 181. T. laserpitiifolium Willd. en. 5. 40. (T. lucidum L. mihi ad T. medium pertinere videtur.)

11. T. FLAVUM (L. sp. 770.) caule sulcato, foliolis obovato-cuneiformibus integris trifidisque subtus pallidioribus, foliorum superiorum linearibus, auriculis vaginarum superiorum oblongo-ovatis acuminatis denticulatis, ramificationibus inferioribus *petioli stipellatis*, panicula subcorymbosa, flor. in apice ramulorum aggregatis staminibusque erectis, *radice repente.* ♃. In pratis humidis (in allen Provinzen, jedoch nicht überall.) Jul. Jul. D. fl. 4. 140. T. nigricans Jacq. austr. 3. t. 421. T. anonymon Wall. sched. 263. — T. heterophyllum Lej. Rev. 119. T. nigricans Lej. et Court. comp. 207. est varietas foliol. angustioribus, minus dentatis. — Flor. ut in anteced. albidi, antheris luteis muticis. Folia ambitu angustiora, fere oblongo-triangularia.

12. T. RUFINERVE (Lejeune et Courtois comp. fl. belg. 2. 207.) caule sulcato nitido, foliolis subtus *glaucis*, foliorum inferiorum obovatis trifidis, superiorum oblongo-linearibus indivisis tridentatis, auriculis vaginarum superiorum *ovatis acuminatis* denticulatis, *stipellis nullis*, ramis paniculae fastigiatis parallele erectis, *floribus in apice ramulorum aggregatis staminibusque erectis, radice fibrosa.* ♃. Prope Blisten in ditione fl. spadan. Lejeune! Jun. Jul. Caulis ad 5 ped. altus, nitidus *cum foliis glaberrimus*, saepe purpureus. Folia, etiam superiora, ambitu lato-triangularia, subtus glauca pruinosa. G.

T. alpestre Gaud. helv. 3. 502. et exaltatum Gaud. helv. 3. 515. nondum vidi. T. capillare Reichenb., planta ceterum robusta et alta, varietati majori T. minoris proxima, mihi nondum satis clarum est.

4. ANEMÓNE (L. gen. 694.) Cal. petaloideus, 5-pleiosepalus: sepalis aestivatione imbricatis. Cor. o. Carpella nucamentacea, monosperma, receptaculo incrassato hemisphaerico l. conico inserta.

Sect. 1. HEPATICA. Involucri folia terna, sessilia, indivisa, flore minora, eidem valde approximata, calycem referentia. (Receptaculum alveolato-pilosum in Anemone baldensi et sylvestri non minus conspicuum est.)

1. A. HEPATICA (L. sp. 758.) *fol. trilobis integerrimis.* ♃. In

nemoribus et sylvis frondosis montium humiliorum et reg. subalpinarum. (Durch das g. Gebiet, aber nicht allenthalben.) Mart. April. D. fl. 4. 99. Hepatica triloba DC. syst. 1. 216. St. h. 7. Fl. coerulei, rarius rosei et albi.

Sect. II. Pulsatilla. Involucri folia terna, sessilia, digitato-multipartita, basi in vaginam connata. Carpella in caudam longam barbatam producta. Glandulae pedicellatae in plurimis inter sepala et stamina.

2. A. vernalis (L. sp. 759.) involucri foliis sessilibus digitato-multipartitis, fol. radicalibus *pinnatis, foliol. ovatis trifidis*, laciniis integris bi-tridentatisque, dentibus lobulisve ovatis, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In pascuis alpium tam humiliorum quam altissimarum usque ad nivem aeternam; etiam in montosis humilioribus (Böhmen, Schlesien, Sachsen, Brandenburg, Pommern, Preussen; auch in d. Rheinpfalz.) Apr. Mai. D. fl. 4. 100. St. h. 24. Pulsatilla vernalis Mill. dict. 3. Flores albi, extus plus minusve colore violaceo tincti.

3. A. Halleri (Allion. ped. 2. p. 170.) involucri foliis sessilibus digitato-multipartitis, fol. *radicalibus villosissimis pinnatis bijugis, pinnis pinnatifidis, posterioribus basi subbipinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis*, flore erecto, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In summis alpibus (der südlichern Schweiz dem Thale S. Nicolas). Jul. Aug. D. fl. 4. 101. excl. A. Hackelii. All. ped. t. 80. f. 2. mala. Flos lilacinus. H.

4. A. Pulsatilla (L. sp. 759.) involucri foliis sessilibus digitato multipartitis, fol. *radicalibus triplicato-pinnatifidis*, laciniis linearibus attenuato-acutis, *flore erectiusculo, sepalis basi campanulatis demum a medio reflexo-patentibus* acutis vel cum apiculo obtusis, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In collibus apricis et ericetis (durch das g. Gebiet, doch nicht aller Orten.) April. D. fl. 4. 102. Pulsatilla vulgaris Mill. dict. 1. St. h. 7. et 46., sepalorum directio in icone utraque mala. Anemone Pulsatilla *α* praecox Gaud. helv. 3. 484. A. acutipetala Schleich. cat. 1815. A. tenuifolia Schl. cat. 1821. Flor. initio saturate violacei demum caerulescentes.

5. A. montana (Hoppe ap. Sturm h. 46.) involucri foliis sessilibus digitato-multipartitis, fol. *radicalibus triplicato-pinnatifidis*, laciniis linearibus acutis, *flore nutante, sepalis initio campanulatis demum stellato-expansis* obtusis saepe emarginatis, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In collibus apricis (im östr. Littorale bei Triest und im südlichen Tyrol bei Botzen.) Apr. Mai. D. fl. 4. 104. Anem. Pulsatilla nutans Gaud. helv. 3. 485. A. intermedia Hopp. bot. Ztg. Florib. atroviolaceis statim ab anteced. dign. Antherae ante emissionem pollinis oblongae in A. pratensi subrotundae.

6. A. pratensis (L. sp. 760.) involucri foliis sessilibus digitato-multipartitis, fol. *radicalibus triplicato-pinnatifidis*, laciniis linearibus, *flore pendulo, sepalis campanulato-conniventibus apice revolutis*, carpellis caudaque carpellum multoties superante hirsutis. ♃. In collibus arenosis et ericetis (in Böhmen, Schlesien, Sachsen, und vom Thüringer Walde bis an die Ostsee und bis Ostpreussen, vom Thüringer Walde südlicher bis jetzt nicht beobachtet.) April. D. fl. 4. 104. Pulsatilla pratensis Mill. dict. 2. St. h. 46. Fl. atroviolacei,

sepalis semper erectis et in formam campanae congestis. Stamina fere longitudine partis campanulatae florum. G.

7. A. Hackelii (Pohl. tent. 2. 213.) involucri fol. sessilibus digitato-multipartitis, *fol. radicalibus subvillosis pinnatis bijugis, pinnis trifido-pinnatifidis, laciniis sublinearibus sursum latioribus bi-trifido dentatis,* flore erectiusculo, sepalis patenter campanulatis. ♃. in apricis incultis (Oestreich bei Wien; Böhmen bei Prag.) Apr. Mai. Pulsatilla Halleri Presl cech. p. 112. P. hybrida Mikan ex Presl. Anem. patens Hoppe ap. Sturm h. 46. flos intense violaceus. G.

8. A. patens (L. sp. 1. 759.) *involucri foliis sessilibus digitato-multipartitis, fol. radical. ternatis, foliolis subtripartitis, laciniis oblongis apice inciso bi-tridentatis vel multifidis* lacinulis linearibus, flore erectiusculo, sepalis patenter campanulatis apice rectis. ♃. In incultis, collibus apricis, ericetis (durch Preussen nach Schlesien, nach der Lausitz u. nach Böhmen, westlicher nicht weiter, noch in der Gegend v. München als einzelner Punkt.) April. D. fl. 1. 105. Pulsatilla patens Mill. dict. n. 4. St. h. 52. Flor. coeruleo-violacei et (ex fl. altaica) rosei l. flavicantes, raro albi. Foliolum intermedium sessile vel petiolulatum, petiolulo saepe semipollicari. Var. foliol. multifidis: A. Wolfgangiana Bess. Rchb. ic. t. 351. G.

Sect. III. Anemonanthea DC. Involucri folia sessilia, integra vel digitato-incisa, a floribus remota. Stylus in fructu parum mutatus, nec in caudam elongatus.

9. A. hortensis (L. sp. 1. 761.) *involucri foliis* sessilibus *oblongis indivisis vel apice trifidis,* fol. radicalibus 5 partitis; laciniis trifidis dentatis incisisque basi cuneatis lateralibus confluentibus, flore solitario, *sepalis subduodenis lanceolatis, carpellis lanatis stylum subaequantibus.* ♃. In dumetis et in juniperetis (im Kant. Waadt und Wallis selten; in Istrien u. um Fiume.) Febr. Mart. D. fl. 4. 106. A. stellata Lam. enc. 1. 166. St. h. 46. Fl. rosei. H. et J.

10. A. narcissiflora (L. sp. 763.) involucri foliis sessilibus incisis, fol. radicalibus 5 partitis, laciniis margine incumbentibus trifidis incisisque lacinulis linearibus, *floribus umbellatis*, sepalis subquinis ellipticis, *carpellis glabris.* ♃. In pratis pascuisque alpinis, rarius in subalpinis. (In der Schweiz gemein u. v. da durch die g. Alpenkette, sodann in den Sudeten.) Mai — Jul. D. fl. 4. 107. Jacq. austr. t. 159. Fl. albi.

Sect. IV. Preonanthus DC. Involucri folia terna, petiolo brevi dilatato insidentia, figura foliorum radicalium, ut in sectione sequente. Carpella in caudam longam barbatam producta, ut in sectione secunda.

11. A. alpina (L. sp. 1. 760.) foliis *radicalibus ternato-decompositis* laciniis incisis, *involucralibus* ternis breviter petiolatis *conformibus,* flore solitario, sepalis subsenis, carpellis *caudaque carpellum multoties superante* hirsutis. ♃. In pascuis locisque glareosis et lapidosis alpium et reg. subalpinarum. (Von der Schweiz durch die g. Alpenkette; auch auf den Sudeten u. d. Brocken.) Mai — Jul. D. fl. 4. 108. Flor. albi. St. h. 51. Jacq. austr. t. 85. Variat: flor. majoribus et minoribus, sepalis latioribus angustioribus, foliis magis minusve incisis et hirsutis, et

β. sulphurea, flor. sulphureis: A. sulphurea L. mant. 78. A. apiifolia Wulf. in Jacq. misc. 2. t. 4.

Varietas minor sepalis angustioribus est Pulsatilla alba Reichenb. fl. exc. p. 732.; et var. major sep. latioribus albis flavisve, pinnulis foliorum longioribus inciso serratis: Pulsatilla Burseriana Rchb. l. c., Anemone myrrhidifolia Vill. delph. 3. p. 727. Equidem limites inter utramque non reperio.

Sect. V. ANEMONE. Involucri folia terna, petiolata, foliis radicalibus, si adsunt, conformia. Stylus in fructu parum mutatus, nec in caudam elongatus. Folia radicalia saepe nulla.

12. A. BALDENSIS (L. mant. 78.) *involucri foliis radicalibus conformibus* breviter petiolatis, *foliis radicalibus bi-ternatis*, foliolis tripartitis, laciniis tridentatis, flore solitario, sepalis subnovenis elliptico-oblongis subtus villosis, *carpellis lanatis stylum glabrum subaequantibus.* ♃. In locis lapidosis glareosis alpium altissimarum (in der Schweiz u. durch die ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 4. 110. St. h. 14. A. fragifera Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 55. A. alpina Scop. carn. 1. 384. Fl. albi extus saepe colore violaceo tincti.

13. A. SYLVESTRIS (L. sp. 761.) involucri foliis radicalibus conformibus petiolatis, fol. *radicalibus 5 partitis*, *laciniis subrhombeis* trifidis inaequaliter serratis, flore solitario, sepalis subquinis ovalibus subtus villosis, *carpellis tomentosis*, *stylo glabro brevissimo.* ♃. In collibus apricis, in montosis dumetosis solo calcareo et argillaceo. Mai. Jun. D. fl. 4. 111. Tabern. Kb. p. 73. f. 1. Fl. albi.

14. A. NEMOROSA (L. sp. 762.) *involucri foliis ternatis petiolatis*, *petiolo folium dimidium subaequante*, foliolis inciso-serratis, intermedio trifido basi cuneato, lateralibus bifidis basi oblique ovatis, flore solitario, *sepalis* subsenis oblongis obtusis *utrinque glabris*, carpellis pubescentibus stylum subaequantibus. ♃. In sylvis, nemoribus, pratis sylvaticis planitierum et montium. Mart. April. D. fl. 4. 112. St. h. 14. Fl. albi, extus saepe rosei, rarius toti rosei l. purpurei. Fol. radicalia plerumque nulla, ut in binis sequentibus.

15. A. RANUNCULOIDES (L. sp. 672.) *involucri foliis ternatis petiolatis*, *petiolo folio multoties breviore*, foliolis inciso-serratis, intermedio trifido basi cuneato, lateralibus bifidis basi parum obliquis, floribus subgeminis, *sepalis* ovalibus leviter emarginatis *subtus pubescentibus*, carpellis pubescentibus stylum subaequantibus. ♃. In nemoribus, sylvis et in pratis sylvaticis (durch das g. Gebiet, aber nicht allenthalben.) Mai. D. fl. 4. 113. St. h. 7. Flores cum staminibus lutei.

16. A. TRIFOLIA (L. sp. 762.) *involucri foliis ternis petiolatis*, *foliolis* lato-lanceolatis acuminatis *indivisis* serratis basi integerrimis, flore solitario, sepalis subsenis ovali-oblongis utrinque glabris. ♃. In sylvis et nemorosis, in alpes adscendens (im südlichen Tyrol, Krain u. Kärnthen) Aprili, in alpibus serius. D. fl. 4. 114. St. h. 14. G.

5. ADONIS (Linn. gen. 698.) Cal. 5. sepalus. Petala plana vel concava, ungue absque fovea nectarifera. Carpella nucamentacea, 1 sperma.

Sect. 1. DC. syst. 1. 221. Carpella stylo recto vel adscendente. Radix annua.

1. A. AUTUMNALIS (L. sp. 771.) Calyce glabro patente a petalis hemispherico-conniventibus secedente, carpellis edentulis in *rostrum*

rectum excurrentibus. ⊙. Inter segetes regionum australiorum (in der südlichen Schweiz, im Wallis, bei Leitron, Contei etc. in der nördl. Schw. u. in D. hin und wieder durch verschleppten Samen) Jun. in autumn. D. fl. 4. 145. Flores sanguinei basi atra. Mea specimina spontanea a cl. Salzmann in Gall. australi lecta sunt.

2. A. AESTIVALIS (L. sp. 771.) calyce glabro petalis expansis adpresso, carpellis margine superiore bidentatis, dente baseos acuto, *rostro adscendente concolore.* ⊙. Inter segetes solo calcareo et argillaceo. Jun. Jul. D. fl. 4. 143. A. miniata Jacq. austr. t. 354. („cal. foliola glaberrima" Jacq. l. c.) A. flava Schlecht. berol. 302. A. maculata Wallr. sched. 270. A. ambigua Gaud. helv. 3. 518. A. aestiv. Reichenb. ic. 4. fig. 490 — 94. opt. Haec species, ex pulchra Camerarii icone, conf. epit. 648, est Linnaeana Adonis aestivalis. Flor. miniati basi macula nigra notati vel unicolores. Var.:

β. *pallida*, florib. stramineo-flavis: A. citrina Hoffm. D. fl. ed. 2. 251. A. flava DC. syst. p. 222. — Calyx semper glaber vel vix uno alterove pilo basin versus ciliato.

3. A. FLAMMEA (Jacq. austr. t. 354.) calyce hirsuto petalis expansis adpresso, carpellis margine superiore ante *rostrum adscendens* apice *sphacelatum* dente rotundato. ⊙. Inter segetes. (In der südl. Schweiz, auf der Rheinfläche, in Oestreich, Thüringen, Braunschw.) Jun. Jul. D. fl. 1. 144. DC. syst. 1. 723. Reichenb. ic. f. 495, 496. A. anomala Wallr. sched. 273. A. aestivalis Gaud. helv. 3. 517. Flores miniati basi cum et absque macula nigra. Var.:

β. *pallida*, florib. stramineo-flavis. A. citrina DC. syst. 1. 223?

Sect. II. CONSILIGO. Carpella stylo deorsum uncinato. Radix perennis.

4. A. VERNALIS (L. sp. 771.) calyce pubescente, carpellis subgloboso-obovatis rugosis pubescentibus ante apicem rostellatis, pedunculis fructiferis erectis, *foliis radicalibus squamaeformibus* caulinis sessilibus laciniis anguste linearibus. ♃. In apricis incultis solo calcareo. (Im Wallis, in dem Rheinthale von Dürkheim bis Bingen, Oberbayern, Böhmen, Thüringen, Frankf. a. d. O.) Apr. Mai. D. fl. 4. 146. St. h. 56. A. apennina Jacq. austr. 1. 27. Flor. flavi. var. foliis glabris et basi barbato-puberalis — *A. apennina* L. diff.: laciniis fol. brevibus lanceolatis, sepalis glaberrimis et petalis ovato-ellipticis vel obovatis; *A. pyrenaica* carpellis ovatis laevibus basi transverse marginatis apice in rostrum compressum involutum excurrentibus et fol. radicalibus longe petiolatis.

Trib. III. *RANUNCULEAE* DC. syst. 1. 228.

Calycis et corollae aestivatio imbricata. Pet. basi squama aucta vel poro nectarifero instructa.

6. MYOSURUS (L. gen. 394.) Cal. 5 sepalus: sepalis basi deorsum in calcar productis. Pet. 5: ungue filiformi; lamina basi fovea nectarifera subtubulosa. Carpella nucamentacea 1 sperma.

1. M. MINIMUS (L. sp. 407.) ⊙. in agris et praecipue locis hyeme inundatis. Mai. Jun. D. fl. 2. 505. St. h. 11. Ranunculus myosurus Afzel. in Röm. arch. 3. 1. Pet. albida.

7. CERATOCEPHALUS (Moench. meth. 218.) cal. 5 sepalus. Pet. ungue fovea nectarifera. Carpella nucamentacea, 1 sperma, loculis 2 inanibus.

1. C. FALCATUS (Pers. syn. 341.) carpellis dorso inter gibberes *canaliculatis* rostro arcuato. ⊙. In arvis et agris (Oestreich bei Wien; bei Ulm zwischen d. Donau u. Ilm häufig.) Mart. Apr. D. fl. 4. 190. C. spicatus Mnch. l. c. Ranunculus falcatus L. sp. 781. Jacq. a. t. 48. R. testiculatus Crantz. a. 2. 119. Fl. lutei. G.

2. C. ORTHOCERAS (DeCand. syst. 1. 231.) carpellis dorso inter gibberes *cristatis*, crista subquadrata, rostro subrecto. ⊙ in collibus siccis (Böhmen bei Prag, Fieber!) Mart. Apr. G.

8. RANUNCULUS (L. gen. 699.) Cal. 3, 5 sepalus. Petalorum unguis fovea nectarifera, nuda vel squama instructa. Carpella nucamentacea, 1 sperma.

Sect. I. BATRACHIUM DC. syst. 1. 233. Flor. albi, ungue flavo. Fovea nectarifera nec squama tecta, nec margine prominulo instructa. Carpella transverse striato-rugosa, superne et inferne subtiliter carinata, ceterum immarginata. Plantae aquaticae submersae vel natantes.

1. R. HEDERACEUS (L. sp. 781.) *fol. omnibus conformibus reniformibus obtuse quinquelobis*, carpellis subturgidis *transverse rugosis* immarginatis glabris apice breviter apiculatis. ♃. In fontibus puris et rivulis aqua fontana frigida repletis. (Im Rheinthale und den Nebenthälern von Basel bis in die Niederlande aber selten, sodann in Hessen u. durch Niedersachsen bis Oldenburg u. Holstein; östlich nicht vorkommend.) Maio in aestatem. D. fl. 4. 148. Fl. dan. t. 321.

2. R. AQUATILIS (L. sp. 781, var. α et γ.) *fol. submersis setaceo-multifidis petiolatis laciniis undique patentibus*, natantibus reniformibus lobatis fissisve, caule obtusangulo, petalis obovatis, *staminibus ovariorum capitulo longioribus*, carpellis subturgidis transverse rugosis immarginatis hispidis apice breviter apiculatis. ♃. In aquis stagnantibus et rivulis. Jun. — Aug. D. fl. 4. 148. R. heterophyllus Wigg. prim. 42. Alabaster ovato-globosus. Stigma absque stylo sessile, ovario incumbens. Variat:

α. *peltatus*, fol. natantibus cordato subrotundis 5 lobis, lobo intermedio tri-lateralibus bicrenatis: R. aquatilis β peltatus DC. syst. 1. 235. R. peltatus Schranck baier. flor. 1. 103. St. h. 67.

β. *truncatus:* varietas eadem, sed folia basi truncata non cordata. St. h. 67.

γ. *quinquelobus:* fol. natantibus quinquelobis, lobis non crenatis. St. h. 67.

δ. *tripartitus:* fol. natantibus tripartitis, laciniis triangulari-obovatis saepe petiolulatis, bi-trifidis crenatisque. Laciniae foliorum natantium inferiorum saepe flabelliformes, petiolulo longiusculo insidentes, et non raro una alterave earum in lacinulas capillares fissa. Flores minores. St. h. 67. R. tripartitus Nolt. novit. 51. ex spec. a cl. Griesebach comm. An R. tripartitus β. obtusiflorus DC. syst. 1. 234?

ε. *pantothrix:* fol. natantibus nullis. St. h. 67. R. pantothrix Brot. lus. 2. 375. ex Smith. R. aquatilis Wigg. prim. 42. R. aquatilis β. Sm. engl. fl. 3. 54.

ζ. *succulentus:* in locis exsiccatis extra aquam crescens caule

brevi adscendente dense folioso, fol. omnibus multifidis, lacinulis filiformibus crassioribus succulentis occurrit.

R. *tripartitus* verus DC. syst. 1. 234. α *micranthus* varietati α R. aquatili similis, at foliis triplo minoribus, floribus minimis vix lineam latis et carpellis densius rugosis rotundato-obtusis vere diversus, in ditione fl. germ. nondum lectus est.

3. R. DIVARICATUS (Schranck baier. fl. 2. 104. 1789.) *fol. omnibus submersis setaceo-multifidis laciniis in planum orbiculare dispositis*, caule obtusangulo, petal. 5 obovatis, *staminibus ovariorum capitulo longioribus*, carpellis subturgidis transverse rugosis immarginatis hispidis apice breviter apiculatis. ♃. In aquis stagnantibus. Jun. — Aug. D. fl. 4. 152. St. h. 67. R. circinatus Sibth. ox. 175. (R. rigidus Hoffm. D. fl. 1800. R. stagnatilis Wallr. sched. 285. R. aquatilis β. L. sp. pl. 781. R. pantothrix α. DC. syst. 1. 235. Folia minuta, laciniis in planum 4—9 lineas in diametro metiens expansis, sessilia, rigidiora, extra aquam non in penicillum collabentia; alabaster depresso-globosus; stylus brevis in stigma rectum terminatus: hunc ab anteced. distingunt.

4. R. FLUITANS (Lamarck fl. fr. 3. 164.) *fol. omnibus submersis, setaceo-multifidis, laciniis elongatis* parallelis porrectis, caule tereti, petalis 9 — 12 oblongo-cuneatis, *staminibus capitulo ovariorum brevioribus*, carpellis subturgidis transverse rugosis immarginatis glabris apice breviter apiculatis. ♃. In fluviis et rivulis, raro in aquis quietis. Jun. Aug. D. fl. 4. 153. St. h. 67. R. fluviatilis Wigg. prim. 42. R. peucedanifolius All. ped. 2. 53. R. aquatilis δ. L. sp. 782. R. pantothrix γ. DeC. syst. 1. 236. R. peucedanoides Desf. atl. 1. 444. Var. rarissime fol. natantibus semi-trifidis truncatis transverse latioribus. St. h. 67.

Sect. II. HECATONIA. Flor. albi, raro lutei. Fovea nectarifera margine nuda vel margine in tubulum vel superne in squamam saepe bifidam protracta; tubulo squamave substantia tenui membranacea, nec crassiuscula et carnosa. Carpella superne et inferne carina tenui perducta in rostrum excurrente; lateribus laevibus vel rugis irregulariter anastomosantibus notatis.

* Folia venosa, flores albi.

5. R. RUTAEFOLIUS (L. sp. 777. excl. syn. Clusii et Morisonii) fol. *radicalibus bipinnatis pinnulis tripartito-multifidis lobulis linearibus*, caule 1—3 floro, calyce glabro, petalis obovatis integerrimis vel inaequaliter crenatis, carpellis oblique ovatis reticulato-rugosis immarginatis, rostro brevi arcuato. ♃. In locis glareosis graminosis alpium altissimarum ad nives aeternas. (Im Wallis u. Graubünden, Tyrol, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl 4. 158. St. h. 19. Callianthemum rutaefolium Meyer in fl. alt. 3. 336. C. coriandrifolium Reichenb. fl. exc. 727. Petala 5, 12 obovata, nivea, basi macula aurantiaca, extus quandoque colore roseo tincta, fovea nectarifera squama destituta.

6. R. ANEMONOIDES (Zahlbruckner bot. Ztg. 6. 1. 220.) fol. *radicalibus biternatis, foliolis tripartito-multifidis lobulis linearibus*, caule 1 — 2 folio, calyce glabro, *petalis lineari-oblongis* apice obtuse inaequaliter crenatis carpellis.... ♃. In sylvis acerosis subalpinis solo lapidoso glareoso calcareo, (bei Wildalpen in Ober-Steyermark, Angelis! in Gebirgswäldern zwischen Schwarzau u. Hohenberg, und an Abhängen des Schneeberges in Unteröstreich, Host.)

Mart. April. D. fl. 4. 157. St. h. 46. Reichenb. ic. f. 1048. Callianthemum rutaefolium Reichenb. fl. exc. p. 727. Folia radicalia ternato-decomposita, *aeque lata ac longa*, caulinum inferius multo minus, superius plerumque 2, 3 — 5 lobulis formatum vel ad squamam reductum. Pet. 9''' longa, 2 lata. G.

7. R. GLACIALIS (L. sp. 777.) foliis radicalibus ternatis, foliolis petiolulatis tripartito-multifidis lobulis lanceolatis obtusiusculis, caule 1 — 3 floro, *calyce hirsutissimo*, petalis obovatis, leviter emarginatis, carpellis oblique ovatis glabris immarginatis, rostro recto. ♃. In summis alpibus graniticis locis lapidoso-glareosis ad nives et glacies perennes (in der Schweiz u. durch die g. Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 4. 157. St. h. 19. Sepala pilis atrofuscis hirsuta. Pet. alba l. rosea basi virente. Fovea nectarifera superne in squamam saepe bifidam terminata, nec eadem tecta.

8. R. SEGUIERI (Vill. dauph. 3. 737.) *fol. radicalibus caulinisque palmato-multifidis*, ambitu cordato-subrotundis *lobulis acuminatis*, caule 1 — 3 floro, calyce glabro, petalis obovatis rotundatis, carpellis oblique ovatis convexis immarginatis reticulato-rugosis, rostro tenui uncinato. ♃. In glareosis altissimarum alpium. (Auf d. Stov in Krain, Kirschbaumer u. Seiseralpe in Tyrol.) Jun. Jul. D. fl. 4. 158. St. h. 19. R. Columnae All. ped. 2. p. 50. Pet. nivea. Fovea ut in antecedente. G.

9. R. ALPESTRIS (L. sp. 778.) *fol. radicalibus cordato-subrotundis tri-quinquefidisque, laciniis obovatis antice inciso-crenatis*, caule unifloro subunifolio, *folio caulino trifido laciniis linearibus indivisisve*, pedunculo sulcato, calyce glabro, petalis obcordatis trilobisve, carpellis obovatis convexis laevibus immarginatis, rostro recto apice uncinato. ♃. In locis glareosis subhumidis et reg. subalpinarum et alpium usque ad nives perennes solo calcareo. (In der Schweiz u. durch d. g. Alpenk.) Jun. Jul. D. fl. 4. 159. St. h. 19. Flor. nivei, fovea nect. area flavescente cincta, squama nulla. Fol. cordato-orbicularia, haud profunde divisa, laciniis contiguis, vel fere partita laciniis remotiusculis; vel basi fere truncata et non cordata.

10. R. TRAUNFELLNERI (Hoppe bot. Ztg. 1. 2. p. 731.) fol. *radicalibus tripartitis* ambitu reniformibus, *lacinia intermedia trifida, lateralibus profunde bifidis*, lacinulis iterum bifidis, lobulis lanceolatis, caule unifloro subunifolio, *folio caulino lineari indiviso*, calyce glabro, pedunculo sulcato, petalis obcordatis trilobisve, carpellis.... ♃. In locis petrosis alpium (auf dem Wormser Joch, am Loibl in Kärnthen, den Steineralpen in Krain.) Jun. D. fl. 4. 160. St. h. 46. Simillimus antecedenti sed semper solitarie crescens, nec unquam cespitosus, folia opaca nec nitida, profunde partita, lobulis lanceolatis remotis. G.

11. R. CRENATUS (Waldstein u. Kitaibel pl. rar. hung. t. 10.) *foliis radicalibus subrotundis reniformibusque* integris vel antice trilobis *crenatis, crenis posterioribus decrescentibus*, caule subunifloro subunifolio, folio caulino lineari indiviso, pedunculo sulcato, calyce glabro, petalis obovatis repando-crenatis, carpellis convexis laevibus immarginatis, rostro lato apice subuncinato. ♃. In locis rupestribus madidis alpium graniticarum (Steyermark, auf den Rottenmanner Tauern, dem Hengst, Bösenstein, Hochhörden u. a. zu diesem Gra-

nitgebirge gehörigen Alpen, niemals auf Kalk, Angelis!) Aug. D. fl. 4. 161. fol. fere semper integris et crenis posterioribus sensim minoribus et versus apicem folii directis, facile a R. alpestri distinguitur. G.

12. R. ACONITIFOLIUS (L. sp. p. 776.) *foliis radicalibus caulinisque palmato-tri-septempartitis, laciniis trifidis acuminatis inciso-serratis*, caule multifloro, carpellis obovatis, gibbo-convexis venoso-rugosis immarginatis, rostro tenui uncinato. ♃. In sylvis montosis, in subalpinis et alpibus usque ad nives perennes (in der Schweiz und durch die ganze Alpenkette, sodann in den Gebirgen von Oestreich an durch Böhmen in das mittlere und südlichere D.) Mai — Aug. D. fl. 4. 162. Tabern. Kb. p. 108. f. 5. 6. In alpibus minor, caule 3 — 5 floro: R. aconitifolius Linn. l. c.; in montibus humilioribus

β. altior, caule multifloro, fol. laciniis longius acuminatis: R. platanifolius L. mant. 79. Flor. in utraque varietate nivei; fovea nectarif. margine superiore in squamam producta saepe valde auctam. Cal. caducus.

** Folia nervosa. Flores albi.

13. R. PARNASSIFOLIUS (L. sp. 775.) *fol. radicalibus cordato-ovatis nervosis integerrimis*, nervis paginae superioris caule pedunculisque lanatis, carpellis..... ♃. in locis glareosis alpium altissimarum (in d. Schweiz auf den Alpen um Aigle u. denen des Wallis und in Tyrol auf der Kirschbaumer Alpe bei Lienz.) Juni. Jul. D. fl. 4. 163. St. h. 19. Fl. nivei vel dilute rosei. Fovea nectarif. squama membranacea cincta nec obtecta.

14. R. PYRENAEUS (L. mant. 148.) *fol. lanceolatis nervosis integerrimis*, caule 1 — 3 floro, *pedunculis apice lanuginosis*, carpellis obovatis convexis laevibus immarginatis, rostro tenui uncinato, fibris radicalibus teretibus attenuatis. ♃. In summis alpium locis humidis, (der Schweiz, Tyrol u. Kärnthen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 164. St. h. 19. Flor. albi, fovea nectarifera squama membranacea cincta nec tecta. Fol. plerumque lineari-lanceolata. Variat:

β. *bupleurifolius* DC. syst. 1. 243. fol. lanceolatis, caule 1 floro: R. bupleurifolius Lap. pyr. 314. Jacq. misc. t. 18. f. 1. ic.

γ. *plantagineus* DC. l. c. fol. lato-lanceolatis, caule plurifloro. R. plantagineus All. ped. t. 76. f. 1. (nec Pers.)

Ranunculus lacerus Bellard. act. taur. t. 8. semel in Helvetia lectus, nuper non iterum repertus est, hybrida planta videtur e R. aconitifolio et pyrenaeo orta. Caulis ad $1\frac{1}{2}$ ped. altus multiflorus ut in illo, folia nervosa, ut in R. pyrenaeo, sed cuneiformia, apicem versus dilatata ibidemque trifida laciniis irregulariter dentatis.

*** Folia nervosa. Flores lutei.

15. R. GRAMINEUS (L. sp. 773.) *foliis lineari-lanceolatis nervosis integerrimis caule pedunculisque glaberrimis*, caule 1 plurifloro, carpellis oblique obovatis compressis rugulosis substriatisque carinatis breviter apiculatis, fibris radicalibus apicem versus incrassatis subclavatis. ♃. In collibus apricis (im wärmern Wallis eine Zierde der Gegend, Gaud.) Mai. Jun. Engl. bot. 2306. Flor. saturate lutei. H.

Sect. III. Ranunculus. Flores flavi vel aurei. Foveam nectariferam in basi petalorum tegit squama carnosula, sursum spectans, quae, quamvis interdum parva sit, foveam tamen operit. Carpella marginata: margo aream, quandoque tuberculis obsitam, utrinque cingit; rarius totum carpellum tuberculis vel spinulis tectum est.

§. 1. Folia indivisa, radix fibrosa.

16. R. Flammula (L. sp. 772.) fol. ellipticis lanceolatis linearibusve, caule adscendente vel prostrato saepe radicante multifloro, carpellis obovatis *laevibus* obsolete marginatis *apiculo brevi terminatis*. ♃. In pratis humidis, ad ripas et stagna ubique. Jun. in autumnum. D. fl. 4. 166. Fl. dan. t. 575. variat:

β. caule prostrato radicante et foliis angustioribus: R. reptans L. sp. pl. 1. 773.

17. R. ophioglossifolius (Vill. delph. 4. 732.) fol. oblongo-ellipticis, inferioribus cordato-ovatis, caule erecto multifloro, carpellis oblique ovatis marginatis breviter rostratis utrinque *tuberculato-scabris*. ⊙. In paludibus et ad stagna (im Littorale, bei Aquileja, Brignoli, auf der Insel Veglia, Noé.) Mai. Jun. D. fl. 4. 168. Vill. t. 49. R. ophioglossoides Willd. sp. 2. 1310. R. cordifolius Bast. fl. Main. et Loir. 207. R. fistulosus Brign. fasc. 25. R. uliginosus Willd. en. 586. R. cochlearifolius Hornem. en. 529. G.

18. R. Lingua (L. sp. 773.) foliis elongato-lanceolatis acuminatis, caule stricte erecto multifloro basi verticillatim radiculoso stolonifero, carpellis compressis marginatis laevibus, *rostro* lato breviter *ensiformi*. ♃. Ad margines aquarum stagnantium et fluviorum, inque aqua ipsa. Jul. Aug. D. fl. 4. 168. Fl. dan. t. 753. Var. glaber et pilis adpressis plus minusve tectus.

§. 2. Folia indivisa vel sublobata, radix grumosa: e fibris incrassatis formata.

19. R. Ficaria (L. sp. 774.) caule folioso, *fol. subrotundo-cordatis inferioribus repandis superioribus angulatis*, calyce plerumque triphyllo. ♃. In pratis, ad sepes, in sylvis et nemoribus; locis humidis. Apr. Mai. D. fl. 4. 169. Ficaria ranunculoides Roth. germ. 1. 241. Ficaria verna Huds. angl. 244. St. h. 11.

20. R. Thora (L. sp. 775. var. α) *fol. radicalibus nullis, caulino* inferiore sessili breviterve petiolato *subrotundo-reniformi* crenato, secundo obovato antice inciso, florali lanceolato, caule unibifloro. ♃. In sylvis montanis et pascuis subalpinis et alpinis (Tufferberg in Untersteyermark, auf den Bergen an der Save in Krain, auf den westlichen Alpen der Schweiz, im Juragebirge, auf den Thoiry häufig.) Mai. Jun. D. fl. 4. 170. Tabern. Kb. p. 984. f. 1. n. 2. R. scutatus WK. pl. r. h. t. 187.

21. R. hybridus (Biria Ran. 38.) *folio radicali solitario* longe petiolato *transverse latiore sub reniformi antice* fere truncato *inciso-lobato*, lobo intermedio ovato-acuminato, caulino radicali conformi, floralibus lanceolatis, caule 1 — 3 floro. ♃. In locis glareosis lapidosis alpium calcarearum. (Auf den Alpen von Salzburg, Tyrol, Kärnthen, Krain, Steyermark u. Oestreich.) Mai. Jun. D. fl. 4. 172. R. Thora Jacq. a. t. 442. St. h. 19. Tabern. Kb. 985. f. 1. R. Thora β L. sp. 775. R. Pseudo-Thora Host. austr. 2. 108. R. Ptora Crantz. a. p. 119. Rchb. fl. exc. p. 722. In speciminibus pinguioribus folium caulinum secundum inciso-lobatum adest. G.

§. 3. Folia divisa vel composita, radix grumosa.

22. R. ILLYRICUS (L. sp. 776.) *foliis cauleque sericeo-lanatis*, fol. radicalibus ternatis, foliolis lineari-lanceolatis indivisis vel bitripartitis, pedunculis teretibus, calyce reflexo. ♃. In pascuis, campis, locis incultis. (In dem Littorale und durch Oestreich nach Böhmen u. im Elbthal bis Stassfurth, hin u. wieder; auch in Schlesien.) Mai. Jun. D. fl. 4. 172. St. h. 46. R. tomentosus Moench. meth. 212. R. sericeus Willd. en. 589. G.

§. 4. Folia composita vel profunde lobata et fissa, radix fibrosa (in R. bulboso basis caulis in formam bulbi incrassata.) Carpella laevia.

* Pedunculus teres, nec sulcatus.

23. R. AURICOMUS (L. sp. 775.) fol. radicalibus cordato-orbiculatis crenatis indivisis tri-multifidisque, *petiolis basi vaginantibus*, fol. caulinis digitato-partitis, laciniis linearibus lanceolatisve divergentibus, caule multifloro, pedunculis teretibus, *carpellis* ventricosis anguste marginatis *velutinis*, rostro uncinato. ♃. In nemoribus, pratis sylvaticis, ad sepes et dumeta; locis humidiusculis vulgaris. Apr. Mai. D. fl. 4. 173. Fl. dan. t. 665. R. polymorphus All. ped. t. 82. f. 2. mala. R. vernus Spenn. friib. 3. p. 1078. Flores vernales primitivi plerumque mutilati: petalis plerisque deficientibus; seriores completi. Variat:

β. *fallax* W. et Gr. fl. sil. 2. 128. caulis altior, multo crassior, folia duplo majora: caulina inferiora laciniis lato-lanceolatis instructa, quae a medio ad apicem utrinque dentibus sex pluribusve notatae sunt: R. cassubicus Reichenb. ic. f. 261.

24. R. CASSUBICUS (L. sp. 775.) *vaginis radicalibus membranaceis aphyllis*, folio radicali solitario cordato-orbiculari crenato rarius sublobato paucisve, caulinis digitatis laciniis oblongo-lanceolatis divergentibus, caule multifloro, pedunculis teretibus, *carpellis* ventricosis anguste marginatis *velutinis*, rostro uncinato. ♃. In sylvis umbrosis. (Bisher blofs in Schlesien, hinter Arnoldsmühl, bei Leuthen, Ohlau, Leobschütz u. Ober-Glogau.) Mai. praecocius antecedente. D. fl. 4. 175. Folia radicalia rarius 3, plerumque unicum petiolo basi vix vaginante, sed vaginae aphyllae adsunt plurimae; in R. auricomo contra rarius unica, cum folium unicum abortit, observatur. G.

25. R. MONTANUS (Willd. sp. 2. 1321.) fol. radicalibus palmato-partitis laciniis obovatis trifidis obtusiuscule dentatis, *caulino inferiore quinquepartito laciniis oblongo-linearibus palmato-divergentibus*, superiore trifido, caule uni-bifloro, *pedunculis teretibus*, carpellis marginatis utrinque convexis, rostro subcurvo carpello multoties breviore, *receptaculo setoso*. ♃. in alpibus et subalpinis et inde in planities, alpes comitantes, cum fluviis descendens. (In der Schweiz u. v. da durch die ganze Alpenkette) April. in editioribus locis serius: Jun. Jul. D. fl. 4. 176. St. h. 19. R. nivalis Jacq. austr. t. 325. 326., nec Linn. — A R. auricomo differt rhizomate horizontali, fol. radicalibus omnibus divisis, carpellis glabris et receptaculo setoso; a R. acri radice, caule humiliore plerumque unifloro, laciniis foliorum obtusiusculis et receptaculo calvo nec setuloso, carpellisque convexioribus. Variat.:

β. *major*: fol. radicalia lobulis pluribus incisa, caulini inferioris laciniae intermediae longiores apice tri-pluridentatae: R. pyrenaeus

naeus Gouan ill. t. 17. f. 1. nec Linn. R. Gouani Willd. sp. 2. 1322.

An *R. carinthiacus* a cl. Hoppe ap. Sturm h. 46., R. gracilis Schleich. cat. 1815., R. tenuifolius Schleich. cat. 1821., a R. montano specie differat, ulterius examinandum. Lobuli foliorum acutiores, lobi remotiores, angustiores.

26. R. Villarsii (DeCand. syst. 1. 276.) fol. radicalibus palmato-partitis, laciniis obovatis trifidis acute dentatis, caulino *solitario binisve digitato-tripartitis, laciniis linearibus*, caule uni-bifloro, *pedunculis teretibus, receptaculo setoso*, carpellis..... ♃. In locis graminosis reg. subalpinarum et in alpibus. (Auf dem M. Nanas in Krain u. auf den südlichen Alpen der Schweiz.) Jun. R. lapponicus Vill. delph. 4. 743, nec Linn. R. oreophilus M. Bieb. fl. t. c. 3. 383 ex Schlechtend. R. Gouani Hegetschw. fl. helv. 1. 402, non Willd. R. Hornschuchii Hoppe apud St. h. 46., icon e specimine monstroso delineata. A. R. acri differt receptaculo setoso; a R. montano, dentibus foliorum acutis et laciniis folii caulini non divergentibus, sed modice patentibus.

27. R. acris (L. sp. 779.) fol. radicalibus palmato-partitis, laciniis subrhombeis inciso-acute-dentatis, caulinis conformibus, superioribus tripartitis laciniis linearibus, caule multifloro, *pedunculis teretibus*, carpellis lenticulari-compressis marginatis, *rostro* subcurvato *carpello multoties breviore, receptaculo glabro.* ♃. In pratis planitierum et montium, et in alpinis usque ad nives perennes. Mai — Jul. D. fl. 4. 179. St. h. 46. R. napellifolius Crantz austr. p. 114. pro parte. — In montanis siccis planta minor et folia minus incisa: R. Steveni Andrz. ap. Bess. en. pl. Volh. p. 22.

28. R. lanuginosus (L. sp. 779.) fol. radicalibus palmato-partitis, laciniis late-obovatis trifido-incisis acute dentatis, caulinis conformibus, superioribus tripartitis laciniis oblongo-lanceolatis, caule multifloro, *pedunculis teretibus*, carpellis lenticulari-compressis marginatis, *rostro* basi lato apice convoluto *carpellum dimidium subaequante, receptaculo glabro.* ♃. In sylvis montanis frondosis. Mai — Jul. D. fl. 4. 180. St. h. 46.

** Pedunculus sulcatus.

29. R. polyanthemos (L. sp. 779.) fol. radicalibus palmato-partitis, laciniis trifidis tripartitisve incisis, lacinulis sublinearibus, *pedunculis sulcatis*, carpellis lenticulari-compressis marginatis, *rostro uncinato, receptaculo setoso.* ♃. In pratis sylvaticis et sylvis, rarius. Mai — Jul. D. fl. 4. 181. Rostrum carpellorum breve, latum, apice hamatum; pili caulis et petiolorum mox patentissimi, mox adpressi, ut in pluribus aliis.

30. R. nemorosus (DC. syst. 1. 280.) fol. radicalibus palmato-partitis, laciniis obovatis trifidis dentatis, *pedunculis sulcatis*, carpellis lenticulari-compressis marginatis, *rostro apice convoluto, receptaculo setoso.* ♃. In sylvis montanis, in subalpinis et alpibus. Mai. Jun. D. fl. 4. 182. R. Breyninus Crantz. a. 2. p. 115. R. aureus Reichb. fl. exc. p. 724. Reichenb. ic. f. 262. Specimina majora referunt R. polyanthemum Schleicheri, minora alpina R. aureum ejusdem. Vereor, ne tota species sit varietas R. polyanthemi.

31. R. REPENS (L. sp. 779.) foliis radicalibus *ternatis biternatisque*, foliolis trifidis inciso-dentatis, pedunculis sulcatis, *calyce patente*, carpellis lenticulari-compressis marginatis *subtiliter impresso-punctatis*, stolonibus repentibus. ♃. In pratis, agris subhumidis, sylvis, ubique. Mai — Jul. D. fl. 4. 183. St. h. 45. Variat: glaber et hirsutus, ut sequens.

32. R. BULBOSUS (L. sp. 779.) foliis radicalibus *ternatis biternatisque*, foliolis trifidis inciso-dentatis, pedunculis sulcatis, *calyce reflexo*, *carpellis* lenticulari-compressis marginatis *laevibus*, caule basi bulbiformi. ♃. In pascuis, campis, ad sylvarum oras, ubique. Mai — Jul. D. fl. 4. 184. St. h. 46.

§. 5. Folia composita vel profunde lobata, radix fibrosa, carpella rugulosa, tuberculis spinulisve obsita.

33. R. PHILONOTIS (Ehrhart beitr. 2. 145.) fol. radicalibus *ternatis biternatisve*, foliolis trifidis inciso-dentatis, pedunculis sulcatis, *calyce reflexo*, *carpellis* lenticulari-compressis marginatis *ante marginem serie tuberculorum notatis*. ⊙. Inter segetes, in vineis, solo calcareo et argillaceo, ad paludes et fossas. Mai — Aug. D. fl. 4. 185. Engl. bot. 1504. R hirsutus Curt. lond. f. 2. t. 40. R. sardous Crantz. a. 111. R. pallidior Vill. delph. 4. 751. R. agrarius All. auct. 27. Specimina minuta exhibent R. parvulum L. mant. 79. Varietas notabilior est:

β. *subglaber:* R. intermedius Poir. enc. 6. 116. R. pumilus Thuill. non Poir.

34. R. SCELERATUS (L. sp. 776.) fol. inferioribus palmato-partitis inciso-crenatis, superioribus trifidis, laciniis linearibus, calyce reflexo, *capitulo carpellorum oblongo-spiciformi*, *carpellis ecarinatis* margine linea impressa cinctis in medio utrinque *subtiliter rugulosis*. ⊙ in fossis, paludibus, ad ripas fluviorum et lacuum. Jun. in autumn. D. fl. 4. 186. Tabernaem. Krb. p. 107. f. 3.

35. R. ARVENSIS (L. sp. 780.) fol. radicalibus trifidis dentatis, *caulinis ternatis*, *foliolis* petiolulatis *tri-multifidis*, laciniis cuneiformibus antice dentatis, superioribus linearibus, *carpellis plano-compressis rostratis spinosis tuberculatis reticulatisve*, margine prominulo utrinque spinoso dentatove. ⊙ in agris et cultis ubique. Mai — Jul D. fl. 4. 187. Variat: α carpellis spinosis et

β. *tuberculatus:* carpellis latere utroque tuberculis prominulis obtusis et margine dentibus obtusis obsitis: R. tuberculatus DeC. syst. 1. 97. certe ⊙ nec ⊙ vel ♃ et

γ. *inermis:* carpella utrinque venis prominulis anastomosantibus obsita et tota inermia, margo parum prominulus et dentibus destitutus. Rarissima varietas: hucusque unico loco prope Bonn observavit cl. Fr. Nees v. Esenbeck.

36. R. MURICATUS (L. sp. 780.) *fol. inferioribus subrotundis* trilobis inaequaliter-grosse-crenatis, superioribus trifidis basi cuneatis, pedunculis oppositifoliis, *calyce patente*, *carpellis* rostratis *planis tuberculato-spinulosis*, margine laevi arguto cinctis. ⊙ in locis depressis ad littora maris (Friaul, Fiume und südl. Tyrol). Mai — Jul. D. fl. 4. 188. G.

37. R. PARVIFLORUS (L. sp. 781.) *fol. cordato-subrotundis* trifidis lobato-crenatis, superioribus quinquelobis, supremis oblongis indivisis trilobisve, pedunculis oppositifoliis, *calyce reflexo*, *carpellis* rostratis *plano-compressis spinulosis* margine laevi arguto cinctis. ⊙ in locis incultis subhumidis inque vineis (bei Monfalcone, Wulfen; Istrien, Fleisch.) G.

Trib. IV. *HELLEBOREAE* DeC. syst. 1. 306.

Calycis et corollae aestivatio imbricata. Pet. varia, vel o. Antherae extrorsae. Carpella capsularia, introrsum dehiscentia, pleiosperma.

9. CALTHA (L. gen. n. 703.) Cal. petaloideus, 5 sepalus. Cor. o. Caps. quinae-denae, polyspermae.

1. C. PALUSTRIS (L. sp. 784.) caule adscendente, fol. cordato-orbicularibus minute crenatis ♃. In pratis nemoribusque humidis, ad littora, fossas. April — Jun. D. fl. 4. 201. St. h. 8.

10. TRÓLLIUS (L. gen. n. 700.) Cal. petaloideus, 5-polysepalus, deciduus. Petala sepalis minora, nectariformia, unguiculata: lamina linearis, plana, basi fovea nectarifera denudata. Caps. plurimae, sessiles, polyspermae.

1. T. EUROPAEUS (L. sp. 782.) sepalis 10 — 15 in globum fere conniventibus, petalis sepala aequantibus vel paulo brevioribus, fol. quinquepartitis, laciniis rhombeis trifidis incisis serratisque. ♃. In pratis humidis montanis et subalpinis, (durch die ganze Alpenkette; im übrigen D. zerstreut, nicht an allen Orten.) Mai — Jul. D. fl. 4. 191. St. h. 5. Flor. citrini, petalis vitellinis. Var.:

β. *humilior*, 1 — 2 florus: T. minimus Wender. bot. Ztg. 1. 579. haec varietas occurrit: flore breviter pedunculato, folio caulis ultimo fere involucrato: T. humilis Crantz. a. 134 — T. medius Wender., T. napellifolius Roep., Trollio caucasico proximus in ditione fl. nostr. nondum lectus est.

11. ERÁNTHIS (Salisbury trans. linn. v. 8. p. 303.) Cal. petaloideus, 5 — 8 sepalus, deciduus. Petala sepalis minora, nectariformia, longe unguiculata: lamina tubulosa, inaequaliter bilabiata; labio interiore brevissimo. Capsulae plurimae, in receptaculo longe stipitatae.

1. E. HYEMALIS (Salisbury l. c.) sepalis 5 — 8 oblongis. ♃. In nemoribus umbrosis planitierum et subalpinarum raro, (in Krain auf dem Nanas, Oestreich, Ob. Baden bei Lörrach, Westphalen bei Havisbeck, fl. v. Spa bei Jalhay; in der Schweiz im Cant. Bern, bei Morgues und Bex Cant. Waadt.) Febr. Mart. D. fl. 4. 195. Jacq. a. t. 202. Helleborus hyemalis L. sp. 783. Koellea hyemalis Bir. ren. 21.

12. HELLÉBORUS (L. gen. 702.) Cal. petaloideus, 5 sepalus, persistens. Petala sepalis minora, nectariformia, unguiculata: lamina tubulosa, bilabiata. Capsulae in receptaculo sessiles.

* Scapus ad pedunculorum basin bracteis integris.

1. H. NIGER (L. sp. 783.) fol. radicalibus pedatis, *scapo bi-tribracteato* uni-bifloro, *bracteis ovalibus*. ♃. In sylvis umbrosis

montium humiliorum et in subalpinis, (Oestr., Krain, Salzb., Böhmen, Schles.) Decemb. — Mart. D. fl. 4. 195. Jacq. a. t. 201.

** Caulis aphyllus, rami basi foliis divisis fulti.

2. H. VIRIDIS (L. sp. 784.) caule nudo ad ramificationes foliato, foliis pedatis, radicalium foliolis recurvatis canaliculato - concavis elongato - lanceolatis acutis inaequaliter profunde serratis glabris vel subpubescentibus subtus rugoso - venosis, *venis prominulis, stigmate erecto.* ♃. In sylvis montium humiliorum, praecipue locis lapidosis et glareosis, (im südlichen D. u. d. Schw.; im mittlern D. hin u. wieder.) Mart. Apr. D. fl. 4. 196. Jacq. a. t. 106. Florum viridium odor levior, quam in sequente.

3. H. ODORUS (Waldst. et Kit. ex Willd. en. h. berol. 592.) caule nudo, ad ramificationes foliato, foliis pedatis, radicalium foliolis planis lato - lanceolatis acuminatis minute subaequaliter serratis glabris vel subtus hirtis rugoso - venosis, *venis prominulis, stigmate horizontaliter recurvato.* ♃. In sylvis montanis, (bei Salzburg Hoppe.) Mart. Apr. D. fl. 4. 196. Variat:

β. *atrorubens*, floribus externe colore violaceo tinctis: H. atrorubens W. et K. pl. rar. hung. 3. t. 271. G.

4. H. DUMETORUM (Waldst. et Kit. ex Willd. en. hort. berol. 1. 592.) caule nudo ad ramificationes foliato, foliis pedatis, radicalium foliolis lanceolatis minute subaequaliter serratis glabris, venis primariis subtus subprominulis *secundariis immersis.* ♃. In dumetis, (bei Triest.) Mart. Apr. D. fl. 4. 198. An characteres hic propositi constantes sint, ulterioribus observationibus confirmandum est. Equidem omnes tres huius subdivisionis species varietates unius esse suspicor. G.

*** Caulis foliosus, rami et pedunculi basi bracteis fulti.

5. H. FOETIDUS (L. sp. 784.) *caule* multifloro *folioso*, fol. inferioribus pedatis, foliolis septenis novenisque, superioribus trifidis petiolo dilatato minoribus, *bracteis ramorum pedunculorumque ovalibus.* ♃. In locis lapidosis, ad aggeres, vias, planitierum et montium humiliorum, solo calcareo et argillaceo. (Vom südlichen Tyrol durch die Schweiz, den westlichen Theil von Schwaben und das g. Rheinthal bis nach d. Niederlanden; im Mainthale bis Würzburg.) Mart. April. D. fl. 4. 199. Fl. virides margine angusto purpureo cincti.

13. ISOPYRUM (L. gen. 701.) Cal. petaloideus, 5 sepalus, deciduus. Pet. sepalis minora, nectariformia, breviter unguiculata: lamina aperta, basi cucullato - contracta vel subbilabiata. Capsulae in receptaculo sessiles.

1. I. THALICTROIDES (L. sp. 783.) radice repente, fibris fasciculatis, petalis obtusis. ♃. In sylvis nemoribusque umbrosis, (im Littorale bei Triest und durch Krain, Oestreich, Böhmen nach Schlesien; bei Königsberg in Preussen.) Mart. — Mai. D. fl. 4. 192. Jacq. austr. t. 105. Fl. albi.

14. NIGELLA (L. gen. 685.) Cal. petaloideus, 5 sepalus. Pet. sepalis minora, nectariformia, unguiculata: lamina basi fovea nectarifera, squama tecta. Caps. 5 — 10, connatae.

1. N. ARVENSIS (L. sp. 753.) antheris aristatis, arista dimidiam antheram aequante, *capsulis laevibus* dorso trinerviis a basi ad medium connatis, *involucro nullo*, seminibus triquetris subtiliter granulato-scabris. ⊙. Inter segetes, solo calcareo et argillaceo. Jul.—Sept. D. fl. 4. 97. Schk. t. 146. Sep. alba antice caerulescentia, subtus viridi-striata reticulataque; pet. variegata.

2. N. DAMASCENA (L. sp. 758.) antheris muticis, *capsulis laevibus* a basi ad apicem connatis, *flore involucrato*, seminibus triquetris transverse rugosis. ⊙. Inter segetes, (Istrien, Host, im übrigen D. zufällig auf Schutthaufen.) Mai.—Jul. D. fl. 4. 96. Tabern. Kib. p. 182. Sep. pallide caerulea, apice et in venis subtus viridia. Pet. dilute viridi-caerulescentia, glandulis 2 saturate viridibus. J.

3. N. SATIVA (L. sp. 752.) antheris muticis, *capsulis glanduloso scabris* dorso uninervibus a basi ad apicem connatis, involucro nullo, seminibus triquetris transverse rugosis. ⊙. Colitur in agris prope Erfurt, ibidemque inter segetes crescit. Jun. Jul. D. fl. 4. 95. Melanthium sativum Tabernaem. 181. Sepala albida, petala variegata. Colit.

15. AQUILEGIA (L. gen. 275.) cal. petaloideus, 5 sepalus. Cor. 5 petala: pet. infundibuliformia, margine limbi obliqui inter sepala affixa, deorsum in calcar cavum producta. Caps. 5, discretae.

1. A. VULGARIS (L. sp. 89.) *calcaribus apice hamatis*, lamina obtusissima retusa, staminibus laminam *parum superantibus*, sepalis oblongo ovatis, foliis biternatis, *foliolis trilobis crenatis*, crenis ovatis rotundatis. ♃. In sylvis et pratis sylvaticis (durch d. g. Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 4. 89. Tabern. 97. 98. Varietates hortenses: 1. *corniculata*, flore pleno, calcaribus deorsum productis; 2. *inversa*, flor. pl., calcaribus sursum directis; 3. *stellata*, flor. pleno, petalis planis ecalcaratis. Spontanea occurrit: *degener:* flor. plenis virentibus erectis nec nutantibus, pet. planis l. subsaccatis; colore florum caeruleo, carneo et albo; stylis stamina superantibus vel iisdem brevioribus. Variat porro:

β. sepalis parum latioribus obtusis. A. platysepala Reichenb. fl. exc. p. 748. excl. syn. DeCand. In Silesia Wimm! — A. viscosa Gouan, (illustr. p. 33. t. 19, icon ceterum rudis et informis,) e Gallia meridionali differt: caule humiliore, 1—3 floro, sepalis multo latioribus, lato-ovatis, petalorum lamina longitudine calcaris et staminibus longioribus.

2. A. STERNBERGII (Reichenb. fl. exc. p. 749. excl. syn. Sternb.) *calcaribus apice hamatis*, lamina truncato-obtusissima longioribus, staminibus laminam *parum superantibus*, sepalis oblongo-ovatis, foliis biternatis, *foliolis ultra medium trifidis-inciso-crenatis*, crenis ovatis oblongisve obtusis. ♃. In subalpinis et alpibus (an Felsen der Ortenburger Alpen bei Spital in Oberkärnthen, Haenke; an sonnigen Stellen längs dem Savestrom bei Laibach, Graf!) Jun. Jul. Aquilegia alpina Haenke in Jacq. collect. 2. p. 39. nec Sternb., nec Linn. Utrum varietas A. vulgaris foliis profundius incisis sit, an propria species, observatio continuata et cultura docebit. Flor. caerulei. G.

3. A. ATRATA (Koch bot. Ztg. 1830. 1. 118.) *calcaribus apice hamatis*, lamina truncato-obtusissima subapiculata longioribus, *staminibus lamina sesquilongioribus*, sepalis oblongo-ovatis, foliis biternatis, foliolis semitrifidis crenatis, crenis ovatis obtusis. ♃. In subalpinis et alpibus, (Tyrol, Oberbayern, Salzburg u. wahrscheinlich anderwärts in den Alpen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 91. *Flor. atroviolacei*, dimidio minores quam in A. vulgari, stamina longe e flore porrecta, foliola minora profundius incisa et crenata, petalorum lamina non retusa, (levi scilicet sinu non emarginata,) sed in apice utrinque repanda, et ideo in medio obsolete apiculata, squamae hypogynae interiores vix undulatae. An characteres hic propositi constantes sint, ulterius observandum. H. l.: A. vulgaris atroviolacea Avé-Lallement. A. nigricans Reichenb. fl. exc. p. 748. non Baumgarten; quae „caule dichotomo, pedunculis erectis" differt et forte in A. vulgari degenere quaerenda est.

4. A. ALPINA (L. sp. 752.) calcaribus rectiusculis arcuatisve (*non hamatis*) *laminam truncatam* aequantibus, staminibus lamina brevioribus, sepalis lato-ovatis, foliis biternatis, foliolis profunde trifidis incisis crenatisque crenis oblongis obtusis. ♃. In locis asperis petrosis alpium, (der Schweiz, im südwestlichen Theile des Cant. Waadt, Glarus, Graubünden u. St. Gallen.) Jul. Aug. All. ped. t. 66. (specimen, ut videtur, cultura maxime auctum.) Flor. laete caerulei, speciosi. A. montana Sternb. Denkschr. d. regensb. bot. Ges. 1818. p. 60. (nec ic. t. 4.) H.

5. A. PYRENAICA (DeCand! fl. fr. 5. 640.) *calcaribus apice rectis, lamina rotundata* calcar staminaque aequante vel parum superante, sepalis oblongo-ovatis, foliis simpliciter vel duplicato-ternatis parce crenatis, crenis rotundatis. ♃. In rupestribus montanis (in Mittelkärnthen bei Rabl u. Tarvis, in Tyrol bei Lienz, Hoppe!, am Ufer der Brenta im südl. Tyrol, Strnbg.) Jun. Jul. D. fl. 4. 92. A. alpina Lam. dict. 1. 150. A. alpina Sternberg in Denkschr. d. regens. Ges. 1828. p. 61. t. 4. (ex commutatione nominis A. montana subscripta). Flor. caerulei, fere dimidio minores, quam in A. vulgari.

16. DELPHINIUM (L. gen. 681.) cal. petaloideus, 5 sepalus: sepalum superius calcaratum. Cor. nectariformis, 4 petala: petala 2 superiora calcarata, calcaribus inclusis, vel petala omnia in unum calcaratum coalita. Caps. 1, 3, 5, polyspermae.

Sect. I. CONSOLIDA. Ovar. 1. Petala in unum coalita.

1. D. CONSOLIDA (L. sp. 748.) *cor. monopetala*, caule divaricatim ramoso, racemis paucifloris, pedicellis bractea longioribus, capsula glabra. ⊙ inter segetes, inque arvis. Jun. Aug. D. fl. 4. 63. Fl. d. t. 683. flor. azurei. — D. Ajacis, in hortorum rejectamentis hinc inde occurrens, sed nullibi in dit. fl. nostr. spontaneum, differt: caule stricto, parum ramoso, ramis erectis, racemo multifloro, pedicellis multo brevioribus, bracteis pedicello longioribus et capsulis pubescentibus.

Sect. II. DELPHINASTRUM. Pet. 4: 2 superiora basi calcarata; 2 inferiora medio barbata. Caps. subcylindricae.

2. D. ELATUM (L. sp. 749.) *corolla 4 petala*, limbo petalorum

inferiorum bifido *barbato*, fol. palmato-quinquefidis, laciniis trifidis inciso-serratis, *petiolis subaequalibus*, pedicellis superne bracteolis 2 linearibus. ♃. In locis herbidis, ad rivos in subalpinis, (im Riesengebirge Wimm. et Grab! in Mähren u. Steyermark Host; in den Aelener Bergen Cant. Waadt in der Schweiz.) Jun. Jul. D. fl. 4. 66. Schk. t 166. D. intermedium Ait. kew. 2. 244. Trev. obs. p. 11. Flor. azurei. Variat glabrum, pubescens et hirsutum; flor. majoribus, minoribus; calcare angustiore, crassiore, recto et curvato, porro:

α. fol. ambitu cordato subrotundis, laciniis posterioribus approximatis, et 1. pedicellis ovariisque glabris: D. intermedium DC. syst. 1. 358. D. Clusianum Host. fl. a. 2. 67; 2. racemo pubescente, capsulis subpilosis: D. alpinum WK. pl. r. h. t. 246; 3. caule foliisque hirsutis, racemo ovariisque dense pubescentibus: D. montanum DC. l. c. 360. D. elatum All. ped. n. 1504; 4. hirsutum, floribus maximis: D. speciosum M. B. t. c. 2. 12.

β. foliis, etiam inferioribus ambitu reniformibus, laciniis posterioribus divaricatis: D. palmatifidum DC. syst. 358. Laciniae foliorum antice parum dentatae, foliorum superiorum integerrimae.

γ. fol. varietatis β, at basi cuneato-protractis: D. cuneatum Stev. DeC. syst. 1. 359. D. hybridum herbarii linnaeani ex DeC.

δ. fol. basi laciniisque margine monstrose contractis: D. urceolatum Jacq. ic. rar. t. 1. E seminibus varietatis γ et δ, varietates α et β educavi cum innumeris aliis modificationibus.

3. D. HYBRIDUM (Willd. sp. 2. 1229.) *cor. 4 petala*, limbo petalorum inferiorum bifido *barbato*, fol. ternato-multipartitis laciniis linearibus, *petiolis* inferne *vaginato-dilatatis*, pedicellis medio bracteolis 2 linearibus. ♃. In locis lapidosis sylvaticis, (bisher blofs im Walde von Lipizza bei Triest.) Jun. Jul. D. hybridum M. Bieb. t. c. 2. 13. D. fissum WK. pl. r. p. 83. t. 81. Semina in hac specie triquetra, inaequaliter rugulosa; in D. elato lamellato-rugosa, lamellis imbricatis. G.

Sect. III. STAPHYSAGRIA. Pet. 4; 2 superiora breviter calcarata; 2 inferiora imberbia. Capsulae ovatae, ventricosae.

4. D. STAPHYSAGRIA (L. sp. 750.) *cor. tetrapetala*, petalis basi connatis *imberbibus*, foliis palmato-quinquefidis, laciniis integris trifidisve, pedicellis basi tribracteatis. ⊙ ad litt. maris prov. austral. (Istrien, Wulf.) Jun. Jul. J.

17. ACONÍTUM (L. gen. 682.) cal. petaloideus, 5 sepalus: sepalum superius, (cassis), fornicatum. Pet. 5: 2 superiora cuculliformia, nectarifera, longe unguiculata; reliqua minuta, linearia, etiam deficientia. Caps. 3 — 5, polyspermae.

1. A. ANTHORA (L. sp. 751.) nectariis ungue arcuato horizontaliter cernuis, calcare circinnato-revoluto in latere superiore baseos *rectangule infracto*. ♃. In rupestribus alpinis (auf dem Jura, Graubündener Alpen, Krain u. Oestreich.) Aug. Sept. D. fl. 4. 70 Jacq. a. t. 382. Reichb. ill. t. 59. Variat fol. lacin. angustissimis: ill. t. 60. A. Jacquini monogr. t. 5; fol. lacin. lanceolatis: ill. t. 60. A. nemorosum M. Bieberst. Reichenb. mon. t. 6. et A DeCandollii Reichenb. mon. t. 3; fol. lacin. linar. falcatis: ill. t. 61. A. culophum mon. p. 69; et casside hiante — Flor. flavi.

2. A. Napellus (L. sp. 751.) *nectariis* ex ungue arcuato *horizontaliter cernuis*, calcare subrecurvato, *floribus racemosis*, *carpellis junioribus divaricatis*, seminibus argute triquetris dorso obtuse plicato-rugosis. ♃. In montanis, ad rivos et in locis humidis, inque alpium pascuis udis (in der Schweiz u. durch die ganze Alpenkette; in Böhmen, Schlesien, auf d. Vogelberge in Hessen, und in der Eifel bei Prümm). Jun. — Aug. D. fl. 4. 73. Flor. violacei, raro caerulescentes et albi.

Cl. Reichenb. sequentes species distinxit et proposuit: I. pedunc. erectis filamentisque glabris; 1. calcare brevissimo rotundato nec sursum dilatato vel curvato: A. Koelleanum ill. t. 62; 2. calcare sursum curvato vel sursum dilatato, casside hiante: A. Hoppeanum Reichenb. ill. t. 65; casside incumbente, semicirculari: A. angustifolium Bernh. R. illustr. t. 65; casside incumbente altius fornicata: A. acutum R. ill. t. 65. — II. pedicellis erectis glabris, filamentis pilosis; 1. calcare brevissimo, ut in A. Koelleano, a quo diff. filamentis valde pilosis: A. tauricum Wulf. R. ill. t. 63; 2. calcare recurvo, casside incumbente: A. amoenum R. ill. t. 70; calcare sursum curvato, cass. hiante: A. laxum ill. t. 66. — III. pedicellis erectis crispule pubescentibus; 1. calcare brevissimo, ut in Koelleano: A. formosum R. ill. t. 64; 2. calcare sursum curvato vel dilatato, casside hiante: A. Napellus Dodonaei R. ill. t. 1—4; cass. incumbente, humili, antice petula: A. Funkianum R. ill. t. 66; casside incumbente semicirculari, pedicellis elongatis: A. pyramidale Mill. R. ill. t. 68; pedicellis flore brevioribus: A. Bernhardianum R. ill. t. 68; cass. incumbente altius fornicata, fol. lacin. angustiss.: A. multifidum Koch. R. ill. t. 70. eximia! IV. pedicellis crispule-pubescentibus stricte patentibus; 1. calcare brevissimo rotundato: A. strictum Bernh. R. ill. t. 64; 2. calc. capitato vel sursum curvato, casside humili, antice patula: A. autumnale R. ill. t. 67; cass. semicirculari, incumbente: A. neubergense R. ill. t. 69. (A. neomontanum Wulf.) A. eminens Koch ab hoc labillo nectarii longiore differt. V. pedicellis pubescentibus, pilis rectis patentibus: A. acuminatum R. ill. t. 68. hoc in Helvetia.

3. A. Stoerkianum (Reichenbach ill. t. 71.) *nectariis* ex ungue superne arcuato *oblique inclinatis*, calcare uncinato; *carpellis junioribus incurvatis conniventibus*, seminibus argute triquetris dorso argute rugoso plicatis. ♃. In montosis sylvaticis, subalpinis (Berner Alpen Schwz.; Untersberg Salzburg; Krain; Oestreich; Böhmen; Schlesien; Unterharz; Thüringen). Jun. — Aug. D. fl. 4. 75. A. intermedium DC. syst. 1. 374. A. neomontanum Willd. sp. 2. 1236. nec Wulf. A. Napellus Stoerk. lib. p. 69. St. h. 6. A. Cammarum L. sp. 751? (ex sententia Cl. Friesii, sed nec loci natales, nec synonyma congruunt.) Flor. violacei vel albo- et violaceo-variegati. Filamenta pilosa. — Cl. Reichenb. distinguit: A. palmatifidum (A. exaltatum speciosum ill. t. 72. ex auctore) filamentis glabris; A. exaltatum ill. t. 72. filam. pilosis, panicula pyramidali, casside altiore.

4. A. variegatum (L. sp. 750.) *nectariis erectis* vel oblique inclinatis, calcare uncinato, racemis basi ramosis demum paniculatis, carpellis junioribus parallelis, seminibus argute triquetris transverse plicatis, plicis dorsalibus alatis membranaceis undulatis. ♃. In convallibus alpinis et subalpinis, inque montosis altioribus (durch die

ganze Alpenkette; sodann in Böhmen, Schlesien, im Erzgebirge, Thüringen u. Franken.) Jul. Aug. D. fl. 4. 76. Pedicelli glabri, rarissime crispule pubescentes. Flor. violacei, caerulei, albi et albo caeruleoque variegati h. l.: A. Cammarum Jacq. a. t. 5. A. Bernhardianum Wallr. sched. p. 251. (nectariis in icone male delineatis). — Cl. Reichenb. distinguit: A. Cammarum, ill. t. 7. 8. 39. casside recta; A. nasutum Fisch. R. ill. t. 9, casside apice parum antrorsum inclinata, rostro deflexo; A. rostratum Bernh. R. ill. t. 11. cass. antrorsum curvata, rostro recto; A. rostratum album ill. t. 30, fol. laciniis dilatatis parce incisis, fl. albis, A. album Ait. kew. ed. 2. 322; A. variegatum ill. t. 34. casside antrorsum curvata, rostro sursum reflexo, foliis ut in antecedente, flor. caeruleis vel albo et caeruleo-variis. Pedicelli glabri rarissime crispule pubescentes.

5. A. PANICULATUM (Lam. fl. fr. ed. 1. suppl. 1224.) *nectariis* ex ungue arcuato *cernuis*, calcare recurvato, *floribus* racemosis *demum divaricato-paniculatis*, carpellis junioribus divaricatis, seminibus argute triquetris transverse plicatis, plicis dorsalibus alatis membranaceis undulatis. ♃. In locis alpium subhumidis (in der südlichen Schweiz, Salzburg, Kärnthen, Steyermark, Krain.) Jul. Aug. Flor. violacei, panicula semper pubescens, pilis rectis, horizontaliter patentibus. D. fl. 4. p. 78. A. cernuum Wulf. ap. Koelle spicil. p. 17. A. flexicaule Hoppe et Hornsch. pl. sel. — Cl. Reichenb. distinguit: A. cernuum ill. t. 33, casside hemisphaerica, fornicata; A. molle t. 31, cass. altius fornicata, rostro brevi; et A. paniculatum (A. hebegynum DC. syst. 1. 376.) casside angustiore, rostro longiore.

6. A. LYCOCTONUM (L. sp. 750.) nectariis erectis, *calcare filiformi circinatim convoluto*, seminibus undique plicato-rugosis obtuse trigonis carina arguta, foliis palmatis. ♃. In sylvaticis et dumetosis, montosis et subalpinis, (in der Alpenkette überall, in den übrigen Gebirgen hin und wieder). Jun. Jul. D. fl. 4. 79. Variat: caule floribusque subglabris, vel pilis crispulis pubescentibus vel pilis rectis tectis; fol. 7 — 11 fidis, lacin. trifidis, lobulis 2 — 3 dentatis; et laciniis duplicato-trifidis, inciso-dentatis, quod A. pyrenaicum DeC. syst. 1. 368; A. Lamarckii Reichenb. ill. t. 55; pedicellis brevibus et elongatis, floribus sulphureis, albidis, rubicundis (in speciem. hungaricis) caerulescentibus et violaceis. Cl. Reichenb. disting.: A. Thelyphonum ill. t. 54. casside sursum sensim angustiore; A. Vulparia ill. t. 56. 57. 58, casside medio angustiore; A. Myoctonum ill. t. 51, cucullo nectarii verticali, stipite apice incurvo; A. pallidum ill. t. 50, calcare abbreviato, dimidium orbem tantum circumscribente.

Trib. V. *RANUNCULACEAE SPURIAE.* Antherae introrsae.

18. ACTAEA (L. gen. 644.) cal. 4 sepalus, caducus. Cor. 4 petala. Carpellum 1, baccatum, uniloculare; sem. altero lateri parietis longitudinaliter affixa.

1. A. SPICATA (L. sp. 722.) baccis subrotundo-ovalibus, petalis longitudine staminum, racemis ovatis, fol. ternato-duplicato-pinnatis, foliolis ovatis oblongisve inciso-serratis. ♃. in nemoribus et sylvis umbrosis. Mai. Jun. D. fl. 4. 12. St. h. 21. Fl. albi.

19. CIMICÍFUGA (Linn. amoen. 7. 435.) cal. 4 sepalus, deciduus. Cor. 4 petala. Carpella sicca, capsularia, sutura interiore dehiscentia.

1. C. FOETIDA (L. syst. nat. ed. 12. 659.) ovariis subquaternis pubescentibus brevissime stipitatis, fol. ternato-duplicato-pinnatis, foliolis ovato-oblongis inaequaliter duplicato-serratis. ♃. in nemorosis (Mähren bei dem Orte Sloun, Schott nach Host.) Jul. Aug. D. fl. 4. 87. Lam. illustr. t. 487. Actaea cimicifuga L. sp. pl. 722. DC. syst. 1. 382. G.

20. PAEONIA (L. gen. 678.) cal. 5 sepalus, inaequalis, saepe foliaceus, persistens. Pet. 5, plura. Ovar. 2, 3, stigmatibus lingulatis. Capsulae 1 loculares, introrsum dehiscentes.

1. P. CORALLINA (Retz. obs. p. 34.) herbacea, *capsulis tomentosis a basi arcuato-deflexis*, fol. duplicato-ternatis, foliolis ovatis oblongisve subtus glaucis, fibris radicalibus filiformibus. ♃. in rupestribus dumetosis sylvaticis (auf dem Müllersberge am Kugelbache bei Reichenhall in Salzb.; valle Rutte bei Triest, bei Schenoschatz u. auf dem Nanas in Krain). Apr. Mai. D. fl. 4. 59 (excl. variat. α et β, P. Russi Biv. et P. bannatica Roch.) P. officinalis β. L. sp. 767. — P. Russi, nunc laete in horto nostro vigens, distingui potest statura minore, foliolis utrinque viridibus et supra lucidis quasi oleo inunctis, nec glaucescentibus; modo haec sufficiant. Pubescentia foliorum variat, ut in reliquis: e semine enim simul educavi specimina fol. subtus petiolisque dense villosis ibidemque glabris, ceterum simillimis. — P. bannatica Rochel bannat. p. 48. t. 11. f. 25 folia habet Paeoniae officinalis, radicem vero et carpella (a basi deorsum reflexa), P. corallinae, eamque a P. corallina et Russi vere differre, mihi nunc persuasum habeo, ceterum pubescentia et in hac multum variat: specimina duo ab auctore ipso in alpibus Bannatus lecta possideo, e quibus unum foliis subtus dense villosis, alterum foliis utrinque glabris instructum est.

2. P. OFFICINALIS (L. sp 747. var. α) herbacea, *capsulis maturis erecto-patulis apice recurvatis*, fol. biternatis vel ternato-bipinnatis, foliolis oblongis lanceolatisve supra nitidis subtus pallidis glaucescentibusve, terminalibus semitrifidis, lateralibus integris, caule tereti obsolete subangulato, fibris radicalibus tuberoso-incrassatis. ♃. In sylvaticis reg. austral. (in dem Cant. Tessin auf dem Monte generoso; auf dem Nanas in Krain u. b. Triest.) Mai. Jun. D. fl. 4. 56.

3. P. PEREGRINA (DC. syst. 2. 390.) herbacea, capsulis maturis patulis subrecurvatis, fol. biternatis vel ternato-bipinnatis, foliolis oblongis lanceolatisve supra glaucescentibus subtus albido-glaucis plurimis bi-trifidis, paucis integris, caule superne angulato, fibris radicalibus tuberoso incrassatis. ♃. In sylvaticis reg. austral. (im Thale Sassina über dem Comersee u. auf dem Monte generoso im Cant. Tessin; für D. noch zweifelhaft.) Mai. Jun. Gaud. helv. 4. p. 454. P. promiscua Tausch bot. Ztg. 11. 1. p. 83. — Varietas γ. DC. l. c. P. officinalis Tausch l. c. differt foliolis acutioribus, et paucioribus fissis; an specie, ulterius examinandum.

Ord. II. BERBERIDEAE Vent. tabl. 3. 83.

Sepala 3—4—6, duplici serie alternatim disposita. Pet. tot, quot sepala et iis opposita, rarius numero dupla. Glandulae vel parapetalum ad basin petalorum. Stam. hypogyna, libera, petalis opposita; *antherae* adnatae: *loculis valvula a basi ad apicem elastice dehiscentibus.* Ovarium 1, uniloculare, placenta unilaterali. Sem. 1—3, ad basin placentae annexa. Embryo rectus, axilis, radicula hilum spectante. Folia vel foliola aristato-serrata.

1. BERBERIS (L. g. 442) cal. 6 sepalus. Pet. 6, intus basi biglandulosa. Bacca disperma.

1. B. VULGARIS (L. sp. 472.) spinis tripartitis, fol. fasciculatis obovatis ciliato-serratis, racemis multifloris pendulis, petalis integris vel leviter emarginatis. ♄. In dumetis et montosis sylvaticis. Mai. Jun. D. fl. 2. 603. Schk. t. 99. flor. flavi.

2. EPIMEDIUM (L. g. 148.) cal. 4 sepalus, caducus. Pet. 4. Parapetala 4, petalis incumbentia, cyathiformia, fundo obtuso, margine oris receptaculo affixa. Caps. siliquaeformis polysperma.

1. E. ALPINUM (L. sp. 171.) fol. radicalibus nullis, caulino biternato. In umbrosis et dumetis (Krain, Scop. D. Graf! südl. Tyrol, Host; bei Danzig „aber nach der Lokalität zu urtheilen am letztern Orte ursprünglich sicher nicht wild." Meyer!) Apr. Mai. D. fl. 1. 817. fl. sanguinei, nectariis flavis. G.

Ord. III. NYMPHAEACEAE DC. prop. medic. ed. 2. p. 119.

Cal. 4—6. sepalus. Cor. regularis: *pet. numerosa, sensim in stamina abeuntia.* Stam. indifinita, hypogyna, vel toro ovarium obducenti inserta; antherae adnatae. *Ovarium pluriloculare, loculis multiovulatis, ovulis parietibus loculorum affixis.* Stigmata tot, quot loculi. Embryo extra albumen ad basin seminis situs, sacculo inclusus.

1. NYMPHAEA (L. Smith. pr. fl. graec. 1. 371.) cal. 4 sepalus. Pet. numerosa, fovea nectarifera destituta. Stigma multiradiatum.

1. N. ALBA (L. sp. 729.) fol. subrotundis profunde cordatis integerrimis, *lobis baseos ob sinum rectilineum oblique ovatis, ovario usque ad apicem staminibus obsesso*, stigmate 12—20 — radiato. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus. Jun. Aug. D. fl. 4. 28. St. 30. Stigmata lutea; petala nivea. Variat: flor. dimidio minoribus, N. alba β. minor DC. syst. 2. 56.

2. N. BIRADIATA (Sommerauer bot. Ztg. 16. 2. 625.) fol. subrotundis profunde cordatis subrepandis, *lobis baseos subaequaliter ovatis sinu* marginibus arcuatis *extrorsum aperto*, ovario usque ad apicem staminibus obsesso, stigmate 5—10 radiato. ♃. In aquis stagnantibus (im Triebener See im Peltenthale in Obersteyermark.) Jul. Aug. Petala nivea, *stigma medio macula* orbiculari *dentata*

sanguinea, in singulos radios luteos dentibus tribus excurrente, hinc quasi bis radiatum; in sicca planta color sanguineus in violaceum mutatur. G.

3) N. CANDIDA (Presl. delic. prag. 224.) fol. subrotundis profunde cordatis subrepandis, lobis baseos subaequaliter ovatis sinu marginibus arcuatis extrorsum aperto, *ovario denudato* laevi *basi staminibus obsesso*, stigmate octoradiato. ♃. In aquis stagnantibus (Böhmen, Presl.) Jul. Aug. „Ovarium ovato-conicum, laeve, infima tertia parte altitudinis suae petalis et staminibus hic exorientibus obtectum.“ Presl. G.

2) NUPHAR (Smith. prod. fl. graec. 1. 361.) cal. 5 sepalus. Pet. numerosa, fovea nectarifera dorsali. Stigma repandum vel stellato-dentatum.

1. N. LUTEUM (Sm. pr. fl. graec. 1. 361.) calyce 5 sepalo, *stigmate* plano profunde umbilicato *integerrimo* vix repando 10—20 radiato, radiis ante marginem evanescentibus, antheris oblongo-linearibus, fol. ovalibus ad tertiam partem cordato-incisis, lobis approximatis. ♃. in aquis stagnantibus et lente fluentibus. Jun. Aug. D. fl. 4. 30. St. h. 30. Flor. lutei, ut in omnibus. Variat. flor. dimidio minoribus, ceterum non diversum; et petiolis pedunculisque sericeo-pubescentibus. — N. sericeum Lang. pubescentia cum hac varietate conveniens conspicue differt stigmate 10—15 dentato, radiis in dentes, in marginem ipsum, excurrentibus. — N. intermedium Ledeb. fl. altaic. 2. 274., stigmate leviter impresso nec profunde umbilicato, mihi ignotum.

2. N. PUMILUM (Sm. Engl. bot. 2292.) calyce 5 sepalo, *stigmate stellatim acute dentato* incisove subdecemradiato denique hemisphaerico, radiis ad marginem excurrentibus, *antheris subquadratis* latitudine sua subsesqui-longioribus, fol. subovalibus profunde cordatis, lobis plerumque divergentibus. ♃. in aquis stagnantibus et lente fluentibus (in Mecklenburg u. Schlesien, sodann in den Gebirgsseen von Salzburg, und bei Zürch in der Schweiz in einem See am Hohen-Rhonen.) Jun.—Aug. D. fl. 4. 32. (excl. syn. Spenneri.) Reichenb. ic. 2. t. 119.

3. N. SPENNERIANUM (Gaud. fl. helv. 3. 439.) calyce 5 sepalo, *stigmate stellatim acute dentato* incisove subdecemradiato denique hemisphaerico, radiis ad marginem excurrentibus, *anthesis lineari-oblongis* latitudine sua subquadruplo-longioribus, fol. subovalibus profunde cordatis, lobis plerumque divergentibus. ♃. In aquis stagnantibus (im Feldsee des Schwarzwaldes.) Jun.—Aug. N. minima Spenn. bot. Ztg. 10. 1. 114. t. 1. 2. G.

Ord. IV. PAPAVERACEAE. DC. syst. e. p. 105.

Cal. 2 sepalus. Cor. regularis, 4 petala. Stam. hypogyna, 4 vel numerosa, libera. Ovarium liberum; *placentae intervalvulares, oppositae, vel dissepimentis adnatae.* Embryo minimus, rectus, ad basin albuminis, radicula ad hilum sita. Herbae lactescentes, succo albo vel croceo.

1. PAPÁVER. (L. gen. 448.) cal. disepalus', caducus. Pet. 4. Stam. numerosa. Styl. o. Stigma 4—20 radiatum. Caps. incomplete 4—20 locularis, sub stigmate foraminibus, (valvulis brevibus) dehiscens.

§. 1. Capsula hispida.

1. P. ALPINUM (L. sp. 725.) *filamentis subulatis*, *capsula* obovata *hispida*, scapo unifloro, fol. subbipinnatis. ♃. In glareosis et lapidosis alpium calcar. attissimarum. Jul. Aug. D. fl. 4. 19. Flores suaveolentes. Variat: fol. subsimpliciter et duplicato-pinnatis, hispidis et glabris, foliolis angustioribus, sublinearibus, et latioribus, fere ellipticis, setis scapi adpressis et patentibus, et:

α. *albiflorum*, floribus albis, basi sulphureis: Jacq. a. t. 83. DC. syst. 2. 72. P. Burseri Crantz. a. t. 6 f. 4. (Alp. v. Oestreich, Steyermark, Krain, Salzburg, Tyrol, in der Schweiz selten nur in den Alp. d. Oberinthals u. denen des Wallis.)

β. *flaviflorum*, floribus pulchre citrinis basi sulphureis vel pallide virentibus, siccatis aurantiacis: P. alpinum Hopp. in St. D. fl. 4. 17. P. pyrenaicum α luteum DC. syst. 2. 71. P. aurantiacum Lois. not. 84. E semine educavi specimina: floribus albis et flavis, et pulcherrimum flor. albis margine lato roseo cinctis; sed collatis his vivis et multis aliis siccatis mihi hucusque non contigit, ut limites inter P. alpinum, Burseri et pyrenaicum reperirem. (auf den Kalkalpen von Kärnthen, Krain, Tyrol, u. Salzburg.)

2. P. ARGEMÓNE (L. sp. 725.) *filamentis superne dilatatis*, *capsula* elongato-clavata *setis* sparsis *erectis* hispida, caule folioso plurifloro. ⊙. Inter segetes, in cultis, campis, locis arenosis. Mai — Jul. D. fl. 4. 21. P. clavigerum Lam. fl. fr. 3. 175. Fl. d. t. 867. Modif. fol. minus incisis: P. arvense Borkhaus. rh. mag. 1. 439 et flore unico solitario: P. maritimum With. ex Sm. — Variat raro:

β. glabrum: pars superior caulis cum foliis, calyx et capsula glaberrima, caulis inferne et costa fol. inferiorum infra pilis paucis sparsis.

3. P. HYBRIDUM (L. sp. 725.) *filamentis superne dilatatis*, *capsula* subrotunda *setis patentissimis* arcuatis hispida, caule folioso plurifloro. ⊙. Inter segetes raro, (auf der Rheinfläche bei Mainz u. Darmstadt u. in Thüringen bei Erfurt, Halle, Magdeburg, Barby, in Mecklenburg bei Malchin.) Mai — Jul. D. fl. 4. 22. Engl. bot. t. 23. G.

§. Capsula glabra.

4. P. RHOEAS (L. sp. 726.) *filamentis subulatis*, capsula breviter obovata basi rotundata glabra, *lobulis stigmatis margine incumbentibus*, caule hispido plurifloro, foliis pinnatis bipinnatisque, laciniis oblongo-lanceolatis inciso-dentatis. ⊙. In cultis, campis arenosis et ripis glareosis. Mai. Jul. D. fl. 4. 22. St. h. 17. — P. intermedium Becker! ap. Reichenbach. fl. exc. p. 701 non differt, e speciminibus majoribus fol. subsimpliciter pinnatis compositum. Variat:

β. pilis pedunculorum adpressis: P. Rhoeas β. strigosum Bönningh. pr. 157.

γ. caule humiliore, a basi in ramos adscendentes, cum foliis hispidissimos, diviso, floribus pallidioribus: P. Roubiaei Vig. diss. 39. t. 1. f. 1. e specimine prope Monspelium ad littora maris lecto, a Cl. Delille determinato.

δ. caul. humiliore, ramosissimo, fol. ellipticis indivisis trilobisque, lobis integerrimis, intermedio majore subdentato: P. trilobum Wallr. Sched. crit. t. 1. D. fl. 4. 27. Varietas singularis, semel tantum observata, ad P. Rhoeas tamen ex mea sententia referenda.

5. P. DUBIUM (L. sp. 726.) *filamentis subulatis*, capsula clavata in basin sensim attenuata glabra, *crenis stigmatis distinctis*, caule hispido plurifloro, foliis bipinnatis, laciniis linearibus remote dentatis. ⊙. In cultis, campis cum priore. Mai. Jul. D. fl. 4. 24. Jacq. a. t. 25 variatio flor. albis. — Variat:

β. *glabrum*; totum glabrum, foliis subtus setulis rarius sparsis patulis et setulis aliquot adpressis in apice pedunculorum et in calyce. P. laevigatum MB. t. c. 3. 384. Reichenb. ic. f. 533. (specimen parvum.)

6. P. SOMNIFERUM (L. sp. 726.) *filamentis superne dilatatis, capsula* subglobosa *glabra*, fol. oblongis inaequaliter dentatis, superioribus integris basi cordata amplexicaulibus, inferioribus sinuatis basi attenuatis. ⊙. Colitur. Jul. Aug. D. fl. 4. 25. Variat: floribus albis: P. officinale Gmel. bad. 2. 479; et roseis macula baseos atro-violacea: P. somniferum Gmel. l. c., in utraque varietate foramina sub stigmate mox aperta, mox clausa. P. setigerum DeC. syst. 2. 81. meo judicio est P. somniferum spontaneum. Colitur.

2. GLAUCIUM (Tournef. inst. t. 130.) cal. 2 sepalus, caducus. Pet. 4. Stam. numerosa. Caps. siliquaeformis, bivalvis: valvulis ab apice ad basin dehiscentibus. Sem. dissepimento intervalvulari spongioso impressa.

1. G. LUTEUM (Scop. carn. 1. 369.) fol. superioribus basi profunde-cordata amplexicaulibus lobato-pinnatifidis ambitu subrotundo-cordatis, *siliquis tuberculato-scabris*. ⊙. In locis arenosis collibusque (im Littorale u. in Mecklenburg am Meeresufer, sodann in Thüringen auf Hügeln und an Seen u. Flüssen, in d. Schweiz am Neufchateller See u. am Montorge im Wallis.) Jun. Jul. D. fl. 4. 16. Fl. d. t. 585. Chelidonium glaucium L. sp. 724. Glaucium flavum Crantz. a. 141. DC. syst. 2. 94. Flores pulchre citrini. Var. in hortis floribus fulvis basi luteis, ceterum non diversum. An hoc G. fulvum Sm. exot. bot. 1. p. 11. t. 7?

2. G. CORNICULATUM (Curtis Lond. fasc. 6. t. 32.) fol. superioribus basi truncata sessilibus pinnatifidis ambitu oblongo ovatis, *siliquis setoso-hispidis*. ⊙. Inter segetes, (Oestreich, Böhmen, Thüringen, Rheinpfalz.) D. fl. 4. 17. G. phoeniceum Gärtn. fr. 2. t. 115. Chelidonium corniculatum L. sp. 724. Pet. phoenicea basi macula atra. Variat macula atra baseos nimbo albo cincta: G. tricolor Bernh. Rchb. ic. f. 376. G.

3. CHELIDÓNIUM (L. g. 641.) cal. 2 sepalus, caducus. Pet. 4. Stam. numerosa. Caps. siliquaeformis, bivalvis: valvulis a basi ad

apicem dehiscentibus. Sem. sporophoris 2 intervalvularibus, dissepimentum pervium constituentibus, affixa.

1. C. MAJUS (L. sp. 723.) pedunculis umbellatis, calyce subglabro, filamentis superne latioribus. ♃. In umbrosis rupestribus et ruderatis, secundum muros et vias. Mai — Aug. D. fl. 4. 140. Flor. lutei. Variat:

β. *laciniatum*. Foliolis seu pinnis foliorum longius petiolulatis ultra medium pinnatifidis, laciniis oblongis inciso-crenatis; foliolo terminali 5 — 7 partito, petala saepe inciso-crenata (an den Bädern von Baden Baden und bei Carlsruh Gmel.; bei Baireuth Schweigg.). C. laciniatum Mill. dict. n. 2. DeC. syst. 2. 99. C. quercifolium Willemet. fl. lorr. 2. 613. Varietatem alteram, Ch. laciniatum β fumareaefolium, DC. syst. 2. 100, nondum vidi.

4. HYPÉCOUM (L. gen. 171.) cal. 2 sepalus, caducus. Pet. 4, exteriora majora, saepe triloba. Stam. 4. Caps. siliquaeformis, transverse in articulos 1 spermos dilabens.

1. H. LITTORALE (Wulf. in Jacq. coll. 2. 205.) siliquis articulatis compressis arcuatis, petalis omnibus integris lineari-spathulatis, exterioribus dorso pubescentibus ⊙. in arenosis maritimis Littoralis, Wulf. Jun. Jul. D. fl. 4. 832. Jacq. ic. rar. t. 309. Flores lutei. Nondum vidi. G.

Ord. V. FUMARIACEAE. DC. syst. 2. p. 105.

Cal. 2 sepalus. Cor. irregularis. Pet. 4, libera vel coalita. *Stam. hypogyna, 6, in phalanges 2 oppositas*, ante petala exteriora sitas, *connata*, rarius libera; antherae cujusvis phalangis laterales uniloculares. Ovar. uniloculare, uni-pluriovulatum; placentae parietales. Embryo ad basin albuminis; radicula hilum spectans. Herbae succo aqueo.

1. CORÝDALIS. (DeCand. syst. 2. 113.) Cal. 2 sepalus vel o. Pet. 4: superiore basi calcarato. Stam. diadelpha. Siliq. bivalvis, compressa, polysperma.

1. C. CAVA (Schweigg. et Koert. fl. Erlang. 2. 44.) radice tuberosa cava, *caule diphyllo squama basilari destituto*, fol. biternatis incisis, lacinulis obtusis, bracteis integris, pedicellis capsula triplo brevioribus, calcare cylindrico apice incurvo. ♃. In nemorosis et ad fruticeta pratorum. Apr. Mai. Fumaria cava Mill. dict. n. 7. F. bulbosa α L. sp. 983. Coryd. tuberosa DC. syst. 2. 117. St. h. 11. Flor. purpurascentes vel albi, ut in seq.

2. C. FABACEA (Pers. syn. 2. 269.) radice tuberosa solida, fol. biternatis incisis, lacinulis obtusis, *petiolo inferiore aphyllo squamaeformi, bracteis integris*, pedicellis capsula triplo brevioribus, calcare attenuato recto. ♃. In nemorosis, ad pratorum fruticeta, (von Westphalen durch das nördliche D. bis Preussen, sodann durch Schlesien, Böhmen, südlicher durch Thüringen bis Baireuth und Weischenfeld, und nun erst wieder in den Alpen der Schweiz und von Salz-

burg. Apr. Mai. F. fabacea Retz. prod. 2. 859. F. intermedia Ehrh. beitr. 6. 146. C. intermedia Merat fl. par. 272. Gaud. helv. 4. 438. F. bulbosa β. L. sp. 983. Schk. t. 194. Ex ala petioli aphylli saepe ramulus, ut in sequente.

3. C. SOLIDA (Smith engl. fl. 3. 353.) radice tuberosa solida, foliis biternatis incisis, lacinulis obtusis, *petiolo inferiore aphyllo squamaeformi*, *bracteis digitato-partitis*, pedicellis capsulam aequantibus. ♃. In nemorosis et ad fruticeta. Aprili, antecedente praecocius. Fumaria solida L. mspt. in spec. pl. ex Smith. Ehrh. beitr. 6. 146. F. bulbosa γ. L. sp. 983. F. Halleri Willd. prodr. 4. 704. Coryd. digitata Pers. syn. 2. 269. C. bulbosa DC. syst. 2. 119.

4. C. LUTEA (DeC. fl. fr. 4. 638.) radice ramoso-fibrosa, fol. decompositis, foliolis lato-obovatis trifidis, *bracteis* oblongis *cuspidatis* denticulatis pedicello brevioribus, siliquis oblongis, *seminibus nitidis subtilissime granulato-rugulosis caruncula patente granulato-lobato denticulato*. ♃. In rupium fissuris et muris (in Süd-Tyrol, Elsmann; im Cant. Tessin an vielen Orten, Hornung; an alten Mauern des Schlosses Idstein in Nassau; bei Linz am Rheine, an beiden letztern Orten wohl verwildert). C. capnoides β lutea DeC. syst. 2. 126. Fumaria lutea L. mant. 258. Borkhausenia lutea fl. Wett. 3. 19. St. h. 62. Cor. citrina, apice lutea.

5. C. OCHROLEUCA (Koch in Sturm D. fl. h. 62.) radice ramoso-fibrosa, fol. decompositis, foliolis obovatis trifidis, intermediis basi cuneatis, *bracteis* oblongis *cuspidatis* denticulatis pedicello brevioribus, siliquis lineari-oblongis, *seminibus subopacis granulato-scabris*, *caruncula adpressa subintegerrima*. ♃. In rupium fissuris et locis saxosis reg. austral. (Triest, Biasol.) Jul. — Sept. Fumaria capnoides Scop. carn. 2. 47. nec L. Coryd. capnoides α DC. syst. 2. 126. St. h. 62. Flor. ochroleuci apice lutei. — Fum. capnoides L. differt: bracteis foliaceis incisis, inferioribus pedicello multo longioribus et calcare angustiore longiore. Conf. icon. ap. St. h. 62. G.

6. C. CLAVICULATA (DC. fl. fr. 4. 638.) radice simplici, foliis pinnatis, foliolis indivisis pinnarum ternato-vel quinato-pedatis, *petiolis cirrhiferis*, bracteis oblongis acuminatis denticulatis pedicello longioribus. ⊙. In nemorosis et sylvis caeduis G. bor. (von Westphalen durch Oldenburg u. Bremen bis nach Holstein.) Jun. — Sept. Fl. parvi albidi. G.

Inquirendae: 1. Fumaria acaulis Wulf. Jacq. coll. 2. 203. ic. rar. t. 554. et 2 F. pumila Host. a. 2. 304.

2. FUMARIA (L. gen. 849.) cal. disepalus. Pet. 4: superiore basi calcarato. Stam. diadelpha. Silicula indehiscens, nucamentacea 1 sperma.

1. F. CAPREOLATA (L. sp. 985.) *sepalis corollam dimidiam aequantibus*, siliculis subrotundis obtusissimis, racemis fructiferis laxis, fol. laciniis oblongis ovalibusque. ⊙. Ad sepes et in ruderatis, rara et dispersa (Holstein, Magdeburg bei Barby, Nürnberg, Oberbaden, Istrien, südliche Schweiz.) St. h. 62. Fl. albi vel ochroleuci, dorso quandoque purpurei, apice atropurpurei. Var. fl. dimidio minoribus et pedicellis fructiferis recurvatis vel erecto-patentibus, sepalis dentatis et integerrimis.

2. F. OFFI-

2. F. OFFICINALIS (L. sp. 984) *sepalis corolla triplo brevioribus* pedicello latioribus, *siliculis subrotundis transverse latioribus antice truncatis* subemarginatis, racemis fructiferis laxis, fol. laciniis oblongo-linearibus. ⊙. In cultis et locis sterilibus arenosis. Mai — Sept. St. h. 2 et 62. Flor. apice atropurpurei, ut in omnibus, ceterum rosei. Variat: flor. dimidio minoribus, herba intensius glauca. Specimina majora forte referunt Fumariam mediam Lois. not. 101.

3. F. VAILLANTII (Lois. notic. p. 102) *sepalis pedicello angustioribus corolla multoties brevioribus*, siliculis orbiculatis rotundato-obtusis, racemis fructiferis laxis, fol. laciniis sublinearibus. ⊙. In cultis et campis solo calcareo, (wahrscheinlich auf Kalkboden durch das g. Gebiet, aber mit der kleinblüthigen Varietät von F. off. verwechselt.) Jun. — Sept. St. h. 62. Similis varietati minori F. off., sed facile distinguitur sepalis pedicello angustioribus, squamulas minutissimas, nec nisi lentis ope visibiles, referentibus.

F. PARVIFLORA (Lam. enc. 2. 567.) *sepalis corolla sexies brevioribus latitudine eandem aequantibus*, *siliculis* ovato-subrotundis antice *acutiusculis*, racemis fructiferis laxis, fol. laciniis linearibus. ⊙. In cultis (am Mittel- u. Unterrheine von Mainz bis Frankfurt u. Friedberg, auf dem linken Rheinufer bis Creuznach u. Meissenheim, den Rhein abwärts bis Cöln u. Achen; in der Schweiz hin u. wieder, nach Gaud.; in Istrien, Bias.! auf Osero Noe!) Jun. — Sept. St. h. 62. F. tenuifolia fl. wett. 3 14. Flores albi. Dign.: sepalis latitudine corollae, licet sexies breviores sint, et siliculis, etiam maturis, acutiusculis. Sepala in omnibus speciebus, cum mox decidant, in floribus nondum perfecte explicatis examinanda sunt.

Ord. VI. CRUCIFERAE. Juss. gen. 257.

Cal. 4 sepalus. Cor. 4. petala. *Stam. hypogyna, 6, tetradynama: 4 longiora, sepalis placentariis; 2 breviora, remotiora, sepalis valvaribus opposita.* Ovarium liberum, 1—2 loculare, bipluriovulatum: *placentis* angustis, *intervalvularibus.* Sem. exalbuminosa. Embryo curvatus, radicula ad cotyledones reflexa. Fol. plerumque alterna.

Subordo 1. *SILIQUOSAE* siliqua linearis, vel lineari-lanceolata, bivalvis, dehiscens.

Trib. I *ARABIDEAE* seu siliquosae pleurorhizeae. Cotyledones accumbentes dissepimento parallelae; radicula lateralis, rimae cotyledonum incumbens. Sem. compressa.

1. MATTHIOLA (Brown kew. ed. 2. 4. 119.) Siliqua linearis, teres, vel compressa. Stigma bilamellatum: lamellis erectis, accumbentibus, dorso gibbis, vel cornigeris, denique subpatulis. (Ab omnibus differt: stigmate bilamellato, lamellis accumbentibus, excepta Hesperide, quae vero lamellis stigmatis planis et cotyledonibus incumbentibus instructa est.)

1. M. VARIA (DC. syst. 2. 171.) caule erecto nudo basi subunifolio, fol. linearibus obtusis integerrimis basin versus angustioribus

basi ipsa vaginato-dilatatis, florib. subsessilibus, pet. oblongo-obovatis undulatis, siliquis compressis. ♃. In locis micaceo-glareosis. (In den subalpinen Thälern von Oberwallis Gaud.; in Krain bei Vinzone; am Tagliamento in Friaul. Wulfen; letzterer Standort wohl der Fl. ital. angehörig.) Mai. Jun. D. fl. 4. 673. St. h. 22. Cheiranthus varius Sibth. fl. graec. t. 636. Ch. tristis Suff. cat. friaul. 163. H.

2. CHEIRANTHUS (DC. Sys. 2. 178. Ch. spec. L. g. 815.) Siliqua linearis, nervo longitudinali, in valvulae dorso prominente, quadrangula, vel compresso-quadrangula. Stigma profunde bilobum, lobis recurvatis. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cot. accumbentes. (Ab Arabide et Barbarea differt stigmate; a Turritide et Braya insuper seminibus uniserialibus; a Nasturtio his notis et valvulis nervo instructis, a Cardamine et Dentaria hac ultima nota.)

1. C. Cheiri (L. sp. 924.) fol. lanceolatis acutis integerrimis pilis simplicibus sparsis adpresso-pilosis, inferioribus utrinque unibidentatis, dentibus acutis, siliquis compressis. ♃. In muris vetustis. (auf allen alten Mauern u. Kirchen längs des Rheines von Basel bis Wesel, aber nicht viel weiter als eine Stunde landeinwärts; in der südl. Schweiz.) Mai. Jun. D. fl. 4. 675. Flor. saturate lutei, in pl. culta saepe aurantiaci. Ch. fruticulosus L. Mant. 94 refert pl. spontaneam; Ch. Cheiri cultam.

3. NASTURTIUM (Brown h. kew. ed. 2. 4. 109.) Siliqua linearis vel elliptica: valvulis convexis vel planiusculis, enerviis vel basi rudimento nervi intermedii obsoleto notatis. Sem. in quovis loculo inaequaliter biserialia. Cot. accumbentes. — Genus cum Armoracia arcte conjunctum et in hoc speciebus intermediis transiens.

§. 1. Cardaminum DC. syst. 2. 187. Pet. alba.

1. N. officinale (R. Brown h. kew. ed. 2. 4. 110.) siliquis linearibus pedicellum subaequantibus, fol. pinnatis, superioribus triseptemjugis, inferioribus ternatis, *foliolis* repandis, lateralibus *ellipticis* terminali ovato basi subcordato. ♃. In fontibus, rivulis et piscinis, aqua pura repletis. (Durch das g. Gebiet, in Schlesien u. Böhmen aber noch nicht beobachtet.) Jun. — Sept. D. fl. 4. 639. St. h. 43. Sisymbrium Nasturtium L. sp. 916. Cardaminum Nasturtium Moench. meth. 262. *Flor. albi.* Variat extra aquam in locis humectatis: pusillum, foliolis subpetiolatis: N. microphyllum Rchb. fl. exc. p. 683.

2. N. siifolium (Reichenb. ic. 9. f. 1132.) siliquis linearibus pedicellum subaequantibus, fol. pinnatis superioribus subtrijugis, intermediis quinquejugis, *foliolis e basi cordato-ovata lanceolato-attenuatis.* ♃. In aquis stagnantibus profundis. (im Teiche bei Mokritz in der Gegend v. Dresden.) Jul. — Sept. *Flor. albi.* G.

§. 2. Brachyloeos DC. l. c. Petala flava.

3. N. austriacum (Crantz a. 1. p. 15.) *siliculis* ellipticis globosisve *pedicello triplo quadruplove brevioribus*, foliis oblongis dentato-serratis *basi profunde cordata amplexicaulibus*, inferioribus in petiolum attenuatis indivisis vel pinnatifido-incisis, petalis

calyce longioribus. ♃. In locis humidis paludosis, ad ripas, (in Oestreich, in Böhmen, im Thale der Wltawa u. Elbe, u. bis nach Dresden hinab; in Schlesien in dem Thale der Oder.) Jun. Jul. D. fl. 4. 641. Myagrum austriacum Jacq. a. t. 111. M. Crantzii Vitm. summ. 4. 9. Camelina austriaca Pers. 2. 191. G.

4. N. AMPHIBIUM (R. Brown h. kew. ed. 2. 4. 110.) *siliculis* ellipticis oblongisve *pedicello triplo quadruplove brevioribus*, *fol. emersis indivisis* lanceolatis utrinque attenuatis sessilibus basi auriculatis vel exauriculatis, *submersis pectinato-pinnatifidis* lyratisve, petalis calyce longioribus. ♃. In fossis, aquis stagnantibus, ad ripas. Mai — Jul. D. fl. 4. 642. Sisymbrium amphibium L. sp. 917. S. aquaticum Poll. pal. 2. 232. S. Roripa Scop. carn. 2. 25. Myagrum aquaticum Lam. enc. 1. 572. Brachyolobus amphibius All. ped. 1. 278. Variat:

α. *indivisum* DC. syst. 2. 197. Folia indivisa, basi exauriculata. St. h. 43. N. aquaticum Wallr. sched. 371.

β. *variifolium* DC. l. c. Fol. inferiora pectinato-pinnatifida, superiora integra, omnia exauriculata. N. aquaticum Wallr., inclusa var. α.

β. *auriculatum* DC. prodr. 1. 139. Folia basi auriculis parvis instructa. N. riparium Wallr. sched. 1. 373. Sisymbrium stoloniferum Presl. cech. 139.

5. N. ANCEPS (Reichenbach in d. bot. Ztg. 5. 1. 295.) siliquis oblongo-linearibus lincaribusve *pedicello dimidio brevioribus*, *fol. inferioribus lyratis*, superioribus profunde pinnatifidis, *pinnis* oblongo-lanceolatis *dentatis*, *petalis calyce duplo longioribus*. ♃. In paludosis, locis humidis, fossis. (in Schlesien, Sachsen u. Westphalen, auf den Rheininseln im Oberbadischen.) Jun. — Sept. D. fl. 4. 634. St. h. 45. Sisymbrium anceps Wahlenb. fl. suec. 419. S. amphibium γ. terrestre L. sp. 917. Var. siliculis longioribus et brevioribus, ut omnes species affines, et foliorum laciniis angustioribus et latioribus. Sequenti valde similis: differt habitu robustiore, fol. inferioribus lyratis et siliculis ratione pedicelli brevioribus. G.

6. N. SYLVESTRE (Brown l. c.) siliquis linearibus longitudine pedicelli, *fol. omnibus profunde pinnatifidis* pinnatisque, *pinnis* oblongo-lanceolatis *dentatis*, foliorum superiorum sublinearibus, petalis calyce duplo longioribus. ♃. In pascuis humidis, ad vias pratorum. Jun. Jul. D. fl. 4. 648. Schk. t. 187. Sisymbrium sylvestre L. sp. 916. S. vulgare Pers. syn. 2. 196. Nast. rivulare Reichenb. icon. 6. fig. 711. fl. exc. p. 684. Variat:

β. brevistylum, robustius erectum, stylo brevi aeque lato ac longo: N. sylvestre Reichenb. ap. St. h. 43. fl. exc. p. 684.

7. N. PALUSTRE (DC. syst. 2. 191.) siliquis oblongis turgidis pedicellum subaequantibus, fol. inferioribus lyratis, superioribus profunde pinnatifidis, laciniis oblongis dentatis, *petalis calycem aequantibus*. ⊙. In locis humidis. Jun. — Sept. D. fl. 4. 646. N. terrestre Brown kew. ed. 2. 4. 110. Sisymbrium palustre Leyss. hal. 679. S. hybridum Thuill. par. 2. 331. St. h. 43. Flor. exigui.

8. N. LIPPICENSE (DC. syst. 2. 195.) siliquis linearibus pedicellum subaequantibus, *fol. radicalibus* infimis longe petiolatis ovali-

bus *simplicibus* vel ad petiolum auriculatis, caulinis inferioribus lyratis, *superioribus profunde pinnatifidis*, *laciniis linearibus integerrimis*. ♃. In asperis apricis, (im südlichen Krain u. im Littorale) Mai. Jun. D. fl. 4. 649. Jacq. ic. rarior. t. 505. N. Wulfenianum Host. fl. a 259. Sisymbrium lippicense Wulf. in Jacq. coll. 2. 161. G.

9. N. PYRENAICUM (Brown in h. kew. ed. 2. 4. 110) *siliculis* ovatis oblongisve *pedicello triplo brevioribus*, fol. radicalibus infimis longe petiolatis ovalibus simplicibus vel ad petiolum auriculatis, caulinis inferioribus lyratis, *superioribus profunde pinnatifidis*, *laciniis linearibus integerrimis*. ♃. In locis arenosis alpium et vallium subalpinarum, inque pratis montanis. (in der südlichen Schweiz hin u. wieder, in der nördlichen bei Basel; im Elsass; im Badischen auf Wiesen zwischen Emmendingen u. Freiburg häufig.) Mai. Jun. D. fl. 4. 650. St. h. 45. Sisymbrium pyrenaicum L. sp. 916. var. pinnis fol. superiorum dentatis. All. ped. t. 18. f. 1. ie. informis.

4. BARBARÉA (R. Brown h. kew. ed. 2. 4. 109.) Siliqua linearis, teres: valvulae convexae, nervo longitudinali prominulo. Stigma obtusum integrum vel emarginatum. Sem. in quovis loculo uniserialia. Cot. accumbentes. (Ab Erysimo differt cotyledonibus accumbentibus, a Sisymbrio hac nota et nervo in valvulis unico.)

1. B. VULGARIS (R. Brown l. c.) fol. inferioribus lyratis, lobo terminali maximo subrotundo vel ovato basi subcordato, lateralibus quadrijugis, *jugo superiori latitudine diametri transversalis lobi terminalis*, fol. *superioribus indivisis* obovatis dentatis, racemis sub anthesi condensatis, *siliquis junioribus oblique erectis*. ⊙. In locis humidis. April — Jun. D. fl. 4 665 excl. var. β. B. arcuata. St. h. 43. Erysimum Barbarea L. sp. 922. Pet. calyce duplo longiora.

2. B. ARCUATA (Reichenb. bot. Ztg. 1820 nec apud Sturm.) fol. inferioribus lyratis, lobo terminali maximo subrotundo vel ovato basi subcordato, lateralibus quadrijugis, *jugo superiore latitudine diametri transversalis lobi terminalis*, *superioribus indivisis* obovatis dentatis, racemis sub anthesi laxis, siliquis junioribus e pedicello subhorizontali adscendentibus *ubique patentibus*. ⊙. Cum priore (im ganzen Gebiete, aber nicht überall.) B. vulgaris β. D. fl. 4. 666. B. taurica D. syst. 2. 207. Sicca planta aegrius, viva, quae nunc in horto laete floret, facilius ab antecedente distinguitur. Stirps humilior, racemi multo laxiores, flores etiam superiores conspicue dissiti, subaurei, cornu ante apicem sepalorum parum longius et in alabastris magis patens, stigma majus, et siliquae in omnes partes, etiam in ramis, patentes; maturas nondum vidi.

3. B. STRICTA (Andrzejowsci ap. Bess. en. pl. Volh. p. 72.) fol. inferioribus lyratis, lobo terminali maximo oblongo-ovato, *lateralibus* bi-trijugis *minimis*, fol. intermediis basi lyrato-incisis, *supremis indivisis* obovatis repando-dentatis, petalis oblongo-cuneatis, calyce sesqui longioribus. ⊙. In locis humidis (Vom Unterrheine durch Westphalen und das nördliche D. bis Frankf. a. d. O. u. nach Sachsen, Schlesien u. Böhmen, u. südlicher bis nach Franken.) Apr. Mai. D. fl. 4. 667. St. h. 43 sub nom. B. vulgaris. B. iberica

DC. prod. 1. 141 ex citato Bess. en. pl. Volh. B. parviflora Fries nov. ed. 2. 207. G.

4. B. PRAECOX (Brown l. c.) fol. inferioribus pinnatis 5—8 jugis, jugis sursum sensim accrescentibus, ultimo latitudine lobi terminalis subrotundi subcordati, fol. *superioribus profunde pinnatifidis*, *pinnis linearibus integerrimis*, terminali lineari-oblonga. ⊙. In locis humidis ad ripas (am Unterrheine, bei Achen u. v. da nach Westphalen, daselbst bei Coesfeld u. Darup; in Holstein. Nach Host auch in Oestreich. Für die Schweiz zweifelhaft.) Apr. Mai. D. fl. 4. 668. St. h. 66. Siliquae praelongae, et crassiores quam in antecedentibus.

5. TURRITIS (L. gen. 819.) Siliqua linearis: valvulae convexiusculae, nervo longitudinali valido. Stigma obtusum, integrum, vel leviter emarginatum. Sem. in quovis loculo biseriata. Cot. accumbentes. (Ab Arabide differt sem. biseriatis, a Nasturtio nervo valvularum.)

1. T. GLABRA (L. sp. 930.) fol. radicalibus dentatis pilis trifurcatis scabris, caulinis glabris basi cordato-sagittata amplexicaulibus, siliquis strictissimis pedicello sextuplo longioribus. ⊙. In aggeribus apricis, inque montosis asperis lapidosis. Jun. Jul. D. fl. 4. 637. St. h. 43. Flor. ex luteolo albidi.

6. ARABIS (L. gen. 818.) Siliqua linearis: valvulae planae vel subconvexae, nervo longitudinali evidente vel obsoletiore, vel, nervo evanido, venulis plurimis longitudinalibus prominulis notatae. Stigma obtusum, integrum, vel leviter emarginatum. Sem. in quovis loculo uniserialia. Cot. accumbentes.

Sect. 1. ALOMATIUM. DC syst. 2. 214. Semina aptera vel ala membranacea angustiore, versus apicem quandoque dilatata, cincta.

§. 1. Fol. caulina basi cordata amplexicaulia.

1. A. BRASSICAEFORMIS (Wallroth sched. 359.) fol. *glabris integerrimis*, radicalibus oblongis subrotundisve in petiolum protractis, caulinis oblongo-lanceolatis *basi profunde cordato-sagittata amplexicaulibus*, siliquis in pedicello patente erectiusculis, valvulis convexiusculis nervo valido notatis, seminibus apteris. ♃. In montosis lapidosis inter vingulta (Von dem Nahe- u. Glanthale u. d. Donnersberge in der Rheinpfalz, durch Nassau u. Hessen nach Thüringen, u. wieder in Böhmen. In d. Schw. nur an einer Stelle im C. Waadt.) Mai. Jun. D. fl. 4. 612. Reichenb. ic. 2. f. 333. Brassica alpina L. mant. 95. Turritis Brassica Leers herb. 147. T. pauciflora. Presl. cech 140. Flor. albi.

2. A. ALPINA (L. sp 298) *fol pube ramosa, scabris* subcanescentibus, inferioribus oblongo-obovatis, in petiolum attenuatis, superioribus ovatis *basi profunde cordata amplexicaulibus*, caulibus subvillosis, siliquis patentibus planis subtorulosis margine subincrassatis, valvulis subnerviis, seminibus ala membranacea angusta cinctis, *caudiculis elongatis* procumbentibus. ♃. In fissuris rupium et locis lapidosis glareosis subhumidis alpium et reg. subalpinarum, cum fluviis in planities descendens (in der Schweiz u. durch die ganze Alpenkette.) St. h. 12. A. incana Mönch. meth. 257 nec Roth. Turritis verna Lam. fl. fr. 2. 940. Fl. albidi vel lactei. Variat

β. *crispata;* fol. caulinis magis dentatis, inter dentes undulatis. A. crispata Willd. En. 694.

3. A. VERNA (Brown h. kew. ed. 2. 4. 105, non Desf.) foliis cauleque pube ramosa hirtis dentato-serratis, radicalibus obovatis in petiolum angustatis, caulinis ovatis sessilibus basi subcordata semiamplexicaulibus, racemo subsexfloro, *pedicellis calyce brevioribus*, siliquis in pedicello incrassato brevi patulis linearibus longitudinaliter reticulato-venulosis nervo tenui, seminibus apteris. ⊙. In agris et collibus lapidosis reg. australium. (bei Pola in Istrien Müll.!) Apr. Mai. D. fl. 4. 629. Barrel. 875. 876. Hesperis verna L. sp. 928. Turritis purpurea Lam. fl. fr. 2. 491. Flor. pulchre violacei. J.

4. A. AURICULATA (Lam. enc. 1. 219.) foliis cauleque pube ramosa scabris, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis ovato-oblongis dentatis, basi *profunde cordato-sagittata* sessilibus, racemis demum elongatis flexuosis, siliquis remotiusculis patentibus compressis subtrinerviis *pedicello vix latioribus*, seminibus linea saturatiore cinctis apteris, caudiculis nullis. ⊙. In collibus siccis montanis, solo calcareo, (in der Rheinpfalz, bei Spa, in Thüringen, Böhmen und Oestreich.) Apr. Mai. Flor. albi D. fl. 4. 617. St. h. 43. Arabis recta Vill. Delph. 3. 319. A. aspera All. ped. auct. 18. A. patula Wallr. sched. 354. A. incana Roth cat. 1. 79, nec Willd. Turritis patula Ehrh. beitr. 7. 59. Variat:

β. *puberula;* racemo siliquisque puberulis: A. patula β Wallr. l. c.

5. A. SAXATILIS (All. ped. n. 973.) foliis cauleque *pube ramosa scabris* subvillosis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, caulinis ovatis oblongisve subdentatis basi *profunde cordato-sagittata sessilibus*, racemis paucifloris substrictis, *siliquis* remotiusculis patentibus compressis subtrinerviis *pedicello triplo latioribus*, seminibus anguste alatis, *caudiculis nullis.* ⊙. In locis alpinis, rupestribus, (Schweiz auf den Walliser und Aelener Alpen, auf dem Surchamp, Bavonnaz u. Fouly.) Jul. A. nova Vill. delph. 3. 319. t. 37. — Varietas β. DC. syst. 2. 221. Cl. Gaudin. ignota fuit, nec ipse vidi. H.

6. A. GERARDI (Besser. in litt.) caule pilis ramosis adpressis scabro, fol. oblongis denticulatis pube ramosa adspersis, radicalibus in petiolum angustatis, caulinis a basi ad medium cauli adpressis basi *profunde cordato-sagittata* sessilibus, *auriculis deorsum cauli accumbentibus*, *siliquis erectis* anguste linearibus compressis concinne torulosis subenerviis, seminibus anguste alatis reticulato-punctulatis. ⊙. In pratis et ad viarum margines. (auf der Rheinfläche zwischen Worms u. Mainz; in Schlesien! auch angegeben in Böhmen u. Westphalen.) Mai. Jun. D. fl. 4. 618. Turritis Gerardi Bess. prim. fl. gal. 2. 87. Arabis sagittata Wimm. et Gr. fl. sil. 2. 269. Turritis nemorensis Wolf. ap. Hoffm. D. fl. ed. 2. 2. 58, (ob „pilos caulinos depressos.“) Cl. DeCandollius hanc speciem cum sequente conjunxisse videtur. Foliis a basi ad medium cauli adpressis, superne patentibus, auriculis deorsum cauli applicatis et postice marginibus sese tangentibus, siliquis longioribus angustioribus lineae quadrantem latis concinne torulosis nervo subtilissimo notatis et seminibus sub lente reticulato-punctulatis a sequente distinguitur.

7. A. HIRSUTA (Scop. carn. 2. 30.) caule inferne pilis patentibus hirsuto, foliis oblongis denticulatis pube ramosa adspersis, radicalibus in petiolum angustatis, caulinis erecto-patulis basi *truncato-auriculata vel cordata sessilibus*, *auriculis patulis*, *siliquis erectis* anguste linearibus compressis longitudinaliter venulosis nervo prominulo, seminibus impunctatis apice subalatis. ⊙ et ♃. In pratis, collibus et montibus dumetosis. Mai. Jun. A. sagittata Reichenb. fl. exc. p. 680. DC. syst. 2. 222 (inclusa antecedente). A. hirsuta III. sagittata Gaud. h. 4. 315. Turritis hirsuta L. sp. 930. Wahlenb. lapp. 182, ex specim. suecicis. A. contracta Spenn. frib. 3. 925. Turritis Raji Presl. cech. 140 nec Vill. flor. albi. Variat:

β. glaberrima; A. hirsuta γ. glaberrima Wahlenb. fl. suec. 415. — Varietati α simillima, at tota glabra vel pilis brevibus ad margines foliorum tantum obsita. (aus dem Kessel im Gesenke der Sudeten Grabowski! auch anderwärts, aber sehr selten.)

γ. longisiliqua; siliquae duplo longiores quam in var. α, ceterum non diversae; folia basi profundius cordata, auriculae vero patulae, nec deorsum cauli adpressae: A. longisiliquosa Wallr. sched. 359. A. hirsuta γ. glastifolia Reichenb. ap. Sturm h. 45. t. 7. f. c. Gaud. helv. 4. 316. A. nemorensis Reichenb. fl. exc. 681.

§. 2. Folia caulina sessilia, quandoque semiamplexicaulia, sed basi non cordata.

8. A. CILIATA (R. Brown h. kew. 4. 107.) caulo glabro vel inferne pilis patentibus hirsuto, fol. oblongis denticulatis integerrimisve, pube ramosa ciliatis adspersisve, radicalibus in petiolum angustatis, caulinis erecto-patulis *sessilibus basi rotundatis*, siliquis patulis anguste linearibus compressis longitudinaliter venulosis, nervo prominulo, *seminibus* linea saturatiore cinctis *apteris* impunctatis. ⊙. In rupium fissuris et lapidosis, alpium et subalpinarum, (durch die g. Alpenkette.) Jun. Jul. Flor. albi. D. fl. 4. 623. Nomen specificum haud aptum, cum saepe pube undique obducta appareat, tamen mutare nolui. Occurrit:

α. glabrata; caule glabro, foliis glabris margine tantum pilis simplicibus ramosisque obsessis: A. ciliata Brown l. c. DC. syst. 2. 225. Gaud. helv. 3. 319. Turritis ciliata Schleich! T. rupestris Hoppe ap. Röhl. D. fl. 2 358. T. alpina L. syst. nat. 443.

β. hirsuta; caule hirsuto, foliis pube ramosa hirto-scabris, ceterum nulla nota diversa. Haec A. hirsutae valde similis dign. caule humiliore, fol. basi rotundata sessilibus nec unquam truncatis vel auriculatis, siliquis patentibus, floribus minoribus, petalis latioribus obovatis, seminibus ovali-subrotundis, linea saturatiore cinctis, nec alatis. h. l: Turritis alpestris Schleich.! T. ciliata Wahlenb. helv. p. 128. Arabis hirsuta I. sessilifolia Gaud. helv. 4. 313 ex citato Wahlenb. et A. hirsuta II. incana Gaud. l. c. excl. synon. — A. hirsuta DC. syst. 2. 223? videtur.

9. A. MURALIS (Bertoloni pl. rar. it. dec. 2. 2. p. 36.) caule inferne pilis patentibus hirsuto, fol. pube ramosa scabris canescentibusque, radicalibus oblongo-obovatis subspathulatis obtuse dentatis in petiolum angustatis, caulinis oblongis erectis *sessilibus*, *siliquis rachi adpressis* linearibus compressis longitudinaliter venulosis nervo debili, *seminibus ala membranacea cinctis*. ♃. Ad muros

saxa et maceries reg. australi. (in der Schweiz im Wallis, und am Genfersee, bei Vevay, Carouge) Mai. Flor. albi. Arabis incana Willd. en. 685 ex herbario! nec Roth. Turritis minor Schleich.! T. hirsuta c. minor Vill. T. humilis Schl. cent. exs. — Simillima A. collina Ten. diff.: fol. caulinis patulis, florib. duplo majoribus, siliquis planioribus, margine prominulo cinctis, stylo angusto longiore, seminibus acute marginatis, nec conspicue alatis. A. pubescens Desf. diff. florib. minoribus, siliquis brevissime pedicellatis. H.

10. A. STRICTA (Huds. angl. 592.) caulibus glabris basi hispidis, fol. lucidis setis simplicibus furcatisque ciliatis vel adspersis, radicalibus oblongo-obovatis obtuse subsinuato-dentatis in petiolum angustatis, caulinis oblongis patulis *sessilibus*, *racemis subsexfloris*, siliquis in pedicello breviusculo patente erectiusculis linearibus compressis longitudinaliter venulosis nervo prominulo, seminibus argute marginatis apice alatis. ♃. In rupibus apricis calcareis, (im Cant. Genf auf dem Saleve, u. dem Thoiry. Gaud.) Mai. St. h. 45, specim. depauperatum. Engl. bot. 614. A. hirta Lam. enc. 1. 220. Turritis Raji Vill. Delph. 3. 326. *Flor. extus et ante explicationem ochroleuci, siccati flavescentes.* H.

11. A. SERPYLLIFOLIA (Vill. delph. 3. p. 18. t. 37.) *caulibus flexuosis foliisque pube ramosa scabris canescentibusque*, fol. oblongo-ovatis integerrimis vel subdentatis, radicalibus in petiolum angustatis, caulinis patulis *sessilibus*, *siliquis in pedicello brevi patente erectis* anguste linearibus compressis longitudinaliter venulosis nervo prominulo, seminibus linea saturatiore cinctis apteris. ⊙. In locis rupestribus calcareis montium et alpium Helvet. occidentalis, (im C. Waadt auf den Gebirgen von Aelen, dem Pannerosaz, Bavonnaz u. a.) Jun. Jul. Flor. albi. H.

12. A. PROCURRENS (Waldst. et Kit. pl. r. h. 2. 154. t. 144.) foliis *in mucronem breviter acuminatis* integerrimis glabris *pilis bipartitis adpressis margine scabris*, radicalibus obovatis in petiolum angustatis, caulinis oblongis sessilibus, siliquis patentibus linearibus nervo prominulo, stylo latitudine siliquae dimidio breviore, *caudiculis stoloniformibus repentibus*. ♃. In petrosis subumbrosis (in Krain. Host.) Apr. Mai. D. fl. 4. 630. A. praecox Willd. en. 584 ex Link. Flor. albi. G.

13. A. VOCHINENSIS (Spreng. pugill. 1. p. 46.) fol. *obtusis brevissime apiculatis* integerrimis glabris *pilis bipartitis adpressis margine scabris*, radicalibus obovatis in petiolum angustatis, caulinis oblongis sessilibus, siliquis patentibus linearibus nervo prominulo notatis, stylo latitudinem siliquae aequante, *caudiculis stoloniformibus repentibus*. ♃. In pascuis alpinis (in Krain u. Oberkärnthen) Jul. D. fl. 4. 630. Draba arabiformis Hohenwart Reisen 2. 195. Draba mollis Scop. carn. 2. 77? descriptio haud bene convenit. Subularia alpina Willd. sp. 424 planta scopoliana. Simillima antecedenti nec diversa nisi foliis obtusis cum apiculo, siliquis in speciminibus a me visis brevioribus et stylo longiore. An varietas? G.

14. A. PETRAEA (Lamarck Enc. 1. 221.) *caule glabro*, fol. radicalibus petiolatis oblongo-obovatis integerrimis vel postice dentibus lobulisve utrinque subtribus dentatis lyratisve glabris vel pilis

bitrifurcatis hirsutis, *caulinis oblongo-linearibus basin versus attenuatis integerrimis sessilibus* glabris, siliquis patentibus anguste linearibus planiusculis nervo longitudinali tenuissimo. ♃. In rupibus et fissuris rupium (Steyermark, Oestreich, Böhmen.) April, Mai. D. fl. 4. 631. Cardamine petraea L. sp 913. Flor. dan. t. 386. C. hastulata Engl. bot. t. 469 C. feroensis. fl. dan. t. 1392. Arab. hispida L. fil. suppl. 298. Smith. brit. 713. Flor. albi, rarius dilute rosei. Variat:

α. *glabrata;* fol. basi dentata, vel ibidem sinuata, glabra vel pilis parcius adspersa.

β. *hirta;* fol. integerrima vel basi utrinque dentibus 2, 3 minutis instructa, pilis brevioribus bi-trifurcatis plerumque densius tecta: A. Crantziana Ehrh. herb. n. 78. In rupibus calcareis Baruthinis et Thuringiacis. G.

15. A. ARENOSA (Scopoli carn. 2. p. 32.) caule pilis simplicibus hirsuto, *foliis* pube ramosa adspersis, radicalibus petiolatis, *lyrato-runcinatis lobulis utrinque 6—9*, caulinis basin versus attenuatis breviter petiolatis, superioribus integerrimis, siliquis patentibus anguste linearibus planiusculis, nervo longitudinali tenuissimo. ⊙. In campis arenosis, inque rupium fissuris et lapidosis montium alpiumque. (durch das ganze Gebiet, aber streckenweise, an vielen Orten gar nicht.) Jun. Jul. D. fl 4. 633. Sturm h. 43. Sisymbrium arenosum L. sp. 919. (non fl. suec.) Flores lilacini, rarius albi.

16. A. HALLERI (L. sp. 929.) fol. integerrimis vel subdentatis *petiolatis*, *radicalibus cordato-subrotundis ovatisve*, petiolo nudo vel appendiculato, *caulinis inferioribus ovatis*, superioribus lanceolatis. ♃. In graminosis petrosis alpium, inque glareosis torrentium, in pratis subalpinis et montosis. (Krain, Steyermark u. Kärnthen; in den Sudeten u. Schlesischen Bergen; im Erzgebirge u. am Harz; in d. südl. Schweiz Cant. Tessin.) Jun. Jul. D. fl. 4. 635. Cardamine stolonifera Scop. carn. 2. 22. Modificationes sunt: 1) A. Halleri DC. syst.: lobo terminali fol. ovato; 2) A. stolonifera DC. l. c. Hornem. hafn. 618: lobo cordato; 3) A. ovirensis Wulf. Jacq. ic. rar. t. 125: fol. radicalibus orbiculatis exappendiculatis. 4) Cardamine diversifolia Sternb. Denkschr. 1. 1. t. 2. f. 1. St. h. 20: fol. rad. oblongo-ovatis. 5) A. tenella Host. fl. a. 2. 273: forma minuta pube ramosa adspersa. Fl. omnium modificationum albi, rarius rosei.

Sect. II. LOMASPORA DC. syst. 2. 234. Semina ala membranacea lata cincta.

17. A. TURRITA (L. sp. 930.) foliis pube ramosa adspersis dentatis, radicalibus ellipticis in petiolum attenuatis, caulinis oblongis *basi profunde cordata amplexicaulibus*, pedicellis calycem subaequantibus, siliquis in pedicello erecto decurvatis planis medio torulosis margine incrassatis, *seminibus ala* membranacea *lata* cinctis. ⊙. In rupium fissuris et locis lapidosis sylvaticis. (in Oestreich, im Littorale bei Triest, im südlichen Tyrol, im untern Wallis, im Jura, bis Basel, im Höllenthal des Schwarzwaldes u. am Donnersberge in der Rheinpfalz.) Mai. Jun. D. fl. 4 613. A. umbrosa Crantz a. 39. A. ochroleuca Lam. enc. 1. 218. A. rugosa Mnch. meth. 259. Turrita maior Wallr. sched. 1. 352. Flor. albidi vel ochroleuci.

18. A. PUMILA (Jacq. fl. a. 3. 44. t. 281.) foliis integerrimis vel margine subdenticulatis *nitidis cauleque* bi-trifolio pube ramosa et simplici *sparse pilosis*, radicalibus in rosulam expansis obovatis in petiolum angustatis, caulinis ovato-oblongis sessilibus, siliquis erectis planis medio torulosis margine subincrassatis, *seminibus ala* membranacea *lata* cinctis. ♃. In rupium fissuris et glareosis alpium et subalpinarum (in der Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 4. 625. Fl. albi. Jacq. fl. a. t. 281. St. h. 20. A. scabra All. ped. 1. p. 268. A. nutans Mönch. meth. 258. Variat densius pubescens et fere glabra, fol. radicalibus margine tantum ciliatis et habitu graciliore:

β. laxa; racemo laxo nutante, etiam siliquis maturis saepe adhuc cernuo: A. ciliaris Willd! En. p. 684.

19. A. BELLIDIFOLIA (Jacquin obs. 1. p. 22.) fol. integerrimis subdentatisve *nitidis glabris*, radicalibus in rosulam expansis obovatis in petiolum angustatis, caulinis ovatis oblongisve semiamplexicaulibus, *caulibus multifoliis* glabris, siliquis erectis planis medio torulosis margine subincrassatis, *seminibus ala* membranacea *lata* cinctis. ♃. In pascuis humidiusculis alpium et subalpinarum, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 4. 626. Jacq. a. t. 280. St. h. 20. Flor. albi.

20. A. CAERULEA (Haenke in Jacq. collect. 2. 56.) fol. *nitidis glabris* pilis simplicibus ciliatis, radicalibus erectis obovatis in petiolum longum attenuatis *antice 3 vel 5 dentatis*, caulinis oblongis sessilibus, caulibus pilis simplicibus puberulis bi-trifoliis, siliquis erectis planis medio torulosis margine subincrassatis, *seminibus ala* membranacea *lata* cinctis. ♃. In alpibus editissimis, praecipue locis glareosis prope moles glaciales et nives aeternas. (in der Schweiz u. durch die ganze Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 4. 627. Flor. dilute caerulei. St. h. 20.

5. CARDAMÍNE (L. gen. 812.) Siliqua linearis vel lanceolato-linearis: valvulae planae, enerviae aut rudimento nervi obsoleto ad basin notatae. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cotyledones accumbentes, planae. (Flor. omn. spec. albi, excepta C. pratensi.)

Sect. 1. CARDAMINE. Funiculi seminales tenues.

§. 1. Fol. fere omnia indivisa.

1. D. ASARIFOLIA (L. sp. 913.) fol. glabris petiolatis *cordato-orbiculatis* repando-dentatis, caule adscendente folioso. ♃. In glareosis et ripis torrentium subalpinorum. (im südlichen Tyrol, im Tridentinischen, Sartorelli nach Host.) Jun. — Aug. D. fl. 4. 610. G.

2. C. ALPINA (Willd. spec. 3. 481.) *fol. radicalibus indivisis rhombeo-ovatis* rotundato-obtusis muticis longe petiolatis, *caulinis integris* vel *obsolete trilobis vel basi uniauriculatis* breviter petiolatis. ♃. In petrosis irriguis alpium graniticarum editissimarum. (in d. Schweiz u. durch die ganze Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 4. 599. St. h. 28. C. bellidifolia β. alpina DC. syst. 2. 249. Arabis bellidifolia Scop. carn. 2. 31. A. bellidioides Lam. enc. 1. 220. — Differt Card. bellidifolia L., alpibus Scandinaviae indigena: plantula humilior et folia minora, quam in minimis specim. C. alpinae, ra-

tione magnitudinis lato-ovata, fere cordata, in basi ipsa latiora et apice semper apiculo prominulo instructa; siliquae aeque latae, sed tertia parte longiores utrinque magis attenuatae, styli longitudo siliquae latitudinem aequans.

§. 2. Fol. pleraque ternata pinnatave.

3. C. RESEDIFOLIA (L. sp. 913.) fol. *radicalibus infimis ovatis obtusis longe petiolatis, sequentibus tripartitis vel cum caulinis pinnatis bi-trijugis*, foliolis oblongo-cuneiformibus obtusis integerrimis, impari maiore, petiolis basi sagitatto-auriculatis, racemis fructiferis abbreviatis confertis, siliquis pedicellisque erectis. ♃. In media regione alpium graniticarum (in d. Schw. u. in der g. Alpenk., auch in den Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 4. 600. St. 28. C. heterophylla Host. syn. 366.

4. C. PARVIFLORA (L. sp. 919.) fol. *omnibus pinnatis* subconformibus *multijugis*, foliolis integerrimis versus basin attenuatis sessilibus foliorum inferiorum oblongis superiorum linearibus, foliolo terminali subaequali, *petiolis exauriculatis*, racemis fructiferis elongatis, *siliquis in pedicello patentissimo erectis*. ⊙. In herbidis humidis et ad piscinarum margines (in Schlesien im Odergebiete bis Frankfurt a. d. O.; in Holstein.) Jun. Jul. D. fl. 4. 603. St. h. 45. Flor. minuti. G.

5. C. IMPATIENS (L. sp. 2. 914.) fol. *omnibus pinnatis multijugis*, foliolis foliorum inferiorum ovatis tri-quinquifidis petiolulatis, superiorum oblongo-lanceolatis margine posteriore dentatis sessilibus, terminali maiore, petiolis foliorum caulinorum *sagittato-auriculatis*. ⊙. In sylvis montanis subalpinis et ad rivos planitierum. Mai — Jul. St. h. 45. D. fl. 4. 692. Flor. minimi, apud nos plerumque apetali.

6. C. SYLVATICA (Link in Hoffm. phyt. Blätt. 1. 50 nec Schultes, nec Besser.) fol. omnibus pinnatis, *foliolis inferiorum subrotundo-ovatis* repandis dentatisve petiolulatis, terminali maiore, foliorum superiorum oblongis linearibusve, petiolis exauriculatis, *petalis calyce duplo longioribus oblongo-obovatis* in unguem sensim angustatis, siliquis in pedicello patulo erectiusculis, stylo latitudinem *siliquae aequante*, caule angulato. ⊙. In sylvaticis hinc inde. April — Jun. St. h. 45. C. hirsuta β. D. fl. 4. 605. Wimm. et Grab. fl. siles. 2. 268. C. hirsuta β. sylvestris Fries nov. 2. 202. — „Caulis flexuosus magis foliatus, foliola foliorum caulinorum latiora et saepe dentata, siliquae flor. corymbum vix supereminentes. Stam. semper sex.“ Treviran. in litt. — Occurrit: petalis o vel mutilatis C. hirsuta var. clandestina Fr. l. c. fl. dan. t. 735.

7. C. HIRSUTA (L. sp. 915.) fol. omnibus pinnatis, *foliolis inferiorum subrotundo-ovatis* repandis dentatisve petiolulatis, terminali maiore, foliorum superiorum oblongis linearibusve, petiolis exauriculatis, *petalis calyce duplo longioribus oblongo-obovatis* in unguem sensim angustatis, siliquis pedicellisque erectis, stylo latitudine *siliquae breviore*, caule angulato. ⊙. In pratis humidis sylvaticis, locis cultis et vineis (Durch d. ganze Gebiet, aber nicht überall, an der Mosel in zahlloser Menge.) April — Jun. C. hirsuta

α. D. fl. 4. 604. St. h. 45. C. multicaulis Hoppe in litteris. C. intermedia Hornem. fl. dan. t. 1762. C. hirsuta α. campestris Fries nov. ed. 2. 201. C. hirsuta β. micrantha Gaud. helv. 4. 296. „Caulis strictiusculus paucifolius, siliquae superiores florum corymbum multum superantes, stamina semper 4.“ Treviran. in litt. — C. umbrosa Andrz. ex specimine a Cl. Besser accepto essentialiter non differt.

8. C. PRATENSIS (L. sp. 915.) fol. omnibus pinnatis, foliolis radicalium subrotundo-ovatis repandis dentatisve petiolulatis, terminali maiore subreniformi, fol. *caulinorum linearibus integerrimis*, petiolis exauriculatis, *petalis calyce triplo longioribus obovatis*, staminibus corolla dimidio brevioribus, caule tereti superne obsolete striato. ♃. In pratis et locis graminosis sylvarum. April. Mai. D. fl. 4. 606. St. h. 8. Variat caule basi stolonifero et

β. *dentata*, caule altiore, foliolis foliorum caulinorum inferiorum angulato-dentatis: C. pratensis β. dentata Reichenb. ap. St. h. 45. C. sylvatica Bess. galic. 2. 76. C. dentata Schult. ap. Bess. l. c. 77. Flor. in α et β. lilacini raro albi. Antherae luteae.

9. C. AMARA (L. sp. 915.) fol. omnibus pinnatis, foliolis foliorum inferiorum subrotundo-ovatis, superiorum oblongis, *omnibus angulato-dentatis*, terminali maiore, *petalis calyce triplo longioribus obovatis*, staminibus corollam subaequantibus, caule angulato-sulcato. ♃. Ad fontes, in fossis aqua pura repletis et in locis udis sylvarum. Apr. Mai. D. fl. 4. 608. St. h. 45 caulis stolonifer. Antherae violaceae. Siliqua stylo longo tenui terminata. Caulis inferne pilis sparsis obsitus. Variat:

β. *hirta:* caule hirto, pedicellis glabris: C. amara β. hirta Wimm. et Grab. fl. siles. 2. 265. D. fl. 4. 609. C. amara γ. umbrosa DC. syst. 2. 255. γ. pubescens Lej. et Court. comp. fl. belg. 2. 283. C. umbrosa Lej. fl. de spa. 2. 63. C. Libertiana Lej. rev. 135. C. sylvatica Hartm. scand. fl. ed. 2. 183. Hoffm. D. fl. 2. 47. C. hirsuta fl. dan. t. 148.

γ. *subalpina*, caulis et pedicelli hirti, folia e foliolis 15, 17, et superiora e foliolis 13 composita: C. amara γ. umbrosa Wimm. et Grab. fl. siles. 2. 265. C. Opicii Presl. cech. 136 ex spec. a Cl. Kosteletzky accepto. In scaturiginosis subalpinis Sudetorum. (in Schlesien und Böhmen auf dem Schneeberge, am Ochsenstalle des Altvaters, am Peterstein.) Varietas maxime memorabilis, forte propria species.

Sect 2. CHELIDONIA. Funiculi umbilicales plus minusve dilatati. (Haec sectio a Pteroneuro differt margine dissepimenti obtuso, rotundato, nec arguto; sed funiculi umbilicales, in diversis speciebus magis minusque dilatati characterem genericum distinctum non suppeditant. An genus Pteroneuri cum hac sectione conjungendum?)

10. C. MARITIMA (Portenschl. ap. DC. syst. 2. 266.) fol. ternatis pinnatisque, *foliolis* conformibus petiolulatis ovatis *trifidis vel pinnatifido-quinquefidis* basi attenuatis, laciniis obtusis breviter apiculatis, siliquis *lanceolato-linearibus*, caule diffuso ramosissimo. ⊙. In arenosis maritimis. (auf d. Insel Osero, Biasoletto.) Mai. Jun. D. fl. 4. 601. Portenschl. en. t. 12. Pteroneurum maritimum Reichenb. fl. g. exc. p. 676. J.

11. C. THALICTROIDES (All. ped. n. 951.) fol. ternatis pinnatisque, *foliolis* conformibus petiolulatis ovatis *trifidis*, laciniis obtusis breviter apiculatis, *siliquis linearibus* in pedicello patente erectis, caule ramoso debili. ⊙. In sylvatiis asperis subhumidis. (auf dem Giptel des M. maggiore in Istrien, Biasoletto; auf der Insel Osero auf dem Berge Osero zwischen Steingerölle. Noé!) Mai. All. l. c. t. 57. f. 1 icon. rudis. C. Plumieri Vill. prosp. p. 38. fl. delph. 3. t. 38. J.

12. C. TRIFOLIA (L. sp. 913.) *fol. ternatis*, foliolis breviter petiolulatis rhombeo-subrotundis repando-crenatis, *caule unifolio nudove*, stolonibus repentibus. ♃. In sylvis humidis montanis et subalpinis, (in Tyrol u. von da durch Kärnthen, Krain, Salzburg, Steyermark, Oestreich nach Böhmen u. Schlesien; für d. Schweiz zweifelhaft). Mai. Jun. D. fl. 4. 609. Jacq. a. t. 27. St. h. 28. G.

6. DENTARIA (L. g. 811.) Siliqua lanceolato-linearis: valvulae planae, enerves, vel rudimento nervi obsoleto ad basin notatae. Sem. in quovis loculo uniserialia. Cotyledones accumbentes, petiolatae, margine utrinque longitudinaliter introrsum complicatae. (cotyled. convolutivae Spenner.) In D. bulbifera e cotyledonibus duabus planis unica tantum apice parum involuta est.

§. 1. Fol. digitatis.

1. D. ENNEAPHYLLOS (L. sp. 912.) caule trifolio, foliis *verticillatis ternatis*, foliolis inaequaliter serratis, *staminibus corollam aequantibus*. ♃. In sylvis frondosis, inque locis graminosis inter virgulta, in sylvis montanis, subalpinis et in regione sylvatica alpium (in d. Salzburgischen bei Lofer, in Oestreich, Böhmen, Schlesien, den sächsischen Gebirgen und dem Fichtelgebirg.) Apr. Mai. D. fl. 4. 595. Jacq. a. t. 316. St. h. 48. Flor. albidi, sicci ochroleuci. G.

2. D. GLANDULOSA (Waldst. et Kit. p. r. hung. t. 272.) caule triphyllo, foliis *verticillatis ternatis*, foliolis inaequaliter serratis, staminibus *corolla dimidio brevioribus*. ♃. In sylvis montanis. (Schlesien bei Hultheim, Schillersdorf.) Apr. Mai. D. fl. 4. 596. St. h. 45. Flor. purpurei. G.

3. D. DIGITATA (Lamarck enc. 2. 278.) caule tri-quadrifolio, *foliis alternis* petiolatis *quinatis*, superioribus ternatis, foliolis acuminatis inaequaliter serratis, exterioribus minoribus. ♃. In sylvis montanis et subalpinis. (in Krain, Tyrol und Salzburg.) Mai — Jul. D. fl. 4. 596. St. h. 48. D. pentaphyllos Scop. carn. 2. 26. L. sp. pl. 2. 912 var. β et γ. Flores rosei.

§. 2. Fol. pinnata.

4. D. POLYPHYLLA (Waldst. et Kit. pl. r. hung. t. 160.) caule trifolio, fol. *subverticillatis* petiolatis *pinnatis*, foliolis lanceolato-acuminatis incano-ciliatis serratis. ♃. In sylvis pinguibus opacis (in der Schweiz, sehr selten in der Clus bei Marschlins.) April. D. polyphylla Gaud. helv. 4. 282. D. ochroleuca Gaud. in Ebel. man. ex citato ipsius auctoris. Flores ochroleuci. H.

5. D. PINNATA (Lamarck enc. 2. 268.) caule 3—5 folio, *foliis alternis* petiolatis, *omnibus pinnatis*, foliolis lanceolatis inaequaliter serratis. ♃. In sylvis montanis et subalpinis (in der Schweiz nicht selten, besonders in dem Jura; in D. im Oberbadischen bei Candern, u. am Schönberg bei Freiburg.) April. Mai. Flor. albi vel dilute lilacini.

6. D. BULBIFERA (L. sp. 912.) caule multifolio, foliis alternis, *inferioribus pinnatis*, *superioribus indivisis*, axillis foliorum bulbiferis. ♃. In sylvis montanis humo pingui, (in der östlichen Schweiz u. von da längs der Alpen bis Oestreich und durch Böhmen nach Schlesien u. Sachsen; im Moselgebirg und am Unterrheine bis nach den Niederlanden u. dem Harze, u. wieder im äussersten Norden v. D., in Pommern u. Holstein.) Apr. Mai. D. fl. 4. 597. St. h. 48. Flor. dilute rosei vel albidi.

Trib. II. *SISYMBREAE* seu siliquosae notorhizeae. Cotyledones incumbentes planae dissepimento contrariae; radicula dorsalis.

7. HESPERIS (L. gen. n. 817.) Siliqua linearis. Stigma bilamellatum: lamellis erectis, accumbentibus, dorso planis. Cot. incumbentes, planae. — Stigmate bilamellato, lamellis erecto-accumbentibus, ab omnibus generibus hujus tribus differt.

1. H. MATRONALIS (L. sp. 927.) pedicellis calycem aequantibus longioribusque, *petalis obovatis obtusissimis apiculo prominulo*, siliquis in pedicello patente erectis glabris *teretibus* torulosis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis dentatis, caule erecto apice ramoso. ⊙. ♃. In pratis humidis, in dumetis et ad sepes. (in Oestreich, von da durch Böhmen nach Sachsen bis zum Harze und nach den Westphälischen Gebirgen, aber immer nur an einzelnen Stellen; sodann in Mecklenburg; in der Schweiz selten.) Mai. Jun. D. fl. 4. 570. Haller in Rupp. fl. jen. t. 1. icon. eximia. Jacq. a. t. 347. Hesp. inodora L. sp. 227. Haec cum H. matronali spontanea plane eadem; flores lilacini, non inodori, sed vespere fragrantes. Varietas humilior floribus plenis, albis et lilacinis, in hortis verum ornamentum est.

2. H. TRISTIS (L. sp. 2. 927.) pedicellis calycem aequantibus longioribusque, *petalis lineari-lanceolatis* obtusis, siliquis cum pedicello patentissimis *glabris compressis* medio torulosis, valvulis dissepimento dimidio angustioribus, fol. ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis vel obsolete denticulatis. ⊙. In collibus, locis incultis, agrorum marginibus. (bisher blofs in Unteröstreich.) Mai. D. fl. 4. 672. Flor. sordide virescentes, sed propius inspecti violaceo venarum rete pulchre picti. G.

3. H. LACINIATA (Allioni fl. ped. 1. p. 188.) pedicellis calyce brevioribus, petalis oblongo-obovatis, *siliquis glanduloso-pubescentibus*, foliis dentatis, inferioribus basi sinuato-pinnatifidis. ⊙. In rupestribus. (auf der Insel Veglia, Müller!) April. Mai. J.

8. MALCOLMIA (R. Brown kew. ed. 2. 4. 121) Siliqua linearis, teres, terminata stigmate conico, (e lamellis 2 connatis formato.) Cotyled. incumbentes planae.

1. M. MARITIMA (Brown l. c.) caule erecto ramoso, fol. ellipticis obtusis integris basi attenuatis pube adpressa 2—4 partita, pe-

dicellis calyce subbrevioribus, siliquis pubescentibus apice longe acuminatis. ⊙. In littore maris arenoso. (bei Fiume Noe!) Mart. April. Cheiranthus maritimus L. sp. 924. Flor. purpurei. J.

9. SISYMBRIUM (L. gen. n. 813.) Siliqua linearis: valvulae convexae, nervis tribus longitudinalibus. Stigma obtusum, integrum vel emarginatum. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cotyledones incumbentes, planae.

Sect. I. VELARUM. DC. syst. 2. p. 459. Siliqua versus apicem attenuata, subuliformis. Flor. flavi.

1. S. OFFICINALE (Scop. carn. 2. 26.) fol. runcinato-pinnatipartitis, laciniis bi-trijugis oblongis dentatis, terminali maxima hastata, *siliquis* cum pedicello *rachi adpressis* lineari-subulatis pubescentibus. ⊙. Ad vias, ruderata, et in campis. Jun. — Aug. D. fl. 4. 660. St. h. 5. Erysimum officinale L. sp. 2. 922. Chamaeplium officinale Wallr. sched. 1. 377.

S. polyceratium, huic sectioni adnumerandum, an in Helvetia sponte proveniat, nondum liquet; conf. Gaud. helv. 4. p. 347.

Sect. II. IRIO. DC. l. c. Siliquae teretes. Sem. oblonga vel subovata. Flores flavi.

2. S. AUSTRIACUM (Jacq. austr. t. 262.) fol. runcinato-pinnatipartitis *cauleque glabris* vel parce setulosis, laciniis e latiore basi triangulari-acutis vel lanceolato-attenuatis, terminali maiore, foliorum superiorum elongata, calyce patulo, *siliquis approximatis* in pedicello adscendente vel contorto patulis declinatisve, junioribus thyrso convexo brevioribus. ⊙. In collibus lapidosis asperis. (Unteröstreich; Würtemberg, bei Ludwigsburg; Thüringen, bei Bibra, Eckartsberge; Hanover, auf dem Hohestein; Franken, bei Würzburg; in der Fl. v. Spa; in der Schweiz, an dem Saleve, im C. Genf u. dem Getroz im C. Wallis.) Mai. Jun. D. fl. 4. 659. Reichenb. ic. 3. f. 407. S. eckartsbergense Willd. sp. 2. 502. S. multisiliquosum Hoffm. D. fl. ed 2. 2. 51. S. compressum Mönch. suppl. 82. S. Tilleri Bellard. Willd. sp. 3. 497. S. erysimifolium Pourr. act. toul. 3. 329. DC. fl. fr. 4. p. 671. S. acutangulum Tilleri Gaud. h. 4. 337, et S. acutangulum hyoseridifolium Gaud. h. 4. 339. (forma minor. flor. minoribus.) Sinapis maritima All. ped. 1. 264. — Siliquae copiosissimae, dense approximatae; flor. lutei; pedicelli siliqua multo tenuiores. — Variat floribus maioribus minoribusque, siliquis erectis, patulis, et in pedicello contorto deflexis, et

β. contortum; siliquis sparse setulosis: S. contortum Willd. en. 678. S. taraxacifolium DC. fl. fr. 4. 670; in speciminibus e Pyrenaeis allatis nec flores minores, nec calyx erectior quam in vulgari planta.

γ. acutangulum; siliquis dimidio brevioribus, in pedicello arcuato ad rachin conniventibus: Sisymbrium acutangulum DC. fl. fr. 4. p. 670. S. pyrenaicum Vill. delph. 3. 341. t. 36 nec L. Sinapis pyrenaica L. sp. 934. Jacq. h. vind. 3. p. 50. t. 97; in horto in varietatem *α* transit, jam Jacquinio observante.

3. S. LOESELII (L. sp. 921.) fol. runcinato-pinnatifidis, *inferioribus cauleque hispidis*, laciniis dentatis basi exauriculatis, fo-

liorum inferiorum oblongis, terminalibus confluentibus, superiorum lanceolatis, terminali maxima hastata, calycibus patentibus, siliquis adscendentibus subarcuatis *pedicello* patente *duplo longioribus, iunioribus thyrso convexo brevioribus.* ⊙. In ruderatis, muris, templis et collibus asperis (Unteröstreich, durch Böhmen, Sachsen, Thüringen; in dem Rheinthale von Worms bis Coblenz; in Ostpreussen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 658. Jacq. a. t. 314. Leptocarpaea Loeselii DC. syst. 2. 202. Multis seminibus investigatis radiculam obliquam quidem, sed semper cotyledoni incumbentem, et nunquam fissuram cotyledonum tegentem, inveni. Semina in plantis spontaneis semper uniserialia vidi, in cultis vero quandoque ad basin siliquae irregulariter biserialia adsunt. Flor. flavi; pedicelli graciles; siliquae remotiusculae. G.

4. S. Irio (L. sp. 921.) fol. runcinato-pinnatipartitis, laciniis dentatis exauriculatis, foliorum inferiorum oblongis, terminali angulata, superiorum lanceolatis, terminali elongato-hastata, calycibus subpatulis; *siliquis pedicello quadruplo longioribus* patentibus, *iunioribus thyrsum fastigiatum superantibus.* ⊙. Ad vias, agrorum margines, in cultis. (in Unteröstreich, die übrigen Standorte in D. halte ich für zweifelhaft; an der Kirchhofsmauer in dem Dorfe Visp im C. Wallis.) Mai — Jul. Jacq. a. t. 322. D. fl. 4. 657. Flor. vitellini; pedicelli graciles.

5. S. Columnae (L. sp. 655.) fol. runcinato-pinnatipartitis, laciniis dentatis *basi auriculatis*, auricula assurgente, foliorum inferiorum ovato-oblongis, terminali angulata, superiorum lanceolatis, terminali elongato-hastata, *calycibus* erectis *clausis*, siliquis pedicello multoties longioribus patentibus. ⊙. Ad vias, ruderata, in locis incultis, (in Unteröstreich und in Böhmen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 655. Flor. pallide sulphurei; siliquae cum pedicello crasso patentes, remotae. G.

6. S. pannonicum (Jacq. coll. 1. 70.) fol. inferioribus runcinato-pinnatipartitis, laciniis dentatis *basi auriculatis*, auricula adscendente, superioribus pinnatis, pinnis anguste linearibus, terminali conformi, *calyce patentissimo*, pedicellis siliquisque crassitie subaequalibus patentibus. ⊙. Ad vias, in arvis, ad agrorum margines, (Unteröstreich, Mähren u. Böhmen, bei Frankf. a. d. O.; auf der Rheinfläche bei Strasburg u. bei Mannhein; in der südl. Schweiz bei Iserabloz, im Thale Annivier.) Mai. Jun. D. fl. 4. 653. Jacq. ic. r. t. 123. S. Sinapeos Retz. obs. 3. 37. S. Sinapistrum Crantz a. 52.

7. S. sophia (L. sp. 922.) *fol. tripinnatis*, pinnulis foliorum inferiorum anguste lanceolatis, superiorum linearibus, pedicellis calyce duplo longioribus, petalis calycem aequantibus brevioribusque. ⊙ In campis arenosis, agris, ad vias, muros. Mai in autumn. D. fl. 4. 652. fl. dan. t. 528. S. parviflorum Lam. fl. fr. 2. 519.

Sect. III. Norta. DeC. l. c. Siliquae teretes. Semina linearia, elongata. Flor. flavi.

8. S. strictissimum (L. sp. 922.) fol. oblongo-lanceolatis *indivisis* acuminatis dentatis *pilis simplicibus* pubescentibus, calycibus denique horizon-

horizontaliter patentibus, siliquis patulis. ♃. In dumetis, ad fluviorum ripas, in locis udis. (Böhmen, an der Elbe bis Dresden; am Maine von Würzburg bis Hanau; am Neckar bei Heidelberg; im Peltententhale in Steyermark; im Möllthale in Kärnthen; in Unteröstreich; in der südl. Schweiz.) Jun. Jul. D. fl. 4. 922. Jacq. a. t. 194. Flor. *lutei.*

Sect. IV. ALLIARIA (Gen. n. 52. DC. syst. 2. 488.) Siliquae teretes. Sem. oblonga, longitudinaliter striata. Flor. albi.

9. S. ALLIARIA (Scop. carn. 2. 26.) fol. *indivisis*, *inferioribus reniformibus* grosse repando-crenatis, superioribus cordato-ovatis acute dentatis, siliquis patentibus pedicello multoties longioribus. ⊙. In dumetis, ad vias et sylvarum oras. Apr. Mai. D. fl. 4. 661. Fl. dan. t. 953. Erysimum Alliaria L. sp. 2. 922. Hesperis Alliaria Lam. fl. fr. 2. 503. Alliaria officinalis Andrzej. DC. syst. l. c. Est verum Sisymbrium ob siliquas teretes et valvulas trinervias.

Sect. V. ARABIDOPSIS. DeC. syst. 2. 480. Siliquae lineares. Sem. non striata. Fl. albi.

10. S. THALIANUM (Gaudin. fl. helv. 4. 348.) fol. *oblongo-lanceolatis* indivisis obtusiusculis remote denticulatis *pilis bi-trifurcatis* pubescentibus, radicalibus in petiolum angustatis, calycibus erectis, siliquis in pedicello patente adscendentibus. ⊙. In campis et locis cultis. Apr. Mai, et iterum autumno. D. fl. 4. 663. Arabis Thaliana L. sp. 2. 929. Conringia Thaliana Reichenb. fl. g. exc. 686. Variat:

β. fol. basi sinuato-dentatis: A. thaliana β. hispida Wahlenb. fl. suec. 414. S. arenosum L. fl. suec. ed. 2. p. 223. Haec varietas in G. nondum lecta est.

10. HUGUENINIA (Reichenbach fl. exc. p. 691.) Siliqua linearis, anceps. Valvulae convexae, nervo dorsali unico. Stigma obtusum. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cotyledones incumbentes, planae. (Dissepimentum nervo medio perductum in Sisymbrii speciebus pluribus occurrit; differt tamen hoc genus a Sisymbrio nervo unico, ab Erysimo siliqua non tetragona, a Braya et Syrenia seminibus uniserialibus.)

1. H. TANACETIFOLIA (Reichenb. l. c.) fol. pinnatis, pinnis lanceolatis inciso-serratis, extimis confluentibus, siliquis in pedicello erecto adscendentibus. ♃. In locis apricis alpium australium Helvetiae. (auf der Walliserseite der Penninen) Jul. Fl. lutei. Moris h. 2. s. 2. t. 6. Siliquae in meo specimine pedicello duplo longiores; sem. matura non vidi. H.

11. BRAYA (Sternberg et Hoppe Denksch. d. bot. Ges. z. Regensb. 1. 1. 65.) Siliqua linearis, teres, vel subcompressa: valvulae convexae, nervo dorsali unico. Stigma obtusum. Sem. in quovis loculo biserialia. Cot. incumbentes, planae. (Diff. a Sisymbrio seminibus biseriatis et nervo valvularum solitario; a Barbarea sem. biseriatis et cot. incumbentibus; a Syrenia siliqua non tetragona.

1. B. ALPINA (Sternb. et Hopp. l. c.) fol. lineari-lanceolatis *indivisis* integerrimis vel remote subdentatis, radicalibus longe pe-

tiolatis, racemo fructifero ovato conferto. ♃. In alpibus graniticis altissimis. (bisher blofs in der Gamsgrube und Leiter bei Heiligenblut in Kärnthen.) Jul. D. fl. 4. 651. St. h. 43. fl. albi, siccati violacei. G.

2. B. PINNATIFIDA (Sisymbrium DC. fl. fr. 4. 667.) fol. caulinis *sinuato-pinnatifidis*, laciniis oblongo-linearibus integerrimis, terminali maiore, inferioribus sublyratis, radicalibus obovatis dentatis, racemo elongato *ebracteato*, siliquis in pedicello patente adscendentibus. ♃. In locis apricis saxosis alpium australium altissimarum graniticarum Helvetiae. (auf dem Fouly, St. Bernhard u. a.) Jul. Aug. Sisymbrium dentatum All. ped. n. 1001. S. bursifolium Vill. delph. 3. 345. t. 39. Suter. helv. 2. 62. (non L.) H.

3. B. SUPINA (Sisymbrium L. sp. 917.) fol. *sinuato-pinnatifidis*, laciniis oblongo-linearibus subdentatis, terminali maiore, racemo elongato foliis *bracteato*, siliquis cum pedicello brevi patulis hirto-puberulis. ⊙. In locis glareosis et arenosis humidis planitierum, (bisher blofs im Jurathale am See von Joux; sodann im Lauterthale des untern Elsasses.) Jul. Aug.

12. ERYSIMUM (L. g. n. 814.) Siliqua linearis, nervo valvularum prominulo solitario, quadrangularis vel compresso-quadrangularis. Stigma obtusum, integrum vel emarginatum. Sem. in quoque loculo uniserialia. Cot. incumbentes, planae.

Sect. I. ERYSIMASTRUM. DC. syst. 1. 494. Flor. flavi vel aurei. Folia caulina sessilia, oblonga vel linearia, (basi non cordata.)

1. E. CHEIRANTHOIDES (L. sp. 2. 923.) fol. oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis repando-denticulatis dentatisve scabriusculis *pilis conformibus trifidis*, *pedicellis* calyce duplo triplove longioribus *dimidiam siliquam subaequantibus*, siliquis quadrangularibus a latere subcompressis pilis remotis adspersis subglabris. ⊙. In agris, campis, in glareosis riparum et ad vias. Jun. autumn. D. fl. 4. 678. Jacq. a. t. 23. Cheiranthus sylvestris Lam. enc. 2. 716. — Ch. sapigerus Willd. prod. t. 5. f. 10 est monstrosa degeneratio. — Variat: *α.* fol. repandis et

β. dentatum; fol. subsinuato-dentatis. E. micranthum. Buek in litt.

2. E. VIRGATUM (Roth cat. bot. 1. 75.) *fol. integerrimis pilis conformibus trifidis* scabriusculis, inferioribus oblongo-linearibus obtusis in petiolum attenuatis, superioribus lineari-lanceolatis acutis, pedicellis calycem subaequantibus, siliquis erectis-quadrangularibus a latere subcompressis pubescenti-scabris lamina petalorum cuneato-obovata. ⊙. In collibus apricis et declivibus montium virgultorum. (in Böhmen u. von da nach Sachsen u. Thüringen; auch bei Frankf. a. d O.; bei Mainz; sodann im Gebiete der Flora v. Spa u. im C. Wallis bei Sitten.) Jun. Jul. DC. syst. 2. 496. E. altissimum Lej.! fl. de spa. 2. p. 60. DC. syst. 2. 509. — E. durum Presl! delic. prag. 226, Reichenb. ic. f. 279.: modificatio stylo brevissimo. E. virgatum Schleich.! modif. siliquis brevioribus et E. longisiliquosum Schleich.! modif. siliquis duplo longioribus.

3. E. STRICTUM (Flora der Wetterau 2. 451.) *fol.* oblongo-lanceolatis *repando-denticulatis pilis conformibus trifidis* scabriusculis, inferioribus obtusis breviter mucronatis in petiolum attenuatis, superioribus sessilibus breviter acuminatis, pedicellis calycem subaequantibus, *siliquis quadrangularibus* a latere subcompressis pubescenti-scabris *concoloribus*, petalorum lamina cuneato-obovata. ⊙. In muris, ruinis, ad ripas. (in Unteröstreich; im Odergebiete, durch Schlesien u. bis Frankfurt; im Elbgebiete durch Böhmen u. bis Magdeburg; im Maingebiete von Erlangen bis Mainz; im Jura.) Jun. Jul. D. fl. 4. 681. Reichenb. ic. 1. f. 24—26 et 2. f. 278 modificatio parviflora. E. strictum Host. a. 2. 277, non DeCand. E. hieracifolium L. fl. suec. 2. p. 234. sp. pl. 923, non Herbarii Linnaeani. Ehrh.! beitr. 7. 156. E. virgatum DC. syst. 3. 496, non Roth. E. virgatum juranum Gaud. helv. 4. 356. Cheiranthus turritoides Lam. enc. 2. 716.

4. E. ODORATUM (Ehrh.! beitr. 7. 157.) fol. oblongo-lanceolatis *repando-dentatis pilis conformibus trifidis* scabriusculis, inferioribus obtusis breviter mucronatis in petiolum angustatis, superioribus sessilibus acuminatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, *siliquis quadrangularibus* a latere subcompressis *incanis angulis glabrioribus virentibus*, petalorum lamina subrotunda. ⊙. In montosis calcareis, (in dem Donauthale bei Pappenheim, Regensburg u. wahrscheinlich von da bis Oestreich, um Wien, in Böhmen, Thüringen, in den Baireuther Gebirgen; für die Schweiz zweifelhaft.) Jun. Jul. D. fl. 4. 685. E. hieracifolium Jacq. a. t. 73 (non L.) E. strictum DC. syst. 2. 495. (non fl. wett.) E. pannonicum Crantz α. 28. E. cheiriflorum Wallr. sched. 367. Cheiranthus erysimoides L. sp. 2. 923. (planta Linnaeana in horto ups. descripta est biennis et maior E. cheiranthoide; Erys. lanceolatum, ad quod Cl. DCand. stirpem Linnaeanam trahit, est planta perennis et multo humilior.) E. Cheiranthus firmus Reichenb. ic. t. 176. Cheiranthus firmus Schleich. ex spec. ab auctore; alio tempore sub eodem nomine specimen E. pallentis misit. E. lanceolatum Gaud. helv. 4. 360, nec Brown. — Flor. pulcherrime citrini vel sulphurei, vespere praesertim odorem melleum fortem spargentes. G.

5. E. CARNIOLICUM (Dolliner Regensb. bot. Zeit. 1827. 1. 254.) fol. lanceolatis *pilis conformibus trifidis* scabriusculis, inferioribus *runcinato-dentatis* undulatis, lobo terminali trifido, superioribus repando-dentatis acuminatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, *siliquis quadrangularibus* a latere subcompressis *incanis angulis glabrioribus virentibus*, lamina petalorum subrotunda. ⊙. In asperis calcareis. (in Unterkrain u. Untersteyermark.) Jun. Jul. E. odoratum DC. syst. 2. 497. Reichenb.! ic. 1. f. 165. E. strictum β. odoratum DeC. prodr. 1. 197. Flor. non magis odorati, quam in antecedente. Vereor, ne sit hujus varietas, ceterum valde memorabilis. G.

6, E. REPANDUM (L. sp. 2. 923.) fol. lanceolatis acuminatis repando-dentatis apice recurvatis scabriusculis pilis simplicibus*)

*) Sunt pili utrinque attenuati et medio adnati, re ipsa bipartiti, adpressi; tamen aptius mihi videtur, eos simplices vocare.

trifidisque, pedicellis calyce dimidio brevioribus, *siliquis obtuse quadrangularibus subteretibus pedicello incrassato horizontaliter patente vix crassioribus*, superne in stigma truncatum attenuatis. ⊙. In arvis, campis, (Unteröstreich u. von da durch Böhmen nach Thüringen bis Göttingen; auch bei Würzburg.) Jun. — Jul. D. fl. 4. 687. Jacq. a. t. 22. E. ramosissimum Crantz a. 29. G.

7. E. CREPIDIFOLIUM (Reichenb. ic. 1. f. 13.) fol. lanceolatis sinuato-dentatis integerrimisve apice recurvatis pilis simplicibus trifidisque scabriusculis, inferioribus obtusis breviter mucronatis in pedicellum attenuatis, superioribus acutis sessilibus, *pedicellis calyce duplo triplove brevioribus; siliquis obtuse quadrangularibus a dorso subcompressis concoloribus* stylo stigmateque capitato coronatis. ⊙. In rupestribus calcareis, (Böhmen, Thüringen, Baireuth, Anspach auf dem Hesselberg, Rheinpfalz.) Mai. Jun. E. hieracifolium herbarii Linnaeani, Poll. pal. 2. 242. DeC. syst. 2. 497. E. Cheiranthus Presl.! cech. 138. E. pallens Wallr. sched. 363. E. odoratum K. et Z. cat. pl. palat., ex siccis speciminibus determinatum. Cheiranthus hieracifolius Lam. enc. 2. 717. Flor. laete sulphurei, inodori. Calyx basi bigibbus. Siliquae concolores. G.

8. E. CANESCENS (Roth. cat. bot. 1. 76.) fol. lineari-lanceolatis integerrimis vel remote denticulatis apice recurvatis pilis fere omnibus simplicibus scabriusculis, inferioribus breviter mucronatis in petiolum attenuatis, superioribus linearibus acutis, *pedicellis calycem subaequantibus*, siliquis patentibus *exacte quadrangularibus incanis angulis glabrioribus virentibus.* ⊙. In apricis incultis, (bis jetzt blofs in Unteröstreich, Jacq., und im Canton Wallis der Schw. Schleicher.) Jun. Jul. D. fl. 690. E. diffusum Ehrh. beitr. 7. 157. Cheiranthus alpinus Jacq. a. t. 75, vix Linnaei. Ch. Boccone All. ped. 1. p. 272. t. 58. f. 2; descriptio bona, icon informis. Caulis a basi in axillis foliorum fasciculo foliorum vel ramulo sterili instructus. Diff. a varietate integrifolia E. crepidifolii, pedicellis calycem aequantibus, sepalis basi haud gibbis, siliquis exacte quadrangularibus vel parum a latere compressis, incanis, angulis virentibus.

9. E. LANCEOLATUM (R. Brown h. kew. ed. 2. 4. 116.) fol. lineari-lanceolatis integerrimis vel remote denticulatis *pilis simplicibus* scabriusculis, inferioribus obtusiusculis in petiolum attenuatis, superioribus linearibus acutis, *pedicellis calyce duplo triplove brevioribus*, *siliquis quadrangularibus puberulis vel canescentibus, styli longitudine latitudinem siliquae haud superante.* ♃. In montosis asperis, in reg. subalpinis et usque in alpes editissimas adscendens. (im Littorale u. durch Krain u. Kärnthen bis zum Glockner; in Steyermark, von da nach Unteröstreich und in die Gegend von Wien.) Mai. Jun. D. fl. 4. 692. E. Cheiranthus Pers. syn. 199. E. murale Desf. cat. ed. 1. 129. DC. fl. fr. 4. 657, ex citato auctoris. Cheiranthus erysimoides Jacq. austr. t. 74 nec Linn. Ch. alpinus Lam. enc. 2. 716. Ch. pumilus Gaud. helv. 4. 365, ex descriptione styli. (Schleicherus mihi sub nomine Ch. pumili spec. parva E. pallentis misit; et alio tempore spec. majus hujus speciei nomine Ch. firmi.) Radice perenni multicipite, *fasciculis foliorum sterilibus, sub anthesi cum fertilibus mixtis, floribus odoratissimis*, pedi-

cellis brevibus et calyce basi bisaccato dignoscitur. E. canescens pedicellos habet longitudine calycis vel vix breviores et calycem basi haud conspicue bisaccatum. Specim. florifera sicca E. lanceolati ab iis E. crepidifolii aegre saepe distinguuntur, fructifera siliqua quadrangulari angulis prominulis statim dignoscuntur.

10. E. PALLENS (Cheiranthus Haller. fil. in Schleicheri catalogis) fol. lineari-lanceolatis integerrimis vel remote dentatis *pilis simplicibus* scabriusculis, inferioribus obtusiusculis in petiolum attenuatis, superioribus linearibus acutis, *pedicellis calyce duplo triplove brevioribus, siliquis quadrangularibus puberulis vel canescentibus, longitudine styli latitudinem siliquae bis terve superante.* ♃. In montosis asperis, subalpinis et alpibus. (im Jura, im Wallis, in Tyrol, auch finden sich Exempl. unter dem aus Steyermark erhaltenen E. lanceolatum.) Mai. Jun. D. fl. 4. 694. E. helveticum Gaud. fl. helv. 4. 363. DeC. syst. 2. 501, nec Jacq. E. rhaeticum DeC. syst. 2. 503. Cheiranthus rhaeticus Schleich.! C. helveticus Schl.! et C. pumilus Schl.! ex speciminibus mihi transmissis. Variat:

α. fol. integerrimis et

β. *dentatum;* fol. remote dentatis: E. ochroleucum DeC.! fl. fr. 2. 658. Gaud. helv. 4. 306. Cheiranthus ochroleucus Hall. fil. in Schleich. cat. DC. syst. 2. 181. Cheiranthus decumbens Schleich. Praeter foliorum dentes, in hoc genere quam maxime variabiles, differentiam inter E. ochroleucum et pallens non reperio; nec E. lanceolatum specie differe mihi persuasum habeo, cum longitudo styli in aliis speciebus quoque valde variabilis sit. Has tres species apte sub nomine Erysimi ochroleuci conjunxerim.

11. E. SUFFRUTICOSUM (Spreng. nov. prov. p. 17.) fol. *oblongo-lanceolatis* breviter mucronatis, scabriusculis *pilis fere omnibus simplicibus*, pedicellis calycem aequantibus fructiferis siliqua multoties brevioribus, siliqua quadrangulari a latere subcompressa incana angulis virentibus. ⊙. Ad viarum margines. (bisher blofs zwischen Verviers et Limburg, Lejeune!) Mai. Jun. D. fl. 4. 695. Cheiranthus helveticus Jacq. hort. vind. 3. t. 9, nec Willd. E. suffruticosum DC. syst. 2. 494. E. virgatum Lej.! spa. 2. 91, non Roth. Cheiranthus fruticulosus l'Herit. herbar., nec Linn. Flores vitellini. Caulis inferne cito induratur et lignosus fit, planta tamen vere biennis, nec fruticosa est. G.

Sect. II. CORINGIA DC. syst. 2. 507. Folia caulina, basi profunda cordata, amplexicaulia. Flor. albi vel flavescentes. (Erys. austriacum ob valvulas siliquae trinervias ad Sisymbrii genus pertinet.)

12. E. ORIENTALE (R. Brown in h. kew. 2. 4. 117.) fol. caulinis *cordatis amplexicaulibus*, siliquis patentibus, *valvulis uninervibus.* ⊙. In agris, solo argillaceo et calcareo. Mai—Aug. D. fl. 4. 697. Jacq. a. t. 282. E. perfoliatum Crantz a. p. 27. DC. syst. 2. 508. E. campestre Scop. carn. 2. 27. Brassica orientalis L. sp. 931. Conringia orientalis Andrz. ap. DC. syst. Gorinkia orientalis Presl. cech. 41. Flores albi vel ochroleuci.

13. E. AUSTRIACUM (Baumg. fl. trans. 2. 263.) fol. caulinis *cordatis amplexicaulibus*, siliquis erectis, *valvulis trinervibus.* ⊙ et ⊙. In agris (bisher blofs in Unteröstreich.) Mai. Jun. D. fl. 4. 698.

Brassica austriaca Jacq. a. t. 283. Haec species ex characteribus Sisymbrium est. Flor. flavi. G.

13. SYRÉNIA (Andrzejowsci) Siliqua linearis, nervo valvularum solitario prominulo, quadrangularis vel compresso-quadrangularis. Stigma obtusum integrum vel emarginatum. Sem. in quoque loculo biserialia. (Sem. biserialibus ab Erysimo differt.)

1. S. ANGUSTIFOLIA (Reichenbach fl. exc. p. 689.) Siliquis stylo multo longioribus, floribus subsessilibus, foliis linearibus integerrimis. ⊙. In arenosis (bisher blofs in Unteröstreich nach Host.) Jun. —Aug. D. fl. 4. 676. Waldst. et Kit. p. r. hung. t. 98. Flor. citrini. Erysimum angustifolium Ehrh. beitr. 7. 513. Cheiranthus virgatus Poir. suppl. 2. 781. Ch. canus Pill. et Mitterb. it. p. 146. Syrenia Ehrharti Andrz.

Trib. III. *BRASSICEAE* seu siliquosae orthoploceae. Cotyledones incumbentes, medio longitudinaliter plicatae, vel circa radiculam convolutae.

14. BRÁSSICA (L. gen. 820.) Siliqua linearis vel oblonga: valvulae convexae, nervo dorsali recto, lateralibus nullis, vel notatae venis, in nervum lateralem obscurum utrinque anastomosantibus. Sem. globosa, in quovis loculo uniserialia. Cotyledones incumbentes, canaliculato-complicatae.

1. B. OLERACEA (L. sp. 932.) fol. glaucis, inferioribus lyratis petiolatis, superioribus oblongis sessilibus, *racemis ante anthesin elongatis laxis, calyce erecto clauso, staminibus omnibus erectis.* ⊙. Colitur in multis varietatibus. Maio. Jun. D. fl. 4. 707. Flor. ochroleuci, rarius albi. Folia glaberrima. Colit.

2. B. RAPA (L. sp. 931.) fol. primi anni viridibus, secundi glaucis, inferioribus lyratis, superioribus *ovatis acuminatis basi profunde cordata amplexicaulibus, racemis sub anthesi fastigiatis, floribus apertis alabastra conferta superantibus;* calycibus denique horizontaliter patentibus, staminibus brevioribus patulo-adscendentibus. ⊙ et ⊙. Colitur et inter segetes hinc inde frequenter quasi spontanea propullulat. April. Mai. Flor. lutei. D. fl. 4. 709. Napus Rapa Spenn. frib. 3. 941. (ubi characteres specierum affinium egregie expositi sunt) — Quae inter segetes sponte excrescit, radice tenui instructa est, et, secundum specimina, a Cl. Hartman transmissa, Brassicam campestrem Linn. fl. suec. et lapp. exhibet. Varietas vel potius stirps primitiva est:

β. oleifera; radice exili bienni: zweijähriger Rübenreps, Winterrübenreps, B. Rapa oleifera biennis Metzger syst. Beschr. p. 50. DC. syst. 2. 591.

γ. annua; eadem varietas, at radix annua, et caulis, siliquae seminaque minora: Br. Rapa oleifera annua Metzg. l. c. Sommerrübenreps. . H. l. videtur: B. praecox W. et K. ex Hornem. hafn. 2. 621.

Cl. Metzger varietatem β. cultura diligente in B. Rapam vulgarem oblongam transmutavit. Colit.

3. B. NAPUS (L. sp. p. 938 ex descriptione.) fol. glaucis inferioribus lyratis superioribus oblongis postice subangustatis basi cor-

data dilatata semiamplexicaulibus, *racemis laxis sub anthesi elongatis*, calyce denique semipatente, *staminibus brevioribus patulis adscendentibus*. Siliquis patentibus. ⊙ et ⊙. Colitur. Apr. Mai. Flor. pulchre citrini. D. fl. 4. 4 712. B. Napus L. sp. 938 excl. synonymis Bauhini et Dodonaei, ad B. Rapae varietatem spectantibus. „Folia radicalia lyrata glabra, caulina amplexicaulia cordato-oblonga", Linn. l. c. Haec verba plantam hic definitam, nec B. Rapae varietatem designant. Coluntur tres varietates:

α. *oleifera;* radice tenui bienni: zweijähriger Winterkohlreps, B. Napus oleifera (biennis) DC. syst. 2. 592, grüner Winterkohlreps, Metzg. l. c. p. 41. Hujus modificatio fol. crispis secundum Cl. Metzger. est: B. campestris pabularia DC. syst. 2. 589.

β. *annua;* radice tenui annua: Sommerkohlreps, Metzger l. c., B. campestris oleifera praecox DC. syst 2. 589.

γ. *esculenta;* radice carnosa tumida esculenta: Erdkohlrabe, Dorschen. B. Napus β. esculenta DC. syst. 2. 589. Ab hac mihi non diversa videtur: B. oleracea ϰ Napobrassica L. sp. 932. Colit.

4. B. NIGRA (Koch D. fl. 4. 713.) fol. omnibus petiolatis, inferioribus lyratis dentatis lacinia terminali maxima lobata, superioribus lanceolatis integerrimis, calyce horizontaliter patente, *siliquis rachi adpressis*. ⊙. In salicetis et glareosis fluviorum, etiam in locis cultis. (in großer Menge am Ufer des Neckars von Tübingen bis Heidelberg und am Maine von Würzburg bis Mainz, ausserdem hin und wieder in D. u. d. Schw. unter d. Saat u. in Weinbergen) Jun. Jul. Fl. lutei.

15. SINÁPIS (L. gen. 821.) Siliqua linearis vel oblonga: valvulae convexae, nervis tribus vel quinque rectis validis. Sem. in quoque loculo uniserialia, globosa. Cotyledones incumbentes, canaliculato-complicatae. (Praeter nervos laterales rectos in valvulis siliquarum inter genus Sinapeos et Brassicae aliud discrimen non reperitur.)

1. S. ARVENSIS (L. sp. 933.) siliquis cylindricis torulosis, valvulis *trinerviis* nervis prominulis, rostro siliquam aequante vel breviore ancipiti, calyce horizontaliter patente, *fol. ovatis* inaequaliter dentatis, *inferioribus basi auriculatis* sublyratisve. ⊙. Inter segetes et in campis. Jun. Jul. D. fl. 4. 715. Napus Agriasinapis Spenn. frib. 3. 944. Flor. lutei. Variat siliqua glabra et

β. siliqua retrorsum hispida: S. orientalis Murr. pr. st. gött. p. 167, an Linnaei?

2. S. ALBA (L. sp. 934.) siliquis cylindricis torulosis, valvulis *quinquenerviis* nervis prominulis, rostro siliquam aequante vel breviore compresso, calyce horizontaliter patente, *foliis pinnatis*, pinnis grosse inaequaliter dentatis sublobatis, superioribus tribus confluentibus. ⊙. Inter segetes, sed non ubique. Jun. Jul. St. h. 8. D. fl. 4. 716. Napus leucosinapis Spenn. frib. 3. 943.

3. S. CHEIRANTHUS (Koch D. fl. 4. 717.) siliquis cylindricis subtorulosis, valvulis *trinerviis*, nervis prominulis, *calyce erecto clauso*, fol. omnibus profunde pinnatifidis pinnatisve, pinnis oblongis inaequaliter dentatis, foliorum superiorum linearibus integerrimis. ♃. Inter segetes biennes ⊙. In campis arenosis et glareosis,

inter segetes et ad montium latera lapidosa, praerupta, (auf der Rheinfläche von Basel durch das Elsafs, stellenweise, über Mannheim, Dürkheim, durch das Gebirg von Kaiserslautern und durch das Glahn-, Nahe- u. Moselgebirg bis in das Luxemburgische.) Jun. Aug. D. fl. 4. 717. Jc., bot. ztg. V. 1. t. 3., optima. Sinapis recurvata All. ped. 265. t. 67. (siliq. nimium crassae.) S. Tournefortii All. l. c. sec. Cl. DC. non differt. B. Cheiranthus Vill. delph. 3. 332. DC. syst. 2. 609. B. montana DC. fl. fr. 4. 651, eadem ex ipso auct. B. cheiranthiflora DC. syst. 2. 601. Nees ab Esenb. b. ztg. V. 1. 181 pariter non differt. B. Erucastrum Poll. pal. 2. 249. Raphanus Cheiranthiflorus Willd. en. suppl. 46. Sisymbrium monense Gmel. bad. 3. 484.

16. ERUCASTRUM (Schimper et Spenner flor. frib. 3. 946.) Siliqua linearis: valvulae convexae, nervo unico. Sem. in quoque loculo uniserialia, ovata vel oblonga, compressa. Cotyledones incumbentes, canaliculato-complicatae.

1. E. OBTUSANGULUM (Reichenb. fl. exc. p. 693.) fol. profunde pinnatifidis, laciniis oblongis inaequaliter angulato-dentatis sinu basi rotundato segregatis, *racemis ebracteatis*, *sepalis horizontaliter patentibus*, staminibus longioribus superne a pistillo deflectentibus; *siliquis patentibus*. ♃. In locis apricis, ad muros et rudera, (in der Schweiz im Cant. Wallis, Genf, Waad, Neufchatell, Basel, sodann im Reinthale u. am Bodensee, auch auf der badischen Seite in D. u. auf einer Rheininsel bei Neunburg im Oberbadischen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 704. flor. pulchri, dilute citrini. Sisymbrium obtusangulum Schleich. pl. exs. DC. syst. 2. 468. S. Erucastrum Vill. delph. 3. 342. A. (non Poll.) Brassica Erucastrum α. Gaud. helv. 4. 381. t. 4. (icon haud bona.) Sinapis hispanica Lam. fl. fr. 4. 645. Brassicam Erucastrum L. et DC., mihi ignotam, ad B. cheiranthi varietates referendam esse, suspicatus est b. Gaudin.

2. E. POLLICHII (Schimp. et Spenn. l. c.) foliis profunde pinnatifidis, laciniis oblongis inaequaliter-obtuse-dentatis sinu basi rotundato segregatis, *racemis inferne bracteatis*, *sepalis erecto-patulis*, staminibus longioribus pistillo adpressis, *siliquis patentibus*. ♃. In agris, arvis, ruderatis et muris. (Am Genfersee u. im ganzen Rheingebiete von Oberelsafs u. von Freiburg im Breisgau an bis Wesel u. Spa.) April bis in d. Herbst. D. fl. 4. 702. E. Pollichii Sch. et Sp. fl. frib. 3. 946. (1829.) E. inodorum Reichenb. fl. exc. p. 693. (1832.) Sisymbrium Erucastrum Poll. pal. 2. 234, non Gouan. S. Erucastrum Vill. delph. 3. 342. B. Eruca Erucastrum fl. d. Wett. 2. 458. Brassica Erucastrum β. ochroleuca Gaud. helv. 4. 381. Flor. ochroleuci, subvirentes, obsolete venosi.

3. E. INCANUM, foliis lyratis hirtis, *superioribus lineari-lanceolatis*, *siliquis rachi adpressis* torulosis. ⊙. In collibus lapidosis et ruderatis (bisher blofs bei Basel u. Mühlhausen; in dem Geb. der fl. v. Spa hat sie sich verloren.) Mai — Jul. Fl. flavi. Jacq. h. vind. t. 169. Sinapis incana L. sp. 934. Hirschfeldia adpressa Moench. meth. 264. Variat: siliquis glabris, et hirtis rostro glabro. An h. l.: Sinapis heterophylla DC. syst. 2. 619.? H.

17. DIPLOTÁXIS (DeCandolle syst. 2. p. 628.) Siliqua linearis

vel lanceolato-linearis: valvulae convexae, nervo unico. Sem. in quoque loculo biserialia, ovalia vel oblonga, compressa. Cotyledones incumbentes canaliculato-complicatae.

1. D. TENUIFOLIA (DC. syst. 2. 632.) caule ramoso folioso *basi suffruticoso*, foliis glaberrimis sinuato-dentatis indivisis vel simpliciter- et duplicato-pinnatifidis, laciniis linearibus remotis dentatis, *pedicellis flore duplo longioribus*, *petalis subrotundo-obovatis in unguem brevem contractis.* ♃. In collibus incultis, ad vias, in muris. (auf der Rheinfläche von Basel bis Wesel u. Spa; in Böhmen, Oestreich, Krain, Südtyrol u. südl. Schw.) Jun. in autumn. D. fl. 4. 699. Flor. citrini, deflorati brunnei ut in sequentibus. Sisymbrium tenuifolium L. sp. 917. Sinapis tenuifolia Brown h. kew. 4. 128. Brassica muralis Huds. angl. 290. Variat fol. pinnatifidis et bipinnatifidis, et

β. *integrifolia:* foliis integris, oblongis vel lanceolatis, grosse dentatis.

2. D. MURALIS (DC. syst. 2. 634.) caule herbaceo basi foliato, fol. adsperse pilosis sinuato-dentatis pinnatifidisque, laciniis ovatis oblongisve dentatis, terminali obovato angulato-dentato, *pedicellis florem aequantibus*, *petalis subrotundo-obovatis in unguem brevem contractis.* ⊙. In agris et locis cultis; (im C. Waad; sodann auf der Rheinfläche vom Oberelsafs u. Breisgau bis nach Spa, doch nicht überall; im Littorale u. v. da durch Oestreich nach Böhmen; in Pommern bei Stralsund.) Mai in autumn. D. fl. 4 700. Sisymbrium murale L. sp. 918. S. Erucastrum Gouan., nec Vill., nec Poll. Variat rarissime fol. subbipinnatifidis.

D. VIMINEA (DC. 2. 635.) caule herbaceo, ima basi foliato, fol. sinuato-lyratis, laciniis ovatis repando-dentatis terminali ovali, *pedicellis flore recenter aperto brevioribus*, *petalis oblongo-obovatis cuneatis sensim in unguem attenuatis.* ⊙. In agris et vineis, (um Werthheim in Franken, u. um Hochheim bei Mainz.) Jun. Jul. D. fl. 4. 701. D. brevicaulis Bl. et F. comp. 2. 153. Sisymbrium vimineum L. sp. 919. S. pumilum Lam. fl. fr. 2. 215. S. brevicaule Wib. Werth. 248. G.

18. ERÚCA (DC. syst. 2. 636.) Siliqua linearis vel oblonga: valvulae convexae, nervo dorsali prominulo unico. Sem. in quoque loculo biserialia, globosa. Cot. incumbentes canaliculato-complicatae.

1. E. SATIVA (Lam. fl. fr. 2. 496.) fol. lyrato-pinnatipartitis, laciniis dentatis acutis, caule hirsuto, pedicellis calyce deciduo brevioribus. ⊙. Ad vias et in ruderatis. (im Cant. Wallis; in südlichen Gegenden auch angebauet.) Mai. Jun. Flor. lactei vel ochroleuci, venis fusco-violaceis picti. Brassica Eruca L. sp. 932. Sinapis Eruca Röhl. D. fl. 2. 360. H.

Subordo II. *LATISEPTAE.* Silicula bivalvis, dehiscens, (turgida, oblonga, ovalis vel globosa, vel a dorso compressa, vel a dorso plana); dissepimentum, latitudine diametri transversalis majoris siliculae, vel, in valde turgidis, paulo tantum angustius.

Trib. IV. *ALYSSINEAE* seu latiseptae pleurorhizeae. Cotyledones accumbentes.

19. VESICARIA (Lam. illustr. t. 559.) Silicula valvulis convexissimis globosa vel ovali-globosa. Dissepimentum parallelum. Stamina, praecipue breviora, basi intus dente obtuso incrassata. Cot. accumbentes.

1. V. UTRICULATA (Lam. l. c.) Siliculis glabris, *foliis* oblongis integerrimis *glabris*, inferioribus ciliatis subspathulatis. ♃ vel ♄. In locis rupestribus ad alpium pedes. (im untern Theile des Cant. Wallis, häufig an dem Giesbache Trient, wo er in die Rhone fällt.) Apr. — Jun. St. h. 48. Flor. lutei. Alyssum utriculatum L. mant. 92. H.

2. V. SINUATA (Poiret enc. 8. 580.) Siliculis glabris, fol. *molliter tomentosis*, caudiculorum oblongo-lanceolatis basin versus attenuatis sinuato-dentatis vel subintegerrimis. ♃ vel ♄. In rupibus et locis lapidosis. (bei Fiume u. auf d. Insel Osero u. Cherso.) Mai. Jun. D. fl. 4. 573. St. h. 66. Flor. lutei. Alyssum sinuatum L. sp. 909. J.

20. ALYSSUM (L. gen. n. 805.) Silicula subrotunda vel ovalis, a dorso compressa vel plana, loculis 1-4 spermis. Filamenta dentata, appendice alaeformi; vel basi intus dente obtuso incrassata; vel breviora utrinque denticulo subulato fulta. Cotyledones accumbentes.

Sect. I. AURINIA Meyer. Filamenta basi intus dente obtuso, instar calli, praecipue in brevioribus conspicuo, obsita. Siliculae loculi 2—4 ovulati. Flor. lutei.

1. A. EDENTULUM (Waldst. et Kit. p. r. h. t. 92.) caule herbaceo erecto ramoso, *racemis paniculatis fructiferis elongatis*, *lamina petalorum semibifida* sinu acuto, filamentis basi intus denticulo obtuso, siliculis glabris lato-ellipticis medio inflatis margine depressis, loculis biovulatis, fol. radicalibus oblongo-obovatis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolatis sessilibus. ⊙. In locis apricis asperis, (im innern Krain u. um Görz.) Mai. Jun. D. fl. 4. 576. St. h. 48. G.

2. A. GEMONENSE (L. mant. 92.) caudiculis fruticulosis, caulibus annuis simplicibus ramosisque, racemis fructiferis elongatis, petalis leviter emarginatis, filamentis basi intus denticulo obtuso, siliculis glabris ovalibus subrotundisve medio inflatis margine depressis, *loculis quadriovulatis*, foliis caudiculorum oblongis in petiolum attenuatis mollissime tomentosis. ♃. ♄. In montosis calcareis, (bei Ponteba, Glemaun oder Gemona, in Oberkärnthen; im Wocheiner- u. Kankerthal, in Krain; auf Osero.) St. h. 66. A petraeum Ard. spec. alt. p. 30. t. 14: icon plantam cultura auctam exhibens. G.

3. A. SAXATILE (L. sp. 908.) caudiculis fruticulosis, caulibus annuis apice racemoso-ramosis, *racemis paniculatis fructiferis abbreviatis*, petalis lato-emarginatis, filamentis basi intus denticulo obtuso, siliculis glabris ovalibus obovatisve planis medio convexis, loculis biovulatis, foliis caudiculorum oblongis in petiolum attenuatis mollissimis. ♃. ♄. In montosis calcareis, (in Unteröstreich, in

Böhmen, Schlesien, Sachsen, in den Baireuther Gebirgen bei Muggendorf.) Apr. Mai. St. h. 66. D. fl. 4. 578. G.

Sect. II. ODONTARRHENA Meyer fl. altaic. 3. p. 58. Filamenta longiora a basi ultra medium margine alato, breviora basi appendice alaeformi instructa. Siliculae loculi 1 ovulati, semen ex funiculo libero dependens.

4. A. ALPESTRE (L. mant. 92.) caulibus herbaceis adscendentibus basi suffruticosis apice racemoso-ramosis, *racemis corymbosis*, petalis retusis, filamentis longioribus alatis, brevioribus basi alato-appendiculatis, siliculis pube adpressa densissima canescentibus, *seminibus* ovalibus uno latere *angustissime alatis*, foliis incanis obovatis oblongisve basi attenuatis. ♃. In subalpinis et alpibus. (Selten auf dem Berge Stock im Nicolaithale des Cant. Wallis.) Jul. Aug. D. fl. 4. 579. St. h. 66. Variat *α*. caule 2—3 pollicari fol. brevioribus obovatis.

β. majus, caule 5—6 pollicari, fol. ratione longitudinis angustioribus: A. alpestre *β*. D. fl. l. c. Sturm h. 66 excl. fig. l. L. semen A. argentei exhibente. A. tortuosum WK. p. r. h. t. 91. DC. syst. 2. 306. A. serpyllifolium MB. t. c. 2. 103.

γ. elatius, caule 6—9 pollicari, fol. spathulatis: A. alpestre *β*. argenteum Gaud. fl. h. 246 excl. syn. (Im Val Tornanche u. Chatillon des Cant. Wallis.)

5. A. ARGENTEUM (Vitman. summ. 4. p. 430.) caulibus herbaceis adscendentibus basi suffruticosis apice racemoso-ramosis, *racemis corymbosis*, petalis retusis, staminibus longioribus alatis, brevioribus basi alato-appendiculatis, siliculis subrotundis ovalibusque pube stellata sparsa scabriusculis, *seminibus* orbicularibus *ala lata cinctis*, fol. obovatis lanceolatisve subtus incanis. ♃. In montibus apricis. (bei Verviers im Gebiete der flor. v. Spa.) Mai. Jun. St. h. 48. h. 66. t. 4. f. l. L. semen. D. fl. 4. 581. — A. argenteum DC. syst. 2. 704. A. murale W. K. p. r. h. t. 6. DC. syst. 2. 305. A. murale MB. t. c. 2. 103. A. obtusifolium Stev. non differunt secundum specim. authentica. A. Bertolonii Desv., journ. bot. 3. 172, eadem planta, ex Bertolonio ipso. G.

Sect. III. ALYSSUM Meyer l. c. Filamenta longiora alata vel edentula; breviora appendice alaeformi aucta vel denticulis fulta. Siliculae loculi biovulati, semina pendula, funiculis basi dissepimento adnatis.

§. 1. Flores lutei.

6. A. MONTANUM (L. sp. 907.) caulibus herbaceis prostratis vel adscendentibus denique basi suffruticosis, *racemis* terminalibus *solitariis* fructiferis elongatis, petalis obtusis retusisve, filamentis longioribus alatis, brevioribus basi alato-appendiculatis, *siliculis* ovalibus vel subrotundis pube stellata densa adpressa *incanis*, foliis incanis lanceolatis inferioribus obovatis. ♃. In rupium fissuris, et locis montosis apricis et in campis arenosis. (in d. Schw. hin u. wieder; in dem Rheingebiete von Basel an; im Gebiete des Maines u. der Mosel; im Donaugebiete v. Regensb. bis Unteröstreich; im Littorale; in Böhmen, Schlesien, Sachsen, Thüringen.) Mai. Jun. D. fl. 4. 582 St. h. 66. Var. fol. inf. obovatis: A. arenarium Lois. not. 96; et fol. angustioribus, omnibus lanceolatis: A. arenarium Gmel. bad. 3. 37.

7. A. Wulfenianum (Bernhardi in litt. ad Willd.) caulibus herbaceis prostratis vel adscendentibus denique basi suffruticosis, *racemis* terminalibus *solitariis*, petalis integris retusisve, filamentis longioribus alatis, brevioribus basi alato-appendiculatis, *siliculis* ovalibus pube stellata adspersis *denique glabris*, fol. lanceolatis obovatisque pube stellata adspersis. ♃. In alpibus. (Kärnthen u. Krain.) Jul. Aug. D. fl. 4. 584. Var. fol. latioribus, St. h. 48, et angustoribus, Reichenb. ic. 1. f. 12. DeC. syst. 2. 310. A. alpestre Wulf. in Jacq. collect. 4. 227. G.

§. Flores pallide lutei, denique albi.

8. A. calycinum (L. sp. 908.) caulibus adscendentibus herbaceis, racemis terminalibus, *calyce persistente*, *filamentis omnibus edentulis*, brevioribus utrinque dente setaceo fultis, siliculis orbicularibus pube stellata brevissima adpressa incanis, fol. incanis lanceolatis basi attenuatis, infimis obovatis. ⊙. In campis, collibus apricis. Mai. Jun. D. fl. 4. 584. St. h. 48. Alyssum campestre MB. t. c. 2. 105. Adyseton calycinum Scop. carn. 2. 13.

9. A. campestre (L. sp. 909.) caulibus adscendentibus herbaceis, racemis terminalibus, calyce deciduo, filamentis longioribus anguste alatis brevioribus basi alato-appendiculatis, *siliculis* orbiculatis pube stellata vel simplici subpatente *hirtis*, fol. incanis lanceolatis basin versus attenuatis, inferioribus obovatis. ⊙. In campis. (im Geb. d. fl. von spa, Lej.!) Mai. Jun. D. fl. 4. 585. St. h. 66. Variat:

β. siliculis hirtis pilis omnibus simplicibus, basi tuberculo minuto insidentibus: Alyssum hirsutum MB. t. c. 2. 106. A. Draba Willd. en. h. b. 2. 672. G.

10. A. minimum (Willd. sp. pl. 3. 464, non L.) caulibus adscendentibus herbaceis, racemis terminalibus, calyce deciduo, *filamentis longioribus edentulis*, *brevioribus alatis* setulaque utrinque fultis, *siliculis* orbiculatis *glabris*, fol. incanis lanceolatis infimis obovatis. ⊙. In arenosis et collibus incultis. (bisher mit Sicherheit blofs in Unteröstreich, früher auch im Cant. Wallis, neuerlich aber nicht wieder gefunden.) Jun. Jul. D. fl. 4. 587. St. h. 48.

21. LOBULARIA (Desvaux journ. bot. 3. 162.) Silicula ut in Alysso. Stamina aptera, edentula. Carpophorum o.

1. L. maritima (Desv. l. c.) ♃. In locis asperis ad littora maris, (bei Fiume. Bartling.) Flor. albi. J.

22. FARSETIA (Brown in h. kew. ed. 2. 4. 97.) Silicula et flos ut in Alysso, sed loculi siliculae sex-et pluriovulati. (Petala in Berteroa Cl. DeCandollii non magis divisa, quam in Alysso edentulo.)

1. F. incana (R. Brown l. c.) caule herbaceo erecto vel adscendente, petalis bifidis staminibus longioribus basi alatis, brevioribus dentatis, siliculis ellipticis convexo-compressis pubescentibus, foliis lanceolatis inferioribus in petiolum attenuatis. ⊙. In collibus apricis, ad vias, agrorum margines. (in allen Provinzen D., aber doch an manchen Orten gar nicht, u. für die Schweiz zweifelhaft.) Jun. in autumn. D. fl. 4. 588. Berteroa incana DC. syst. 2. 291. St. h. 48. Alyssum incanum L. sp. 2. 879. Fl. albi. Variat in lo-

cis humidis umbrosis pubescentia sparsa et hinc herba magis viridi: Berteroa viridis Tausch. Reichenb. fl. exc. p. 672. Longitudo styli, ratione siliculae, valde variabilis.

23. LUNARIA (L. gen. 809.) Silicula subrotunda vel oblonga, a dorso plano-compressa, carpophoro filiformi insidens, dehiscens; funiculi e margine loculi egredientes, dissepimento adnati. Stam. edentula. Cot. accumbentes.

1. L. REDIVIVA (L. sp. 911.) *Siliculis* elliptico-lanceolatis *utrinque acutis*, seminibus reniformibus, longitudine sua duplo latioribus. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (in der ganzen Alpenkette u. auch in den übrigen höhern Gebirgen hin u. wieder.) Mai. Jun. St. h. 48. L. perennis Gmel. bad. 3. 48.

2. L. BIENNIS (Moench meth. 126.) *Siliculis lato-ovalibus* utrinque obtusis, seminibus cordato-subrotundis aeque latis ac longis. ⊙. In sylvis et locis virgultis rupestribus, (im Gebiete der fl. von spa, Lejeune!; bei Durlach, Gmel.; letzterer Standort, so wie die für die Schweiz angegebenen etwas zweifelhaft.) April. Mai. St. h. 48. L. annua L. sp. 911.

24. CLYPEOLA (L. gen. n. 807.) Silicula orbicularis, a dorso plano-compressa, margine applanato cincta, indehiscens, 1 locularis, 1 sperma. Filamenta alato-dentata.

1. C. JONTHLASPI (L. sp. 910.) caulibus diffusis aut adscendentibus. ⊙. Ad litt. maris. (Im östreichischen Littorale nach Host.) Apr. Mai. D. fl. 4. 591. Col. ecphr. t. 284. Fosselina Jonthlaspi All. ped. n. 901. Flor. minimi, lutei, denique albi. Variat siliculis margine hirto-ciliatis et margine glaberrimis. G.

25. PELTARIA. Silicula orbicularis, a dorso plano-compressa, margine filiformi prominulo cincta, indehiscens, 1 locularis, 2—3 ovulata. Filamenta edentula.

1. P. ALLIACEA (L. sp. 910.) fol. caulinis basi profunde cordata amplexicaulibus, siliculis planis reticulato-venosis. ♃. Ad ripas torrentium petrosas subhumidas, (von Steyermark nach Unteröstreich u. Istrien.) Mai.—Jul. D. fl. 4. 590. St. h. 48. Flor. albi. G.

26. PETROCÁLLIS (R. Brown h. kew. ed. 2. 4—93.) Silicula elliptica a dorso compressa: valvulis convexiusculis; loculis 2 spermis. Funiculi ex apice loculi egredientes, toti dissepimento adnati. Filamenta edentula. Carpophorum nullum. Cot. accumbentes.

1. P. PYRENAICA (Brown l. c.) ♃. In summarum alpium jugis, in rupium fissuris et inter lapides. (durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 4. 562. Draba pyrenaica L. sp. 896. D. rubra Crantz cruc. 92. Zizia pyrenaica Roth. man. 2. 896. Flor. rosei vel dilute violacei.

27. DRABA (L. gen. 800.) Silicula oblonga vel elliptica, a dorso compressa, plana, vel valvulis subconvexis tumidiuscula. Filamenta edentula. Funiculi liberi. Cot. accumbentes.

Sect. I. Aïzopsis DC. syst. 2. 332. Radix valida, multiceps. Caudiculi plurimi, inferne foliis emarcidis annorum praeteritorum tecti, apice rosula foliorum termi-

nati et cespitem, plerumque pulvinatum formantes. Folia rigida, setisque rigidis pectinato-ciliata. Flores flavi.

1. D. AÏZOIDES (L. mant. 91.) scapo aphyllo glabro, foliis rigidis linearibus acutiusculis glabris *setis rigidis pectinato-ciliatis, staminibus longitudine corollae, stylo diametrum transversalem siliculae subaequante.* ♃. In locis saxosis et rupium fissuris montium humiliorum et regionum subalpinarum; adscendens usque in alpes editissimas. Mart. — Mai., in alpib. serius. D. fl. 4. 545. Flor. flavi, fere aurei. Variat: siliculis glabris et setuloso-scabris, vel margine tantum setuloso-ciliatis, lanceolatis, ellipticis et fere subrotundis.

α. *alpina;* minor, siliculae 2—3 lineares, pedicellus longitudine siliculae. D. aïzoides St. h. 60. In summis alpibus.

β. *affinis;* maior, flores duplo maiores, siliculae ad 6 lineas longae, pedicelli longiores, tamen silicula non longiores: D. affinis Host. a. 2. 238. St. h. 60. In subalpinis.

γ. *montana;* maior et minor; pedicelli silicula duplo triplove longiores: D. elongata Host. a. 2. 237, ob pedicellos longiores sic denominata, nam planta ipsa saepe vix tripollicaris. In montibus calcareis humilioribus, (auf dem Jurakalk von der Schweiz u. d. Oberelsafs an durch Würtemberg u. längs der Donaugebirge bis Regensburg u. von da (durch die Gebirge der Oberpfalz?) in die Baireuther Gebirge.) Draba aïzoon Wahlenberg carp. 193. — D. lasiocarpa Rochel. pl. ex sicc. est species vere distincta: habitu diverso, foliis latioribus lanceolatis, ciliis validioribus, floribus dimidio minoribus, pallide sulphureis, filamentis pallide e viridi-luteolis superne magis attenuatis et calyce paullo tantum longioribus. In pl. sicca sepala saepe atroviridia et petala in albidum decolorata.

2. D. ZAHLBRUCKNERI (Host. fl. a. 2. 238.) scapo aphyllo glabro, foliis rigidis linearibus acutiusculis glabris *setis rigidis pectinato-ciliatis, staminibus longitudine corollae, stylo diametro transversali siliculae breviore.* ♃. In summis alpibus graniticis. Jun. Jul. D. fl. 4. 544. St. h. 60. D. glacialis H. et K. bot. ztg. 6. 2. 424, non Adams. D. Hoppeana Reichenb. ap. Mösler Hndb. 2. 1. p. 1132. Speciminibus minoribus D. aïzoidis simillima, differt tantum caule paucifloro, pedicellis silicula brevioribus et stylo brevi. Videtur varietas ex loco editissimo Drabae aïzoidis.

3. D. SAUTERI (Hoppe bot. Ztg. 6. 2. 425.) scapo aphyllo glabro, foliis rigidis lanceolatis basin versus attenuatis glabris *setis rigidis ciliatis, staminibus corolla dimidio brevioribus, stylo diametro transversali siliculae breviore.* ♃. In summis alpibus calcareis; (in Salzburg: auf d. Watzmann u. Tennengebirge, Kammerlinghorn u. Hundstöd; in Obersteyermark auf d. hohen Schwab.) Jun. Jul. D. fl. 547. St. h. 60. Variat:

β. scapo pilis patulis pubescente: D. Spitzelii Hopp. ap. St. h. 60. In alpibus prope Lofer inter speciem primariam rarissime, v. Spitzel. G.

Sect. II. LEUCODRABA DC. syst. 2. 342. Radix valida, multiceps. Caudiculi plurimi, inferne fol. emarcidis annorum praeteritorum tecti, apice rosula foliorum terminati, et cespitem plerumque pulvinatum formantes. Fol. molliora, saepissime pube stellata adspersa. Flores albi.

4. D. TOMENTOSA (Wahlenb. helv. p. 123.) scapo subbifolio pe-

dicellisque pilis stellatis pubescentibus, fol. caudiculorum ellipticis basin versus attenuatis *pube stellata tomentosis* postice ciliatis pilis simplicibus, *siliculis* ovalibus oblongisve pilis simplicibus *ciliatis*, stylo brevissimo. ♃. In alpibus altissimis rarius, (Schweiz, Tyrol, Oberbaiern, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. D. fl. 4. 548. St. h. 60. Stylus aeque longus ac latus.

5. D. STELLATA (Jacq. En. Vind. p. 113.) *scapo* subbifolio *superne pedicellisque glabris*, *fol.* caudiculorum lanceolatis ellipticisve basin versus attenuatis *pube stellata subcanescentibus* postice ciliatis pilis simplicibus, siliculis ovalibus glabris, *stylo diametrum transversalem siliculae subaequante.* ♃. In rupibus nudis alpium calcarearum. (auf dem Schneeberge in Oestreich; auf d. Scheiblegger Hochhalm u. Kalbling in Obersteyermark.) Jun. Jul. D. fl. 4. 549. D. stellata Saut. bot. ztg. 8. 1. 71. St. h. 60. D. hirta Jacq. a. 5. t. 432. D. austriaca Crantz a. p. 12. D. saxatilis Koch bot. ztg. 6. 2. 435. Stylo longo ab antecedente; floribus duplo maioribus, multo speciosioribus, a speciebus sex sequentibus statim dignoscitur. G.

6. D. FRIGIDA (Sauter bot. Ztg. 8. 1. 72.) *scapo* subbifolio *pedicellisque pube ramosa laxe adspersis*, fol. caudiculorum lanceolatis ellipticisve basin versus attenuatis *pube stellata subtomentosis* postice ciliatis pilis simplicibus, siliculis oblongis glabris, *stylo brevi vel subnullo.* ♃. In rupibus alpium editiorum, (in der Schweiz u. von da durch Tyrol nach Salzburg, Steyermark u. Kärnthen.) Jul. D. fl. 4. 552. St. h. 60. D. stellata Koch bot. Ztg. 6. 2. 427. DC. syst. 2. 346. D. dubia Sut. 2. 46. Variat:

β. siliculis ciliatis; (Gambsgrube in Kärnthen.)

γ. siliculis pube tenera ramosa obductis. D. stellata β. hebecarpa DC. syst. 2. 346 hucusque nec, nisi in Pyrenaeis lecta.— D. muricella Wahlenberg (D. nivalis Liljebl. D. Liljebladii Wallm.,) Lapponiae et alpibus septentrionis indigena, distinguitur facile a. D. frigida tomento brevissimo, in scapo, pedicellis et calycibus diametro scapi multo breviori.

D. Traunsteineri (Hoppe ap. St. h. 65. D. fl. 4. 582.) ex observationibus Cl. Traunsteineri proles hybrida e D. tomentosa et D. carinthiaca Hoppe. Duos tantum cespites, inter species memoratas crescentes, detexit inventor, quorum siliculae abortu ovulorum omnes steriles fuerunt; in hortum translati proximo anno copiosi floruerunt, siliculae vero semina iterum non perfecerunt. Folia D. tomentosae, scapus, pedicelli, flores et siliculae D. carinthiacae, sed stylus longior D. tomentosae.

7. D. JOHANNIS (Host. a. 2. 240.) scapo subbifloro *superne pedicellisque glabris*, fol. caudiculorum lanceolatis basin versus attenuatis *pube stellata adspersis postice* pilis simplicibus *cilatis*, siliculis lanceolatis utrinque aequaliter attenuatis glabris, stylo brevissimo subnullo. ♃. In summis alpibus graniticis. (Schweiz, Tyrol, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 4. 553. Specimina maiora: D. Johannis Hoppe ap St. h. 60; specimina minora: D. carinthiaca Hoppe bot. Ztg. 6. 2. 437. St. 4. 65. Reichenb. ic. 567—569. D. nivalis DC. syst. 344. Gaud. helv. 4. 256. Reichenb. ic. f. 1045—1047 non Liljebl. Variat:

β. *glabrata*, foliis pube evanida margineque tantum remansa

glabris et postice pilis simplicibus, antice pube brevi ramosa ciliatis: D. Hoppeana Rudolphi ap. Reichenb. fl. exc. p. 666. D. Hoppii Trachsel bot. ztg. 14. 2. 741. St. h. 65.

Draba hirta Gaud. fl. helv. 4. 252, ex speciminibus authenticis a me visis a D. carinthiaca non differt. Suecica vero huius nominis planta siliculis erectis, rachi parallelis et saepe adpressis, et scapo non raro semipedali et altiore, et, observante Wahlenbergio, ante anthesin nutante evidenter discrepat.

8. D. LAPPONICA (Willdenow. herbar. DC. syst. 2. 344.) scapo subbifolio *superne pedicellisque glabris*, fol. caudiculorum lanceolatis basin versus attenuatis *pube stellata adspersis glabrisve margine ad apicem usque pilis longioribus simplicibus furcatisque ciliatis*, siliculis lanceolatis utrinque aequaliter attenuatis glabris, stylo brevissimo subnullo. ♃. In locis petrosis summarum alpium graniticarum, ad nives perennes. (Kärnthen: auf der Scheideckalpe bei Heiligenblut; Schweiz: auf dem Wiggis- und der Sandalp im C. Glarus, unter dem Wendiggletscher am Engelsberg C. Unterwalden, Gemmi C. Bern.) Jul. D. lapponica DC. syst. 2. 344. D. fl. 4. 555. St. h. 65. Wahlenberg fl. suec. p. 400. D. androsacea Wahlenb. fl. lapp. 174, non Willd.; D. ciliaris Wahl. helv. p. 122, non L.; D. fladnizensis Gaud. helv. 4. 253, non Wulf.; D. Wahlenbergii Hartm. scand. ed. 2. p. 177. Simillima antecedentis varietati glabratae, differt ciliis foliorum longioribus; an varietas?

9. D. LAEVIGATA (Hoppe b. ztg. 6. 2. 441.) *scapo* aphyllo vel uni-bifolio, *pedicellis foliisque glaberrimis*, fol. caudiculorum lanlanceolatis basin versus attenuatis, siliculis oblongo-lanceolatis. ♃. In summis alpibus. (Kärnthen: in der Fleifs bei Heiligenblut, in u. zwischen Rasen der Voitia nivalis.) Jul. D. fl. 4. 556. St. h. 65. G.

10. D. FLADNIZENSIS (Wulfen in Jacq. misc. 1. 147.) scapo aphyllo vel unifolio pedicellisque glabris, *fol.* caudiculorum basin versus attenuatis *glabris pilis rigidis simplicibus ciliatis*, siliculis oblongo-lanceolatis glabris, *stylo subnullo.* ♃. In summis alpibus ad nives perennes. (Kärnthen: auf dem Leitensteig über Fladnitz, Reichenaugarten, Gamsgrube am Glockner; Tyrol: am Geisstein, Dornspitz, Wormscrjoch; Salzburg: bei dem Fuscherbade; Schweiz: im Thale Bagnes u. auf dem Suleck.) Jul. D. fl. 4. 556. St. h. 65. D. helvetica Schleich.! bot. ztg. 6. 2. 439. DC. syst. 2. 345. D. sclerophylla Gaud. helv. 4. 255. D. nivalis Ser. exs.! non Lilj.

11. D. CILIATA (Scopoli carn. ed. 2. 2. p. 6.) scapo bi-trifolio, fol. subcoriaceis *glabris margine cartilagineo denticulatis et setoso-ciliatis*, rosularum obovatis breviter acuminatis, scapi oblongis, *siliculis linearibus* pedicellis scapoque glaberrimis. ♃. In locis rupestribus lapidosis, (Krain, auf dem Monte Nanas, zwischen Prewald u. der Kapelle des heiligen Hieronymus.) Mai. Jun. D. fl. 4. 557. St. h. 60. D. androsacea Willd. sp. 3. 428. D. fladnizensis DC. syst. 2. 345? Planta, quod genus attinet, dubia, et ex fructu maturo, a me nondum viso, accuratius determinanda: fructus immaturus est siliqua linearis, semina videntur uniserialia, et valvulae nervo dorsali valido instructae sunt; an igitur ad Arabidis genus releganda? G.

Sect. III. Ho-

Sect. III. Holarges DC. s. 2. 348. Radix simplex annua vel biennis vel saltem haud longaeva. Fasciculi foliorum steriles nulli vel paucissimi. Caulis foliosus, ramosus. Flores albi vel flavicantes, petalis integris vel emarginatis.

12. D. muralis (L. sp. 643.) *caule ramoso folioso*, fol. caulinis ovatis amplexicaulibus, *pedicellis horizontaliter patentibus* silicula glabra duplo longioribus, radice simplici. ⊙. In solo saxoso montium et declivium virgultorum, ad muros umbrosos, (im Rheingebiete von Basel bis nach den Niederlanden, zwar gesellschaftlich, aber nur stellenweise und oft in weiten Entfernungen, und eben so in Thüringen, Schlesien u. Böhmen.) Mai. Jun. D. fl. 4. 558. St. h. 60. D. nemorosa All. ped. 1. p. 244. Flor. albi. — D. nemoralis Ehrh., St. h. 60, in Hungaria obvia, diff. floribus flavicantibus, pedicellis silicula puberula multoties longioribus.

13. D. incana (L. sp. 897.) *caule multifolio*, fol. integerrimis dentatisve, radicalibus rosulatis lanceolatis, caulinis superioribus ovatis, *petalis calyce plus duplo longioribus, siliculis* pedicello longioribus oblique *tortis* glabris pubescentibusque. ⊙. In asperis petrosis, (bisher blofs an dem Fufse des Ganterisch in der Gegend von Rüggisberg in d. Schw.) Mai. Jun. Reichenb. ic. 8. f. 1028-32. St. h. 60. D. contorta Ehrh. beitr. 7. 155. Stirps saepe rosulis foliorum sterilibus per plures annos durans. Flor. albi, siliculae plerumque glabrae. Variat vero:

β. siliculis puberulis: D. incana α Wahlenb. suec. p 398. H.

14. D. confusa (Ehrh. beitr. 7. 155.) *caule multifolio*, fol. integerrimis dentatisve radicalibus rosulatis lanceolatis caulinis superioribus oblongo-lanceolatis, *petalis calyce sesquilongioribus siliculis* pedicello longioribus *planis* pubescentibus. ⊙. In locis asperis, (im Schleherngebirge des südl. Tyrols; in St. Nicolai u. Saasthale im C. Wallis.) Mai. Jun. D. fl. 4. 559. St. h. 60. Reichenb. ic. 8. f. 1033. D. confusa DC. syst. 4. p. 348. Flor. albi. Caulis in hac saepe a basi ramosus, rosulae foliorum radicalium steriles nullae, pubescentia brevior, flores dimidio minores, quam in antecedente.

Sect. IV. Erophila DC. syst. 2. 356. gen. 29. Radix simplex, annua. Fol. radicalia rosulata. Scapi nudi. Petala alba, semibifida.

15. D. verna (L. sp. 896.) scapis aphyllis superne pedicellisque glabris, fol. radicalibus lanceolatis acutis basi attenuatis, siliculis oblongis subrotundisve pedicello brevioribus, stylo brevissimo, *lamina petalorum semibifida*. ⊙. In locis apertis, tam incultis, quam cultis ubique. Mart. April. D. fl. 4. 569. St. h. 4. Erophila vulgaris DC. syst. 2. 356. Variat:

β. siliculis subrotundis: D. spathulata Lang., Hoppe in St. h. 60. Erophila praecox Reichenb. fl. exc. p. 665. an Stev.? — Planta a Cl. Lang denominata pedicellos elongatos habet, ut planta vulgaris; Stevenii pedicellis (ex descriptione in syst. DC.) silicula vix longioribus instructa est.

28. COCHLEARIA (L. g. 803.) Silicula ambitu subrotunda vel elliptica, valvulis, maxime convexis, turgida vel globosa: valvulae nervo longitudinali perspicuo et magis minusve prominulo. Filamenta edentula, superne recta. Cotyled. accumbentes, quandoque

obliquae. (Silicula mox parum a latere, mox parum a dorso compressa.) Flor. omnium albi.

1. C. OFFICINALIS (L. sp. 903.) *fol. radicalibus* petiolatis *lato-ovatis* incisura *levi subcordatis*, caulinis ovatis dentatis, *superioribus basi profunde cordata amplexicaulibus.* ⊙. Ad littora maris et fontes salsos, (an der Seeküste der Nord- u. Ostsee; im Binnenlande: Soden bei Frankfurt a. M.; Diesen in Westphalen; Hohenstein u. Velten im Baireuthischen, Klevers in Oberschwaben u. an mehreren Orten im Würtembergischen; Basel u. Bex in d. Schw. Moosbrunn bei Wien.) Mai. Jun. D. fl. 4. 563 St. d. t. 135, siliculae globosae a latere parum compressae. Variat:

β. siliculis ellipticis latitudine sua duplo longioribus, pedicellis siliculae longitudine vel paulo longioribus.

2. C. PYRENAICA (DeCand. syst. 2. 365.) *fol. radicalibus* petiolatis fere omnibus *reniformibus* transverseque latioribus sinu profundo cordatis, caulinis paucis dentatis, *supremo sessili.* ⊙. (In der grünen Au bei Marienzell in Steyermarck v. Frölich.) Valde similis C. officinali; differt fol. fere omnibus reniformibus, et caule subnudo; siliculae non differunt, etiam in specim. pyrenaicis, quae cum styriaco omnino conveniunt. An h. l. C. grönlandica Host. a. 2. p. 235?

3. C. DANICA (L. sp. 2. 903.) fol. *omnibus petiolatis*, radicalibus cordatis, caulinis tri-quinquelobisve, *superioribus ovato-hastatis* in petiolum brevem repandis. ⊙. Ad litt. maris (Holstein u. Oldenburg.) Mai. Jun. D. fl. 4. 564. Fl. d. t. 100.

4. C. ANGLICA (L. sp. 903.) fol. radicalibus petiolatis *ovato-oblongis* ovatisve basi rotundatis vel in petiolum attractis, caulinis oblongis dentatis integerrimisque, *superioribus basi profunde cordata amplexicaulibus.* ⊙. Ad litt. maris. (Bremen, Holstein, Mecklenburg.) Mai. Jun. D. fl. 4. 565. Engl. bot. 2403. Fol. basi rotundatis vel in petiolum protractis siliculisque plus quam duplo maioribus a C. officinali differt.

29. ARMORACIA (Flora der Wetterau 2. 426.) Silicula nervo dorsali destituta, reliqua generis Cochleariae. — Genus cum Nasturtio arcte conjunctum; et nulla nota generica differunt Nasturtia siliculis globosis vel ellipticis, hinc forte cum Armoracia, praeeunte Meyero, conjungenda sunt.

1. A. RUSTICANA (Fl. wett. l. c.) siliculis globosis, fol. radicalibus cordatis vel ovato-oblongis crenatis, caulinis inferioribus pectinato-pinnatifidis, superioribus ovato-lanceolatis crenato-serratis, supremis linearibus subintegris. ♃. Ad ripas et sepes humidas, (vielleicht an den meisten Orten bloſs verwildert.) Jun. Jul. D. fl. 4. 567. Schk. l. 181. Cochlearia Armoracia L. sp. 904. C. rusticana Lam. fl. fr. 2. 471. Raphanis magna Moench. meth. 267. Flor. albi.

Specimen authenticum A. macrocarpae, ex Cl. Presl., fl. cech. 132, in Bohemia provenientis, nondum vidi. Floribus fructibusque duplo maioribus et fol. omnibus indivisis, radicalibus lato-cordatis dignoscitur.

30. KERNÉRA (Medikus in Ust. n. annal. 2. 42.) Silicula valvulis convexissimis turgida, subglobosa. Filamenta longiora a basi

ad medium parallela, recta, in medio rectangule ad latera fracta, divaricata et arcuato-adscendentia. Sem. in eodem loculo cotyledonibus accumbentibus, obliquis et incumbentibus instructa reperiuntur.

1. K. SAXATILIS (Reichenb. bei Mösl. handb. 2. 1142.) ♃. In saxosis et rupestribus subalpinis et alpinis; cum fluviis in planities descendens. Jun.-Aug. D. fl. 4. 568. Jacq. a. t. 128. Myagrum saxatile L. sp. 894. Alyssum alpinum Scop. c. 2. 9. A. myagrodes All. ped. 1. 241. A. rupestre Willd. en. h. b. 2. 612. Cochlearia saxatilis Lam. enc. 2. 165. Camelina saxatilis Pers. syn. 2. 191. Kernera myagrodes Medik. l. c. Flor. albi. Var.:

β. fol. caulinis basi auriculatis; Cochlearia auriculata Lam. enc. 2. 165. Myagrum alpinum Lap. abr. 362. M. auriculatum DC. fl. fr. suppl. 597. Kernera auriculata Reichenb. l. c. Varietates α et β in una radice vidi.

Trib. V. *CAMELINEAE*, seu latiseptae notorhizeae.

31. CAMELÍNA (Crantz a. 1. 70. DC. syst. 2. 514.) Silicula turgida, pyriformis, vel cuneata: valvulae valde convexae, apice in processum linearem, stylo inferne applicatum, protractae; dissepimentum valvulis dejectis, stylo orbatum, alteri valvulae nunc adhaerente. Cot. incumbentes.

1. C. SATIVA (Crantz l. c.) siliculis pyriformibus, fol. caulinis intermediis *oblongo-lanceolatis integerrimis vel denticulatis* basi sagittatis. ⊙. In campis, agris, locis arenosis. Jun. Jul. D. fl. 4. 570. St. h. 4. Myagrum sativum L. sp. 894. Variat:

α. *pilosa*. DC. syst. 2. 516. C. silvestris Fries nov. ed. 2. 199; haec varietas, siliculis dimidio minoribus, est: C. microcarpa Andrz. ap. Reichenb. fl. exc. 673. C. sylvestris Wallr. sched. 347. Specimina siliculis maioribus et dimidio minoribus in uno eodemque campo mixta reperiuntur.

β. *subglabra:* C. sativa β. glabrata DC. syst. 2. 516, et fere omnia syn. supra allegata huc referenda. C. sativa var. β. Fries nov. l. c.

2. C. DENTATA (Pers. syn. t. p. 191.) siliculis pyriformibus, fol. caulinis intermediis lineari-oblongis *sinuato-dentatis pinnatifidisve postice attenuatis* basi sagittata iterum dilatatis. ⊙. In agris inter Linum. Jun. Jul. D. fl. 4. 570. C. pinnatifida Hornem. h. hafn. 2. 598. Myagrum pinnatifidum Ehrh. dec. 16. M. dentatum Willd. phyt. 1. p. 9. n. 30. M. Bauhini Gmel. bad. 3. p. 7. M. sativum γ Linn. sp. 894. Semina duplo majora, quam in antecedente.

Trib. VI. *SUBULARIEAE* seu latiseptae diplecolobeae. Cotyledones medio replicatae vel bicrures: in directione radiculae scilicet assurgunt, ut in embryone recto, tunc vero contra radiculam replicantur, dum una alteri incumbit.

32. SUBULARIA (L. syn. 709.) Silicula ovali-oblonga, turgida, a latere subcompressa: valvulae medio in carinam obtusam plicatae, enerviae; loculi pluriovulati. Cot. lineares, medio replicatae.

1. S. AQUATICA (L. sp. 896.) ⊙. In piscinis sub aqua, et, aqua aestate exsiccata, ad margines piscinarum, (in Holstein und im Bi-

schofsweyer bei Erlangen.) Jun. Jul. Sub aqua clandestine floret; extra aquam flores parvi albi explicantur. G.

Subordo III. *ANGUSTISEPTAE.* Silicula bivalvis dehiscens, a latere compressa, valvulis navicularibus, dorso carinatis vel alatis. Dissepimentum angustum, lineare vel lanceolatum, utrinque attenuatum.

Trib. VI. *THLASPIDEAE*, seu angustiseptae pleurorhizeae.

33. THLASPI (L. gen. 802.) Silicula a latere compressa, ovalis vel obovata, juxta stylum plus minusve emarginata: loculi bi-pluriovulati; valvulae naviculares, dorso alatae. Filamenta edentula. Petala aequalia vel parum inaequalia. Cotyl. accumbentes. — Flores omnium specierum albi, exceptis ultimis duabus.

1. T. ARVENSE (L. sp. 901.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis oblongis basi sagittata sessilibus, ovarii loculis multiovulatis, caule superne ramoso, *seminibus arcuato-rugosis.* ⊙. In terra culta, ad vias, ruderata. Majo in autumn. D. fl. 4. 525. Fl. dan. 793. — Stigma subsessile.

2. T. ALLIACEUM (L. sp. 901.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis oblongis basi sagittata sessilibus, ovarii loculis multiovulatis, caule superne ramoso, *seminibus foveolato-reticulatis.* ⊙. In agris, (bei Berchtesgaden im Salzburgischen; im östreichischen Friaul; in Holstein.) Mai. Jun. D. fl. 4. 525. Jacq. ic. rar. t. 121. St. h. 65. — Stigma subsessile. G.

3. T. PERFOLIATUM (L. sp. 2. 902.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis cordatis sessilibus, ovarii *loculis quadriovulatis, caule ramoso*, seminibus laevibus. ⊙. In agris, solo calcareo et argillaceo. April. Mai. D. fl. 4. 526. St. h. 65. — Specimina pusilla: T. alpestre Gmel. bad. 3. p. 28. t. 1. — Stigma subsessile.

4. T. ALPESTRE (L. sp. 903.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis cordatis sessilibus, *radice multicipite*, caudiculis brevibus in cespitem coarctatis, caulibus simplicibus, ovario 8—16 ovulato, siliculis triangulari-obcordatis basin versus attenuatis, *ala valvularum antice latitudine loculi, sinu emarginaturae dilatato* octavam partem siliculae attingente. ♃. In montosis lapidosis, virgultis, in rupium fissuris, (im Jura; im Wallis; im Oberelsafs; in der Rheinpfalz auf d. Donnersberge; in Hessen bei Herborn; bei Achen; in den Gebirgen bei Halle; bei Dresden; in Böhmen.) Apr. Mai. D. fl. 4. 527. St. h. 62. T. caerulescens Presl. cech. 133. T. montanum Poll. palat. 213. Leers herb. 145. T. praecox fl. d. spa. T. calaminare et alpestre Comp. fl. belg. 2. 306. 307, ex specim. Antherae primum luteae, *mox purpureae, denique atrae.* Stamina plerumque longitudine petalorum, rarius paulo breviora.

5. T. PRAECOX (Wulf. in Jacq. coll. 2. p. 124. t. 9.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis oblongo-cordatis sessilibus, *radice multicipite*, caudiculis brevibus in cespitem coarctatis, caulibus simplicibus, ovariis 8-10 ovulatis, siliculis obcordatis basin versus angustatis, *ala valvularum antice latitudine loculi, sinu emarginaturae angusto* quartam partem siliculae attingente. ♃. In

collibus et montosis, solo calcareo, (im Littorale, von Friaul bis Fiume.) Mart. April. D. fl. 4. 528. St. h. 65, sed in fig. f. siliculae sinus haud satis profundus conspicitur. T. montanum Scop. carn. 2. p. 18. T. montanum β. praecox DC. syst. 2. 380. Planta tota glauca, calycibus purpureis. Stylus longus. G.

6. T. MONTANUM (L. sp. 902.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis cordatis sessilibus, *radice multicipite*, caudiculis elongatis stoloniformibus, caulibus simplicibus, *ovario quadriovulato*, siliculis subrotundo-obcordatis basi rotundatis. ♃. In montosis, petrosis, virgultis, solo calcareo, (im Jura u. mit dem Jurakalk durch Schwaben, Franken u. das Baireuthische; in den Thüringer Gebirgen; in Sachsen, Böhmen u. Schlesien: überall nur an einzelnen Stellen, aber daselbst gesellschaftlich.) Apr. Mai. ♃. D. fl. 4. 529. St. h. 65. Stylus longus.

7. T. ALPINUM (Jacquin austr. 3. 22.) racemis fructiferis elongatis, fol. caulinis cordatis sessilibus, *radice multicipite*, caudiculis elongatis stoloniformibus, caulibus simplicibus, ovario 8-16 ovulato, siliculis oblongo-obcordatis basin versus attenuatis, *ala valvularum loculo dimidio breviore*. ♃. In pascuis alpinis, (auf den Alpen des C. Wallis u. von Kärnthen, Steyermark u. Oestreich.) Apr. Mai., in alp. alt. serius. D. fl. 4. 531. T. montanum DC. 2. 380. T. sylvium Gaud. helv. 4. 221; hoc certe non differt. T. alpinum Schleicheri, ex speciminibus ab ipso acceptis.

8. T. ROTUNDIFOLIUM (Gaud. helv. 4. 218.) *racemis fructiferis umbelliformibus abbreviatis*, fol. caulinis superioribus sessilibus basi *auriculato-amplexicaulibus*, radice multicipite, caulibus simplicibus ovario . . . . . ovulato, siliculis oblongo-obovatis obtusissimis leviterve emarginatis, ala marginali angusta. ♃. Inter lapides deciduos et in glareis summarum alpium, praecipue ad moles glaciales, (vom Cant. Waad durch die Berner Alpen, Graubünden u. bis zum Bodensee; sodann durch Tyrol nach Oberbayern, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 4. 533. Iberis rotundifolia L. sp. 905. Hutchinsia rotundifolia R. Br. h. kew. ed. 2. 4. 82 Noccaea rotundifolia Moench. supp. 89. Reichenb. fl. exc. p. 663. Stylus, ut in antecedentibus, porrectus, longus. Flor. dilute violacei, rarissime albi.

9. T. CEPEAEFOLIUM (Koch D. fl. 4. 534.) *racemis fructiferis umbelliformibus abbreviatis*, fol. caulinis superioribus sessilibus basi *exauriculatis* radice multicipite, caulibus simplicibus, ovario 8-12 ovulato, siliculis oblongo-obovatis truncatis leviterque emarginatis, ala marginali angusta. ♃. In alpibus, (bisher blofs im Rabelthal an den Galmeigruben unter der Vitriolwand in Kärnthen.) Initio Mai post primum nivium deliquium. D. fl. 4. 534. Iberis cepeaefolia DC. syst. 2. 386. Noccaea cepeaefolia Reichenb. fl. exc. p. 663? folia enim acute auriculata vocantur. Flores dilute violacei. G.

34. TEESDALIA (R. Brown h. kew. ed. 2. 83.) Silicula a latere compressa, subrotunda vel ovalis: loculi biovulati; valvulae naviculares, dorso alato-carinatae. Filamenta longiora basi appendice foliacea. Cot. accumbentes. — Flores albi.

1. T. NUDICAULIS (R. Brown l. c.) petalis inaequalibus. ⊙. In agris et campis, inque sylvarum et ericetorum locis sterilissimis,

solo arenario. Apr. Mai., et caules secundarii in aestatem usque. D. fl. 4. 538. St. h. 11. Teesdalia Iberis DC. syst. 2. 392. Iberis nudicaulis L. sp. 907. Guepinia nudicaulis Bast. suppl. 35. Lepidium scapiferum Wallr. sched. 1. 344. Planta, caulibus secundariis instructa, est status magis evolutus, nec varietas.

35. IBÉRIS (L. gen. 814.) Silicula a latere compressa, ovalis vel obovata: loculi 1 spermi; valvulae naviculares, dorso alato-carinatae. Filamenta edentula. Pet. valde inaequalia, florum exteriorum radiantia. Cotyl. accumbentes.

1. I. SAXATILIS (L. sp. 905.) *fruticosa*, fol. sparsis linearibus integerrimis basin versus angustioribus subcarnosis acutis mucronatisve, inferioribus obtusis, corymbis fructiferis subracemosis, siliculis ovalibus truncato-emarginatis, *lobis obtusis*. ♄. In saxosis, rupium fissuris, (bisher blofs auf dem, im C. Solothurn gelegenen Theile des Juragebirges, aber daselbst in Menge.) Jun. Gaud. helv. 6. 360. Column. ecphr. t. 277. f. 1. Flores albi. H.

2. I. UMBELLATA (L. sp. 2. 906.) herbacea, fol. lanceolatis acuminatis *integerrimis*, inferioribus obsolete dentatis, siliculis umbellato-aggregatis ovalibus bifidis, *lobis* ovatis in apicem subulatum *acuminatis loculum aequantibus* porrectis. ⊙. In locis incultis, rupestribus, (bisher blofs im östr. Littorale; in der Schweiz zweifelhaft.) Jun. D. fl. 4. 535. Flores carnei.

3. I. DIVARICATA (Tausch bot. ztg. 14. 1. p. 213.) herbacea, fol. lineari lanceolatis acutis *integerrimis*, siliculis racemosis subrotundo-ovatis antice emarginato-bilobis, *lobis acuminatis loculo multo brevioribus* porrectis. ⊙. In montosis, (bei Boppard am Rheine, Wirtgen!, u. im östr. Littorale, Sieber.) Jun. Jul. I. amara Scop. carn. 2. p. 16. Rami divaricati, ut in I. linifolia, quae statim dignoscitur siliculis in corymbum brevem umbelliformem congestis, lobis earum divaricatis et foliis angustioribus. Flores albi. G.

4. I. AMARA (L. sp. 2. 906.) herbacea, fol. oblongis obtusis in petiolum cuneato-attenuatis antice *utrinque bi-tridentatis*, dentibus ovatis obtusis, siliculis racemosis suborbiculatis crena emarginatis, *lobis* triangularibus acutis *porrectis*. ⊙. In agris et arvis, solo calcareo, (in der südl. Schweiz, sodann von Basel durch das Rheinthal bis Bingen; bei Spa; im Mainthale v. Würzburg bis Wertheim; in Thüringen bei Halle; in Krain u. im Littorale.) Jun. in autumn. D. fl. 4. 536. Flores lactei. Variat fl. maioribus et minoribus, racemis fructiferis longioribus et brevioribus, et

β. minor, fol. angustioribus, calyce violaceo et petalis in violaceum vergentibus, et caule purpurascente: I. ruficaulis Lej. fl. d. spa. 2. 58. I. amara β. comp. fl. belg. 2. 311. Inter plantam vulgarem occurrit.

5. I. PINNATA (L. sp. 2. 907.) herbacea, fol. caulinis linearibus antice utrinque bi-tridentatis, dentibus elongatis linearibus obtusis, siliculis umbellato-aggregatis ovalibus antice sinu lato truncatis, *lobis* triangularibus acutis *divaricatis*. ⊙. In rupestribus calcareis, (bei Triest u. Wien; für die Schweiz etwas zweifelhaft.) Jun. Jul. D. fl. 4. 537.

36. BISCUTELLA (L. gen. n. 808.) Silicula a latere planocompressa, basi apiceque emarginata vel apice in stylum acuminata bilocularis: loculis 1 spermis; valvulae orbiculares, scutellum geminum referentes, denique a dissepimento solubiles, sed semen non demittentes. Cot. accumbentes. — Flores flavi.

1. B. HISPIDA (DC. dissert. n. 3. t. 1. f. 1.) *calyce bicalcarato, calcaribus cylindricis*, siliculis basi apiceque emarginatis, caule hispido. ⊙. In apricis, (bisher blofs auf der Insel Veglia.) Jun. Jul. D. fl. 4. 502. J.

2. B. LAEVIGATA (L. mant. 225.) *calyce basi ecalcarato*, siliculis basi apiceque emarginatis, fol. radicalibus oblongis in petiolum attenuatis dentatis integerrimisque, caulinis oblongis basi rotundata semiamplexicauli sessilibus, superioribus linearibus. ♃. Ubique in subalpinis et alpibus usque ad nivem aeternam, etiam in montibus humilioribus et planitiebus (durch d. ganze Alpenkette u. in den Flächen um Strasburg, von Oberschwaben, Oberbayern bis nach Oestreich; sodann in den Gebirgen bei Creuznach an der Nahe, am Unterharze, in Thüringen bis Magdeburg, Sachsen, Schlesien und Böhmen.) Jul. Aug. D. fl. 4. 503. Jacq. a. t. 339. B. alpestris W. et K. pl. r. h. 3. 253. B. ambigua Wallr.! sched. 338. Variat: fol. radical. latioribus, fere subobovatis, et lineari-oblongis, integerrimis, dentatis, sinuato-dentatis, setulis tenuioribus et validioribus adspersis, et glabris. Haec ultima varietas

β. glabra: B. laevigata β. glabra Gaud. helv. 4. 235, et B. lucida DC. syst. 2. 414, si folia nitida. Variat porro

γ. scabra; fructibus scabris: B. saxatilis Schleich. exs. DC. syst. 4. 690. Reichenb. ic. f. 840. B. longifolia Vill. delph. 3. 305. B. subspathulata Sut. h. 2. 312. B. didyma Scop. carn. ed. 2. 2. p. 14.

δ. macrocarpa; fructibus duplo maioribus laevibus scabrisve.

ε. hispidissima; fol. setulis validioribus hispidis: B. ambigua DC. diss. t. 9. Reichenb. ic. f. 839. (Folia grosse dentata et basi evidentius auriculata in forma vulgari non raro quoque reperiuntur.)

Siliculae plantae vulgaris, licet latiores sint, quam longae, versus basin tamen quandoque angustiores apparent: B. obcordata Reichenb. ic. f. 836.

Trib. VII. *LEPIDINEAE*, seu angustiseptae notorhizeae.

37. LEPIDIUM (Linn. gen. n. 801.) Silicula a latere compressa, oblonga, subrotunda, vel ovata: loculi 1 spermi; valvulae naviculares, dorso carinatae, vel alatae. Filamenta edentula. Petala aequalia. Cot. incumbentes, planae. Flor. albi.

Sect. 1. CARDARIA. Silicula ovato-cordata, valvis subturgidis, stylo filiformi.

1. L. DRABA (L. sp. ed. 1. 645.) *silicula cordata aptera* valvis turgidis subdidyma, stylo dissepimentum aequante, fol. oblongis repando-dentatis, radicalibus in petiolum attenuatis, caulinis basi sagittata amplexicaulibus. ♃. In pascuis, ad vias, aggeres, (Oestreich u. durch Böhmen, Schlesien, Sachsen, nach Thüringen; auf der Rheinfläche von Speyer bis Mainz u. Frankfurt; bei Bonn; überall blofs an einzelnen Stellen, daselbst aber gesellschaftlich.)

Mai. Jun. D. fl. 4. 509. Jacq. a. t. 315. Cochlearia Draba L. sp. ed. 2. 904. Cardaria Draba Desv. journ. 3. 163. Cardiolepis dentata Wallr. sched. 1. 340. Draba ruderalis Baumg. trans. 2. 232. G.

Sect. 2. CARDAMON. Silicula suborbicularis, vel ovalis, emarginata. Styl. subnullus. Cot. tripartitae.

2. L. SATIVUM (L. sp. 899.) Siliculis subrotundo-ovalibus alatis obtusis emarginatis *rachi adpressis*, fol. inferioribus petiolatis irregulariter incisis lobatis pinnatis, bipinnatisve, superioribus sessilibus linearibus indivisis. ⊙. Colitur ad acetaria et occurrit hinc inde in ruderatis. Jun. Jul. D. fl. 4. 511. Hayn. arzg. 6. 11. Variat:

β. crispum; fol. margine crispis: L. sativum β. crispum. L. sp. 899. St. h. 9.

γ. latifolium; foliorum lobis latioribus, vel foliis inferioribus integris. L. sativum latifolium. DC. syst. 2. 534. C. Bauh. pr. p. 104. ic. . Colit.

Sect. 3. LEPIA. Silicula ovalis, vel suborbiculata, alata, emarginata; stylus evidens. Habitus Thlaspium.

3. L. CAMPESTRE (R. Brown h. kew. 4. 88.) *siliculis papuloso-punctatis* ovatis a medio lato-alatis apice rotundatis emarginatis, fol. cano-pubescentibus, radicalibus oblongis in petiolum angustatis basi sinuato-dentatis, caulinis denticulatis basi sagittatis amplexicaulibus. ⊙. In arvis, locis cultis, solo calcareo et argillaceo. Jun. Jul. D. fl. 4. 510. Tabernaem. 849. Thlaspi campestre L. sp. 902. Iberis campestris Wallr. sched. 341.

Sect. 4. DILEPTIUM. Silicula ovalis vel subrotunda, emarginata, apice anguste alata; cotyledones integrae; styl. subnullus.

4. L. PERFOLIATUM (L. sp. 897.) siliculis subrotundo-ellipticis apice anguste alatis emarginatis; fol. inferioribus petiolatis pinnatis, pinnis multifidis, *superioribus* sessilibus *indivisis profunde cordatis amplexicaulibus.* ⊙. In pratis, ad agrorum et viarum margines, (bisher blofs in Unteröstreich.) Mai. Jun. D. fl. 4. 512. Jacq. a. t. 346. G.

5. L. RUDERALE (L. sp. 900.) *siliculis patentibus subrotundo-ovalibus obtusis* apice anguste alatis emarginatis, *fol. inferioribus* petiolatis *pinnatis bipinnatisque, superioribus sessilibus linearibus* indivisis, floribus diandris apetalis. ⊙. Ad vias, muros, circa pagos et in plateis desertis, (in der Schweiz u. in allen D. Provinzen hin u. wieder.) Jun.-Aug. Fl. dan. t. 184. Nasturtium ruderale Scop. c. 2. 13. Senkenbergia ruderalis fl. wett. 2. 432.

Sect. 5. LEPIDIASTRUM. Silicula ovata vel subrotunda, vix emarginata, aptera; cot. integrae; styl. subnullus.

6. L. GRAMINIFOLIUM (L. sp. 900.) *siliculis ovatis acutis* stylo brevi coronatis, fol. radicalibus oblongis vel spathulatis in petiolum angustatis serratis vel basi pinnatifidis, caulinis superioribus linearibus indivisis. ⊙. In collibus incultis, ad muros, vias; (auf der Rheinfläche u. durch die Gebirge der Nahe u. Mosel bis nach den Niederlanden; sodann im Littorale; im südlichen Tyrol; u. d. Wallis.) Jun. in autumn. D. fl. 4. 513. Lep. graminifolium L. ex

herbario et descript. in sp. pl. L. Iberis Poll. p. 2. 209. DC. syst. 2. 551. Stamina constanter sex perfecta vidi. In Lep. Iberide L. flores diandri sunt. — L. Pollichii Roth tent. fl. g. 2. 2. 91., L. incisum Roth n. beitr. 1. 224, non in Germ., sed in Sibiria et ad Caucasum provenit.

7. L. LATIFOLIUM (L. sp. 899.) *siliculis subrotundis* leviter emarginatis pubescentibus, *fol. indivisis* crenato-serratis, radicalibus ovatis obtusis longe petiolatis, superioribus ex ovata basi lanceolatis. ♃. In alpibus, ad littora maris et ad salinas, (im Cant. Waad auf dem Prapioz, Panerossaz; an Felsen des Hohenegen bei Engen in Oberschwaben; u. hin u. wieder auf den Ebenen, am Seestrande v. Holstein u. Mecklenburg, u. an d. Salinen von Soden.) Jun. Jul. D. fl. 4. 516.

38. HUTCHINSIA (R. Brown h. kew. ed. 2. v. 4. p. 82 exclus. spec.) Silicula a latere compressa, oblonga, vel subrotunda, integra, vel subemarginata: loculi dispermi; valvulae naviculares, dorso apterae. Filamenta edentula. Cot. incumbentes, planae. (in H. petraea embryo oblique pleurorhizeus est.) Flores albi.

1. H. ALPINA (R. Brown h. kew. l. c.) fol. pinnatis, *caule simplici nudo*, petalis calyce duplo longioribus, siliculis oblongis utrinque *acutis stylo brevi terminatis*. ♃. In glareosis humidis et ad rivos alpium solo calcareo; cum fluviis in planities descendens; (durch d. ganze Alpenkette.) Apr. Mai. in montibus altioribus Jul. Aug. D. fl. 4. 518. Jacq. a. t. 137. St. h. 20. Lepidium alpinum L. sp. 2. 898. L. Halleri Crantz a. 1. p. 8. Noccaea alpina Reichenb. fl. exc. p. 663.

2. H. BREVICAULIS (Hoppe ap. St. h. 65.) fol. pinnatis, *caule simplici nudo*, petalis calyce duplo longioribus, siliculis oblongo-obovatis *obtusis stigmate sessili*. ♃. In locis glareosis udis et ad rivos alpium altiorum graniticarum; (in Kärnthen, Salzburg, Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 4. 519. Noccaea brevicaulis Reichenb. fl. exc. p. 663. G.

3. H. PETRAEA (R. Brown l. c.) fol. pinnatis; *caule ramoso folioso*, petalis calyce parum longioribus, siliculis ellipticis obtusis. ⊙. In rupibus earumque fissuris, in collibus siccis, apricis, solo calcareo, (im Littorale, Oestreich, Salzburg, Thüringen, Oberelsafs bei Ruffach, Rheinpfalz blofs bei Callstadt, in d. Schw. hin u. wieder.) Apr. Mai. D. fl. 4. 520. St. h. 65. Lepidium petraeum L. sp. 899. L. Linnaei Crantz a. 1. p. 9. Teesdalia petraea Reichenb. fl. exc. p. 659.

39. CAPSELLA (Medikus, DC. syst. 2. 383.) Silicula a latere compressa, obverse triangularis, vel oblonga, integra, vel sinu levi emarginata: loculi polyspermi; valvulae naviculares, dorso apterae. Stam. edentula. Cot. incumbentes, planae. Flor. albi.

1. C. BURSA PASTORIS (Mönch. meth. 271.) fol. runcinato-pinnatifidis, laciniis ovato-triangularibus acutis subdentatis, caulinis superioribus indivisis, *siliculis triangulari-obcordatis*. ⊙. In campis, locis cultis, ad vias ubique. Floret fere per totum annum. D. fl. 4. 521. St. h. 66. Thlaspi Bursa pastoris L. sp. 903. Variat:

α. *integrifolia*, (v. Schlechtend. fl. berol.) flor. normales, fol. integra.

β. *sinuata*, flor. normales, fol. sinuato-dentata.

γ. *pinnatifida*, fl. normales, fol. pinnatifida.

δ. *coronopifolia* (DC. syst. 2. 384.) fol. pinnatifida, laciniis antice incisis.

ε. *apetala*, flores apetali, decandri, petalis in stamina mutatis; interdum petalum unum et alterum mutationi non succubuit.

2. C. PROCUMBENS (Fries nov. suec. mant. 1. p. 14.) fol. profunde pinnatifidis, laciniis integerrimis lanceolatis ellipticisve terminali maiore, caulinis superioribus subintegris, *racemis elongatis* multifloris, *siliculis ovalibus* oblongis obtusis vel subtruncatis. ⊙. In pascuis humidis salsis, (an den Salinen v. Frankenhausen, bei Bernburg u. Stassfurth, zwischen Naumburg u. Ansleben; in der Schweiz im C. Freiburg.) Mai. D. fl. 4. 522. Capsella elliptica Meyer in fl. altaic. 3. 199. St. h. 66. Hutchinsia procumbens Desv. journ. 3. 168. Lepidium procumbens L. sp. 898. Thlaspi proc. Wallr. sched. 349. Noccaea procumb. Reichenb fl. exc. 663. Variat:

α. *pinnata;* fol. omnibus pinnatis.

β. *heterophylla;* fol. inf. pinnatis, superioribus lanceolatis integerrimis vel subdentatis.

γ. *integrifolia;* fol. omnibus indivisis, vel inferioribus dente unico prominulo duobusve instructis. Var. γ. integrifolia DC. syst. 2. 391.

3. C. PAUCIFLORA (Koch D. fl. 4. 523.) fol. integerrimis oblongis in petiolum attenuatis, inferioribus trifido-sublyratis, supremis lanceolatis, *racemis 3-4 floris subumbellatis*, *siliculis subrotundis* obtusis vel subtruncatis. ⊙. (Am Udai im Fassathal des südl. Tyrols, Elsmann.) St. h. 66. Varietati integrifoliae antecedentis speciei similis, sed valde diversa racemis brevibus 3-4 floris subumbellatis, rachi multo tenuiori et pedicellis in fructu longioribus, caule multo ramosiore, ramis dichotomis et a basi racemulis oppositifoliis obsessis. G.

40. AETHIONÉMA (R. Brown h. kew. ed. 1. 4. 80.) Silicula a latere compressa, ovalis vel subrotunda: loculi di-pleiospermi; valvulae naviculares, dorso alatae. Filam. edentula. Pet. aequalia vel parum inaequalia. Cotyledones incumbentes, planae.

1. A. SAXATILE (R. Br. l. c.) fol. lineari-oblongis, brevissime petiolatis, infimis ovalibus, racemis fructiferis elongatis, pedicellis siliculam aequantibus. ♃. In locis glareosis et lapidosis alpium calcarearum, in planities descendens, (südlich bis an das Adriatische Meer und nach Südtyrol, in d. südl. Schweiz; östlich bis Wien; nördlich in die Ebenen mit den Alpenwässern.) Mai. Jun. D. fl. 4. 541. Jacq. a. t. 236. Thlaspi saxatile L. sp. 901. T. peregrinum Scop. carn. 2 p. 17, e loco natali. — Thlaspi peregrinum L. planta dubia est. — A. gracile DC., syst. 2. 559, cui Thl. peregrinum Scop. dubitanter adponit, differt stylo lobos siliculae aequante; an varietas?

Trib. VIII. *BRACHYCARPEAE*, seu angustiseptae, diplecolobeae.

41. SENEBIERA (Pers. syn. 2. 185.) Silicula a latere compressa, apice integra subreniformis, vel basi apiceque emarginata subdidyma, non dehiscens, bilocularis; loculis monospermis. Cot. incumbentes, medio replicatae. (In Senebiera didyma silicula dilabitur quidem in duas valvulas, quae vero semen non demittunt.

1. S. Coronopus (Poiret enc. 7. 76.) fol. profunde pinnatifidis, laciniis integris vel antice incisis, pedicellis flore brevioribus, *siliculis* subreniformibus compressis *stylo pyramidato coronatis* reticulato-rugosis margine subradiato-striatis dentatisque. ⊙. In pascuis gramine humili obsitis, ad fossas et vias subhumidas; (in dem ganzen Gebiete, aber nicht überall.) Jul. Aug. D. fl. 4. 506. Schk. t. 181. Cochlearia Coronopus L. sp. 904. Coronopus Ruellii All. ped. n. 934. C. depressus Moench meth. 220. C. vulgaris Desf. cat. h. p. ed. 1. 132.

2. S. didyma (Persoon l. c.) fol. profunde pinnatifidis, laciniis integris vel antice incisis, pedicellis flore longioribus, *siliculis* didymis compressis *basi apiceque emarginatis* reticulato-rugosis, *stylo nullo.* ⊙. Ad ripas et in cultis; (am Ufer der Elbe bei Altona, Lehmann! und auf gebautem Lande bei Bern, Trachsel; ohne Zweifel eingewandert.) Jul. Aug. D. fl. 4. 507. Senebiera pinnatifida DC. syst. 2. 523. Lepidium didymum L. mant. 92. Lepid. anglicum Huds. angl. 280. Coronopus didymus Smith brit. 2. 691. C. pinnatus Hornem. h. h. 2. 599.

Subordo IV. *NUCAMENTACEAE.* DC. l. c. Silicula indehiscens, septo evanido quandoque unilocularis.

Trib. IX. *EUCLIDIEAE*, seu nucamentaceae pleurorhizeae.

42. EUCLIDIUM (R. Brown h. kew. ed. 2. 4. 74.) Silicula suborbicularis, in stylum acuminata, non dehiscens, bilocularis: loculis 1 spermis. Cot. accumbentes.

1. E. syriacum (R. Br. l. c.) siliculis hirto-scabris, stylo conico, fol. caulinis petiolatis lanceolatis. ⊙. Ad vias et agrorum margines, (bisher mit Sicherheit blofs um Wien.) Mai. D. fl. 4. 488. Jacq. a. t. 6. Anastatica syriaca L. sp. 2. 895. Myagrum rostratum Scop. carn. 2. p. 11. Bunias syriaca Gärtn. fruct. 2. 290. Ornithorhynchium syriacum Röhl. D. fl. 2. 356. G.

Trib. X. *ISATIDEAE*, seu nucamentaceae notorhizeae.

43. ISATIS (L. gen. n. 824.) Silicula a latere plano-compressa, indehiscens, dissepimento evanido unilocularis, monosperma. Cotyledones incumbentes subcanaliculatae.

1. I. tinctoria (L. sp. 936.) siliculis oblongis obtusissimis vel emarginatis basin versus attenuatis. ⊙. In collibus apricis, declivibus petrosis, in muris, ad vias, solo calcareo et argillaceo, (in der Rheingegend von Basel bis Neuwied, den Main hinauf bis nach Würzburg; bei Regensburg; in Oestreich, Steyermark; von Hanover durch Thüringen u. Sachsen nach Böhmen; südl. Schweiz.) Mai. Jun. D. fl. 4. 500. St. h. 3. Variat:

α. *vulgaris;* siliculae lineari-cuneatae, truncatae, vel emarginatae.

β. *campestris;* siliculae lineari-cuneatae, apice rotundatae: I. campestris Stev. ap. DC. syst. 2. 571.

γ. *praecox;* siliculae ovales, vel obovatae antice mox truncatae, mox rotundatae, basi quandoque obtusae: I. praecox Kit. DC. syst. 2. 568. — In varietatibus enumeratis folia radicalia saepo hirsuta et caulis et fol. pilis rarioribus adspersa; in varietate:

δ. *alpina;* tota herba inferne densius, superne laxius hirsuta, caulis humilior, rami simpliciores, siliculae ex Gaud. obovato-ellipticae: I. Villarsii Gaud. helv. 4. p. 201. I. alpina Vill. delph. 3. 308. I. tinctoria γ. DC. fl. fr. 4. p. 723. Flores ejusdem magnitudinis in specimine comparato, quam in varietate vulgari.

44. MYÁGRUM (L. gen. n. 796. excl. spec.) Silicula obcordata, didyma, indehiscens, trilocularis: loculo inferiore 1 spermo; superioribus 2 collateralibus vacuis. Cot. incumbentes, canaliculati. (Hoc genus cotyledonibus satis profunde canaliculato-flexis inter notorhizeas et orthoploceas medium tenet) — Fl. albi.

1. M. PERFOLIATUM (L. sp. 893.) ⊙. Inter segetes. (Littorale; Moosbrunn bei Wien; im Würtembergischen bei Tübingen, Esslingen, Stuttgart, Dizingen; auf der Rheinfläche bei Mainz, Heidelberg, aber sehr selten; Spa; in der Schweiz bei Solothurn u. im untern Wallis.) Mai. Jun. D. fl. 4. 499. Schk. t. 178. Myagr. littorale Scop. c. 2. p. 12.

45. NESLIA (Desvaux journ. bot. 3. 162.) Silicula subglobosa, stylo coronata, indehiscens, unilocularis, 1 sperma. Cot. incumbentes planae.

1. N. PANICULATA (Desv. l. c.) ⊙. Inter segetes, inque arvis, solo argillaceo et calcareo, (im ganzen Gebiete, aber nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 4. 487. Fl. dan. 204. Flor. lutei. Myagrum paniculatum L. sp. 894. Vogelia paniculata Hornem. h. h. 2. 594. V. sagittata Medik., Fl. d. wett. 2. 471. Alyssum panic. Willd. e. h. b. 2. 671. Rapistrum panic. Gärtn. fr. 2. 285. Wallr. sch. p. 334.

Trib. XI. *ZILLEAE*, seu nucamentaceae orthoploceae.

46. CALEPÍNA (Desv. journ. bot. 3. 158.) Silicula ovata, turgida, apice in stylum brevem crassum acuminata, indehiscens, unilocularis, 1 sperma. Cot. incumbentes, undulato-convolutae.

1. C. CORVINI (Desv. l. c.) ⊙. In arvis et campis, (sehr häufig über das ganze Maienfeld zwischen Mayen, Coblenz u. Andernach, Wirtgen, aber bisher auch blofs auf diesem Standorte in D.; in d. Schweiz, auch nur bei Branson. Gaud.) D. fl. 4. 489. Laelia cochlearioides Pers. syn. 2. 185. Crambe Corvini All. ped. 1. 256. Myagrum rugosum Vill. prosp. 37. M. erucaefolium Vill. delph. 3. 279. Cochlearia auriculata Lam. enc. 2. 165.

Trib. XII. *BUNIADEAE*, seu nucamentaceae spirolobeae. Cot. incumbentes, spiraliter involutae.

47. BÚNIAS (L. g. 823.) Silicula turgide ovata, teres vel quadrangularis, indehiscens, bilocularis: loculis superimpositis; vel quadrilocularis: loculis per paria superimpositis. Loculi 1 spermi. Cot. incumbentes, spiraliter involutae. (Flor. lutei.)

Sect. 1. Erucago Tournef. DC. syst. 1. 670. Silicula quadrangularis.

1. B. Erucago (L. sp. 2. 935.) siliculis quadrangularibus, angulis *alatis* dentatis. ⊙. Inter segetes, (Schweiz: zwischen Lausanne u. Vevay, bei Chexbres in Menge; im Wallis; im Littorale, in Oestreich, Salzburg.) Jun. Jul. D. fl. 4. 490. Jacq. a. t. 340. Erucago runcinata Hornem. h. h. 2. 592. E. glandulosa Röhl D. fl. 2. 355. Myagrum clavatum Lam. fr. 2. 482. Folia runcinata. Variat:

β. *integrifolia;* fol. integris: Bunias aspera Retz. ob. 3. p. 21. Erucago aspera Horn. l. c.

Sect. 2. Laelia Adans. DC. l. c.

2. B. orientalis (L. sp. 936.) siliculis oblique ovatis *apteris.* ⊙. In pratis montanis siccis, locis graminosis, (bei Lübeck u. Warnemünde; bei Limburg.) Jun. Jul. D. fl. 4. 492. Laelia orientalis Desv. journ. bot. 3. 160. Myagrum taraxacifolium Lam. enc. 1. 570.

Subordo V. *LOMENTACEAE.* DC. l. c. Siliqua vel silicula transverse in articulos monospermos secedens.

Trib. XIII. *CAKILINEAE* seu lomentaceae pleurorhizeae.

48. CÁKILE (Tournef. DC. syst. 2. 427.) Silicula anceps biarticulata: articuli indehiscentes, uniloculares, monospermi; inferiore obovato, superiore ensiformi vel ovato. Cot. accumbentes.

1. C. maritima (Scop. carn. 2. p. 35.) articulo siliculae superiore ensiformi. ⊙. Ad litt. maris, (an d. Nord- u. Ostsee; am mittländ. Meere.) Jul.-Oct. D. fl. 4. 498. C. Serapionis Gärtn. fr. 2. 287. Bunias Cakile L. sp. 2. 936. Flor. dilute violacei. Variat:

β. integrifolia; fol. oblonga, basi attenuata, irregulariter obtuse dentata: Cakile maritima β. sinuatifolia DC. syst. 2. 429. C. aegyptiaca Willd. sp. 3. 417. C. latifolia Poir. supp. 2. 88. G.

Trib. XIV. *RAPHANEAE*, seu lomentaceae orthophloceae.

49. RAPÍSTRUM (Boerhave. DC. syst. 2. 649.) Silicula biarticulata: articuli 1 spermi, indehiscentes; inferiore pedicelliformi, superiore subgloboso, in stylum acuminato. Sem. funiculo brevi annexa. Cot. conduplicatae. — Fl. lutei.

1. R. perenne (All. ped. 1. 258.) stylo breviter conico breviore quam articulus siliculae superior, *fol. pinnatifidis, laciniis oblongis* angulato-dentatis. ♃. In agris, ad vias, (Oestr. u. von da durch Böhmen, Sachsen, Thüringen bis Barby.) Jun. Jul. D. fl. 4. 494. Jacq. a. 414. R. diffusum Crantz crucif. 115. Myagrum perenne L. sp. 893. G.

2. R. RUGOSUM (All. ped. 1. 257. t. 78.) stylo filiformi articulum siliculae superiorem aequante vel superante, *fol. lyratis* breviter dentatis, lacinia terminali maxima ovata. ⊙. In agris et arvis, (in d. südl. Schweiz, selten; auf d. Rheinfläche v. Basel bis Mainz u. Bingen; im östr. Littorale.) Jun. Jul. D. fl. 4. 494. M. rugosum L. sp. 2. 893. Cakile rugosa l'Herit. ined. Gaud. helv. 4. 194.

50. CRÁMBE (L. gen. n. 825.) Silicula biarticulata, in articulos 2, indehiscentes, uniloculares secedens: articulus inferior pedicelliformis, sterilis; superior globosus, 1 spermus, semen e funiculo longo filiformi a fundo loculi adscendente pendulum. Cot. conduplicatae. Flor. albi.

1. C. MARITIMA (L. sp. 2. 937.) filamentis longioribus apice furcatis, siliculis astylis, *fol.* subrotundis *sinuatis undulatis dentatis caesiis* cauleque glabris. ♃. Ad litt. maris. (Holst. Mecklenb.) Mai. Jun. D. fl. 4. 496. St. h. 18. G.

2. C. TATARIA (Jacq. misc. 2. 274. ic. rar. t. 119.) filamentis longioribus apice furcatis, silic. astylis, *fol.* junioribus hispidis, senioribus cauleque subglabris, *radicalibus decompositis, pinnulis oblongis* dentatis incisisve. ♃. In locis cultis et pratis, (Mähren, um Hartau bei Aufsitz u. um Charlottenfeld im Brünner Kr.) Apr. Mai. D. fl. 4. 496. C. tatarica Willd. sp. 3. 419. C. laciniata Lam. enc. 2. 163. G.

51. RÁPHANUS (L. gen. n. 822.) Siliqua linearis, vel oblonga aut subconica, laevis et inseparabilis, vel moniliformis et in articulos transverse secedens, pleiosperma. Cot. conduplicatae.

1. R. SATIVUS (Linn. sp. 935.) *siliq. teretibus* acuminatis pedicellum vix superantibus. ⊙. Colitur in multis varietatibus. Mai. Jun. D. fl. 4. 720. Flor. dilute violacei, venis saturatioribus. Colit.

2. R. RAPHANISTRUM (L. sp. 935.) *siliquis* moniliformibus *maturitate striatis* stylo longioribus, fol. simpliciter lyratis. ⊙. In agris ubique. Jun. Jul. D. fl. 4. 720. Schk. handb. t. 188. Rapistrum arvense All. ped. 1. 258. Raphanistrum Lampsana Gärtn. fr. 2. p. 300. R. innocuum Medik. in Ust. neu. ann. 2. 39. R. arvense Wallr. sched. p. 336. Variat:

α. fl. albis, venis violaceis pulchre pictis.

β. fl. ochroleucis, violaceo-venosis.

γ. fl. sulphureis, venis luteis, nec violaceis, pictis. Haec ultima varietas a Sinapi arvensi calyce erecto clauso statim dignoscitur.

Ord. VII. CAPPARIDEAE. Juss. gen. 242.

Cal. 4 sepalus. Cor. 4 petala. *Stam. hypogyna, 6, non tetradynama; vel indefinita.* Ovarium liberum, 1 loculare, saepe carpophoro pedicelliformi elongato insidens; *placentae 2, laterales,* in fructibus indehiscentibus intervalvulares. Sem. exalbaminosa. Embryo curvatus. Stipulae verae o; spinae, si adsunt, stipulares.

1. CÁPPARIS (L. gen. n. 643.) Cal. 4 partitus. Pet. 4. Car-

pophorum gracile. Stam. indefinita. Bacca corticata, carpophoro stipitata.

1. C. SPINOSA (L. sp. 720.) pedunculis solitariis unifloris, *fol. subrotundis obtusis vel emarginatis*, stipulis spinosis arcuatis. ♄. In rupium fissuris et muris, (um Duino, Scopoli; Rovigno in Istrien, Biasol.; am Comersee Gaud.) Jun. Jul. D. fl. 4. 10. Tabernaem. p. 833. f. 2. Flor. albi vel dilutissime rosei. Variat:

β. caulibus inermibus. Capparis spinosa γ. Lam. enc. 1. 605, et, secund. Spreng., C. rupestris Sibth. et Sm. fl. graec. t. 487.

2. C. OVATA (Desfontaines fl. atlant. 1. 404.) pedunculis solitariis unifloris, *fol. ovatis acutis*, stipulis spinosis arcuatis. ♄. In rupibus et muris, (bei Botzen in Tyrol.) Jun. Jul. D. fl. 4. 11. Tabern. p. 833. f. 1. C. Fontanesii DC. prodr. 1. 245. C. spinosa β. L. sp. 720. Formis intermediis in antecedentem transire videtur, nec C. herbaceam Willd. en. 560., C. ovatam MBieb. t. c. 2. 1, vere diversam esse puto.

Ord. VIII. CISTINEAE. Dunal. in DC. prodr. 1. p. 263. Cisti DC. fl. fr. 4. p. 811.

Cal. 5 sepalus: sepalis 2 exterioribus minoribus, interdum evanidis; *3 interioribus per aestivationem contortis. Pet. 5, caduca, aestivatione contorta, at directione sepalis contraria.* Stam. hypogyna, numerosa. Ovarium liberum. Caps. plurilocularis, polysperma, dissepimentis nullis vel incompletis, unilocularis, valvulis in medio placentiferis; vel dissepimentis completis plurilocularis, placentis centralibus. Embryo intra albumen spiralis aut curvus.

1. CISTUS (L. gen. n. 673. excl. spec.) Cal. 5 sepalus, sepalis 2 exterioribus inaequalibus, vel o. Pet. 5, caduca. Stam. indefinita. Caps. 5-10 valvis, valvulis medio septiferis.

Sect. I. LEDONIA. DC. pr. 1. 265. Stigma subsessile.

1. C. MONSPELIENSIS (L. sp. 737.) *fol. lineari-lanceolatis* sessilibus trinerviis reticulato-rugosis utrinque viscoso-pubescentibus, racemis secundis, *stigmate subsessili.* ♄. In asperis, apricis, (Istrien.) Mai. Jun. D. fl. 4. 38. Flor. albi. J.

2. C. SALVIFOLIUS (L. sp. 738.) *fol.* basi rotundatis *ovatis* obtusis hirto-scabris subtus subtomentosis, pedunc. solitariis uni-bifloris vel in apice ramulorum subumbellatis, *stigmate subsessili.* ♄. In asperis, (im Littorale bei Triest, Istrien u. d. Inseln, auch bei Chiavenna, ehemals zu Graubünden gehörig.) Mai. Jun. D. fl. 4. 38. Jacq. collect. 2. t. 8. Flor. albi.

Sect. II. ERYTHROCISTUS. DC. l. c. Stylus teres, longitudine staminum vel longior.

3. C. CRETICUS (L. sp. 738.) fol. in petiolum angustatis ovatis obtusis tomentoso-hirtis undulatis venoso-rugosis, pedunc. calycem villosum aequantibus terminalibus solitariis vel subumbellatis, *stylo*

stamina aequante. ♄. In montosis calcareis, (auf d. Insel Osero u. Cherso.) Jun. Jul. D. fl. 4. 40. Jacq. ic. rar. t. 95. C. villosus Wulf. Röm. arch. 3. 378. Flor. purpurei. J.

2. HELIÁNTHEMUM (Tournefort. DeC. prd. 1. 266.) Cal. 5 sepalus: sepalis 2 exterioribus inaequalibus vel o. Pet. 5, caduca. Stam. indefinita. Caps. 3 valvis, valvulis medio, septo incompleto, vel nervo prominulo, seminiferis.

Sect. I. Tuberaria (DC. pr. 1. 270.) Antherae apice non emarginatae, pollline emisso acutae. Stigma subsessile.

1. H. guttatum (Miller. dict. n. 18.) herbaceum, fol. oppositis lanceolatis hirtis trinerviis, inferioribus obovatis exstipulatis, superioribus alternis stipulatis, racemis ebracteatis *calyce in pedicellis fructiferis patentissimis porrecto*, stigmate subsessili. ⊙. In arenosis et collibus apricis, (Insel Norderney; Teucherl bei Wittenberg.) Jun.-Aug. D. fl. 4. 42. Schk. t. 143. Flor. flavi, macula sanguinea ad basin notati vel immaculati. Variat insuper:

β. petalis dentatis et macula notatis: Cistus serratus Cav. ic. t. 175. f. 1.

γ. petalis dentatis immaculatis: Cistus sérratus Desf. fl. atl. 1. 416. C. plantagineus Willd. sp. 2. 1197. G.

Sect. II. Pseudocistus. DC. l. c. Antherae basi apiceque emarginatae. Stylus stigmate longior. Stipulae nullae.

2. H. Fumana (Mill. dict. n. 6.) *exstipulatum*, suffruticosum, procumbens ramis adscendentibus, *fol. sparsis linearibus* mucronulatis scabriusculis subciliatis, pedunc lateralibus solitariis, fructiferis reflexis, *stylo ovarium ter superante.* ♄. In collibus apricis et locis glareosis; (auf d. Rheinfläche von Schwetzingen u. Dürkheim bis Mainz; in Thüringen; Oestreich; Krain; südl. Tyrol; u. südl. Schweiz. Jun. Jul. D. fl. 4. 43. Jacq. a. t. 252. Flor. aurei. Occurrit varietas maior et minor.

3. H. oelandicum (Wahlenberg fl. suec. p. 333.) *exstipulatum*, suffruticosum, procumbens, ramis adscendentibus, *fol. oppositis lineari-oblongis ovalibusque* pilis fasciculatis margine vel utrinque adspersis, vel subtus tomentosis, racemis bracteatis, *stylo ovarium aequante*, calyce in pedicellis fructiferis patentissimis adscendente. ♄. Varietas *α* et *β.* in subalpinis et alpibus, praecipue graniticis, ad nives perennes. *γ.* in collibus petrosis et alpibus calcareis, (im Jura, im südl. Tyrol, in Oestreich; um Halle in Thüringen, in Franken bei Mergentheim u. in der Umgegend.) Mai.-Aug. D. fl. 4. 45. Flores flavi. Variat fol. latioribus, angustioribus, floribus maioribus et dimidio minoribus, et insuper:

α. glabra; fol. glabra, in margine et costa media subtus parce fasciculato-pilosa, pilis adpressis; petioli ciliati; caulis superne et pedicelli subpubescentes: H. oelandicum Reichenb. ic. 1. f. 1. H. oelandicum *α.* Wahlenb. fl. suec. 333. H. oeland. *β.* Gaud. helv. 3. 447.

β. hirta; fol. utrinque fasciculato-pilosa, caulis superne et pedicelli incani: Helianth. alpestre Reichenb. ic. t. 1. f. 2. DC. prd. 1. 276.

276., H. oelandicum α. Gaud. helv. 3. 446., β. ciliatum Wahlenb. suec. p. 103. C. Seguieri Crantz a. f. 2. p. 104, modificatio latifolia γ. *tomentosa:* fol. subtus incana vel niveo-tomentosa; ceterum non pilosa, vel simul etiam hirta: C. canus Jacq. a. t. 277. C. vinealis Willd. sp. 2. 1195. C. marifolius Sm. brit. 572. non DC. Cistus hirsutus Huds. 232. C. anglicus L. mant. 245. Hel. oelandicum γ. canescens Wahlenb. suec. 333.

Sect. III. Euheliantheum DC. l. c. Antherae basi apiceque emarginatae. Stylus stigmate longior. Folia stipulata.

4. H. salicifolium (Persoon syn. 2. 78.) *stipulatum* herbaceum subdiffusum, fol. oppositis ellipticis hirtis, racemis bracteatis, *calyce in pedicellis fructiferis patentissimis adscendente, stylo ovario breviore.* ⊙. In apricis, (Istrien, Müller! im untern Wallis bei Branson, Gaud.) Apr. Mai. D. fl. 4. 47. Cistus salicifolius L. sp. 742. H.

5. H. vulgare (Gärtner fruct. 1. t. 76.) *stipulatum*, suffruticosum, adscendens, fol. ovalibus vel lineari-oblongis ciliatis hirtis vel subtus tomentosis margine subrevolutis, racemis bracteatis, pedicellis fructiferis contorto-deflexis, *stylo ovarium* bis terve *superante, sepalis interioribus* obtusis *mucronulato-apiculatis.* ♄. In ericetis pascuis, pratis siccis, ad sylvarum oras, planitierum et montium; inque alpes ad nives perennes adscendens. Jun. Aug. D. fl. 4. 49. Flores flavi. Helianthemum Chamaecistus Mill. dict. n. 1. Cistus Helianthemum L. sp. 744. Caulis plerumque pubescentia adpressa tectus, rarius pilis patentibus hirsutus. Foliorum indumentum maxime variabile. Variat:

α. *tomentosum;* fol. subtus cano-vel niveo-tomentosa, supra pilis simplicibus vel stellatis adspersa: Helianthemum vulgare DC. pr. 1. 280. Gaud. helv. 3. 448.

β. *hirsutum;* fol. subtus pilis valde dissitis viridia, cetera ut in var. α: Helianthemum obscurum Pers. syn. 2. 79. H. vulg. β. obscurum Wahlenb. suec. 332. Cistus hirsutus Lej. rev. p. 106.

γ. *glabrum;* fol. glabris, nec nisi in margine et costa media subtus ciliata, laete viridia. Haec varietas, in alpibus altissimis nascens, humilior apparet antecedentibus: Cistus serpyllifolius Crantz a. f. 2. t. 6. f. 2. Modif. fol. latioribus; et C. helianthemoides Cr. l. c. Fol. angustioribus. (Cistus serpyllifolius L. ex sola diagnosi non extricandus.) Ab Helianthemo oelandico haec varietas stipulis statim dignoscitur.

δ. *grandiflorum;* antecedenti simile, at majus; fol. viridia, pilis fasciculatis patentibus adspersa; flor. magni, pollicem quandoque lati, solitarii in apice caulis, vel 3, 5, in racemo brevi. H. grandiflorum DC. fl. fr. 4. 821. Cistus grandiflorus Scop. c. 1. p. 377. Haec varietas occurrit, foliis subtus albo-tomentosis: Cistus tomentosus Scop. c. 1. p. 376. t. 24. Sm. engl. fl. 3. 27.

Calyx in his varietatibus mox glaber, et in nervis paulo hirtus; mox stellato-pubescens, in nervis setulosus, rarius absque setulis; mox in tota superficie pilis patulis obsitus et hirtus.

ε. *albiflorum;* flor. albis: H. apenninum Schleich. ex specimine transmisso. Cistus apenninus L. sp. 745, „fol. supra viridia, hirta,

subtus incana." Linn. l. c. Tabernaem. edit. C. Bauh. p. 1474. f. 3, (in d. südl. Schweiz u. auf d. Okelheimer Spitze bei Mainz.) Praeter colorem floris nullam differentiam invenio. Hel. apenninum DC. pr. 1. p. 282, alia planta videtur.

ζ. *leptopetalum;* petalis lanceolatis; est varietas petalis monstrose diminutis, e semine sese propagans, ut multae aliae: Hel. surrejanum Mill. dict. n. 15. C. surrejanus L. sp. 743.

6. H. POLIFOLIUM (Cistus L. sp. 745.) *stipulatum*, suffruticosum, procumbens vel adscendens, fol. lineari-oblongis supra canescentibus subtus tomentosis margine revolutis, racemis bracteatis, pedicellis fructiferis contorto-deflexis, *stylo ovarium* bis terve *superante*, *sepalis interioribus obtusissimis.* ♄. In collibus apricis calcareis, (bei Locarno im Cant. Tessin; zwischen Mainz u. Bingen auf d. Ockelheimer Spitze; bei Würzburg; bei Botzen in Südtyrol.) Jun.-Aug. D. fl. 4. 53. Helianthemum apenninum Gaud. helv. 3. 451, ex descriptione. Flor. albi, unguibus pallide flavis. — Humilius antecedente, et plerumque prostratum; fol. supra non hirta, saepe adeo revoluta, ut pagina inferior in sulcos 2 mutetur; cal. pilis stellatis parcius adspersus vel dense tectus, nec hirtus; alabastra obtusa, nullo apiculo terminata. Variat:

α. *oblongifolium;* fol. oblonga vel oblongo-linearia, minus revoluta: Cistus polifolius L. sp. 746. Dill. elth. t. 145. f. 172. C. pulverulentus Lej. rev. 106. Specimina anglica cum germanicis exacte congruunt.

β. *angustifolium;* fol. linearia, maxime revoluta, subtus quasi bisulca. Cistus pilosus L. sp. 744, var. α. C. quartus Clus. h. 1. p. 74. C. linearis Lej. l. c.

γ. *roseum;* flores rosei. E semine ejusdem plantae enascuntur specimina fl. albis et roseis. C. mutabilis Jacq. ic. rar. t. 99, planta cultura aucta.

Cl. DeC. aliis characteribus Helianthemum polifolium, pilosum et pulverulentum distinxit; limites vero inter has species hucusque reperire non potui.

Ordo IX. VIOLARIEAE. DC. fl. fr. 4. p. 801.

Cal. 5 sepalus. Cor. irregularis vel inaequalis, 5 petala. Stam. 5, disco hypogyno inserta. *Antherae lateri interiori filamentorum, apice in membranam aridam productorum, adnatae,* ovario adpressae, liberae vel cohaerentes. Ovarium uniloculare; *placentae 3, parietales.* Styl. 1. Albumen carnosum. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Folia stipulata.

1. VIOLA (L. gen. n. 1007.) Cal. 5 sepalus: sepalis basi in appendicem productis. Pet. inaequalia, inferius deorsum in calcar cavum productum. Stamina dilatata, in cylindrum collocata, nec vere connata; duo inferiora basi calcarato-appendiculata.

Sect. I. NOMIMIUM Gingius in DC. prod. 1. p. 291. Petala 2 intermedia lateraliter patentia, saepissime ad basin barbata; impar semper imberbe. Styl. rectus, vel parum inclinatus, basi constrictus. Rhizoma obliquum vel repens. Flores seriores apetali.

§. 1. Stigma in patellulam obliquam explanatum, vel apice obliquo truncatum. Pedunculi fructiferi erecti, apice hamati, capsula nutans. Fol. anthesi peracta multo ampliora. Plantae acaules.

1. V. PINNATA (L. sp. 1323.) acaulis; *fol.* ambitu subrotundis *multipartitis*, laciniis bi-tridentatis. ♃. In alpium pascuis declivibus, (in d. penninischen Alpen des Cant. Wallis u. Graubünden; in Tyrol auf der Seiseralpe, den Lienzer Alpen; Kärnthen bei H. Blut; Krain auf d. Nanas u. in der Gegend v. Triest.) Jun. Jul. D. fl. 2. 254. Reichenb. ic. 1. f. 84. 85. Fl. pallide violacei, odorati. Stigma subtrigonum.

2. V. PALUSTRIS (L. sp. 2. 1324.) *acaulis*, *fol. reniformi-cordatis cordatisve glabris*, sepalis obtusis, *stipulis* ovatis acuminatis glanduloso-serrulatis *liberis*, pedunculis fructiferis immutatis, capsula nutante. ♃. In paludibus cespitosis, pratis turfosis, tam planitierum quam montium, et in altissimas alpes adscendens. Mai. Jun. D. fl. 2. 255. Pet. dilute lilacina, impar venis violaceis. St. h. 11. Variat:

β. *uliginosa;* fol. cordatis, nempe paulo longioribus, quam latis, hinc acutioribus: V. palustris β. uliginosa Fries nov. ed. 2. 270. (auf feuchten Waldplätzen bei Salzburg.)

3. V. ULIGINOSA (Schrader n. journ. 4. 80.) *acaulis*, fol. cordatis glabris, *petiolo alato*, *stipulis* lanceolatis glanduloso-denticulatis *ultra medium petiolo adnatis*, pedunculis fructiferis immutatis, capsula nutante. ♃. In paludibus spongiosis, (auf d. Laibacher Moose in Krain; bei Oppeln in Schlesien; bei Wiehe in Thüringen.) Mart. Apr. D. fl. 2. 256. Reichenb. ic. 1. f. 107. V. nitens Host. a. 1. 281. V. scaturiginosa Wallr. sched. p. 97. G.

§. 2. Stigma in rostellum deflexum attenuatum. Pedunculi fructiferi in terram prostrati, apice recti. Folia post anthesin multo ampliora.

4. V. HIRTA (L. sp. 1324.) *acaulis*, *stolonibus nullis*, *fol.* cordatis supra pubescentibus subtus petiolisque *hirtis*, sepalis obtusis, *petalis* emarginatis, *intermediis barbatis*, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis. ♃. In pratis siccis, pascuis, ad fruticeta. April. Mai. D. fl. 2. 257. St. h. 11. Variat fol. ovato-cordatis (V. hirta fraterna Reichenb. ic. 1. f. 94.) et oblongo-cordatis, sinu baseos levi et profundo. Flor. caeruleo-violacei, dilutiores vel saturatiores, inodori. Specimina sicca V. campestris MB., a Cl. Bessero accepta, a V. hirta distinguere non valeo; vivam vero nondum vidi, Cl. Lang pro varietate, odore praedita, habet, bot. ztg. 10. 1. beil. p. 92. — V. ambigua W. et Kit., p. r. h. t. 190, ex specimine hungarico, a V. hirta non differt, nisi quod, exceptis marginibus petiolorum et foliorum, et barba petalorum intermediorum, tota glabra est. Petala intermedia in V. ambigua sane non minus barbata sunt, quam in V. hirta communi.

5. V. COLLINA (Besser en. pl. volhyn. p. 10. n. 243.) *acaulis*, *stolonibus nullis*, fol. cordatis supra pubescentibus subtus petiolisque *hirtis*, sepalis obtusis, *petalo* infimo emarginato, reliquis obtusis, *intermediis obsolete barbatis*, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis. ♃. In nemorosis et ad sepes, (bisher blofs bei Heiligenblut in Kärnthen, Hoppe, u. bei München, Alex. Braun.) Apr. Mai. V. umbrosa Hoppe bot. ztg. 13. 2. 521. (non Friesii) Floribus

pallide caeruleis, odoratis, petalis, infimo excepto, vix emarginatis et lateralibus fere imberbibus, a V. hirta differt.

6. V. ODORATA (L. sp. 1324.) *acaulis*, *stolonifera*, fol. latocordatis pubescentibus, primigenis reniformi-cordatis, sepalis obtusis, petalo infimo emarginato, superioribus 4 rotundato-obtusis paulo angustioribus, pedunculis fructiferis prostratis apice rectis. ♃. Ad nemorum margines, sepes, fruticeta, rivulos. Mart. Apr. D. fl. 2. 258. St. h. 11. Flor. saturate violacei, fundo albo, petalo impari lineis 5 saturatioribus. Variat fl. plenis, albido-lilacinis et albis; haec ultima: V. alba Bess. gal. 1. 171. V. odorata β. L. sp. 2. 1324.

V. suavis MB., in Germ., quantum scio, nondum lecta, secundum inventorem differt, florib. pallidioribus, in caeruleum vergentibus, petalis 4 superioribus oblongo-obovatis, ad unam tertiam partem albis, intermedio notabiliter latiore, profundius emarginato, a basi ad medium fere albo, lineis disci saturis. Has notas in planta culta ipse observavi, in foliis vero nullum discrimen detegere potueram; Cl. Lang pro varietate V. odoratae habet, bot. ztg. 10. 1. beil. 1. 93.

§. 3. Stigma in rostellum deflexum attenuatum. Pedunculi fructiferi immutati; capsula nutans. Planta aestivalis vernali plerumque dissimilis; haec simplex, floribus corollatis, et foliis longe petiolatis, stipulis maioribus, illa ramosa, floribus apetalis, foliis ad ramos breviter petiolatis, stipulis minutis.

7. V. ARENARIA (DC. fl. fr. 4. 806. 1805.) *caulibus procumbentibus* adscendentibus pube brevissima subcanescentibus glabrisve, *fol. cordatis obtusis* crenulatis, inferioribus reniformi-cordatis, stipulis ovato-oblongis fimbriato-serratis *petiolo pluries brevioribus*, sepalis oblongo-lanceolatis acutis, capsula ovata acutiuscula. ♃. In campis arenosis, et sylvis acerosis siccis, etiam montanis, (besonders häufig auf der Rheinfläche, übrigens d. ganz D., aber nicht aller Orten; in d. untern Wallis.) Mai. Jun. D. fl. 2. 260. V. Allionii Pio dissert. p. 20. t. 1. f. 2. (1813) Reichenb. ic. f. 142-146. V. glauca MB. t. c. 3. 165. V. rupestris Schm. boh. n. 249. V. hirta var. aprica Spreng. nov. pr. 43. V. livida Kit. Reichenb. ic. f. 147-149, haec ultima major, fol. subtus sordide purpur ascentibus. V. Krockeri R. et S. 5. 367. Flor. caerulei. Variat calcare longiore, subarcuato: V. rupestris Reichenb. ic. f. 141. Violam arenariam et duas sequentes species, ut tales proposui, quum a plurimis botanicis agnoscantur.

8. V. SILVESTRIS (Lam. fl. fr. 2. p. 680.) *caulibus procumbentibus adscendentibusque* glabris vel subpubescentibus, *fol.* distincte *cordatis ovatis subreniformibusque breviter acuminatis*, inferioribus obtusis, petiolis apteris, *stipulis* caulinis *intermediis* lanceolato-attenuatis fimbriato-serratis *petiolo pluries brevioribus*, sepalis lanceolato-acuminatis, capsula acuta. ♃. In nemoribus, sylvis, dumetis, et sepibus. Apr. Mai. Flores dilutius caerulei, magis minusve in violaceum vergentes. V. canina ε. D. fl. 2. 263. V. canina β. sylvatica Fries nov. suec. ed. 2. p. 272; nomen V. sylvaticae omnino aptius, sed undique receptum mutare nolui. V. canina DC. prodr. 1. p. 298 et plur. auct., Reichenb. ic. f. 200, 201; calcar saepe violaceum. Variat:

β. florib. majoribus dilutioribus, calcare saepe decolore, albido. V. Riviniana Reichenb. ic. f. 202.

9. V. CANINA (L. sp. 1324 ex diagnosi optima) *caulibus procumbentibus adscendentibusque* glabris vel subpubescentibus, *fol. e basi cordata oblongo-ovatis* acutiusculis (non acuminatis,) inferioribus obtusis, petiolis apteris, *stipulis* caulinis *intermediis* oblongo-lanceolatis fimbriato-serratis *petiolo pluries brevioribus*, sepalis ovato-lanceolatis attenuato-acutis, capsula truncato-obtusa apiculata, calcare appendicibus calycis subduplo longiore. ♃. In ericetis, locis siccis, ad sylvarum oras. Mai. Juni. V. canina α. β. γ. D. fl. 2. 262 u. 263., V. pumila β. ericetorum DC. prdr. 1. 299. Varietas major: V. canina lucorum Reichenb. ic. f. 154. 155.; Varietas minor: Reichenb. l. c. fig. 150-153., V. ericetorum Schrad., V. canina γ. montana Fries nov. fl. succ. ed. 2. 273. — Flores saturatius violacei, calcare albo in luteolum vergente. Fol. apicem versus sensim angustiora, sed marginibus parum extrorsum, non introrsum arcuatis, hinc non acuminata. — V. Ruppii Reichenb. ic. f. 205. 206, ob calcar longum V. caninae modificatio videtur.

10. V. STAGNINA (Kitaibel in Schult. oestr. fl. 1. 426.) *caulibus erectis* glabris, *fol. e cordata basi oblongo-lanceolatis*, petiolo superne subalato, stipulis caulinis *intermediis* lanceolatis acuminatis fimbriato-serratis *petiolo dimidio brevioribus*, sepalis acutis, calcare appendices calycis subaequante. ♃. In fossis et paludibus aestate exsiccatis, ad rivulos et in pratis inundatis. Mai. Jun. D. fl. 4. 265. Roth. en. 1. p. 762. V. lactea Reichenb. ic. 1. f. 208. excl. fig. c. d. e. f. V. montana Reichenb. ic. 1. f. 207. V. persicifolia Hartm. scand. ed. 2. p. 71. Fries nov. ed. 2. p. 274. Schweigg. et Kört. fl. Erlang. p. 58. Flores lactei, et haec sola species est fl. lacteis distincta. Ab Anglis vero cum V. lancifolia Thore confundebatur: duo possideo specimina V. lacteae, a Cl. Turnero ad b. Mertensium missa, quae, sicut icon in Engl. bot. t. 445, ex mea sententia ad V. lancifoliam pertinent, quae vero floribus dilute caeruleis gaudet. Haec in Germania et Helvetia nondum reperta est; de specimine fructifero enim, olim a Cl. Wallrothio communicato, nunc dubius haereo. Nomen V. stagninae, omnibus nunc satis notum, retinui, nomina V. lacteae et persicaefoliae, toties confusa, penitus repono, ne nova oriatur confusio.

11. V. RUPPII (All. ped. n. 1646. t. 26.) *caulibus erectis* glabris, *fol. cordato-ovatis antice subacuminato-angustatis*, petiolo superne alato, *stipulis* caulinis oblongo-lanceolatis foliaceis fimbriato-dentatis, *intermediis petiolo duplo brevioribus*, *superioribus eundem aequantibus*, sepalis acutis, calcare sepalorum appendicibus paulo longiore. ♃. In nemorosis, (bisher blofs im Biederitzer Busche bei Magdeburg, Kützing!) Mai. Jun. V. nemoralis Kütz. linnaea 7. p. 43. conf. quoque Kütz. bot. ztg. 17. 1. 305. V. stricta Hornem. fl. d. t. 812. Flores magni lilacino-caerulei. Foliis ad V. caninam, stipulis foliaceis vero ad V. stagninam magis accedit, plerumque tamen utrisque robustior est. Differt ab illa petiolis foliorum antice distincte alatis, stipulis caulinis mediis et superioribus magnis, foliaceis, intermediis petiolum dimidium, superioribus integrum aequantibus, calcare brevi viridi, nec albido-luteolo, capsulae marginibus applanatis superficie aequalibus, nec prominulis.

Viola stagnina differt fol. angustioribus, oblongo-lanceolatis, pallide viridibus, et floribus lacteis.

12. V. PRATENSIS (Mertens et Koch. D. fl. 2. 267.) *caulibus erectis foliisque glaberrimis*, fol. ex ovata basi lanceolatis in petiolum alatum repandis vel basi cuneatis, *stipulis caulinis mediis foliaceis* oblongo-lanceolatis inciso-dentatis *petiolo longioribus*, sepalis acutis, calcare appendices calycis subaequante. ♃. In pratis, rarius in nemorosis, (auf der Rheinfläche; in Thüringen; bei Magdeburg, zwischen Stafsfurth u. Bernburg, bei Artern; in Böhmen.) Mai. Jun. D. fl. 2. 267. V. lactea K. et Z. cat. pl.-palat. p. 6. Fries nov. ed. 2. p. 276. Roth. enum. 1. p. 759. V. persicifolia Roth. tent. fl. g. 2. 1. 271, ex citato in enumeratione. V. Ruppii Presl. cech. 53. Reichenb. 1. t. 99. fig. c. d. e. f. excl. fig. principali. Flor. semper caerulei et rarissime, ut varietas, albi.

13. V. ELATIOR (Fries nov. fl. suec. ed. 2. p. 277.) *caulibus erectis superne foliisque pubescentibus*, fol. e basi leviter cordata lanceolatis, petiolo alato, *stipulis caulinis mediis foliaceis* oblongo-lanceolatis inciso-dentatis *petiolo longioribus*, sepalis acutis, calcare appendices calycis aequante. ♃. In nemoribus et pratis humidiusculis, (auf der Rheinfläche; von Wien durch Böhmen nach Schlesien, Sachsen u. Thüringen.) Mai.-Jul. V. persicifolia D. fl. 2. 268. Reichenb. ic. t. 100. V. montana Roth. tent. fl. g. 2. 1. 270, ex synonymis.

14. V. MIRABILIS (L. sp. 2. 1326.) *caulibus erectis unifariam* petiolisque carina *pilosis*, fol. lato-cordatis breviter acuminatis crenulatis, inferioribus subreniformibus, stipulis oblongo-lanceolatis acuminatis superioribus setulis brevibus ciliatis ceterum integerrimis subdenticulatisve floribus corollatis. ♃. In sylvis montanis, (im gröfsten Theile von Deutschland, fehlt aber in der mittlern u. untern Rheingegend, in Hessen u. Westphalen; in der Schweiz selten.) Apr. Mai. D. fl. 2. 259. Jacq. a. t. 19. Fl. dilute purpureo-lilacini.

Sect. 2. DISCHIDIUM Ging. l. c. Pet. 4 superiora sursum directa et sursum imbricata. Stylus basi decurvus et deinde in angulo flexus assurgens superne clavato-incrassatus; stigma planum subbilobum. Flores omnes perfecti. Rhizoma repens.

15. V. BIFLORA (L. sp. 1326.) *caule* debili subbifolio *bifloro, fol. reniformibus* obtusissimis crenatis, stipulis ovatis integerrimis, sepalis acutis. ♃. In locis udis sylvaticis montium et alpium, etiam altissimarum, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette, u. die dieselbe begleitenden Berge, in Oberschwaben, Oberbayern; sodann vom Jura in die höhern Vogesen; in den Sudeten.) Mai.-Aug. D. fl. 2. 269. Fl. flavi, fusco striati; pet. inferius supra medium vitellinum.

Sect. 3. MELANIUM DC. Pet. 4 superiora sursum directa et imbricata. Stylus adscendens, superne clavatus, stigmate magno urceolato, utrinque pilorum fasciculo onusto, inferne labello munito.

16. V. TRICOLOR (L. sp. 1326.) fol. crenatis, inferioribus ovato-cordatis, *stipulis lyrato-pinnatifidis, lacinia media crenata*, calcare appendicibus calycis subduplo longiore, radice simplici, caulibus adscendentibus ramosis. ⊙. In agris inter segetes, in campis sterilibus, (die var. β überall, die var. α nicht in allen Gegenden,

wird aber allenthalben in vielen Farbenspielen kultivirt.) Mai.-Oct. D. fl. 2. 270. Variat:

α. *vulgaris;* corolla calyce major, 8-10 lineas in diametro, violacea et caerulea, albo flavoque varia, sed color flavus solummodo basin petali imparis occupat.

β. *arvensis;* V. arvensis Murray et auctorum. Cor. longitudine calycis vel brevior, alba, petalis superioribus colore violaceo leviter tinctis. Differt praecipue colore floris, nam var. α. corolla calyce breviore etiam occurrit.

γ. *saxatilis.* Corolla ut in varietate α, sed tota flava: V. saxatilis Schm. boh. 257. In alpibus et in Sudetis. Flor. flavi et violaceo-variegati non raro in eodem specimine reperiuntur.

δ. *bannatica;* foliorum inferiorum plurima basi cordata, cor. varietatis α, at calyce non longior: V. bannatica Kit. ap. R. et S. syst. veg. 5. 382.

In maritimis succulenta: var. *syrtica* Flörke; in arenosis sterilibus parvula, simplex, lacinia intermedia stipularum in plurimis foliis folio ipso similis: V. *Kitaibeliana* R. et S. 5. p. 383.

17. V. ROTHOMAGENSIS (Desf. cat. 153.) fol. crenatis, inferioribus ovato-cordatis, *stipulis pinnatifidis, lacinia media latiore integerrima*, calcare appendicibus calycis subduplo longiore, radice simplici, caulibus prostratis ramosissimis. ⊙. In cultis, (auf Feldern im Gebiete der Flora von Spa.) Mai.-Octob. Tota pilis rigidis patentibus hirta; auctoritate aliorum, ut speciem, propono, sed vereor, ne sit varietas andecedentis. G.

18. V. LUTEA (Smith brit. 1. 248.) *fol.* crenatis, inferioribus ovato-cordatis *superioribus lanceolatis, stipulis digitato-multipartitis*, laciniis linearibus, media latiore, calcare appendices calycis aequante vel paulo longiore, caudiculis repentibus filiformibus, caulibus simplicibus. ♃. In subalpinis et alpibus, (auf d. Alpen d. mittlern Schweiz; auf d. Vogesen u. d. Sudeten; die var. γ. in niedrigern Gegenden im Gebiete d. Flora v. Spa.) Mai. Jun. D. fl. 2. 272. V. lutea Huds. angl. ed. 1. 248. V. grandiflora Huds. ed. 2. 388. Flores variant flavi, flavi cum petalis superioribus violaceis, toti violacei, et insuper:

α. *grandiflora;* humilior, flores magni, petalis longius unguiculatis valde truncatis, impari interdum profunde exciso: V. grandiflora Vill. cat. h. argent. t. 5. (non Linnaei.) Reichenb. ic. 2. f. 302.

β. *sudetica;* altior, flores magni, petalis saepe repando-crenatis: V. sudetica Willd. en. suppl. p. 12.

γ. *multicaulis;* floribus non majoribus quam in V. tricolore vulgari.

Violam angustifoliam Schleicheri!, conf. D. fl. 2. p. 274, nunc pro varietate hirsuta V. luteae habeo.

19. V. DECLINATA (Waldst. u. Kit. pl. r. h. t. 223.) *fol.* crenatis, inferioribus ovatis oblongisve, *superioribus lanceolato-linearibus, stipulis digitato-multipartitis*, laciniis linearibus intermedia paulo latiore, calcare appendicibus calycis longiore, corolla dimidia breviore, caudiculis repentibus filiformibus, caulibus simplicibus. ♃. In rupium fissuris, (auf dem Corni di Canzo oberhalb des Comersees in der südl. Schweiz; nach Host auch auf d. Oestr.

Alpen.) Jul. Aug. Gaud. helv. 2. 209. „Flores caerulei, petalis prope basin macula lata saturatius violacea, umbilico albo et aureo" Gaud. l. c. Specimina helvetica cum hungaricis exacte conveniunt; limites vero inter V. declinatam et V. luteam aegre ponuntur. His affinis est V. gracilis Smith. fl. graec. t. 222., V. heterophylla Bert. amoen. p. 72., V. Valderia Reichenb. fl. exc. p. 709, exclusa planta helvetica; sed facile distinguitur calcare longitudine petalorum et longiore; a V. calcarata haec differt fol. superioribus linearibus, subintegerrimis, et caule altiore, graciliore.

20. V. CALCARATA (L. sp. 1325.) *fol. crenatis* ovatis vel superioribus oblongis lanceolatisve, stipulis integris vel trifido-dentatis subpinnatifidisque, *calcare longitudine petalorum*, caudiculis repentibus filiformibus, caulibus simplicissimis. ♃. In pascuis alpium, (in d. Schwz. auf vielen Alpen; im Jura; seltner in D.; auf dem Wormser Joch; auf d. Linkerskopf in d. baier. Alpen; die var. β auf d. Krainer Alpen.) Jul. Aug. D. fl. 2. 274. Variat caule longiore et brevissimo, floribus majoribus et minoribus, violaceis et

β. *flava*, flavis: V. Zoysii Wulf. in Jacq. collect. 4. 298. t. 11. f. 1. St. h. 22.

21. V. CENISIA (L. sp. 1325.) *fol. integerrimis*, inferioribus ovatis, superioribus saepius oblongis, stipulis inferioribus subulatis, superioribus folio conformibus basi integris vel basi utrinque unibidentatis, *calcare longitudine sepalorum*, caudiculis repentibus filiformibus, caulibus simplicibus. ♃. In locis lapidosis et rupium fissuris alpium editiorum, (auf den Bergen im südl., Tyrol bei Trident, Host; in der südwestlichen Schweiz auf dem Enzeindaz u. s. w., im Wallis auf dem Fouly u. a., Gaud.) Jul. Aug. All. ped. t. 22. f. 6. Flores saturate caerulei. Variat glabra et

β. *pubescens:* V. valderia DC. fl. fr. 4. 805. Allion. ped. t. 24. f. 3, ex specimine a. b. Balbisio ad Cl. Frölichium misso. H.

22. V. ALPINA (Jacq. a. 3. p. 24. t. 242.) fol. crenatis subrotundo-ovatis omnibus radicalibus, stipulis oblongis ultra medium petiolo adnatis apice bifidis, caudiculis brevissimis, caulibus nullis. ♃. In summis alpibus, (bisher blofs auf d. Oestr. Alpen, häufig auf d. Schneeberge b. Wien.) Jul. Aug. D. fl. 4. 274. Jacq. a. t. 242. St. h. 30. Flor. saturate caerulei. G.

Ord. X. RESEDACEAE. DC. theor. 214.

Cal. 4-5-6 partitus, persistens. Cor. irregularis. Pet. tot, quot calycis laciniae, et cum iisdem alterna. *Stam. 12-24, carpophoro, superne in squamam nectariferam dilatato, inserta. Ovarium 1, uniloculare, apice apertum, 3-6 lobum, lobis stylo brevi conico terminatis: placentae parietales, 3-6, suturis adnatae; vel ovaria plurima, (4-6,) singula stylo terminata,* unilocularia, introrsum dehiscentia. Embryo curvatus. Albumen subnullum. Radicula prope hilum sita. Folia alterna.

1. RESÉDA (L. gen. 608.) Pet. integra vel varie laciniata. Stam. 10-24. Caps. tri-hexagona, apice aperta, 3-6 stylis terminata, 1 locularis, placentae parietales cum stylis alternantes.

Sect. I. Resedastrum Dub. bot. g. 1. 66. Sepala et petala 6. Stigmata 3.

1. R. Phyteuma (L. sp. 645.) fol. obtusis, *caulinis mediis antice trifidis*, pedicellis calycem aequantibus, calyce sex-partito, laciniis oblongis, fructiferi maximis, capsula oblongo-clavata obtusangula, caule diffuso. ⊙. In arvis, vineis, ad vias, (in Unteröstreich und im Littorale; in d. südl. Schweiz, nur bei Genf am Rhoneufer.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 381. Jacq. a. t. 132. Pet. albida. — R. odorata L., ubique culta, diff. pedicellis calyce duplo longioribus, calyce fructifero vix aucto, laciniis calycinis denique reflexis, floribus minoribus, capsula breviore, magis ventricosa et odore florum Vitis viniferae suavissimo.

2. R. lutea (L. sp. 645.) foliis ambitu triangularibus, *caulinis mediis bipinnatifidis*, superioribus trifidis, pedicellis calycem aequantibus, calyce sexpartito, laciniis linearibus caule diffuso. ⊙. In collibus lapidosis, rupestribus, ad vias, in cultis, vineis, solo calcareo, (in der westlichen Schweiz vom Unterwallis an u. durch d. ganze Rheinfläche bis nach Westphalen; im Mainthale bis Würzburg; durch Schwaben, Bayern, d. östreichischen Kreis, nach Böhmen u. Thüringen, u. bis Braunschweig; sodann an einigen Punkten a. d. Ostsee.) Jul. Aug. D. fl. 3. 380. Jacq. a. t. 353. R. ochracea Mönch. secundum Cl. Wenderoth in litt. Petola viridi-luteola.

Sect. II. Luteola DC. Sepala 4 petala, et styli totidem.

3. R. luteola (L. sp. 643.) fol. elongato-*lanceolatis* glabris *basi unidentatis*, calyce quadripartito, caule erecto. ⊙. In campis, ad muros, vias, (durch d. ganze Gebiet, aber nicht in Schlesien.) Jul. Aug. D. fl. 4. 330. Schk. t. 129. Petala ochroleuca.

Ord. VIII. DROSERACEAE. DC. theor. 214.

Cal. 5 sepalus, aestivatione imbricatus. Cor. regularis, 5 petala. Stam. 5, plura, hypogyna, libera. Antherae terminales. *Ovarium liberum* uni-triloculare, *placentis parietalibus.* Styli plures, saepe partiti, vel stigmata plura. Embryo rectus, in axi albuminis, radicula ad hilum versa. Fol. juniora circinatim ab apice ad basin involuta.

1. DRÓSERA (L. gen. n. 391.) Cal. profunde 5 fidus. Pet. 5. Stam. 5. Styli 3-5, bipartiti. Caps. 1 locularis, apice 3-5 valvis; placentae parietales. Flor. albi.

1. D. rotundifolia (L. sp. 1. 402.) *fol. orbiculatis* scapo erecto foliis triplo longiore, stigmatibus clavatis indivis. ♃, secundum Fl. würtemb. ⊙ et ⊙, ut sequentes. In uliginosis et paludibus cespitosis, sphagno repletis. Jul. Aug. D. fl. 2. 501. Hayn. darst. 3. 27.

2. D. OBOVATA (Mert. et Koch d. fl. 2. 502.) fol. *obovato-cuneatis obovatisque*, scapo erecto foliis triplo longiore, *stigmatibus* obovatis *emarginatis*. ♃. In uliginosis et turfosis alpium et subalpinarum, (auf dem Vorderjoch bei Hindelang in den baierischen Alpen, Zucc.; am Schwarzsee bei Kitzbichl in d. Salzb. Alpen, v. Spitzl; in d. Vogesen, Nestler.) Jul. Aug. D. fl. 2. 502. D. rotundifolio-anglica Schiede d. pl. hybr. 69. Ex mea sententia species, nec proles hybrida; similis sequenti, sed folia duplo latiora, et insuper stigmatibus diversa. G.

3. D. LONGIFOLIA (L. sp. 501. Hayn. in Schrad. journ. 1801. p. 37.) *fol. lineari-cuneatis*, scapo erecto foliis duplo longiore, *stigmatibus* clavatis *indivisis*. ♃. In uliginosis et turfosis, (fast durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. 501. Hayn. darst. t. 29. D. anglica Huds. angl. 135.

4. D. INTERMEDIA (Hayn. Schrad. journ. 1801. 37.) fol. obovato-cuneatis, scapo basi arcuato vel decumbente *adscendente* foliis parum longiore, stigmatibus obovatis emarginatis. ♃. In paludibus profundis, (ebenfalls fast durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. 502. Hayn. darst. t. 28. D. longifolia Smith brit. 1. 347. Linn. sp. pro parte: conf. Fries nov. fl. suec. ed. 2. p. 82.

2. PARNÁSSIA (L. gen. n. 384.) Cal. 5 sepalus. Cor. 5 petala. Parapetala 5, setoso-ciliata, glandulifera. Stam. 5. Styl. o; stigmata 4, sessilia. Caps. 1 locularis, apice 4 valvis, valvulis medio incomplete septiferis; placentae septis affixae.

1. P. PALUSTRIS (L. sp. 391.) parapetalis 9-13 setis, petalis breviter unguiculatis, fol. radicalibus cordatis, caulino amplexicauli. ♃. In pratis locisque humidis planitierum et montium, usque ad nives alpium perennes. Jul. Aug. D. fl. 2. 484. St. h. 13. Pet. alba venis aquosis, parapetala flavo-viridula.

Ord. XII. POLYGALEAE. Juss. annal. mus. 14. p. 386.

Cal. 5 sepalus, sep. aestivatione imbricatis; *2 interioribus majoribus, saepe petaloideis. Cor. irregularis.* Pet. 3-4, hypogyna, cum tubo stamineo plus minusve connata. *Stam. inferne monodelpha, apice in phalanges 2 oppositas aequales divisa. Anth. 8, uniloculares, poro dehiscentes.* Ovar. 1-2 loculare, dissepimento valvulis contrario; loculis uniovulatis, ovulis pendulis, saepe basi arillatis.

1. POLÝGALA (L. gen. n. 851.) Cal. 5 sepalus, persistens, sep. 2 interiora maxima alaeformia. Cor. 3-5 petala, staminibus adnata, petalo inferiore carinaeformi. Caps. compressa. Sem. basi arillo quadridentato cincta, apice nuda.

Sect. I. POLYGALON DC. prod. 1. 326. Corollae crista multifida. Filamenta in 2 phalanges ad apicem usque connata.

1. P. MAIOR (Jacq. a. t. 413.) floribus cristatis, racemis terminalibus multifloris, alis ellipticis trinerviis, nervis lateralibus ex-

terne ramuloso-venosis apice vena obliqua anastomosantibus, *stipite ovarii sub anthesi ovario triplo quadruplove longiore.* ♃. In pratis siccis et collibus herbidis, (bisher blofs in Unteröstreich u. Mähren.) Mai. Jun. Flores semipollicem longi, rosei. G.

2. P. VULGARIS (L. sp. 986.) flor. cristatis, racemis terminalibus multifloris, alis elliptico-obovatis trinerviis, *nervis exterioribus ramuloso-venosis apice vena obliqua anastomosantibus, ovarii stipite sub anthesi ovarium subaequante* vel eodem breviore, *bracteis lateralibus pedicello dimidio brevioribus*, fol. lanceolatis acutis, infimis ellipticis. ♃. In pratis siccis et locis incultis planitierum, montium et reg. subalpinarum. Mai. Jun. Reichenb. ic. f. 52. 53. Flor. caerulei, rosei et albi; alarum latitudo quoque valde mutabilis. Varietas alis capsula angustioribus:

β. P. *oxyptera* Reichenb. ic. f. 46. 49. P. multicaulis Tausch.

γ. *alpestris,* est humilior, racemis densis brevibus: P. vulgaris densiflora Tausch. pl. select., (in d. Sudeten, Tausch; in d. Salzb. Alpen, v. Spitzl.)

3. P. COMOSA (Schk. 2. t. 294.) flor. cristatis, racemis terminalibus multifloris, alis elliptico-obovatis trinerviis, *nervis lateralibus externe ramuloso-venosis apice vena obliqua anastomosantibus, ovarii stipite sub anthesi ovarium aequante* vel breviore, *bracteis lateralibus longitudine pedicelli*, fol. lineari-lanceolatis, infimis ellipticis. ♃. In iisdem cum priori locis. Mai. Jun. Reichenb. ic. f. 54-56. Flor. rosei, rarius caerulei et albi. Caules saepe erecti; occurrunt etiam toti prostrati. Bracteae laterales, longius persistentes, pedicelli longitudine et ante anthesin alabastro longiores; hinc racemus apice comosus.

P. monspeliaca in G. et H. nondum lecta differt: nervis alarum lateralibus externe et intermedio utrinque venulosis, apice vero non anastomosantibus, et foliis e basi latiore sensim attenuatis, acutissimis.

4. P. DEPRESSA (Wenderoth in d. Schrift: d. Ges. d. Natw. z. Marburg p. 1. t. 1.) flor. cristatis, *racemis subquinquefloris denique lateralibus*, alis elliptico-obovatis trinerviis nervis lateralibus externe ramuloso-venosis apice vena obliqua anastomosantibus, fol. lanceolatis acutis, inferioribus ellipticis, mediis suboppositis. ♃. In pratis turfosis, et planitierum et montium, (vom Schwarzwalde an in den Gebirgen des Rheingebietes, z. B. bei Zweibrücken, in Hessen, bei Bonn u. bis Westphalen, u. wahrscheinlich noch an andern Orten in Deutschl. u. wohl auch in der Schw.) Mai. Jun. P. serpyllacea Weihe bot. ztg. 9. 2. 745. Racemi pauciflori, denique laterales, dum ramulus unus alterve ex axilla foliorum superiorum emergit; caules prostrati, tenues, filiformes, saepe ramosissimi; herba insipida. G.

5. P. AMARA (L. sp. 987.) fl. cristatis, racemis terminalibus multifloris, alis obovatis trinerviis, *nervis lateralibus* externe ramuloso-venosis *apice non anastomosantibus*, ovario sub anthesi subsessili, fol. lanceolatis ellipticisve, inferioribus obovatis. ♃. In pratis udis, turfosis, planitierum, montium et alpium, etiam altissimarum usque ad nives perennes. Jun.-Aug. Radix plantae junioris tenuis, filiformis, annosae crassior, lignosa, tortuosa. Occurrit:

α. *genuina;* floribus majoribus, alis saepe capsula longioribus, fol. radicalibus maximis, in rosulam congestis: P. amara Jacq. a. t. 412. P. amarella Crantz a. 5. 4. 38. Reichenb. ic. f. 43. 44, hujus flores plerumque intense caerulei. Praecipue in subalpinis.

β. *amblyptera;* florib. et fol. ut in var. α, at alae latiores fere latitudine capsulae: P. amblyptera var. α. Reichenb. fl. excurs. ex specim. authenticis, a cl. Lucas in Thuringia lectis, et ab amico Hornung communicatis. P. buxifolia Reichenb. ic. f. 50. (nec 51.)

Polygala amblyptera β. Reichenb. fl. exc. p. 351., P. buxifolia ic. f. 51., P. nicaeensis Risso, secundum Reichenb., species diversa est, in Germania nondum lecta; statura P. vulgaris, sed alis latis, corolla longius exserta et stipite ovarii sub anthesi ovario sesquilongiore. Specimina a me visa puberula erant.

γ. *alpestris;* humilior, foliis, etiam superioribus, ellipticis. Folia radicalia saepe, (non semper) desunt. P. alpestris Reichenb. ic. f. 45, ex specimine a Cl. auctore accepto. In alpibus altioribus.

δ. *austriaca.* Flor. minores, alae saepe capsula breviores. Flor. albidi vel caerulescentes, rarius intense caerulei. Semper valde amaram, nec unquam insipidam observavi. P. myrtifolia Fries nov. 2. 227. non Linn. Ludit, ut omnes, etiam in una eademque radice, capsula magis rotundata: P. austriaca Reichenb. ic. f. 42.; et capsula magis cuneata: P. uliginosa Reichenb. ic. f. 40. 41.

Sect. II. Chamaebuxus DC. l. c. Corollae crista 4 loba. Filamenta libera, basi tantum monadelpha.

6. P. Chamaebuxus (L. sp. 989.) *cor. crista quadriloba*, pedunculis axillaribus terminalibusque subtrifloris, caulibus fruticulosis ramosis procumbentibus, fol. lanceolatis ellipticisve mucronatis. ♄. In ericetis et sylvis planitierum, montium humiliorum, reg. subalpinarum, et alpium, etiam altissimarum, (von Böhmen u. Mähren, durch Oestreich u. d. ganze Alpenkette bis in d. Schweiz, nördlich in Oberschwaben u. bis Regensburg, vereinzelt bei Nürnberg.) Apr.-Jun. St. h. 13. Jacq. a. t. 233. Flor. flavi.

P. pyxophylla Avé Lall. mihi ignota.

Ord. XIII. SILENEAE. DC. prodr. 1. p. 351. Caryophyllearum gen. Juss. g. 299.

Cal. 1 phyllus, apice 5-6 dentatus, dentibus aestivatione imbricatis. *Pet.* totidem, dentibus calycis alterna, *cum staminibus carpophoro plus minusve evidenti et elongato inserta.* Stam. numero petalorum dupla, alterne petalorum unguibus adnata, vel numero petalorum aequalia, et cum his alternantia. Ovarium liberum, a basi ultra medium 2-5 loculare, vel basi tantum obsolete loculare, multiovulatum, placenta centrali, superne saltem libera. Styl. 2, 5, distincti. Capsula dentibus 4, 6, 10 dehiscens, vel pericarpium subcarnosum non dehiscens. Sem. albuminosa; embryo periphericus; radicula ad hilum versa. Fol. opposita, exstipulata.

1. GYPSÓPHILA (L. gen. n. 563.) Cal. 5 dentatus, vel 5 fidus, basi nudus. Cor. 5 petala: petala basin versus sensim cuneato-attenuata. Stam. 10. Styl. 2. Caps. 1 locularis, apice 4 valvis. Sem. reniformi-globosa. Pet. alba vel dilute rosea.

1. G. REPENS (L. sp. 581.) *caulibus* e basi procumbente erectis *superne laxe corymbosis ramisque glabris;* calycibus turbinato-campanulatis semiquinquefidis, laciniis ovato-oblongis obtusis rectis, genitalibus corolla brevioribus, fol. linearibus utrinque attenuatis. ♃. In alpium declivibus glareosis, solo calcareo, cum fluminibus et torrentibus in planities descendens, (in d. g. Alpenkette; vereinzelt am Harze bei Walkenried.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 177. Jacq. a. app. t. 407. G. prostrata All. ped. n. 1561, non L.

2. G. FASTIGIATA (L. sp. 582.) caulibus e basi adscendente erectis *apice dense corymbosis superne ramisque glutinoso-pubescentibus*, calycibus campanulatis semiquinquefidis, laciniis ovatis rotundato-obtusis rectis, genitalibus corollam excedentibus, fol. linearibus utrinque attenuatis. ♃. In montosis et campis arenosis, (in Mähren u. v. da durch Böhmen, Schlesien, die Lausitz, Sachsen, Thüringen bis nach Hanover; vereinzelt bei Mainz u. bei Unadingen im Oberbadischen; u. sehr selten in d. Graubündner Alpen.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 478. Rupp. fl. jen. t. 1. f. 2. G. arenaria WK. pl. r. h. p. 40. t. 41.

3. G. PANICULATA (L. sp. 583.) *caulibus a basi ramosissimis paniculatis inferne hirtis, panicula ampla laxa glabra*, calycibus pelviformi-campanulatis profunde quinquefidis, laciniis subrotunde-ovatis obtusissimis rectis, stria dorsali ante apicem evanescente, fol. lanceolatis acutissimis subtrinerviis. ♃. In collibus arenosis, lapidosis, (bisher blofs in Mähren am Czeizer See.) Jul. D. fl. 3. 179. Jacq. a. app. t. 1. Specimina hungarica cum sibiricis prorsus conveniunt. Panicula glaberrima, qualis in Fl. altaica 2. 127 describitur; nec Linnaeus de pubescentia paniculae aliquid annotavit. Cl. Reichenb. Gypsophilae paniculatae paniculam glandulosam adscribit; conf. fl. exc. 1. 802. G.

4. G. ACUTIFOLIA (Fischer hort. Gorenk. 1811. p. 59.) *caulibus a basi ramosissimis paniculatis* glabris, panicula laxa ampla, ramulis pedicellisque glutinoso-pubescentibus, *calyc.* campanulatis semiquinquefidis, *laciniis* oblongis *acuminatis apice recurvis*, genitalibus corolla brevioribus, foliis lanceolatis acutissimis subtrinerviis. ♃. In campis arenosis, (bisher blofs in den an Ungern grenzenden Gegenden Unteröstreichs, Host.) Jul. Aug. D. fl. 3. 181. G.

5. G. MURALIS (L. sp. 583.) caule erecto subdichotomo ramoso-paniculato basi scabriusculo, *floribus sparsis, calycibus turbinatis* quinquedentatis, dentibus rotundato-obtusis, petalis crenatis emarginatisve, fol. linearibus utrinque attenuatis. ⊙. In agris, campis, locis aestate exsiccatis. Jul. Aug. D. fl. 3 181. Pet. dilute purpurea, venis saturatioribus. G. serotina Hayne ap. Willd. en. h. berol. 1. 464, non differt; petala emarginata et crenata in una eademque radice reperiuntur.

2. TUNICA (Scopolii emendata.) cal. 5 dentatus basi squamis fultus. Pet. 5, basin versus sensim cuneato-attenuata. Caps. 1 lo-

cularis, apice quadrivalvis. Sem. peltata, hinc convexiuscula, illinc concava, carina prominula longitudinali. (Hoc genus differt a Gypsophila squamis et seminibus Dianthi, a Diantho petalis Gypsophilae sensim attenuatis et faucem non claudentibus.)

1. T. SAXIFRAGA (Scop. carn. ed. 2. vol. 1. p. 300.) caulibus undique diffusis superne ramosis, calycibus campanulatis obtuse quinquedentatis, fol. linearibus acutis margine scabris basi membranaceo-marginatis cauli adpressis. ♃. In collibus lapidosis, campis glareosis siccis, ad vias, (in d. südwestl. Schwz., am Genfersee; im südl. Tyrol; sodann vom Bodensee durch Oberschwaben, Bayern, die Donau hinab bis Wien u. bis an d. adriat. Meer; in Böhmen; vereinzelt bei Jena u. Hanover.) Jul. Aug. D. fl. 3. 183; Gypsophila saxifraga L. sp. pl. 584, ex diagnosi, synonymis et patria; Barr. ic. t. 998. Cl. Smith Gypsophilam saxifragam Linnaei in aliam plantam, in Graecia indigenam, annuam, nec cum synonymis, nec cum patria, nec cum duratione in speciebus plantarum memoratis convenientem, transtulit, et nostram plantam eandem cum G. rigida, sp. pl. 583, cui Linnaeus pedunculos bifloros adscribit, esse contendit. Nostra, quae pedunculos sparsos unifloros gerit, est absque dubio Tunica saxifraga Scopolii, et hoc nomen servet.

3. DIÁNTHUS (L. gen. n. 565.) Cal. 5 dentatus, basi squamis fultus. Pet. 5, ad faucem in unguem linearem contracta. Stam. 10. Styl. 2. Cap. 1 locularis, apice quadrivalvis. Sem. peltata, hinc convexiuscula, illinc concava et carina prominula perducta.

Sect. I. ARMERIASTRUM Ser. in DC. pr. I. 355. Fl. capitati vel subaggregati. Pet. dentata vel subintegerrima. Flor. carnei vel purpurei.

1. D. PROLIFER (L. sp. 1. 587.) flor. aggregato-capitatis, *involucri squamis senis pellucido-membranaceis* scariosis ellipticis, exterioribus binis duplo brevioribus mucronatis, intimis obtusissimis calyces superantibus, squamis calycinis involucralibus conformibus calycem involventibus, *caule glabro*, seminibus laevibus. ⊙. In campis arenosis, collibus apricis. Jul. Aug. D. fl. 3. 189. Tunica prolifera Scop. c. 503. — D. diminutus L. sp. 587, e mala observatione ortus, non exstat.

2. D. VELUTINUS (Guss. ind. sem. 1825.) fl. aggregato-capitatis, *involucri squamis senis pellucido-membranaceis* scariosis ellipticis, exterioribus binis duplo brevioribus mucronatis, intimis obtusissimis calyces superantibus, squamis calycis involucralibus conformibus calycem involventibus, *articulis caulis intermediis villosis*, seminibus muriculatis. ⊙. In collibus sterilibus, apricis, (bei Triest v. F. Meyer gesammelt, in d. Sammlung Alex. Brauns befindl.) G.

3. D. ARMERIA (L. sp. 586.) *floribus fasciculatis*, squamis calycinis bracteisque lanceolato-subulatis herbaceis tubum subaequantibus *hirsutis*, fol. lineari-attenuatis apice obtusiusculis cauleque pubescentibus. ⊙. In sylvaticis, ad sepes, hinc inde. Jul. Aug. D. fl. 3. 191. D. hirtus Lam. fl. fr. 535, non Vill., Schk. t. 121. St. h. 23.

4. D. BARBATUS (L. sp. 1. 586.) flor. fasciculato-aggregatis, squamis calycinis herbaceis ovatis aristatis, arista subulata, tubum

aequantibus, *bracteis exterioribus lineari-lanceolatis acutissimis reflexo-patentibus, fol.* breviter petiolatis *lanceolatis.* ♃. In pratis alpium editiorum, (in Tyrol zwischen Kals u. Windischmatrey! in Kärnthen auf der Pasterze am Grosglockner! u. auf d. Sattnitz bei Klagenfurt; in Krain!) Jul. Aug. D. fl. 3. 192. G.

5. D. Carthusianorum (L. sp. 586.) flor. in *capitulum terminale subsexflorum* aggregatis, squamis calycinis coriaceis *brunneo-scariosis* obovatis obtusissimis aristatis arista subulata tubum dimidium superantibus, involucri squamis subconformibus, fol. omnibus linearibus, *vaginis latitudinem folii quater superantibus.* ♃. In pratis siccis, montanis, ad alpes adscendens. Jun.-Aug. D. fl. 3. 193. St. h. 27. Reichenb. ic. 7. f. 732, et D. vaginatus Reichenb. ic. 7. f. 731.

6. D. atrorubens (All. ped. 2. p. 75.) flor. in *capitulum terminale 12-30 florum* aggregatis, squamis calycinis coriaceis *brunneo-scariosis* obovatis obtusissimis aristatis, arista subulata tubum dimidium superantibus, involucri squamis subconformibus, fol. omnibus linearibus, *vaginis latitudinem folii quater superantibus.* ♃. In pascuis graminosis montium humiliorum et alpium, (in den G. Wallis u. Uri auf Alpentriften, im südl. Tyrol u. im östr. Littorale.) Jun. Jul. D. fl. 3. 192. D. atrorubens All. ped. 2. p. 74, e specim. a Cl. viris Balbis et Colla transmissis, et verba descriptionis: „Squamae transparentes ex albido-rubentes" jam satis hanc speciem indicant. D. atrorubens Gaud. helv. 3. 145. D. Carthusianorum β. atrorubens DC. pr. 1. 357. D. vaginatus Vill. delph. 3. 594. D. diutinus Reichenb. ic. 6. f. 729. (specim. parvum, petalis paucicrenatis,) nec Kit. Jacq. ic. rar. t. 467, spec. cultura auctum. Variat arista squamarum involucralium longitudine capituli, et eodem fere dimidio breviore.

D. atrorubens MBieberst., Reichenb. ic. 6. f. 735., D. capitatus DC. prd. 1. 356, nondum in ditione fl. nostrae lectus, squamis involucralibus e viridi-albis caesio-pruinosis, summo foliorum pari basi lanceolato-dilatato et vagina eorum ventricosa facile dignoscitur.

D. diutinus Kit., in regionibus fl. nostrae nondum observatus, ex speciminibus, ab ipso Clarissimo Auctore et ab adcuratissimo Rochelio missis, idem est ac D. polymorphus MBieberstein: dentibus calycis rotundato-obtusis valde distinctus.

7. D. liburnicus (Bartling u. Wendl. beitr. 2. p. 52.) flor. in *capitulum terminale subsexflorum* aggregatis, squam. calycinis coriaceis *pallidis* laevigatis oblongis in apicem herbaceum lanceolato-subulatum tubum subaequantem terminatis, involucri squamis subconformibus, fol. omnibus lineari-lanceolatis linearibusve, *vaginis latitudinem folii bis superantibus.* ♃. In collibus petrosis, (im östr. Littorale, im Walde v. Lippiza u. bei Fiume.) Jul. D. fl. 3. 196. A. speciminibus D. Seguierii, quorum flores dense congesti apparent, differt: caule tetragono et vagina folior. longiore. Variat:

? β. fol. glaucis: D. Balbisii Ser. in DC. pr. 1. 356, D. glaucophyllus Hornem., D. collinus Balb., ex specimine a Cl. Colla ad amic. Martium misso. G.

8. D. Seguierii (Villars. delph. 3. 594.) caule superne bifido, flor. geminatis vel fasciculato-aggregatis paniculatisve, squamis calycinis ovatis aristatis, arista herbacea tubum aequante vel eodem duplo triplove breviore, bracteis lanceolatis, fol. lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis subquinquenerviis, *vaginis latitudinem folii subaequantibus*, petalis obovatis dentatis. ♃. In collibus graminosis, dumetosis, (in dem C. Wallis u. Tessin; in Südtyrol; in Bayern bei München u. Regensburg; in Böhmen; in Sachsen bei Dresden.) Jun.-Aug. D. fl. 4. 198. D. collinus Gaud. helv. 3. 147. D. Carthusianorum All. ped. 2. 74. Bertolon.! amoen. ital. p. 150. D. asper Willd. e h. berol. 1. 466. Quam maxime variat, capitulum vero, etiam si dense aggregatum sit, nunquam squamis involucralibus penitus cingitur;

α. *asper;* squamis calycis patulis: D. Seguierii Wulf. in R. arch. 3. 360. D. asper Reichenb. ic. f. 7441. D. scaber. Schleich.! et forma magis latifolia: D. Courtoisii Reichenb. fl. exc. p. 806. D. asper Lej.! rev. p. 83, qui vero in ditione fl. spad. non sponte provenit, conf. Comp. fl. belg. 1. p. 81. Similem formam varietatis sequentis prope Ratisbonam legi.

β. *sylvaticus;* squamis calycinis erectis vel adpressis: D. sylvaticus Hoppe in St. h. 28. D. Seguierii Reichenb. ic. f. 740.

γ. *collinus;* florib. in fasciculum densiorem congestis: D. collinus WKit. pl. rar. h. 1. t. 38. Reichenb. ic. f. 739. — Aliae modificationes sunt: D. montanus MB. t. c. 1. 328. Reichenb. ic. 5. f. 607. D. Fischeri Spreng. pug. 2. p. 62. — D. alpestris Balb. act. taur. 7. p. 11. t. 1, ex specim. ab auctore! et D. geminiflorus Lois.! gall. 2. 727, sunt specimina minora bi-triflora.

δ. *controversus;* petalis ultra tertiam partem inciso-dentatis dentibus lanceolato-subulatis: D. Sternbergii Schleich.! D. controversus Gaud. helv. 3. 157, excl. synonymo Hoppii. Memorabilem hanc varietatem e semine D. sylvatici ipse eduxi.

Sect. II. Caryophyllum Ser. in DC. pr. l. c. Flores solitarii vel paniculati.

§. 1. Petala dentata vel subintegerrima.

9. D. neglectus (Lois. not. 65.) *caule unifloro*, squamis calycinis ovatis arista subulata stricta tubum aequantibus vel superantibus *fol. linearibus rigidis a medio attenuato-acutis margine scabris* subtus trinerviis, petalis crenatis. ♃. In summis alpibus helveticis, perrarus, (auf d. Umbrail in Graubünden u. auf d. Glarner Alpen gegen Graubünden zu, Gaud.) Jul. D. glacialis DeC.! prodr. 1. 362. Gaud. helv. 3. 160. D. alpinus DC. fl. fr. 4. 746, non Haenke. D. tener Balb. ex spec. auctoris in collectione Mertensiana. Flores purpurei. H.

10. D. alpinus (L. sp. 590.) *caule unifloro*, squamis calycinis lanceolatis aristatis, arista lineari-subulata herbacea tubum subaequante, *fol.* lanceolato-linearibus *obtusis* basin versus attenuatis uninerviis, petalis crenatis *calyce duplo longioribus.* ♃. In alpibus et subalpinis, (Unteröstreich u. Steyermark.) D. fl. 3. 202. Jacq. a. t. 52. Flores supra carnei, annulo ad faucem purpureo et albo-guttato pulcherrimo, subtus viridi-alba. Caulis 2-3 pollicaris. G.

11. D. gla-

11. D. GLACIALIS (Hänke in Jacq. coll. 2. 84.) *caule unifloro*, squamis calycinis lanceolatis aristatis, arista lineari-subulata herbacea tubum superante, *fol.* linearibus *obtusis* uninerviis basin versus attenuatis, petalis crenatis *calyce sesquilongioribus.* ♃. In summis alpibus graniticis, (Graubünden u. Glarus; Tyrol; Salzburg; Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 3. 204. D. alpinus St. h. 28. Caulibus dense cespitosis, aristis plerumque longioribus, petalis brevioribus unicoloribus ab antecedente differt; an varietas? caules 2-3 pollicares, saepe subnulli.

12. D. DELTOIDES (L. sp. 586.) *floribus solitariis*, squamis calycinis subbinis ellipticis aritsatis arista subulata calyce dimidio brevioribus, fol. lineari-lanceolatis, inferioribus obtusis basin versus attenuatis, *caulibus pubescenti-scabris*, petalis obovatis dentatis. ♃. In pratis et pascuis siccis, ad sylvarum oras. Jun.-Sept. D. fl. 3. 205. Reichenb. ic. 6. f. 713. D. supinus Lam. fl. fr. 2. 534. Variat squamis calycis sensim attenuatis, longioribus, et abrupte aristatis, brevioribus, calycis tertiam partem haud attingentibus; petalis oblongis dissitis et obovatis contiguis. Flores rosei annulo purpureo ad faucem notati. Variat:

β. *glaucus;* fol. glauca, flores dilute rosei vel albi, annulo purpureo. D. glaucus L. sp. 1. 588. Reichenb. ic. 6. f. 748. D. deltoides β. Sm. engl. fl. 2. 268.

13. D. SYLVESTRIS (Wulfen in Jacq. collect. 1. 237.) caule 1-3 floro, floribus solitariis, *squamis* calycinis adpressis *lato-ovatis retuso-obtusissimis breviter aristatis* tubo quadruplo brevioribus, fol. viridibus linearibus acutis margine scabris, petalis obovatis crenatis imberbibus, *caudiculis radicalibus brevissimis.* ♃. In locis petrosis siccis, (im Littorale; Krain; Kärnthen; Südtyrol; Südschweiz, u. von diesen südlichen Gegenden bis auf die Alpen hinauf, aber nicht diesseits d. Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. 207. D. Caryophyllus ε. inodorus L. sp. 588. D. virgineus Host a. 1. 522. (cum synonymis Dianthi virginei Jacq. et D. sylvestris Wulf., quos ne separat quidem tanquam varietates.) Flores inodori. Variat fol. viridibus et glaucescentibus, calyce, ut alii, breviore et longiore, latiore et angustiore, petalis dilute carneis et intense roseis, crenatis et fere integerrimis, et insuper

α. caule altiore 2, 3, et plurifloro: D. virgineus Jacq. a. append. t. 15, non Linn. — D. Scheuchzeri et D. caryophylloides Reichenb. fl. exc. p. 810 et 811, huius varietatis modificationes sunt.

β. *humilior*, uniflorus: D. sylvestris Wulf. in Jacq. ic. rar. t. 82. In alpibus altioribus quandoque fere acaulis fit:

γ. *subacaulis.* Dianthum glacialem refert, h. l.: D. frigidus bot. ztg. 1824. p. 283.

D. virgineus Linnaei, DC.! prod. 1. 361., Monspelii crescens, differt caudiculis elongatis prostratis, fol. a basi sensim attenuatis, calyce dimidio minore, squamis ovatis, margine membranaceo-latiore et mucrone longiore tenuiore instructis.

14. D. CARYOPHYLLUS (L. sp. 210.) floribus solitariis, *squamis calycinis* adpressis *subrhombeis apiculatis* tubo quadruplo brevioribus, fol. linearibus acutis glaucis *margine laevibus* basi scabriusculis, petalis obovatis crenatis imberbibus, *caudiculis elongatis*

procumbentibus ramosissimis. ♃. Ubique ornamenti gratia colitur, et occurrit hinc inde in muris, quasi spontaneus. Jul. Aug. Flores suavissimo odore praediti, et colore in infinitum variantes: D. fl. 3. 210.

15. D. CAESIUS (Smith in act. soc. lond. 2. 302.) caule subunifloro, *squamis calycinis* adpressis ovatis *obtusis breviter acuminatis* aristatisve tubo quadruplo brevioribus, fol. linearibus obtusiusculis glaucis *margine scabris*, petalis obovatis crenatis barbatis, caudiculis procumbentibus radicantibus ramosissimis dense cespitosis. ♃. In rupium fissuris, (in Schlesien, in Böhmen u. im Elbgebiete bis Barby; Thüringen u. am Harze; in den baireuth. Gebirgen; in Oberbaiern; Oberschwaben; im Jura; d. Nahegebirgen der Rheinpfalz; d. Ardennen.) Mai. Jun. D. fl. 3. 210. St. h. 34. D. glaucus Huds. angl. 185. D. virgineus β. L. sp. 590. Flores carnei. Variat, ut D. sylvestris, calyce angustiore, latiore, longiore et breviore. Varietas floribus plenis copiose colitur sub nomine Pfingstnelke.

§. 2. Petala profunde, digitato-vel pinnatifido-incisa.

16. D. PLUMARIUS (L. sp. 1. 589.) caulibus 2-5 floris, floribus solitariis, *squamis calycinis* subrotundo-ovatis *breviter mucronatis* tubo quadruplo brevioribus, fol. lineari-subulatis glaucis margine scabris, *petalis ad medium digitato-multifidis area intermedia integra obovata*, caudiculis procumbentibus radicantibus ramosissimis dense cespitosis. ♃. In rupestribus, collibus et campis arenosis, (bisher nur in Unteröstreich in der Nähe von Wien.) Jul. Aug. D. fl. 3. 212. Clus. hist. 1. p. 284. ic. — D. moschatus Meyer abh. d. böhm. ges. 1781. p. 318. D. odoratus Vest. — Flor. rosei vel albi ad faucem saepe maculati; raro imberbes: D. hortensis Schrad. Variat insuper, ut D. sylvestris et caesius, calyce breviore, et

β. *serotinus*, calyce longiore: D. serotinus WK. pl. r. h. 2. t. 172. Varietas fl. plenis, in hortis frequenter culta, serius floret, quam D. caesius. G.

17. D. ARENARIUS (L. sp. 589.) *caulibus subunifloris*, squamis calycinis ovatis obtusis breviter apiculatis tubo quadruplo brevioribus, fol. lineari-subulatis viridibus margine scabris, *petalis pinnatifido-multipartitis*, *area intermedia integra oblonga*, *caudiculis procumbentibus* radicantibus *ramosissimis dense cespitosis.* ♃. In campis arenosis, (von Königsberg durch Preussen u. Pommern u. bis Frankf. a. d. O.) Jul.-Sept. D. fl. 3. 214. Reichenb. ic. 2. f. 259. Fl. odorati, lamina basi macula virente, pilis albidis vel purpureis adspersa. — D. gallicus Pers., D. arenarius Thore, in Germ. nondum lectus differt: fol. glaucis, inferioribus obtusis, petalorum imberbium area obovata, ut in D. plumario, et ab hoc fol. obtusis, caule unifloro, et floribus semper imberbibus. G.

18. D. SUPERBUS (L. sp. 589.) *caule subsolitario* bi-multifloro, floribus sparsis, calycis squamis ovatis acuminato-aristatis tubo triplo brevioribus, fol. viridibus lineari-lanceolatis acuminatis, inferioribus obtusiusculis, *petalis pinnatifido-multipartitis*, *area intermedia integra oblonga.* ⊙. ♃. In pratis humidis uliginosis, (durch d. ganze Gebiet hin u. wieder.) Jul. Aug. D. fl. 3. 215. Clus. hirt. 1. 284. Pet. dilute e roseo lilacina basi saepe virentia et pilis purpureis barbata. Fl. odoratissimi.

19. D. MONSPESSULANUS (L. sp. 1. 588.) florib. geminatis subcongestis, calycinis *squamis* ovatis *aristatis arista* herbacea *subulata tubum dimidium aequantibus*, fol. linearibus attenuato-acutissimis, *petalis ad medium digitato-multifidis*, *area intermedia integra obovata*, radice pluricauli, caulibus e basi prostrata adscendentibus. ♃. In collibus petrosis, sylvaticis, (im Littorale u. bis auf die Krainer u. Kärnther Alpen, wo die Pflanze in die Var. γ. übergeht; im südl. Tyrol u. im Jura.) Jul. Aug. D. fl. 3. 216. Flor. carnei vel albi. D. monspeliacus L. syst. nat. 2. p. 308, sine dubio lapsu calami. D. erubescens Trev. jahrb. d. gewk. 2. 32. D. acuminatus Tausch syllog. 2. 242. Variat:

β. *plumosus;* petalis imberbibus: D. plumosus Spreng. pug. 2. 64. D. Waldsteinii Sternb. bot. ztg. 1826. beil. 172, e specimine ab ipso clarissimo auctore.

γ. *alpicola;* caule humili unifloro, e loco in alpibus altioribus: D. alpestris Hoppe ap. St. h. 28. (flos male delineatus et coloratus.) D. alpestris Sternb. ap. Spreng. syst. 2. 381, nec Balb. Tunica arenaria Scop. carn. 1. 301.

D. Hornemanni Ser. in DC. prodr. 1. 362. D. furcatus Hornem. (non Balb.) et 2. D. littoralis Host. a. 1. 522., mihi ignoti.

4. SAPONÁRIA (L. gen. n. 564.) Cal. 5 dentatus, basi nudus. Pet. 5, ad faucem in unguem linearem contracta. Stam. 10. Styl. 2. Caps. unilocularis, apice quadridentata. Sem. reniformi-globosa.

Sect. I. VACCARIA DC. prod. 1. 365. Cal. alato-angulatus; flores laxe corymbosi.

1. S. VACCARIA (L. sp. 585.) floribus laxe corymbosis, *calycibus alato-angulatis*, petalis crenulatis nudis, caule erecto glaberrimo, fol. lanceolatis basi connatis. ⊙. In agris planitierum et montium humiliorum, solo calcareo et argillaceo, (im g. Gebiete; im nördlichen seltner, fehlt in Preussen.) Jun. Jul. D. fl. 3. 186. Tabernaem. Krtb. 1253. f. 1. Saponaria rubra Lam. fl. fr. 541. Gypsophila Vaccaria Sm. in Sibth. fl. graec. t. 380. Vaccaria vulgaris Host. a. 1. 348. V. pyramidata Fl. d. wett. 2. 88. Flores carnei.

Sect. II. BOOTIA Necker DC. l. c. Cal. teres; flores corymboso-aggregati.

2. S. OFFICINALIS (L. sp. 584.) *flor. fasciculato-corymbosis, calyce cylindrico glabro*, petalis retusis coronatis, caule erecto, fol. oblongo-ellipticis. ♃. In glareosis rivulorum et fluminum, ad sepes et dumeta, planitierum et montium humiliorum. Jul. Aug. D. fl. 3. 184. St. h. 6. Bootia vulgaris Necker. Flores dilute carnei.

3. S. OCYMOIDES (L. sp. 585.), hirta, *flor. corymboso-paniculatis*, *calyce cylindrico villoso*, petalis obtusis leviterve emarginatis coronatis, caulibus prostratis, fol. lanceolatis ellipticisve, inferioribus in petiolum attenuatis obovatis. ♃. In collibus arenosis et subalpinis, (in Kärnthen; im südlichern Tyrol u. in der südöstlichen Schweiz.) April - Aug. D. fl. 4. 185. Jacq. a. app. t. 23. Fl. rosei.

4. S. LUTEA (L. sp. 585.) *flor.* corymboso-capitatis, calyce subcylindrico hirsuto, petalis obtusis coronatis, caulibus erectis, *fol.*

linearibus, radicalibus glaberrimis. ♃. In alpibus altissimis, (der südl. Schweiz sehr selten, doch auf der mittäglichen Seite des Monte Rosa, am Fufse desselben über dem Thale Tornanche u. etwas über d. Alpenhütten, am Breuil genannt, häufig.) Jul. Aug. Gaud. helv. 3. 143. St. h. 29. Pet. sulphurea; ungues et stamina atroviolacea. H.

5. CUCÚBALUS (L. Gärtn. fruct. 1. p. 376. t. 77. f. 1.) Cal. 5 dentatus, nudus. Pet. 5, unguiculata. Stam. 10. Styl. 3. Bacca unilocularis. Sem. reniformia.

1. C. BACCIFERUS (L. sp. 591.) ♃. In dumetis et sylvaticis planitierum, locis humidiusculis, ad ripas inter salices, (durch d. ganze Gebiet, aber nur hin u. wieder, an vielen Orten gar nicht.) Jul. Aug. D. fl. 3. 218. C. baccifer. Gärtn. l. c. C. horizontalis Mönch. meth. 711. Silene baccifera Roth. tent. 2. 1. 491. Scribaea baccifera Fl. wett. 2. 96. Lychnanthus scandens Gmel. bad. 2. 249. Lychnis baccifera Scop. 1. 306.

6. SILÈNE (L. gen. 567.) Cal. 5 dentatus, nudus. Pet. 5, unguiculata. Stam. 10. Styl. 3. Caps. basi trilocularis, apice 6 valvis. Sem. reniformia.

Sect. I. VISCAGO. Inflorescentia racemosa vel spicata: Flores alterne in racemos secundos vel distichos, plerumque geminatos, vel in spicas, eodem modo comparatas dispositi, cum flore solitario in dichotomia.

1. S. GALLICA (L. sp. 595.) *racemis terminalibus* plerumque *geminatis* viscoso-pubescentibus, *floribus alternis*, calyce tubuloso hirsuto, fructifero ovato cum pedicello patente vel refracto, dentibus calycis lanceolato-subulatis, *petalis obovatis indivisis* integerrimis denticulatis emarginatisve, fol. oblongis, inferioribus obovatis. ⊙. Inter segetes locis glareosis, arenosis, (durch das ganze Gebiet, aber nur hin u. wieder u. streckenweise.) Jun. Jul. D. fl. 3. 228. Vaill. par. t. 16. f. 12. Flores carnei vel albidi. Carpophorum brevissimum, capsula multo brevius. Variat:

β. quinquevulnera; petala in disco sanguinea, in margine incarnata vel albida: S. quinquevulnera L. sp. 595. Petala saepe, ut in specie primaria integerrima, crenulata et obcordata, et fructus in speciminibus pinguioribus eodem modo horizontaliter divaricati.

γ. anglica, caule ramosiore, diffusiore: S. anglica L. sp. 594. Petala apud Linnaeum, in sp. pl. l. c., integerrima, apud DeCandollium, in prodr., obcordata vocantur; sunt certe frequenter etiam crenulata et integra, et fructus plerumque non magis reflectuntur, quam in reliquis varietatibus.

Inter enumeratas formas et inter Silenem sylvestrem Reichenb. fl. exc. p. 812, limites hucusque frustra quaesivi; nec S. cerastoides DeCand., ex specimine ab ipso Cl. auctore, differt. Sed Linnaei plantam cognominem in Silene coarctata Lagasc., gen. et spec. 15, DC. prodr. 1. 371, quaerendam esse existimo. Haec evidenter differt: calycibus fructiferis brevius pedicellatis, semper erectis, inferne fere globoso-ventricosis, superne in rostrum contractis; capsula fere globoso-ovata, rostro brevi, dentibus capsulae semper erectis, calyce conspicue brevioribus et petalis profunde bifidis, laciniis linearibus; num haec in ditione fl. n. reperta sit, ignoro.

2. S. VESPERTINA (Retzius obs. bot. 3. p. 31.) *racemis terminalibus subgeminis* subquinquefloris; *floribus alternis, calycibus* tubuloso-subclavatis decemstriatis aveniis adpresse pubescentibus sub anthesi *in pedicello erecto cernuis, fructiferis clavatis* erectis, dentibus calycis ovatis acutiusculis, petalis ultra medium bifidis acute coronatis, foliis obovatis lanceolatisve basin versus angustatis. ⊙. Ad littora maris, locis sabulosis, (bei Triest.) Mai. Jun. D. fl. 3. 231. S. bipartita Desf. atl. 1. 352. t. 100. S. colorata Poir. — Fl. incarnati; carpophorum longitudine capsulae. G.

3. S. DICHOTOMA (Ehrhart beitr. 7. p. 144.) *racemis terminalibus geminis* multifloris, *floribus alternis, calycibus* tubulosis subventricosis decemstriatis aveniis hirsutis, sub anthesi *cum pedicello brevissimo cernuis fructiferis ovato-oblongis* erectis, dentibus calycis ovatis acutis, petalis ultra medium bifidis retuso-coronatis, fol. elliptico lanceolatis acuminatis, infimis spathulatis. ⊙. In agris et ad vias, (bisher blofs zwischen Wien u. der ungarischen Grenze.) Mai. Jun. D. fl. 3. 233. W. K. pl. r. h. t. 29. S. membranacea Poiret enc. 7. p. 164. Fl. albi. Carpophorum breve, capsula triplo brevius. G.

Sect. II. OTITES. Inflorescentia paniculata vel racemoso-paniculata. Flores in paniculam dispositi, vel pyramidalem latiorem, vel racemosam angustiorem; formatam e ramis oppositis, dichotome divisis, cum pedicello in dichotomia, rarius e ramis repetito-dichotomis. Panicula mutatur in racemum verticillatum, si rami breviores fiunt vel penitus deficiunt; et in racemum simplicem, si solus flos primarius ramorum explicatur.

4. S. VISCOSA (Persoon. syn. 1. 497.) *viscoso-villosa, racemo verticillato, pedunculis oppositis 1-3 floris*, calycibus cylindricis medio subventricosis, dentibus obtusis, petalis bifidis denudatis, foliis undulatis. ⊙. Ad vias, sepes, in pascuis arenosis, (bisher mit Gewifsheit blofs in Böhmen.) Jun. Jul. D. fl. 3. 220. Cucubalus viscosus L. sp. 386. Fl. albi. G.

5. S. ITALICA (Pers. syn. 498.) pubescens, *panicula erecta laxa, racemis oppositis trichotomis* viscoso-annulatis tri-multifloris, floribus porrectis, calycibus clavatis, dentibus obtusis, petalis bifidis denudatis, *fol.* basi ciliatis, *inferioribus spathulato-lanceolatis* in petiolum decurrentibus. ♃. In collibus lapidosis, apricis, (bei Triest, Fiume u. in Istrien.) Jun. Jul. D. fl. 3. 221. Reichenb. ic. f. 465. Cucubalus italicus L. sp. 593. C. silenoides Vill. delph. 3. 614. Viscago clavata Mönch. meth. 704. — Flores supra albi, subtus venis dilute violaceis, plumbeis, viridibusve picta. Variat, ut multae aliae species huius generis. 1, flor. minoribus et carpophoro breviore, longitudinem capsulae non penitus attingente: S. viscosa Schleich.! (non Pers.) S. insubrica Gaud. helv. 3. 173 et 570. 2, Fol. densius pubescentibus subincanis: S. pilosa Spreng. syst. 2. p. 41. Reichenb. ic. 3. f. 426. C. mollissimus WK. t. 248, non Linn. Folia quandoque, etiam in forma vulgari, undulata occurrunt.

6. S. NEMORALIS (Waldst. et Kitaib. p. r. h. 3. 277.) pubescens, *panicula erecta subcongesta, ramis oppositis trichotomis* viscoso-annulatis trimultifloris, florib. porrectis, calycibus clavatis, dentibus obtusis, petalis bifidis denudatis, *fol* basi barbato-ciliatis, *inferioribus subrotundo-ellipticis* in petiolum decurrentibus. ♃. In sylvaticis,

(Schlesien, Böhmen, Sachsen, nach Host auch in Steyermark, Krain u. in d. Littorale.) Jun. Jul. D. fl. 4. 223. Reichenb. ic. 3. f. 416. Simillima antecedenti, diff.: fol. radicalibus et caulinis inferioribus latioribus, superioribus margine basin versus lanato-barbatis, panicula breviore, densiore et carpophoro capsula evidenter longiore. G.

7. S. NUTANS (L. sp. 596.) pubescens, superne glanduloso-viscida, *panicula secunda sub anthesi infracto-nutante*, *ramis oppositis trichotomis 3-7 floris*, *calycibus* tubulosis subclavatis, dentibus *acutis*, petalis bifidis coronatis, fol. inferioribus lanceolato-ellipticis in petiolum decurrentibus, dentibus capsulae revolutis. ♃. In collibus herbidis, montium declivibus petrosis, pratis siccis, planitierum, montium humiliorum et alpium. Jun. Jul. D. fl. 3. 224. Flor. albi, subtus quandoque striis plumbeis, vel virentibus notati. Carpophorum vix tertiam capsulae partem attingit. Variat:

β. infracta, glabra, foliis basi tantum ciliatis: S. infracta W. Kit. pl. rar. hung. p. 237. t. 213. E. semine, ex hortis botanicis accepto, specimina glabra, et pilosa, Sileni nutanti simillima, egerminarunt et praeter glabritiem inter S. nutantem et infractam nullum discrimen reperire potui.

8. S. LIVIDA (Willd. enc. h. 6. 474.) pubescens, superne glanduloso-viscida, panicula secunda sub anthesi infracto-nutante, ramis oppositis 3-7 floris, calycibus tubulosis subclavatis, dentibus acutis, petalis bifidis coronatis, fol. inferioribus lanceolato-ellipticis in petiolum decurrentibus, dentibus capsulae patulis. ♃. In asperis sylvaticis, (Steyermark, Krain, Littorale.) Jun. Reichenb. ic. 3. f. 417. S. nutans *γ*. D. fl. 3. 225. S. rubra Vest. bot. ztg. 4. 150, ex loco nat. Petalis subtus semper livido-viridibus et capsulae dentibus patulis nec recurvatis vel revolutis a S. nutante differt.

9. S. CHLORANTHA (Ehrhart beitr. 7. 146.) glabra, *racemo secundo*, *ramis oppositis 1-3 floris*, *floribus sub anthesi nutantibus*, *calycibus* tubulosis subclavatis, dentibus *obtusis*, petalis bifidis coronatis, fol. inferioribus lineari-lanceolatis in petiolum attenuatis, caule subnudo. ♃. In collibus arenosis graminosis, sylvis acerosis, planitierum et montium humiliorum, (im Odergebiete, nämlich in Schlesien u. durch Brandenburg nach Vorpommern; auch in Krain u. d. Littorale nach Host.) Jul. Aug. D. fl. 3. 225. Cucubalus chloranthus Willd. prodr. t. 5. f. 9. Flor. luteo-virides. Carpophorum capsula quadruplo brevius. G.

10. S. TATARICA (Pers. syn. 1. 497.) *racemo secundo erecto*, ramis oppositis 1-3 floris, *flor. sub anthesi in pedunculo erecto cernuis*, calycibus tubulosis subclavatis, dentibus acutis, petalis bifidis denudatis, fol. lineari-lanceolatis basi attenuatis, *caule geniculis approximatis dense folioso*. ♃. In arenosis, (bisher blofs in der Neumark, aber in sehr grofser Menge längs a. Ufer d. Oder u. d. Warthe, Buek.) Jul. Aug. D. fl. 3. 226. Cucubalus tataricus L. sp. 592. Capsula carpophoro quadruplo longior.

11. S. OTITES (Smith fl. brit. 469.) paniculae ramis oppositis verticillato-racemosis, verticillis multifloris porrectis, calycibus tubuloso-campanulatis paniculaque glabris, dentibus obtusis, *petalis*

linearibus indivisis denudatis, fol. obovato-lanceolatis. ♃. In collibus incultis, campis arenosis, ad viarum margines, (von Krain durch Oestreich, Böhmen, Schlesien, Sachsen, nach Thüringen, bis an den Harz; sodann im Lüneburgischen, in Mecklenburg u. in Ostpreussen; auf der Rheinfläche stellenweise, von Oberelsafs u. von Oberbaden an bis Mainz; im Mainthale bis Würzburg; in der südl. Schweiz.) Mai.-Jul. D. fl. 3. 227. Fl. dan. t. 518. Cucubalus Otites L. sp. 594. C. parviflorus Lam. fl. fr. 3. p. 26, non Ehrh. Flores parvi, viriduli; planta polygamo-dioica. Carpophorum vix ullum. Cucubalus parviflorus Ehrh. differt panicula pubescenti-scabra.

Sect. III. Atocion. Inflorescentia corymbosa, vel corymboso-paniculata: caulis dichotome divisus, cum pedicello solitario ebracteato in dichotomia, et pedicellis terminalibus bibracteatis, cum ex axilla harum bractearum non amplius ramuli emergant. (Panicula corymbosa apparet, ramis ramulisque longioribus; mutatur in fasciculum fastigiatum, ramis ramulisque valde abbreviatis; et caulis triflorus fit, si semel tantum dividitur. E tribus pedunculis huius caulis triflori intermedius nudus, laterales bibracteati sunt; si unus exhis deficit, alter brevior et nudus, alter longior et bibracteatus apparet, et si bini laterales evanescunt, caulis oritur uniflorus.)

§. 1. Calyx inflatus nervoso-multistriatus, (20-30 striatus,) et reticulato-venosus.

12. S. inflata (Smith. brit. 2. p. 467.) panicula terminali dichotoma, floribus alaribus terminalibusque, *calycibus ovatis inflatis multistriatis reticulato-venosis glabris*, dentibus ovatis acutis, petalorum laminis bipartitis basi bituberculatis, fol. ellipticis lanceolatisve acuminatis. ♃. In pratis siccis, collibus incultis, locis dumetosis petrosis, ubique. Jul. Aug. D. fl. 3. 234. Schk. t. 121. Cucubalus Behen L. sp. 591. Silene Cucubalus Wib. werth. p. 241. C. glaucus W. en. suppl. 24. Link. en. 1. 424. Flores albi, denique limbo obliquo subirregulares; planta polygamo-dioica. Carpophorum breve, capsula dimidia brevius. Variat: foliis glabris, glabris et ciliatis, hirtis et hirsutis; in alpibus floribus majoribus, caule multifloro: C. Antelopum Vest. bot. ztg. 1. 148; et caule paucifloro: C. alpinus Lam. enc. 2. 220, et

β. *angustifolia*, fol. linearibus vel lineari-lanceolatis; occurrit quandoque foliis vix dimidiam lineam latis: S. inflata β. D. fl. 3. 236, in lapidosis (zwischen Imsbach u. d. alten Kobaltgruben am Donnersberge in d. Rheinpfalz; im Salzburgischen bei Lofer, v. Spitzel.)

Silene maritima Host. fl. a. 1. 528, ulterius examinanda est; Wilheringii plantam, in littoribus marinis Angliae inhabitantem, in montium declivibus Carinthiae provenire, vix crediderim.

13. S. Pumilio (Wulfen in Jacq. fl. a. app. p. 26. t. 2.) floribus terminalibus solitariis, *calycibus inflatis oblongo-campanulatis multistriatis reticulato-venosis hirsutis*, dentibus ovatis obtusis, petalorum laminis indivisis repandis setaceo-coronatis, fol. linearibus obtusiusculis basin versus attenuatis. ♃. In locis rupestribus sub humidis alpium graniticarum, (Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Steyermark.) Jun. Jul. D. fl. 3. 237. St. h. 22. Cucubalus Pumilio L. mant. p. 71. Lychnis Pumilio Scop. carn. 1. 513. Flores rosei, e maximis generis, in cespites vix pollicem altos inmersi pedunculis carere videntur. Ovarium fere sessile.

§. 2. Calyx ovatus, basin versus non angustatus, nervoso-multistriatus, (30 striatus,) striis dense approximatis, non reticulatus. (Basis umbilicata etiam in sectione sequente obvia est.)

14. S. CONICA (L. sp. 598.) caule cano-pubescente superne dichotomo, floribus alaribus terminalibusque, *calycibus trigintastriatis*, basi umbilicatis, dentibus subulatis acutissimis, petalis obcordatis coronatis, *capsula oblongo-ovata*, fol. lineari-lanceolatis. ⊙. In campis arenosis, (auf d. Rheingebiete von Strasburg bis Trier u. Limburg, u. bis Westphalen; im östreichischen Littorale.) Jun. Jul. D. fl 3. 238. Jacq. a. t. 253. Flores rosei. Carpophorum, ut in sequente, brevissimum. G.

15. S. CONOIDEA (L. sp. 598.) caule glanduloso-pubescente superne dichotomo, floribus alaribus terminalibusque, *calycibus trigintastriatis*, basi umbilicatis, dentibus subulatis acutissimis, petalis integris crenulatis, *capsula depresso-globosa* longe rastrata, fol. oblongo-lanceolatis. ⊙. In agris inter segetes, (Luxemburg, Lej.) Jun. Jul. D. fl. 3. 239. Moris. s. 5. t. 36. f. 6. Flor. rosei. G.

§. 3. Calyx oblongus vel oblongo-clavatus decemnervius.

16. S. NOCTIFLORA (L. sp. 599.) *caule superne dichotomo, pedunculis calycibusque viscoso-villosis, floribus alaribus terminalibusque*, calycibus subventricoso-tubulosis decemstriatis venulosis, fructiferis ellipticis, dentibus calycis subulato-filiformibus, *petalis profunde bifidis* coronatis, fol. oblongis acutis, supremis lanceolato-attenuatis, infimis obovatis. ⊙. Inter segetes, praecipue solo argillaceo et calcareo. Jul.-Sept. D. fl. 4. 240. St. h. 3. Flor. dilute carnei. Carpophorum capsula octuplo brevius.

17. S. VALLESIA (L. sp. 603.) *caulibus* cespitosis decumbentibus *1-3 floris*, *fol. calycibusque glanduloso-scabris*, floribus terminalibus, *calycibus* tubulosis decemstriatis superne venulosis fructiferis clavatis, dentibus calycis oblongis, *petalis bifidis* coronatis, fol. lanceolatis acutis, caulinis sessilibus radicalibus in petiolum attenuatis. ♃. In locis elatis sterilibusque alpium rarissima, (auf d. grofsen St. Bernhard; unter d. M. Rosa, eine Stunde von Breuil, nahe bei einer Kapelle auf der linken Seite; zwischen Courmageur u. Allée-Blanche.) Jul. Gaud. h. 3. 175. All. ped. t. 23. f. 2, specimen 7 florum, cultura forte auctum. Pet. supra dilute rosea, subtus sanguinea, venis rubris. Carpophorum capsulae longitudine, vel longius. H.

18. S. ARMERIA (L. sp. 601.) *glaberrima*, *articulis caulinis superioribus viscoso-annulatis*, paniculis terminalibus fasciculato-coarctatis multifloris, calycibus tubuloso-clavatis decemstriatis, dentibus calycinis ovatis obtusis, *petalis indivisis* emarginatis acute *coronatis*, fol. ovatis. ⊙. In locis rupestribus, inter virgulta, et in locis arenosis, (in d. südl. Schweiz; südl. Tyrol, Kärnthen, Littorale; auch in der Rheinpfalz bei Creuznach an der Nahe.) Jul. Aug. D. fl. 3. 242. St. h. 21. Flores rosei. Carpophorum longitudine capsulae, vel longius.

19. S. LINICOLA (Gmel. fl. bad. 4. 304.) *caule* superne *dichotomo* corymboso-paniculato *pedunculis calycibusque pube brevis-*

sima scabriusculis, floribus alaribus terminalibusque, calycibus tubulosis decemstriatis fructiferis ovato-clavatis inter strias venulosis, dentibus calycinis ovatis obtusis, *petalis indivisis* emarginatis *coronatis*, fol. lineari-lanceolatis, infimis obovatis. ⊙. In agris inter Linum, (im Würtembergischen u. nördlich bis Werthheim u. Wassertrüdingen u. Lentersheim.) Jun. Jul. D. fl. 3. 241. S. eranthema Wibel. in litt., et S. linaeeola Wib. secundum Sprengel in s. veg. 2. 412, qui eam cum S. stricta L. combinat. Haec vero ex descriptione linnaeana in amoent. academ. longe aliam speciem designat, ex mea sententia, in S. reticulata Desfont. quaerendam. Flor. dilute carnei. Carpophorum dimidiam capsulam aequans.

20. S. SEDOIDES (Jacq. coll. suppl. p. 112. t. 14. f. 1.) *caule dichotomo pedunculis calycibusque glanduloso-hirtis*, floribus alaribus terminalibusque, calycibus tubulosis decemstriatis, fructiferis oblongo-clavatis, calycinis dentibus ovatis obtusis, *petalis indivisis* emarginatis *coronatis*, fol. obtusis, infimis obovatis in petiolum attenuatis, superioribus oblongis lanceolatisque sessilibus. ⊙. In apricis rupestribus, (auf d. Insel Osero, Biasol.!) Jun. Jul. S. sedoides DeCand.! fl. fr. suppl. p. 605. Flores supra rosei, subtus pallidi. Pedunculi deflorati patentes, calyce oblique erecto. Carpophorum capsula quadruplo brevius. J.

21. S. SAXIFRAGA (L. sp. 602.) *caulibus* cespitosis *pube brevissima scabriusculis*, *pedunculis terminalibus solitariis geminisve*, *calycibus* clavatis decemstriatis aveniis *glabris*, dentibus calycinis ovatis obtusis, *petalis profunde bifidis* coronatis, fol. linearibus basin versus angustatis. ♃. In montosis, subalpinis et alpibus, (in d. südl. Schweiz; im südl. Tyrol; Kärnthen; Krain.) D. fl. 3. 243. Flores supra albi, subtus rubelli vel luteo-virides. Inter specimina S. petraeae W. et K., a Cl. Rochelio ad Thermas Herculis lecta, et inter plura specimina S. saxifragae germanica notas essentiales, ab auctoribus propositas, detegere non possum. Caps. in speciminibus Roschelianis ovales, in germanicis ovali-oblongae. Carpophorum in utrisque longitudine capsulae, vel paulo longius.

§. 4. Calyx turbinato-campanulatus brevis. Semina margine cristato-ciliata.

22. S. QUADRIFIDA (L. sp. 602.) caulibus cespitosis dichotomis, articulis superioribus pedunculisque viscoso-annulatis, floribus alaribus terminalibusque vel in caule unifloro solitariis, calycibus turbinatis decemstriatis, dentibus ovatis obtusis, *petalis* obovatis *quadridentatis* coronatis, capsula ovali calycem subaequante, *seminibus cristato-ciliatis*, *fol. linearibus*, *infimis spathulatis*. ♃. In rupestribus humidiusculis alpium, (durch die ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 3. 244. Flores lactei. In alpibus altioribus planta minor: S. pusilla WK. pl. rar. hung. 3. 235. t. 212, monente Rochelio in litt. In udis alp. graniticarum major, petalis paulo latioribus, margine contiguis, quandoque roseis:

β. *pudibunda;* S. pudibunda Hoffmannsegg ap. Reichenb. ic. 9. f. 1177. Capsula in omnibus his varietatibus mox calyce brevior, mox paulo longior; capophorum capsula triplo quatruplove brevius. Styli semper tres.

23. S. ALPESTRIS (Jacq. a. 1. t. 96.) caulibus cespitosis dichotomis, articulis superioribus pedunculisque viscoso-annulatis, floribus alaribus terminalibusque, calycibus turbinatis decemstriatis, dentibus ovatis obtusis *petalis* obovatis *quadridentatis* coronatis, capsula oblonga calyce duplo longiore *seminibus cristato-ciliatis*, *fol. lanceolatis*. ♃. Ad sylvarum margines et in locis udis reg. subalpinarum, (in Unteröstreich gemein; ferner in Kärnthen, Krain u. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 3. 245. S. viscida Spreng. pug. 2. 65, secundum Cl. Reichenb. Similis antecedenti, sed robustior, folia lanceolata, ad 3 lineas lata, flores duplo majores, 5-6 lineas lati, capsula calyce fere duplo longior, et calyx, in omnibus saltem a me visis speciminibus, pilis brevibus glanduliferis adspersus. G.

§. 5. Calyx campanulatus, vel turbinato-campanulatus, brevis. Sem. margine crista destituta, comparata ut in ceteris speciebus generis, exceptis, quae in paragrapho antecedente continentur.

24. S. RUPESTRIS (L. sp. 602.) *caulibus dichotomis glaberrimis*, *floribus alaribus terminalibusque*, *calycibus turbinatis decemstriatis*, dentibus ovatis obtusis, petalis obcordatis coronatis, *fol. ovatis* acutis sessilibus, inferioribus lanceolatis basi attenuatis. ♃. In locis siccis rupestribus alpium et reg. subalpinarum, (in d. Vogesen u. in der westlichen u. südl. Schwz., sodann durch Tyrol nach Kärnthen, Salzburg u. Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 3. 146. St. h. 22. Flor. lactei vel rosei.

27. S. ACAULIS (L. sp. 603.) *caulibus* densissime cespitosis *pedunculis calycibusque glabris*, *floribus* terminalibus *solitariis*, *calycibus campanulatis decemstriatis* aveniis, dentibus calycis ovatis obtusis retusisve petalis obovatis leviter emarginatis coronatis, *fol. lineari-subulatis*. ♃. In locis rupestribus humectatis alpium humiliorum et altissimarum usque ultra terminum nivalem. Jun.-Aug. D. fl. 3. 247. Planta polygamo-trioica. Pet. saturate rosea; caps. oblonga, calyce duplo longior. Variat:

β. *exscapa;* floribus dilute roseis et capsula ovali, calyce paulo tantum longiore: S. exscapa All. ped. 2. 83.

Silene rubella Wulf., in Röm. arch. 3. 362, inter segetes circa St. Daniele, Tolmezzo et Monfalcone proveniens; porro S. cerastoides (Lychnis) Scop. carn. 2. 309, et S. inaperta Scop. l. c. utraque prope Tergestum nascens, et S. maritima Host., ad alpium pedes inventa, in locis natalibus adcuratius inquirendae sunt. S. polyphylla L., ad quam S. bicolorem Thorii refero, per errorem typographicum, in Clusii historia pl. rar. stirpibus germanicis adscripta fuerat. Conf. Koch in d. bot. ztg. 13. 2. p. 611.

7. LYCHNIS (DC. fl. fr. 4. p. 761.) Cal. 5 dentatus, nudus. Pet. 5 unguiculata. Stam. 10. Syl. 5. Caps. semiquinquelocularis, vel unilocularis, apice dentibus 5 vel 10 dehiscens.

Sect. I. VISCAGO DC. l. c. Caps. semiquinquelocularis.

1. L. VISCARIA (L. sp. 625.) petalis indivisis coronatis *caule glabro superne sub geniculis viscido*, fol. lanceolatis glabris basi ciliatis, floribus racemoso-paniculatis subverticillatis. ♃. In grami-

nosis siccis et declivibus montium virgultorum. Mai. Jun. D. fl. 3. 325. Flores laete purpurei.

2. L. ALPINA (L. sp. 636.) petalis semibifidis nudis, *caule glabro non viscoso*, fol. lanceolatis glabris basi ciliatis, florib. dense umbellato-capitatis. ♃. In alpibus altissimis graniticis, ad nives perennes, (auf den Kalseralpen in der Nähe des Glockners in Kärnthen; in Tyrol an der Grenze von Graubünden; im Wallis auf den Fluelen, über dem Leuker Bad u. andern hohen Alpen daselbst.) Jul. Aug. D. fl. 3. 326. Fl. dan. t. 65. Flores carnei.

Sect II. LYCHNIS DC. l. c. Caps. 1 locularis. Calycis dentes corolla breviores.

3. L. FLOS CUCULI (L. sp. 625.) *petalis ultra medium quadrifidis*, laciniis linearibus palmato-divergentibus, fol. caulinis lineari-lanceolatis. ♃. In pratis fertilibus et locis sylvaticis humidis. Mai.-Jul. D. fl. 3. 326. Fl. dan. t. 590. Flores carnei, rarius albi.

4. L. VESPERTINA (Sibthorp fl. oxon. p. 146.) petalis semibifidis coronatis, caule inferne villoso, fol. superioribus ovato-lanceolatis attenuato-acuminatis *pedunculis calycibusque glanduloso-hirtis*, *capsula*, ovato-conica, *dentibus porrectis*, floribus dioicis. ⊙, varietas vero flor. plenis perennis. In collibus incultis, pratis siccis, ad agrorum et viarum margines. Jun.-Aug. D. fl. 3. 327. St. h. 23. L. dinica β. L. sp. 626. L. pratensis Spreng. fl. hal. 138. L. alba Miller dict. L. arvensis Schk. t. 124. Melandrium pratense Röhl. ed. 1. 274. Flor. albi, rarissime rubicundi, vespere aperti et suaveolentes.

5. L. DIURNA (Sibthorp. fl. oxon. p. 145.) petalis semibifidis coronatis, caule foliis *pedunculis calycibusque villosis*, *pilis simplicibus*, fol. superioribus ovatis abrupte acuminatis, *capsula* subrotundo-ovata, *dentibus revolutis*, floribus dioicis. ♃. In dumetis et sylvaticis humidis, ad rivos et fluvios; frequens in pratis subalpinis. Mai. Jun., praecocius antecedente. D. fl. 3. 328. St. h. 23. L. sylvestris Hoppe cent. L. dioica α. L. sp. 626. Melandrium sylvestre Röhl. ed. 1. 274. Flores inodori, diu aperti, pulchre purpurei, rarissime albi.

6. L. CORONARIA (Lamarck enc. 3. 643.) petalis indivisis coronatis, *foliis cauleque dense tomentosis*, *pedunculis calyce pluries longioribus*. ⊙. In locis petrosis montanis sylvaticis, (in d. südl. Schwz.; im südl. Tyrol; diesseits der Alpen, sehr selten: im Buhler Thale von Oberbaden; bei Neustadt an d. Hardt auf der Spitze des Kapellenberges; auf der Katze bei Gelenhausen.) Jun. Jul. D. fl. 3. 329. Agrostemma coronaria L. sp. 625. Agrostemma Flos Jovis Poll. pal. 1. p. 443. Flores speciosi, purpurei.

7. L. FLOS JOVIS (Lamarck. enc. 3. 644.) petalis subsemibifidis coronatis, *caule foliisque lanato-tomentosis*, *pedunculis calyce brevioribus*. ♃. In pratis montanis et declivibus montium apricis, (in dem Wallis und d. Rhaetischen Alpen; im südlichen Tyrol.) Jun. Jul. Agrostemma Flos Jovis L. sp. 625. Flores carnei.

Sect. III. GITHAGO DC. l. c. Caps. unilocularis. Dentes calycis in lacinias foliaceas, corollam superantes, elongati.

8. L. Githago (Lamarck. enc. 3. 643.) petalis retusis, *laciniis calycis tubum et petala superantibus.* ⊙. Inter segetes ubique. Jun. Jul. D. fl. 3. 330. St. h. 5. L. Agrostemma Spreng. syst. veg. 2. 40. Agrostemma Githago L. sp. 624. Githago segetum Desf. atl. 1. 363. Flor. purpurei, rarissime albi.

Ord. XIV. ALSINEAE. DC. fl. fr. 4. p. 766. Caryophyllearum genera Juss. g. 299.

Cal. 4-5 sepalus, aestivatione imbricatus. Pet. totidem, sepalis alterna. *Stam.* 10, vel pauciora, *libera, annulo, e glandulis formato, magis minusve hypogyno et evidenti, inserta. Ovarium* liberum, *uniloculare*, pluri-multiovulatum; placenta centrali, libera. Styli 2-5 distincti. Capsula in dentes valvulasve, magis vel minus profunde dehiscens. Sem. albuminosa; embryo periphericus; radicula ad hilum versa. *Folia* opposita, *exstipulata* (rarissime stipulata, stipulis scariosis.)

1. BUFFONEA (L. gen. 168.) Cal. 4 sepalus. Pet. 4, integra. Stam. 4. Styl. 2. Caps. compressa, 2 valvis, 2 sperma.

1. B. tenuifolia (L. sp. 179.) nervis calycinis rectis parallelis, tuberculis seminum verruciformibus obtusis. ♃. (secundum DC., annua secundum Gaud.) In locis glareosis, (im untern Wallis, auf den Gypshügeln unter Siders u. auf den Kiesplätzen bei Luzerne u. St. Severin.) Jul. Gaud. helv. 1. 459. Engl. bot. t. 1313. Flores albi, petala calyce breviora. H.

2. SAGÍNA (L. gen. 176.) Cal. 4 sepalus. Pet. 4, integra. Stam. 4. Ovarium multiovulatum. Styli 4. Capsula quadrivalvis. (Flores albi.)

1. S. ciliata (Fries nov. ed. 2. p. 59.) caule diffuso, *fol.* linearibus aristatis *basi ciliatis, pedunculis defloratis apice hamatis*, fructiferis erectis, *sepalis exterioribus duobus acuminato-mucronatis.* ⊙. In agris et arvis rara, (am Mittelrheine auf d. Rochusberge bei Bingen, Ziz; im Luxemburgischen, Lejeune; in Mecklenburg bei Neubrandenburg, Schulz.) Jun. Jul. Petala minima. Variat:

β. fol. basi ciliis paucissimis: S. depressa Schulz suppl. fl. starg. p. 10.

2. S. procumbens (L. sp. 185.) caulibus procumbentibus basi radicantibus, ramis adscendentibus, *fol.* linearibus mucronulatis *glaberrimis, pedunculis defloratis apice hamatis*, fructiferis erectis, *sepalis* obtusis *muticis.* ⊙. In agris, pascuis, locis graminosis subhumidis. Mai.-autumn. D. fl. 1. 865. St. h. 30. Petala obtusa calyce triplo quadruplove breviora.

3. S. muscoides (Frölich! ap. Reichenb. fl. exc. p. 793.) *caulibus repentibus, fol.* linearibus mucronulatis subtiliter *denticulato-ciliolatis*, pedunculis adscendentibus *defloratis apice hamatis*, fructiferis erectis, *sepalis* obtusis *muticis.* ⊙. In subalpinis ligno

putrido innascens, (Tyrol im Thale Syn bei Steeg.) Sepala obtusa. Pet. ovata acuta calyce duplo breviora et angustioraa, v. Frölich. G.

4. S. APETALA (L. mant. p. 559.) caule erecto a basi ramoso, ramis lateralibus adscendentibus, *fol.* linearibus aristatis *basi ciliatis*, *pedunculis defloratis semper erectis* vix inclinatis, sepalis obtusis, exterioribus duobus brevissime mucronulatis, mucronulo incurvo. ⊙. In agris, campis et pascuis, (durch das ganze Gebiet, aber nicht aller Orten.) Mai. Jun. D. fl. 1. 865. Gmel. bad. 1. t. 1. Petala lanceolata, minima, calyce multoties breviora.

5. S. STRICTA (Fries nov. ed. 2. p. 58.) caule a basi ramoso ramisque erectis, *fol.* linearibus breviter apiculatis *glabris*, *pedunculis defloratis semper erectis*, sepalis obtusis. ⊙. Ad littora maris, (an der nördlichen u. südlichen Seeküste.) Mai.-Aug. S. maritima Don. engl. bot. t. 2195. D. fl. 1. 866. Pet. nulla. G.

3. SPÉRGULA (L. gen. n. 586.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5, integra. Stam. 5-10. Ovarium multiovulatum. Styl. 5. Caps. 5 valvis, polysperma. (Flores albi.)

Sect. 1. SPERGELLA Reichenbach. Folia opposita, basi connata, in axillis quandoque fasciculo foliorum minorum instructa. Stipulae nullae. Flor. albi.

1. S. SAGINOIDES (L. sp. 631.) fol. linearibus *breviter mucronulatis basi connatis exstipulatis caule pedunculisque glabris*, pedunculis defloratis nutantibus fructiferis erectis, *petalis calyce brevioribus*. ♃. In locis rupestribus muscosis et locis denudatis sub-

---

*) Spergulas exstipulatas cum genere Saginae non combinavi, sed Spergulae genus in integro retinui, cum hucusque non licuerit, genera e solis stipulis formare. Spergulae et Alsines stipulatae sunt plantae anomalae, quales fere in omnibus ordinibus naturalibus reperiuntur. Ex eadem ratione Helianthema stipulata ab exstipulatis, nec genere nec ordine, separarim. Ex habitu quodam communi Alsineae subdividi nequeunt, et omnia earum genera, hucusque proposita, sunt mere artificialia. Optima subdivisionis nota, ex mea sententia, numerus valvularum capsulae, rarius varians, praebet. Quae nostra ditio complectitur genera, sequente tabula continentur:

I. *Valvulae numero stylorum.*

1. BUFFONIA. Caps. 2 valvis.
2. ALSINE. Caps. 3 valvis, filamenta omnia subulata, exteriora basi glandulis brevibus fulta.
3. CHERLERIA. Caps. 3 valvis, filamenta exteriora e basi oblonga glandulosa emergentia.
4. SAGINA. Caps. 4 valvis, (styli 4).
5. SPERGULA. Caps. 5 valvis.

II. *Valvulae numero stylorum duplae.*

6. ARENARIA. Caps. 6 valvis, pet. integra, sem. exarillata.
7. MOEHRINGIA. Caps. 4-6 valvis, (styli 2-3,) pet. integra, sem. arillata.
8. HOLOSTEUM. Caps. 6 valvis, pet. dentata.
9. STELLARIA. Caps. 6 valvis, pet. bifida vel bipartita.
10. MOENCHIA. Caps. 8 valvis, pet. integra.
11. MALACHIUM. Caps. 10 valvis, valvulis per paria magis cohaerentibus, (seu potius caps. 5 valvis, valvulis bifidis,) pet bifida vel emarginata.
12. CERASTIUM. Caps. 10 valvis, pet. bifida vel emarginata, (in C. tetrandro caps. 8 valvis).

humidis alpium et subalpinarum, (in der Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette hin u. wieder; auf dem Feldberge u. Belchen des Schwarzwaldes; in dem Gesenke der Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 3. 363. excl. var. β; Engl. bot. t. 2105. Spergella saginoides Reichenb. fl. exc. p. 754. A simillima Sagina procumbente differt primo intuitu pedunculis longioribus et numero fructificationis quinario; et accuratius inspecta, sequentibus notis: sepala sunt oblongo-ovata, semper erecta, capsulae arcte adpressa, et magis concava, petala calyce paulo tantum breviora, styli sub anthesi erecti, vel adscendentes, capsula calyce evidenter longior, valvulis lanceolatis. In Sagina procumbente sepala lato-ovata, anthesi peracta apice patula, et maturitate capsulae ab hac remota et patentissima, styli sub anthesi recurvati, et capsula calyce vix longior, valvulis ovatis.

2. S. SUBULATA (Swartz act. holm. 1789. p. 45.) *fol.* linearibus acuminatis *aristatis basi connatis exstipulatis margine, caule superne, pedunculisque pilosiusculis*, pedunculis defloratis subnutantibus, fructiferis erectis, *petalis calycem aequantibus.* ♃. In campis arenosis, (bisher blofs bei Oppeln in Schlesien; bei Dötlingen, Ganterkese u. Immer im Oldenburgischen; in Holstein selten; im Badischen auf dem Kaltenbrünn u. d. Herrenwiese.) Jul. Aug. S. saginoides β. D. fl. 3. 364. Engl. bot. 1082. Spergella subulata Reichenb. fl. exc. p. 794. G.

3. S. NODOSA (L. sp. 630.) *fol.* lineari-filiformibus mucronulatis oppositis *basi connatis exstipulatis* superioribus fasciculatis, pedunculis florentibus et defloratis erectis, *petalis calyce longioribus.* ♃. In locis sabulosis humidis, uliginosis, turfosis, (durch d. ganze Gebiet, aber nicht an allen Orten.) Jul. Aug. D. fl. 3. 362. Schk. t. 125. Spergella nodosa Reichenb. fl. exc. p. 795. Tota glabra, sed variat:

β. *pubescens;* caulis, pedunculi, basis calycis et margo foliorum pilis minutis glandulifeeis obsita: S. glandulosa Bess. galic. 1. p. 298 et 2. 359.

Sect. 2. SPERGULA. Folia basi non connata, spurie verticillata: fasciculi scilicet duo axillares oppositi, folia caulina longitudine aequantes, in verticillum expansi. Stipula scariosa utrinque inter folia caulina, e duabus connatis formata. Flores albi.

4. S. ARVENSIS (L. sp. 360.) *fol.* lineari-subulatis fasciculato-*verticillatis* muticis supra convexis *infra sulco exaratis basi liberis* stipulatis, pedunculis defloratis refractis, seminibus globoso-lenticularibus scabriusculis vel piloso-verruculosis *ala angusta* laevi cinctis. ⊙. In agris et campis. Jun. Jul. D. fl. 3. 358. Variat:

α. *sativa;* semina atra, glabra, subtitissime punctulato-scabra: S. sativa v. Bönningh. fl. monast. pr. n. 568. Reichenb. ic. 6. f. 704.

β. *vulgaris;* semina papillis albidis, denique brunneis obsessa: S. vulgaris v. Bönningh. l. c. n. 569. Reichenb. ic. 6. f. 705.

γ. *maxima;* semina triplo majora, ceterum seminibus varietatis β. similia, et planta altior: S. maxima Weihe in v. Bönningh. pr. n. 570. Reichenb. ic. 6. f. 706. Haec in Germania boreali provenit.

5. S. PENTANDRA (L. sp. 630.) *fol.* lineari-subulatis fasciculato-verticillatis muticis subteretibus *subtus laevibus basi liberis* stipu-

latis, pedunculis defloratis refractis, seminibus plano-compressis laevibus ala dilatata radiato-striata cinctis ante alam papilloso-scabris. ⊙. In campis et ericetis arenosis, (durch d. ganze Gebiet hin u. wieder, aber an manchen Orten selten oder auch gar nicht; in d. Schweiz nur bei Basel.) Apr. Mai. D. fl. 3. 361. St. h. 12. Alsine marginata Schreb. lips. 31.

4. ALSÍNE (Wahlenberg fl. lapp. 129.) Cal. 5-rarius 4 sepalus. Pet. 5-rarius 4 integra, vel leviter, emarginata. Stam. 10, aut pauciora; filamenta omnia subulata. Ovarium multiovulatum. Styl. 3. Caps. trivalvis.

Sect. I. Spergularia (Pers. syn. 1. 504.) Fol. linearia, stipulis scariosis ad basin donata.

1. A. segetalis (L. sp. 390.) fol. filiformibus mucronatis stipulatis, *caule erecto* ramosissimo, *ramis apice refracto-nutantibus*, pedunculis alaribus defloratis refractis, *sepalis albo-scariosis nervo dorsali herbaceo*, petalis calyce brevioribus. ⊙. Inter segetes, (im nördlichen Deutschland, nämlich in Luxemburg, Westphalen, Hanover u. Hessen.) Jun. Jul. D. fl. 3. 291. Vaill. par. t. 3. f. 3. Arenaria segetalis Lam. fl. fr. 3. p. 43. DC. prodr. 1. 400. G.

2. A. rubra (Wahlenb. ups. 151.) fol. lineari-filiformibus mucronatis subcarnosis utrinque planis stipulatis, caulibus prostratis adscendentibusque ramosis, *ramis racemosis*, pedunculis defloratis refractis, *sepalis* lanceolatis obtusis *enerviis margine membranaceis*, *seminibus* cuneiformibus subtriquetris subtiliter ruguloso-scabris *apteris*. ⊙. In arenosis planitierum, montium, alpiumque. Mai.-Sept. D. fl. 3. 292. Engl. bot. t. 852. Arenaria rubra var. α. campestris L. sp. 606. Lepigonum rubrum Fries in add. ad flor. hall. Stipularia rubra Haw. syn. 104.

3. A. marina (M. et K. D. fl. 3. 293.) fol. lineari-filiformibus submuticis carnosis subtus convexis stipulatis, caulibus prostratis adscendentibusque ramosis, *ramis racemosis*, pedunculis defloratis refractis, sepalis lanceolatis obtusis *enerviis margine membranaceis*, *seminibus* obovatis compressis obsolete rugulosis *ala membranacea cinctis vel apteris*. ⊙. Ad littora marina et in locis salsis. Jul. Aug. D. fl. l. c. Arenaria marina Roth. tent. 2. 1. 482. Smith. brit. p. 480. Variat:

α. *minor;* seminibus plurimis apteris, inferioribus tantum alatis: Arenaria marina α. Sm. brit. 2. 480. Engl. bot. t. 958. A. rubra β. marina L. sp. 606. Spergularia salina Presl.! cech. p. 93. Flores rosei.

β. *obesior;* seminibus fere omnibus alatis: Arenaria marina β. Sm. brit. l. c. A media L. sp. 606, excl. syn. A. marginata DC. fl. fr. 4. 793, ic. rar. t. 48. Haec succosior est et apicem versus plerumque magis pubescit; flores saepe albi. Notas vero constantes, quibus haec, tanquam species, distingueretur in speciminibus siccis non reperire potui; conf. quoque v. Bönningh. prodr. p. 129, qui plantas vivas observavit.

Sect. II. Arenarium Ser. in DC. prodr. 1. p. 401. Fol. exstipulata. Flores omnium albi.

§. 1. Folia elliptica, lanceolata, vel oblonga.

4. A. PEPLOIDES (Wahlenberg suec. 282.) *fol. sessilibus ovatis acutis glabris uninerviis* carnosis, caulibus dichotomis procumbentibus, floribus solitariis alaribus axillaribusque, sepalis ovatis obtusis uninerviis, petalis obovatis calyce longioribus. ♃. Ad littora marina, (d. Nord- u. Ostsee u. am adriat. Meere.) Jun. Jul. D. fl. 3. 274. Fl. dan. t. 624. A. peploides L. sp. 736. Honkenya peploides Ehrh. beitr. 2. 181. Halianthus peploides Fries hall. p. 75. Adenarium Rafin. journ. phys. 1818. Glandulae ad staminum basin majores quidem, sed non aliter comparatae sunt, quam in reliquis speciebus. G.

5. A. LANCEOLATA (M. et K. D. fl. 3. 275.) *fol. e basi rotundata lanceolatis acutis planis subtus plurinerviis breviter ciliatis*, caudiculis cespitosis procumbentibus caulibus adscendentibus pedunculis terminalibus uni-trifloris, sepalis lanceolatis acutis subquinquenerviis petala aequantibus. ♃. In rupium fissuris alpium altissimarum, (var. α. auf d. Krainer Alpen, Scop.; β. auf der Seiseralpe; in der Schweiz? zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 3. 276. Sabulina lanceolata Reichenb. fl. exc. p. 790. Variat:

α. *laxa;* articuli caulis fere longitudine foliorum, folia patentia, in axillis inferiorum fasciculi foliorum minorum, pedunculi longiores, subpollicares: Arenaria lanceolata All. ped. n. 1715. Stellaria rupestris Scop. 2. p. 317. t. 18.

β. *condensata;* articuli caulis brevissimi, a basi foliorum connata obtecti, superiores tantum paulo longiores; folia saepe dense imbricata, ut in Saxifraga oppositifolia: A. cherlerioides Vill. delph. 3. 626. t. 47. A. lanceolata β. cherlerioides DC. fl. fr. 4. 785. Semina huius speciei nondum vidi. G.

6. A. ARETIOIDES (M. et K. D. fl. 3. 277.) *fol. oblongo-lanceolatis obtusis breviter mucronulatis* supra profunde canaliculatis subtus convexis *trinerviis glaberrimis* imbricatis, caudiculis dense cespitosis, *floribus solitariis terminalibus sessilibus tetrasepalis octandris.* ♃. In rupium fissuris alpium altissimarum, (auf der Seiser- u. Kirschbaumer-Alpe in Tyrol; auf den Kühweger- u. Pleckener Alpen in Krain; d. Kamerlhorn, Hundstöd u. andern, in Salzburg; der Alpe Admont in Obersteyermark.) Jun. Jul. D. fl. 3. 277. Arenaria aretioides Portenschlag. Siebera cherlerioides Hoppe bot. ztg. 1. p. 27. Soemmerauera quadrifida Hoppe l. c. p. 26. Cherleria octandra Sieb. herb. fl. a. 149. Ch. imbricata Ser. in DC. prodr. 1. 421. Ab Alsinis non differt, nisi defectu quintae partis fructificationis. Caps. 3 valvis, multiovulata, ut in Alsinis. Stylos semper tres observavi. Sem. immatura muriculata, matura nondum vidi. G.

§. 2. Folia angusta, linearia vel subulata, uninervia vel enervia, etiam in statu sicco.

7. A. STRICTA (Wahlenberg fl. lapp. p. 27.) *fol. filiformibus* semiteretibus *enerviis*, caudiculis prostratis cespitosis, caulibus florigeris erectis superne nudis, *pedunculis terminalibus subternis longissimis*, sepalis ovato-lanceolatis acutiusculis enerviis, siccatis trinerviis, petalis oblongo-ovalibus, basi attenuatis, calycem subaequantibus. ♃. In locis turfosis siccioribus, (bisher in D. blofs auf den Torfmooren in Oberbayern: Deininger Moos, Tegernsee, Wurmsee, Starnberger See; in der Schweiz auf den Gebrüchen des Jura.) Jun.

Jun.-Aug. D. fl. 3. 278. Spergula stricta Swartz. vet. ak. handl. 1799. p. 229. Sabulina stricta Reichenb. fl. exc. p. 789. Arenaria uliginosa Schl. exs. Gaud. fl. helv. 3. 196.

8. A. LARICIFOLIA (Wahlenberg fl. carp. p. 133.) *fol.* linearisubulatis *enerviis*, caudiculis cespitosis, caulibus floriferis adscendentibus, uni-multifloris, *sepalis lineari-oblongis rotundato-obtusis* trinerviis, petalis cuneatis calyce duplo longioribus. ♃. In pascuis aridis alpium editiorum, (in der westlichen u. südl. Schweiz; in Tyrol, Krain u. Oestreich.) Jul. Aug. D. fl. 3. 279. Arenaria laricifolia L. sp. 607. A. rostrata Kit., Rochel in litt., A. macrocarpa Hornem. hafn. 1. 964. Variat pedunculis et caule superne pilis eglandulosis obsessis; et

β. *glandulosa*, pilis glandulosis ibidem tecta: A. laricifolia β. DC. fl. fr. suppl. 612. A. liniflora Linn. fil. suppl. 24.

§. 3. Folia angusta, linearia vel subulata, trinervia, saltem in statu sicco.

9. A. AUSTRIACA (M. et K. D. fl. 3. 280.) *fol.* anguste linearibus *trinerviis aveniis*, caudiculis prostratis ramosissimis, caulibus erectis bifloris superne nudis, *pedunculis terminalibus geminis longissimis*, sepalis lanceolatis acutis trinerviis margine membranaceis capsula brevioribus, *petalis oblongis apice denticulatis truncatisve basi cuneatis*, *calyce subduplo-longioribus*. ♃. In alpibus editioribus, (Südtyrol, Kärnthen, Oestreich.) Jul. Aug. D. fl. 3. 281. Jacq. a. t. 270. Sabulina austriaca Reichenb. fl. ex. p. 787. Stellaria biflora Wulf. in Jacq. collect. 1. 251. t. 17, (haec ultima est modificatio petalis profundius emarginatis.) Arenaria grandiflora L. spec. 608?. G.

10. A. VILLARSII (M. et K. D. fl. 3. 282.) *fol.* anguste linearibus *trinerviis remote venulosis*, caudiculis procumbentibus ramosissimis, caulibus erectis subtrifloris, pedunculis terminalibus, sepalis lanceolatis acutis trinerviis margine membranaceis capsula longioribus, *petalis oblongis obtusis truncatisve basi cuneatis calyce subduplo longioribus*. ♃. In alpibus editioribus, (in der südwestlichen Schweiz am M. Rosa über dem Tornanche Thale u. d. benachbarten Alpen; in Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 3. 282. Arenaria Villarsii Balb. misc. p. 21, ex specim. ab auctore ad Mertensium misso. Gaud. helv. 3. 197. A. austriaca All. ped. t. 64. f. 2. A. austriaca β. DC. fl. fr. 4. 786, ex descriptione, excl. syn. Jacq. Sabulina Villarsii Reichenb. fl. exc. p. 787. Variat:

β. *villosula*, tota pilis patentibus subviscidis adspersa. A. Villarsii β. D. fl. 3. 283. Gaud. helv. 3. 198.

11. A. VERNA (Bartling beitr. 2. 63.) fol. *lineari-subulatis trinerviis*, caudiculis cespitosis, caulibus floriferis adscendentibus erectisve uni-multifloris, *sepalis ovato-lanceolatis acutis trinerviis margine membranaceis*, *petalis calyce longioribus ovatis breviter unguiculatis basi subcordatis*. ♃. In graminosis saxosis alpium et reg. subalpinarum, (in der Schweiz u. durch die g. Alpenkette; in den Sudeten u. auf d. nördlichen Theile des Harzes; selten auf den niedrigern Gebirgen in Oberbaden u. Baireuth.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 283. Arenaria verna L. mant. 72. Jacq. a. t. 404. A. cespitosa Ehrh. herb. 55. A. saxatilis Roth. tent. 2. 1. 484. Sabulina cespi-

tosa et verna Reichenb. fl. exc. p. 788. Variat caulibus subpaniculatis, et

β. *alpina*, caulibus humilioribus paucifloris et floribus majoribus: A. liniflora Jacq. a. t. 445. A. Gerardi Willd. sp. 2729. A. striata Roth. en. 2. 326. Alsine saxatilis Wahlenb. helv. p. 87. A. Gerardi Wahlenb. carp. 132. A. propingua R. Br. verm. schr. übers. 1. 487. Sabulina Gerardi Reichenb. fl. exc. p. 788.

12. A. SEDOIDES (Froelich in litt.) *fol. lanceolato-linearibus trinerviis* glaberrimis, caulibus ramosissimis, ramis erectis cespitosis fastigiatis, pedunculis terminalibus calycem subaequantibus solitariis geminisve, sepalis ovatis acutis trinerviis margine membranaceis, petalis ovatis basi rotundatis breviter unguiculatis calyce longioribus. ♃. In alpibus editissimis, (im Algau, v. Frölich.) Sagina decandra Reichenb. ic. 7. f. 875, sed petala male cum basi attenuata delineata, quae exacte ut in Alsine verna. Ab hac differt: habitu Cherleriae sedoidis, foliis brevioribus et pedunculis brevissimis. Numerus stylorum et valvularum capsulae variabilis; inter novem flores speciminis a Cl. v. Froelich accepti, unum stylis valvulisque tribus, et alterum stylis valvulisque quinque, instructos inveni. Arenaria quadrivalvis R. Br. ex descriptione longe alia species est. G.

13. A. RECURVA (Wahlenberg helv. p. 87.) *fol. lineari-subulatis trinervibus*, caudiculis cespitosis, caulibus floriferis adscendentibus uni-multifloris, *sepalis ovato-lanceolatis, margine membranaceis, exterioribus 5-7 nerviis, petalis calycem subaequantibus ovalibus basin versus angustioribus.* ♃. In locis apricis alpium editissimarum, (Schweiz auf dem Gotthard, Bernhard, Isenstock, Furca; Tyrol auf d. Timpeljoch u. d. Lienzer Alpen; Kärnthen.) D. fl. 3. 285. Arenaria recurva All. ped. n. 1713. Jacq. coll. 1. t. 16. f. 1. A. striata L. sp. 608.? Sabulina recurva Reichenb. fl. exc. p. 788.

14. A. SETACEA (M. et K. D. fl. 3 287.) *foliis* subulato-setaceis trinerviis, caudiculis cespitosis, caulibus floriferis adscendentibus superne paniculatis, pedicellis omnibus calyce longioribus, *sepalis ovatis* acutis *albo-subcartilagineis* stria dorsali herbacea uninervi, *petalis ovalibus calyce parum longioribus.* ♃. In locis petrosis, (bei St. Ivan in Böhmen; Mähren; am Schlosse Markenstein in Oestreich; bei Abach a. d. Donau in Baiern.) Jul. Aug. D. fl. 3. 287. Arenaria setacea Thuill. par. ed. 2. p. 220. A. heteromalla Pers. syn. 1. 504. A. saxatilis Lois fl. gall. p. 261, et, ut mihi videtur, Linn. sp. pl. 1. 607. A. frutescens Kit. in Schult. oestr. fl. 1. 667. Sabulina setacea Reichenb. fl. exc. 786. Vaill. par. t. 2. f. 5. G.

15. A. ROSTRATA, fol. subulato-setaceis trinerviis, caudiculis cespitosis, caulibus floriferis adscendentibus, ramis fasciculato-corymbosis, pedicellis calycem aequantibus brevioribusque, infimo longiore, *sepalis lanceolatis acutissimis albis* stria dorsali herbacea uninervi, *petalis oblongis calycem subaequantibus.* ♃. In rupium alpinarum rimis, (bisher blofs auf dem Stocke u. bei Zermatten im Wallis.) Jul. Aug. Sabulina rostrata Reichenb. fl. exc. p. 787. Arenaria rostrata Pers. syn. 1. 504. A. fastigiata Smith. engl. bot. t. 1744, excl. syn. Jacquini et Scopolii, (ex Hooker brit. fl. p. 207.)

A. mucronata DC. fl. fr. 4. 791. Gaud. helv. 3. 207. Alsine mucronata Gouan, secundum Cl. Hook. l. c., qui specimen authenticum ex herbario Gouani possidet. — A. nostra specie, (quae staminibus decem instructa est,) differt A. mucronata Sibth. in fl. graeca; num etiam Linnaei, Helvetiam inhabitans? H.

16. A. Jacquini, fol. subulato-setaceis basi trinerviis, caulibus e basi adscendente erectis strictis superne ramosis, floribus fasciculato-corymbosis, pedicellis bractea brevioribus, *sepalis inaequalibus lanceolato-subulatis acutissimis albo-subcartilagineis* stria dorsali herbacea uninervi, *petalis calyce triplo brevioribus.* ⊙. In collibus siccis et campis arenosis, (Oestreich, Kärnthen, Steyermark, Tyrol, Cant. Wallis u. am Genfersee; sodann auf der Rheinfläche im Oberelsafs u. v. Dürkheim u. Darmstadt bis Mainz u. Ingelheim.) Jul. Aug. Sepala valde inaequalia. Arenaria fasciculata Jacq. austr. t. 182. Alsine fasciculata M. et K. D. fl. 3. 288. Sabulina fastigiata Reichenb. fl. exc. p. 786, (nec Arenaria fastigiate Smith, quae secundum Hookerum ad praecedentem speciem pertinet.) — A. fasciculata Gouani, in ill., et Sibth., in flor. graec. descriptae mihi ignotae sunt. — Variat:

β. *pubescens;* pedunculi, pedicelli et calyces pilis glanduliferis patentibus adspersi.

17. A. tenuifolia (Wahlenberg helv. p. 87.) *fol. subulatis trinerviis,* caulibus dichotomis, floribus fasciculatis, pedicellis calyce pluries longioribus, *sepalis lanceolato-subulatis trinerviis margine membranaceis, petalis ovalibus basi angustioribus calyce brevioribus.* ⊙. In agris, campis, montosis, (im ganzen Gebiete, doch nicht überall.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 290. Arenaria tenuifolia L. sp. 607. Sabulina tenuifolia Reichenb. fl. exc. p. 785. Alsinella viscosa Hartm. skand. 176. Vaill. par. t. 3. f. 1. Variat floribus capsulisque majoribus et dimidio minoribus, ut Arenaria serpyllifolia aliaeque, et

β. *viscosa*, superne pilis glanduliferis patentibus obsessa: Alsine viscosa Schreb. spicil. p. 30. Sabulina viscosa Reichenb. fl. exc. p. 786. Hanc capsulis calyce longioribus, et illam, varietatem α, capsulis calyce brevioribus, ad Rhenum ipse legi, nec ibidem in planta viva alias et constantes notas, quibus ut species distinguerentur, detegere potui.

5. CHERLÉRIA (L. gen. n. 775.) Cal. 5 sepalus. Pet. o, rarius 5. Stam. 10; filamenta exteriora, sepalis opposita, e basi glandulosa, oblonga, emarginata, emergentia. Ovarium multiovulatum. Styl. 3. Caps. 3 valvis. (Characteres hujus generis apud omnes auctores hucusque non rite expositi sunt.).

1. C. sedoides (L. sp. 608.) ♃. Ad rupes humidiusculas alpium editiorum, (in d. Schweiz u. durch die ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. 296. Jacq. a. t. 284. Petalis quidem plerumque caret plantula, sed in minimo rudimento illa non raro quoque adsunt; rarissime majora, tamen filamentis haud latiora, et his similia, reperiuntur. Cl. Reichenbachius in fl. exc. p. 783, meas observationes in dubium vocans, bases glandulosas staminum exteriorum, sepalis oppositorum, perperam pro petalis habet. Vera enim petala, quae,

quamvis minuta, tamen quandoque adsunt, staminibus interioribus, basi illa glandulosa destitutis, et in hac plantula opposita sunt, ut in omnibus Alsineis: Cl. auctor rem sane non exploravit.

6. MOEHRINGIA (L. gen. 494.) Cal. 4, 5 sepalus. Pet. 4, 5 integra, vel leviter emarginata. Stam. 8, 10. Ovarium multiovulatum. Styl. 2, 3. Caps. 4, 6 valvis. Sem. ad umbilicum appendice arilliformi. (Flores omnium albi.)

1. M. MUSCOSA (L. sp. 515.) *fol. filiformibus semiteretibus enerviis glabris viridibus*, caulibus cespitosis, procumbentibus, pedunculis terminalibus bi-septemfloris, sepalis ovato-lanceolatis acutis uninerviis, *floribus octandris tetrapetalis*, petalis calycem superantibus. ♃. Ad rupes humidiusculas umbrosas reg. subalpinarum, (d. d. ganze Gebiet.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 271. Jacq. a. t. 449. Occurrit rarius floribus pentapetalis decandris.

2. M. PONAE (Fenzl darst. d. verbr. d. als. p. 46 in tab. syn.) *fol. linearibus teretibus enerviis carnosis glabris glaucis*, caulibus cespitosis procumbentibus, pedunculis terminalibus subbifloris, sepalis ovato-lanceolatis acutis, *floribus decandris pentapetalis*, petalis calycem superantibus. ♃. Ad rupes praeruptas convallium et montium, (in Südtyrol, Host.) Folia triplo crassiora quam in antecedente, caules valde fragiles. Sabulina Ponae Reichenb. fl. exc. p. 790. G.

3. M. POLYGONOIDES (M. et K. D. fl. 3. 272.) fol. lineari-filiformibus basin versus attenuatis subcarnosis enerviis, caulibus cespitosis procumbentibus, *pedunculis lateralibus 1-2 floris*, sepalis ovato-lanceolatis obtusis siccatis trinerviis, petalis calycem superantibus. ♃. In pascuis saxosis et inter lapides deciduos alpium editiorum, (Schweiz u. durch d. g. Alpenk.) Jun. Jul. D. fl. 3. 272. Arenaria polygonoides Wulf. in Jacq. collect. 1. 241. t. 15. Stellaria ciliata Scop. carn. v. 1. p. 315. Cerastium filifolium Vest. ex cl. Zahlbruckn. Sabulina polyg. Reichenb. fl. exc. p. 790.

4. M. VILLOSA (Fenzl darst. d. verbr. d. alsin. p. 46 in tab. syn.) *fol.* lanceolato-linearibus acutis basin versus attenuatis subtus subconvexis *enerviis cauleque undique pubescentibus*, caulibus cespitosis adscendentibus, pedunculis terminalibus uni-trifloris, pedicellis defloratis refractis, sepalis lanceolatis acutis enerviis, petalis calycem superantibus. ♃. In montosis et alpinis, (bisher blofs in Oberkrain, Wulf.!) Jun.-Aug. Arenaria villosa Wulf. in Jacq. collect. 4. 319. D. fl. 3. 269. Sem. matura nondum vidi. G.

5. M. TRINERVIA (Clairville man. d'herboris. p. 150.) *fol. ovatis* acutis *3-5 nerviis*, inferioribus petiolatis, petiolo folium aequante, caule ramoso, sepalis acutis trinerviis, nervis approximatis, intermedio validiore carinato, petalis calyce brevioribus. ⊙. In dumetis et sylvis subhumidis. Mai. Jun. Arenaria trinervia L. sp. 605. A. rinervis Sm. brit. 478. Schk. t. 122.

7. ARENARIA (L. gen. 569.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5, integra, vel leviter emarginata. Stam. 10. Ovarium multiovulatum. Styl. 3. Caps. 6 valvis. Sem. appendice arilliformi destituta. (Flores albi.)

1. A. SERPYLLIFOLIA (L. sp. 606) *fol. ovatis acuminatis sessilibus*, caulibus adscendentibus dichotomis paniculatis, floribus sparsis alaribus axillaribusque, *sepalis* lanceolatis acuminatis trinerviis *corolla sesquilongioribus*, petalis ovalibus basin versus attenuatis. ⊙. In campis, praecipue locis arenosis; in alpes adscendens. Jul. Aug. D. fl. 3. 265. Variat:

β. glutinosa; minor, erecta vel adscendens, superne pilis glanduliferis tecta: A. viscida Lois. not. p. 68, non Hall. fil.

γ. tenuior; caulis et pedunculi dimidio tenuiores, calyces et petala capsulaque dimidio minores, ceterum planta glabra vel glanduloso-pilosa. Eadem ratione se habet ad Arenariam serpillifoliam, ac Alsine viscida ad A. tenuifoliam.

δ. alpina; humilis, hirta, floribus magnitudine formae vulgaris: A. serpyllifolia β. alpina Gaud. helv. 3. 192. A. viscida Hall. fil. in Hegetschw. fl. helv. 2. 457, (pili viscidi, sed non glanduliferi.)

2. A. CILIATA (L. sp. pl. 2. 608.) *fol. ovatis lanceolatisve acutiusculis in petiolum brevem decurrentibus*, basi setoso-ciliatis, caulibus cespitosis adscendentibus, floribus terminalibus subpaniculatis solitariisque, sepalis siccitate nervosis, *petalis calyce longioribus* ovatis breviter unguiculatis. ♃. In locis saxosis et glareosis alpium, (Schweiz, und durch d. g. Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 3. 266. Variat:

α. fol. plerumque latioribus siccitate magis nervoso-venosis et caulibus apice 3-7 floris: A. ciliata Wulf. in Jacq. coll. 1. t. 16. f. 2.

β. frigida; fol. plerumque angustioribus, siccitate minus nervosis, et caulibus 1-2 floris: A. multicaulis L. sp. 605. Wulf. in Jacq. coll. 1. t. 17. f. 1. Non magis multicaulis, quam var. α. Ceterum Wulfenius ipse, qui utramque vivam observavit, et ampla descriptione illustrare conatus est, de differentia specifica dubitat; conf. Jacq. l. c. p. 246.

3. A. BIFLORA (L. mant. 78.) fol. subrotundis obtusis breviter petiolatis basi setoso-ciliatis, caudiculis procumbentibus stoloniformibus, *ramulis floriferis lateralibus brevissimis dense foliosis apice 1-2 floris*, sepalis obsolete uninervibus, petalis calyce longioribus ovalibus basin versus attenuatis. ♃. In locis rupestribus, humidis, et ad rivulos apium editiorum, (Schweiz, u. von da durch Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 3. 208. Jacq. ic. rar. t. 83.

4. A. GRANDIFLORA (All. ped. 2. 113.) *fol. lanceolato-subulatis aristatis margine incrassatis* subtus uninerviis, nervo valido, caudiculis cespitosis, caulibus adscendentibus 1-3 floris, sepalis ovato-lanceolatis acuminatis aristatis uninerviis, petalis oblongo-obovatis calyce duplo longioribus. ♃. In pratis saxosis, montosis, (in der westlichen Schweiz auf dem Chasseron, Saleve u. Suchet; in Mähren auf den Polauer Bergen; in Krain hinter Görz.) Mai.-Jul. D. fl. 3. 270. A. juniperina Vill. delph. 624. Stellaria aculeata Scop. carn. 1. 316.

8. HOLOSTEUM (L. gen. n. 104.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5, den-

tata. Stam. 5 vel 3, 4. Ovarium multiovulatum. Styl. 3. Caps. apice sexvalvis.

1. H. UMBELLATUM (L. sp. 130.) floribus umbellatis. ⊙. In campis et cultis, planitierum et montium humiliorum. Mart. Mai. D. fl. 1. 725. Schk. t. 20. Alsina umbellata DC. fl. fr. 4384. Flores albi, rarius rosei.

9. STELLARIA (L. gen. n. 568.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5, bifida vel bipartita. Stam. 10. Ovar. multiovulatum. Styl. 3. Caps. sexvalvis. — Flores omnium albi.

Sect. I. DICHODON, Bartling. Capsula apice in dentes dehiscens; columella linearis elongata.

1. S. VISCIDA (Marsch. v. Bieberst. fl. t. c. 1. 342.) *caule tereti* striato superne dichotomo-paniculato multifloro *pedicellis calycibus margineque foliorum viscoso-pubescentibus*, *fol. linearibus*, inferioribus petiolatis subspathulatis, petalis calyce longioribus. ⊙. In pascuis siccis, (bisher blofs in Schlesien.) Mai. Jun. D. fl. 3. 261. St. h. 63. Cerastium anomalum W. et Kit. pl. r. h. t. 22. G.

2. S. CERASTOIDES (L. sp. 604.) *caule tereti* procumbente apice adscendente *unifariam piloso* subtrifloro, pedunculis pubescentibus, defloratis refractis, *fol. sessilibus oblongo-lanceolatis* acutiusculis glabris, inferioribus obtusis basi angustatis, supremis subovatis acutis, petalis calyce longioribus. ♃. In locis humidis, et ad rivulos in alpibus editioribus, (Schweiz u. durch die g. Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. 260. St. h. 64. S. multicaulis Willd. sp. 2. 714. Cerastium refractum All. ped. 2. p. 117. C. trigyrum Vill. delph. 3. 645. C. stellarioides Hartm. skand. fl. p. 181.

Sect. II. HYLEBIA. Capsula usque ad medium et ultra in valvulas dehiscens; columella linearis elongata.

3. S. NEMORUM (L. sp. 603.) *caule* adscendente *superne villoso*, *fol. petiolatis cordatis acuminatis*, rameis sessilibus, panicula dichotoma, sepalis lanceolatis, petalis profunde bifidis calyce duplo longioribus, capsula oblonga calyce longiore. ♃. In nemoribus humidis et ad rivulos in regionibus montanis et subalpinis, inque planitiebus Germaniae septemtrionalis. Mai.-Jul. D. fl. 3. 251. St. h. 63. — St. latifolia Pers. syn. 1. 501, non DC., comprehendit specimina majora, foliis longioribus, minus evidenter cordatis.

Sect. III. STELLARIA. Capsula usque ad medium et ultra in valvulas dehiscens, basi rotundata vel parum attenuata; columella brevissima.

4. S. MEDIA (Vill. delph. 3. 615.) *caule* adscendente dichotomo *unifariam piloso*, *fol. ovatis breviter acuminatis petiolatis*, *superioribus sessilibus*, floribus alaribus terminalibusque, petalis calycem aequantibus brevioribusque bipartitis, capsula oblonga calycem superante. ⊙. In cultis, ruderatis, ad vias, fossas, ubique. Floret fere per totum annum. D. fl. 3. 251. St. h. 1. Alsine media L. sp. 389. Variat in solo pingui humido:

β. *major*, floribus decandris: S. neglecta Weihe ap. Bl. et Fingerh. comp. 1. 560.

5. S. BULBOSA (Wulfen in Jacq. collect. 3. 21.) caule erecto simplici vel semel-bis-dichotomo subtrifloro, fol. ellipticis acutis in petiolum brevem angustatis, *pedunculis defloratis arcuato-reflexis, rhizomate horizontali filiformi napulis obsito.* ♃. In nemoribus umbrosis ad quercuum annosarum pedes, (bei Laibach in Krain.) Apr. Mai. D. fl. 3. 249. Jacq. ic. rar. t. 468. St. h. 59. Stellaria dichotoma Scop. carn. 1. 314. G.

6. S. HOLOSTEA (L. sp. 603.) caule adscendente tetragono, *fol.* sessilibus lanceolatis *longe acuminatis margine carinaque scabris,* corymbo dichotomo, *bracteis herbaceis,* sepalis enerviis, petalis semibifidis calyce duplo longioribus, capsula globosa calycem aequante. ♃. In locis graminosis sylvarum, ad sepes et dumeta, (durch d. ganze Gebiet; in d. Schweiz seltener.) Apr. Mai. D. fl. 3. 252. Schk. t. 122.

7. S. GLAUCA (Withering arrang. 1. 420.) *caule* erecto debili quadrangulari *foliisque sessilibus lineari-lanceolatis* acutis *glaberrimis*, corymbo dichotomo, *bracteis scariosis margine glabris,* sepalis trinerviis, petalis bipartitis calyce longioribus, capsula oblongo-ovata calycem aequante. ♃. In pratis humidis, ad paludes et piscinas, (in Deutschland fast überall; in d. Schweiz sehr selten u. bisher blofs im C. Basel.) Jun. Jul. D. fl. 3. 254. St. h. 63. S. graminea β. L. sp. 604. S. palustris Retz. pr. p. 106. Variat intense glauca et viridis, floribus majoribus et minoribus, petalis calycem aequantibus, et caule 1-2 floro, et 6-9 floro. Varietas fol. viridibus et caule 1-2 floro: S. Dilleniana Moench. hass. n. 364. Roth. en. 2. 313.

8. S. GRAMINEA (L. sp. 604. α.) *caule* diffuso quadrangulari *glabro, fol.* sessilibus lanceolatis acutis *glabris basi ciliatis,* corymbo dichotomo, *bracteis scariosis margine ciliatis* sepalis trinerviis, petalis bipartitis calycem aequantibus, capsula oblonga, calycem superante. ♃. In pratis, ericetis, campis. Mai.-Jul. D. fl. 3. 255. S. h. 63. St. arvensis Hopp. taschenb. 1792. Occurrit floribus minoribus et duplo majoribus, quae varietates, observante Schummelio, sexum polygamo-dioicum indicant; conf. fl. sil. 1. 417.

9. S. FRIESEANA (Seringe in DeC. prodr. 1. 397.) caule diffuso quadrangulari *superne scabro, fol. sessilibus lanceolato-linearibus* acutis basin versus attenuatis margine costaque scabris, panicula dichotoma subcorymbosa, *bracteis scariosis,* sepalis enerviis, siccatis basi trinerviis, nervo medio excurrente, petalis bipartitis calycem aequantibus, capsula ovato-oblonga calycem superante. ♃. In locis graminosis, (bisher blofs im Gesenke der Sudeten! u. nach Nolte im Lauenburgischen.) Jul.-Sept. Stellaria longifolia Fries nov. fl. suec. ed. 2. p. 117. D. fl. 3. 256. St. h. 63. — Specimen S. longifoliae Mühlenbergii, ab auctore ipso, in collectione Willdenowiania asservatum, certissime propriam speciem constituit, tam a S. graminea, quam a S. Frieseana diversam. G.

Sect. IV. LARBREA St. Hilaire mem. plac. lib. 81. Capsula usque ad medium et ultra in valvulas sex dehiscens basi attenuata, hinc calycis basis breviter infundibuliformis. (Non solum Larbrea et Honkeneya plantis perigynis adnumerandae sunt, sed omnis Alsinearum ordo. In omnibus discus perigynus adest, stamina et glandulas gerens, in cujus medio ovarium parva basi infixum est, sed ab inferiore

parte ovarii, cui arcte adplicatur, plerumque adeo tegitur, ut non nisi ovario remoto in oculos cadat. Ovarii basis in S. uliginosa magis attenuata apparet, quam e. g. in S. graminea, at fabrica disci perigyni in utraque plane eadem est.)

10. S. ULIGINOSA (Murray prodr. stirp. gött. p. 55. 1770.) *caule* diffuso quadrangulari *glabro*, *fol.* sessilibus oblongo-lanceolatis *glabris basi ciliatis*, panicula dichotoma, *bracteis scariosis margine glabris*, petalis bipartitis calyce brevioribus, capsula ovata calycem subaequante. ⊙. In pratis paludosis ad ripas, fossas, fontes. Jun. Jul. D. fl. 3. 259. S. graminea γ. L. sp. 604. S. Alsine Reichard fl. m. franc. n. 286. 1772. St. h. 1. S. aquatica Poll. pal. 1. p. 422. 1776. S. Dilleniana Leers herb. n. 423. S. fontana Wulf. in Jacq. coll. 1. 327. S. hypericifolia Wigg. prim. p. 34. Larbrea aquatica St. Hil. l. c. DC. prodr. 3. p. 366, non Ser. Variat major et minor et fol. saturatius viridibus.

11. S. CRASSIFOLIA (Ehrh. beitr. 3. p. 60.) *caule* diffuso erectove *quadrangulari glabro*, denique superne paniculato, *fol. sessilibus oblongo-lanceolatis* glaberrimis, pedunculis solitariis alaribus, *bracteis herbaceis*, sepalis enerviis siccatis basi subtrinerviis, petalis bipartitis capsulaque calyce longioribus. ♃? In pratis humidis solo torfaceo, (von Westphalen durch Hanover nach Brandenburg, u. nach Oldenburg, Holstein, Mecklenburg u. Pommern.) Jul. Aug. D. fl. 3. 257. St. h. 63. S. dichotoma Wigg. prim. p. 34. — Sepala in planta sicca saepe subtrinervia. Num ab hac satis differat S. elodes MB. in litt. ad Besserum, in locis natalibus ulterius inquirendum est. G.

10. MOENCHIA (Ehrh. beitr. 2. 277.) Cal. 4 sepalus. Pet. 4, integra. Stam. 4 vel 8. Ovarium multiovulatum. Styl. 4. Caps. apice octovalvis. — Flores albi.

1. M. ERECTA (Flor. der wett. 1. p. 219.) caule subbifloro, floribus tetrandis. ⊙. In pascuis et ericetis, (hin u. wieder, aber gesellschaftlich, im Gebiete des Rheines von Basel an, u. d. Maines bis Würzburg; in Schwaben, Bayern, Böhmen; auch bei Baireuth u. Berlin.) Apr. Mai. D. fl. 1. 363. Vaill. par. t. 3. f. 2. Moenchia quaternella Ehrh. beitr. 2. 277. M. glauca Pers. syn. 1. 153. Sagina erecta L. sp. 185. Alsinella erecta Moench. meth. 222.

11. MALACHIUM (Fries fl. halland. p. 77.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5, bipartita vel emarginata. Stam. 10. Ovar. multiovulatum. Styl. 5. Caps. quinquevalvis, valvulis apice bifidis. (Flores albi.)

1. M. MANTICUM (Reichenb. fl. exc. p. 795.) caule erecto apice dichotomo 3-9 floro, *fol. lineari-lanceolatis* acutis cauleque glaberrimis, bracteis margine scariosis, pedunculis erectis, petalis calyce longioribus truncato-emarginatis, radice uni-pluricauli. ⊙. In locis herbidis, (Krain u. südl. Tyrol.) Mai. Jun. Cerastium manticum L. sp. 629. Stellaria mantica DC. fl. fr. 3. p. 794. Gaud. helv. 3. 182. D. fl. 3. 358. St. h. 63.

2. M. AQUATICUM (Fries l. c.) caulibus decumbentibus scandentibusque basi radicantibus, *fol. cordato-ovatis* acuminatis sessilibus caulium sterilium petiolatis, petiolo folium subaequante, panicula dichotoma divaricata glanduloso-pilosa, bracteis herbaceis, petalis bipartitis. ♃. Ad dumeta humidiuscula, ripas, et fossas. Jun.-

Aug. Cerastium aquaticum D. fl. 3. 331. St. h. 63. Stellaria aquatica Scop. carn. 1. 319. Larbrea aquatica Ser. in DC. pr. 1. 395, nec St. Hilaire.

12. CERASTIUM (L. gen. n. 585.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5 bifida vel emarginata. Stam. 10. Ovar. multiovulatum. Styl. 5. Caps. apice 10 valvis. — (Flores albi. In Cerastio tetrandro pars quinta fructificationis deficit.)

Sect. I. ORTHODON. (Ser. ap. DC. pr. 1. 415.) Capsula apice magis minusve sursum curvata, dentibus rectis, margine revolutis.

§. 1. Radix simplex, annua vel biennis; caules erecti vel adscendentes, rarius basi radicantes; caudiculi perennantes nulli.

* Petala calycem aequantia vel eodem breviora.

1. C. GLOMERATUM (Thuillier fl. par. 225.) caule erecto vel adscendente, fol. subrotundis ovalibusque, inferioribus in petiolum angustatis, paniculae ramis glomeratis, *bracteis omnibus herbaceis calycibusque apice barbatis, pedicellis fructiferis calycem aequantibus brevioribusque*, petalis calycem subaequantibus. ⊙. In agris et locis cultis subhumidis ad ripas et fossas. Mai.-Aug. D. fl. 3. 338. St. h. 63. C. ovale Pers. syn. 1. 521. C. vulgatum herbarii Linnaeani, Smith brit. 496. C. viscosum Fries nov. ed. 2. 125. Gaud. helv. 3. 240. C. rotundifolium Denkschr. d. regensb. ges. 1818. 2. 113. Rami in planta florente semper glomerati. Variat:

β. *eglandulosum*, pilis omnibus eglandulosis.

γ. *apetalum*, petalis nullis: C. apetalum Dumort. obs. bot. p. 47.

2. C. BRACHYPETALUM (Desportes in Pers. syn. 1. 520.) caule erecto vel adscendente, fol. oblongis ovalibusque, inferioribus in petiolum angustatis paniculae ramulis superioribus aggregatis, *bracteis omnibus herbaceis calycibusque apice barbatis, pedicellis fructiferis calyce duplo triplove longioribus*, petalis calycem subaequantibus brevioribusque. ⊙. In collibus herbidis, locis montanis, incultis, (bis jetzt schon an vielen Orten, u. wahrscheinlich hin u. wieder durch d. g. Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 3. 339. C. viscosum Poll. pal. 1. 448. C. barbulatum Wahlenb. carp. p 137. C. strigosum Fries nov. ed. 2. p. 131. Variat, ut omnes affines, pilis in superiore caulis parte, pedicellis, calycibusque glandulosis et

β. *glandulosum*, pilis in partibus enumeratis glandulosis.

3. C. SEMIDECANDRUM (L. sp. 627.) *caule erecto vel adscendente*, foliis oblongis ovalibusque, inferioribus in petiolum angustatis, paniculae ramulis superioribus aggregatis, *bracteis omnibus sepalisque semiscariosis apice glabris eroso-denticulatis*, pedicellis fructiferis calyce duplo triplove longioribus, petalis calycem subaequantibus brevioribusque. ⊙. In arvis, ericetis, collibus apricis. Mart.-Mai. D. fl 3. 340. St. h. 63. C. viscidum Link en. 1. 433. C. viscosum Pers. syn. 1. 521. C. pellucidum Chaub. in St. Amans fl. agen. p. 181. Variat:

β. *glandulosum*, valde viscidum: C. glutinosum Fries nov. ed. 2. p. 132, et, quod in ditione fl. nostr. nondum observatum,

γ. *glaberrimum*, pili in tota planta omnino nulli: C. macilentum Aspegren Bleck. fl. p. 34. Reichenb. ic. fig. 379. 380.

4. C. PUMILUM (Curtis fl. lond. fasc. 6. t. 30.) *caule erecto vel adscendente*, fol. oblongis ovalibusque inferioribus in petiolum angustatis, paniculae ramulis superioribus aggregatis, bracteis *inferioribus herbaceis, superioribus calycibusque margine scariosis apice glabris stria herbacea subexcurrente*, pedicellis fructiferis calyce duplo triplove longioribus, petalis calycem subaequantibus. ⊙. In arvis, pascuis siccis, (hin u. wieder durch das g. Gebiet, wahrscheinlich weit verbreitet.) April. Mai. D. fl. 3. 344. St. h. 63. C. semidecandrum Pers. syn. 1. 521. C. ovale Bess. galic. 1. 294, nec Pers. Variat:

β. *glandulosum*, valde viscidum.

Cerastium tetrandrum Curt. lond. fasc. 6. t. 31. (Sagina cerastoides E. bot. 3. t. 166. Esmarchia cerastoides Reichenb. fl. exc. p. 793.) in insulis Manoe et Lyst, Holsatiae conterminis, a Cl. Nolt. lectum, differt a simili C. pumilo fol. angustioribus, oblongo-linearibus, inferioribus in petiolum longum angustatis, fere spathulatis, bracteis vero latioribus, ovatis, omnibusque herbaceis, panicula denique tota soluta et parte quinta floris fructusque deficiente. Quandoque, obs. Cl. Smithio, floribus pentapetalis, decandris, pentagynis, ut reliqua Cerastia, occurrit, tamen ceteris characteribus bene distinctum est.

5. C. TRIVIALE (Link. en. h. berol. 1. 433.) *caulibus adscendentibus, lateralibus basi radicantibus*, fol. oblongis ovatisve, infimis in petiolum angustatis paniculae ramulis superioribus aggregatis, *bracteis calycibusque margine scariosis apice glabris*, pedicellis fructiferis calyce duplo triplove longioribus, *petalis calycem subaequantibus*. ⊙ et ⊙. In agris et cultis subhumidis, pratis, ad ripas. Mai. in autumn. D. fl. 3. 334. St. h. 63. C. vulgatum Wahlenb. suec. 289. Fr. nov. 2. 125. C. viscosum herbarii Linneani sec. Sm. brit. 497. — Petala calycis longitudine vel paulo longiora. Variat:

β. *glandulosum;* pili pedunculorum et calycis glanduloso-viscidi: C. viscosum β. glandulosum v. Bönningh. prod. n. 565.

γ. *holosteoides;* folia et caulis ad paniculam usque glabra, hic linea pilorum decurrente notatus. C. vulgatum β. holosteoides Fr. nov. ed. 2. 126. St. h. 63.

δ. *alpinum;* folia latiora, ovalia, flores paulo maiores. Haec varietas a C. alpino dignoscitur panicula multiflora, ramulis superioribus aggregatis, pilis rigidioribus brevioribus, caule elatiore, defectu rosularum sterilium, et petalis calycem aequantibus.

** Petala calyce duplo longiora.

6. C. CAMPANULATUM (Vir. annal. bot. 1. p. 2. p. 171.) *caulibus erectis vel adscendentibus non radicantibus, fol. oblongis infimis* in petiolum angustatis *subspathulatis*, panicula multiflora denique sparsa, bracteis inferioribus herbaceis, superioribus anguste scarioso-marginatis, pedicellis fructiferis calycem bis superantibus, *petalis calyce duplo longioribus*. ⊙ et ⊙. In agris et collibus herbidis, (im Wallis nach Schleicher u. Reichenbach fl. exc.) Apr. Mai. DeC. prodr. 1. p. 417. C. praecox Tenor. fl. neap. 1. p. 27. Flores in fundo magis aperti, quam in affinibus, tamen non stricte campanulati dicendi; a medio extrorsum patent. H.

7. C. SYLVATICUM (Waldst. et Kit. p. rar. hung. 1. p. 100. t. 97.) *caulibus adscendentibus, lateralibus basi radicantibus, fol. infimis ovatis acutis in petiolum abrupte contractis*, intermediis oblongis *superioribus lanceolatis attenuato - acuminatis*, panicula multiflora denique sparsa, bracteis inferioribus herbaceis, superioribus anguste scarioso - marginatis, pedicellis fructiferis elongatis, *petalis calyce duplo longioribus.* ⊙. In sylvis subhumidis, (bis jetzt blofs in der Gegend von Wien, (mein Exempl. von Rohde bei Mauerbach gesammelt,); bei Triest, Biosoletto.) Jun. Jul. D. fl. 3. 333. G.

§. 2. Radix multiceps, caudiculi, quamvis graciles, tamen perennant, et quotannis caules floriferos sterilesque protrudunt.

8. C. LATIFOLIUM (L. sp. 629.) *caudiculis cespitosis* procumbentibus, caulibus adscendentibus, sterilibus dense cespitosis, floriferis erectiusculis uni-trifloris, fol. ellipticis lanceolatisve, *bracteis herbaceis*, pedicellis defloratis infractis, petalis calyce subduplo longioribus. ♃. In alpibus altioribus tam graniticis quam calcareis, (durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. 355. St. h. 24. Caudiculi steriles longitudine fertilium, non rosulati; pili caulis et foliorum crassiusculi, conspicue articulati, glanduliferi, intermixtis rarioribus, longioribus simplicibus. Variat fol. glaucescentibus, et

β. glabriusculum; caulis inferne et folia utrinque glabra, haec margine tantum ciliata. St. h. 64.

γ. grandifolium; folia lato-ovata, acuta, valde approximata, pedicellus brevis, vix flore longior. St. h. 64, petalis e specimine sicco haud bene delineatis; sunt enim profunde biloba ut in specie primaria. C. latifol. γ. intermedium Gaud. helv. 3. 249. C. flexuosum Hegetschw. fl. helv. app. 2. 454.

δ. glaciale; caulis brevis, fol. elliptico-oblonga: C. glaciale Gaud. in DC. prod. 419. n. 47. C. latifolium δ. subacaule Gaud. helv. 3. 250. C. uniflorum Mur. bot. val. 60. C. glaciale St. h. 64, icon refert specimina paulo altiora, a Cl. Sering. sub hoc nomine missa.

ε. pedunculatum; caulis brevis, fol. lanceolata: C. pedunculatum Gaud. helv. 3. 251. C. filiforme Schleich., St. h. 64, icon ad specimina, ab ipso auctore accepta, delineata. — Formae, sub δ et ε prolatae, vix varietates dicendae sunt, cum non nisi altitudine minore a formis latifoliis et angustifoliis speciei primariae differant.

9. C. ALPINUM (L. sp. 628.) *caudiculis repentibus*, sterilibus rosulatis, caulibus floriferis adscendentibus uni-quinque floris, fol. ellipticis lanceolatisve, *bracteis herbaceis apice anguste scariosis, pedunculis defloratis infractis*, petalis calyce subduplo longioribus. ♃. In alpibus graniticis et calcareis, (durch die ganze Alpenkette hin u. wieder.) rarius cum fluviis descendens, (bei München am Gräbenbache, Zuccarini.) Mai.-Aug. D. fl. 3. 351. St. h. 64. Centunculus alpinus Scop. carn. 1. p. 321. Differt a C. arvensi caudiculis sterilibus rosulatis, caule paucifloro, pedunculis defloratis infractis, calyce corollae adpresso et pilis longioribus; a. C. latifolio, caudiculis rosulatis, pilis longioribus, et bracteis superioribus margine membranaceo instructis. Variat:

β. glanduliferum; caulis superne et pedunculi pilis glanduliferis tecti.

γ. lanatum; pilis lanatis dense tectum et e longinquo canum: C. lanatum Lam. enc. 1. 680. C. alpinum Wulf. in Jacq. coll. 3. 19. Haec varietas occurrit:

δ. glutinosum; caulis superne et pedunculi pilis glanduliferis viscosissimi: C. Soleirolii Ser. in Dub. bot. gall. 87.

In Suecia occurrit fere totum glabrum: C. alpinum β. glabratum Wahlenb. suec. 290. C. glabratum Hartm. skand. 181.

10. C. OVATUM (Hoppe denkschr. d. regensb. bot. ges. 1818. p. 114.) *caudiculis prostratis basi radicantibus*, caulibus cespitosis, florigeris adscendentibus 6-9 floris, fol. inferioribus lanceolatis, superioribus ex ovata basi attenuato-acutis, *bracteis margine scarioso lato glabro basi subciliato*, *pedunculis hirto-pubescentibus*, *defloratis refractis*, petalis calyce duplo longioribus. ♃. In glareosis rivulorum alpium altiorum, (in Kärnthen, Hoppe! u. Steyermark, Angelis!) St. h. 64. C. carinthiacum Vest. in Hoppe taschenb. 1808. G.

11. C. ARVENSE (L. sp. 628.) *caudiculis prostratis basi radicantibus*, caulibus adscendentibus, sterilibus dense cespitosis, floriferis erectis 7-15 floris, fol. lineari-lanceolatis linearibusve, *bracteis lato-scarioso-marginatis*, *pedunculis hirto-pubescentibus*, *defloratis erectis calyce cernuo*, petalis calyce duplo longioribus. ♃. In campis, collibus apricis, ad viarum et agrorum margines; adscendens in subalpinas et alpes altissimas. Apr. Mai., in alpibus serius. D. fl. 3. 347. St. h. 8. Vaill. par. t. 30. f. 4, 5; icon minime ad C. repens referenda. Variat fol. angustioribus, anguste linearibus, et latioribus, rarius fere ovalibus, erectis, patentibus et reflexis, et pilis pedunculorum glandulosis et eglandulosis, horizontaliter patentibus et reflexis, et

β. strictum; caulis et folia glabra, haec basi ciliata. C. strictum Haenke in Jacq. coll. 2. p. 65. (C. strictum L. sp. 629, ex descriptione, ad Arenariam grandifloram All. pertinere videtur.) Non amplius quoque separo:

γ. suffruticosum; folia erecta, rigidiora, bracteae margine scarioso latiore cinctae, et basi tantum ciliatae, vel margine fere glabrae: C. suffruticosum L. sp. 629. D. fl. 3. 349. St. h. 64. C. laricifolium Vill. delph. 3. 644. Hoc in Tyroli australi. Secundum Cl. Reichenb. C. suffruticosum Linn. ad varietatem glabrescentem C. grandiflori referendum est.

12. C. REPENS (L. sp. 628 excl. syn. Vaill.) caudiculis prostratis basi radicantibus, *caulibus* adscendentibus *foliisque tomentosis*, sterilibus dense cespitosis, floriferis erectis 7-15 floris, fol. linearilanceolatis linearibusve, bracteis lato-scarioso-marginatis, *pedunculis lanato-tomentosis*, defloratis erectis calyce cernuo, petalis calyce duplo longioribus *dentibus capsulae margine reflexis*. ♃. In locis apricis et muris, (bei Lüttich, Lej.; im Cant. Waadt u. Wallis an mehrern Orten; ob blofs verwildert?) D. fl. 3. 252. St. h. 64. Column. phyt. ed. 1592. App. p. 19. 20. C. tomentosum Lej. fl. d. spa. 2. 307. DeCand. prod. 1. 418. — Haec planta ex synonymis, excluso Vaillantii, verum est C. repens Linnaei; et ab hoc differt C. tomentosum Linn. (saltem var. α, species primaria,) C. repens M. B. fl. t. c. 1. 360 et 3. 320., C. Biebersteinii DC. pr. 1. p. 418,

quod b. Smith. pro vero C. tomentoso L. declaravit, (MB. l. c.) foliis latioribus et praecipue dentibus capsulae revolutis, qua de causa ad sequentem sectionem referendum est. Conf. iconem optimam in St. fl. h. 64.

Sect. II. Strephodon (Ser. ap. DC. prod. I. 414.) capsula recta, dentibus circinato-revolutis.

13. C. grandiflorum (Waldst. et Kit. pl. r. hung. 2. t. 168.) caudiculis prostratis basi radicantibus, caulibus adscendentibus nodoso-articulatis, sterilibus dense cespitosis, floriferis erectis 7-15 floris, fol. anguste linearibus subcarnosis subtus convexis siccatis margine reflexis, *dentibus capsulae rectae circinato-revolutis.* In alpibus, (auf dem hohen Schwab unfern Mariazell in Obersteyermark, nach Müller; Reichenb. fl. exc. p. 799.) Variat tomentosum et *β. glabrum*, pedunculis crispule pubescentibus et pilis in basi foliorum flexuosis, non rigidis: C. grandiflorum β. bannaticum Rochel. bann. t. 2. f. 6. Sturm h. 64, varietas tomentosa et glabra. G.

Ordo XV. ELATINEAE. Cambessedes in mem. mus. 1. 225.

Cal. 3, 4, 5 fidus vel partitus, aestivatione imbricatus. Pet. tot, quot sepala, iis alterna, hypogyna. *Stam.* numero petalorum aequalia, vel dupla, libera, *hypogyna. Ovarium* liberum *3, 4, 5 loculare;* valvulis septigeris; loculis pluriovulatis. *Styli numero loculorum.* Fructus capsularis; placentae centrales. Sem. numerosa, exalbuminosa. Embryo rectus, vel cum semine curvatus; radicula ad hilum versa. *Folia exstipulata.*

1. ELATÍNE (L. gen. n. 502.) Cal. 3, 4 partitus. Pet. 3, 4. Stam. 3, 4, 6, 8. Styl. 3, 4. Caps. 3, 4 locularis, polysperma. Sem. filiformia, teretia, rectiuscula, vel hippocrepica.

1. E. Hydropiper (L. fl. suec. p. 132. sp. 572, excl. syn. Vaillantii et variet. β.) fol. oppositis petiolo brevioribus, flor. sessilibus vel brevissime petiolatis tetrapetalis octandris, seminibus semicirculariter curvatis. ⊙. In locis inundatis et humidis, ad ripas fluviorum, piscinarum et lacuum, (hin u. wieder.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 66. Buxb. cent. 2. t. 37. f 3. Schk. t. 109. b. „flores omnino sessiles" Wahlenberg suec. p. 245. E. Schkuhriana Drev. et Hayn. t. 71. 4. Reichenb. fl. exc. p. 639. Calyx quadrifidus.

2. E. triandra (Schkuhr. 1. p. 345. t. 109. b.) fol. oppositis petiolo longioribus, flor. sessilibus tripetalis triandris, sem. leviter arcuatis. ⊙. Ad margines paludum et piscinarum, (Wittenberg, Carlsruh u. Regensburg.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 68. Calyx bifidus.

3. E. hexandra (DeCand. fl. fr. 5. p. 609.) fol. oppositis petiolo longioribus, flor. pedunculatis, pedunculo longitudine fructus vel longiore, flor. tripetalis hexandris, sem. leviter curvatis. ⊙. In similibus locis, (hin u. wieder.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 68. DC. ic. rar.

t. 43. f. 1. Vaill. par. t. 2. f. 1. E. tripetala Sm. engl. fl. 2. 243. E. Hydropiper L. sp. pl. 527, var. β. Cal. trifidus.

E. *major*. A. Braun. syll. p. 83. D. fl. 3. 69, in ditione fl. nostrae, quantum scio, nondum observata, dignoscitur: floribus tetrapetalis octandris pedunculatis, pedunculo fructu triplo longiore et foliis seminibusque E. hexandrae. H. l. E. Hydropiper DC. fl. fr. 4. p. 771, ic. pl. rar. t. 43. f. 2. Reichenb. fl. exc. p. 639. Schk. t. 109. a. Vaill. par. t. 2. f. 2.

4. E. Alsinastrum (L. sp. 526.) fol. verticillatis. ⊙?. In lacubus, piscinis, paludibus, (hin u. wieder.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 70. Vaill. par. t. 1. f. 6. — E. alata Florae sedinensis ad Callitriches pertinet.

Ord. XVI. LINEAE. DC. theor. ed. 1. p. 217. prodr. 1. p. 423.

Cal. 4, 5 sepalus, persistens, aestivatione imbricatus. Cor. regularis. Pet. hypogyna tot, quot sepala, aestivatione contorta, interdum unguibus inter se et cum staminibus cohaerentia. Stam. 5, petalis alterna, hypogyna, basi in annulum connata, interjectis dentibus, (rudimentis staminum interiorum,) petalis oppositis. Antherae birimosae. *Ovarium dissepimentis 4, 5, completis, e membrana duplici formatis, et 4, 5, incompletis, 8, 10 loculare; loculis 1 ovulatis*, ovulis pendulis; placentae centrales. Styl. 4, 5. Sem. exalbuminosa, embryo rectus, radicula ad hilum versa. Fol. exstipulata.

1. LINUM. Cal. 5 sepalus. Cor. 5 petala. Stam. 5. Caps. 10 locularis.

§. 1. Sepala margine glanduloso-ciliata.

* Petala flava.

1. L. gallicum (L. sp. 401.) *sepalis* lanceolatis *glanduloso-ciliatis* in apicem margine scabriusculum acuminato-attenuatis *capsula sesquilongioribus, paniculae ramulis glaberrimis*, fol. lineari-lanceolatis margine scabriusculis, pedunculis fructiferis calycem aequantibus longioribusque. ⊙. In arvis et locis incultis reg. austral., (Triest, Fiume.) Jun. Jul. Gerard. gallopr. t. 16. f. 1. L. aureum WK. t. 177. G.

2. L. corymbulosum (Reichenb. fl. exc. p. 834.) *sepalis* lanceolatis *glanduloso-ciliatis* in apicem margine scabrum acuminato-attenuatis *capsula duplo longioribus, ramulis axillaribus basi interne puberulis*, fol. lineari-lanceolatis margine scabris, pedunculis fructiferis calycem aequantibus longioribusque. ⊙. In collibus siccis incultis reg. austral., (Triest, Fiume.) Jun. Jul. D. fl. 2. 498. L. aureum. DC. prodr. 1. 423, excl. syn. Scopolii. G.

3. L. strictum (L. sp. 400.) sepalis lanceolatis glanduloso-ciliatis in apicem margine scabrum acuminato-attenuatis, capsula

duplo longioribus, foliis lineari - lanceolatis margine scaberrimis, *pedunculis fructiferis calyce multo brevioribus.* ⊙. Ad litt. maris adriat., (Istrien, Biasol.!) Jun. Jul. D. fl. 2. 497. L. liburnicum Scop. carn. 1. 230. J.

4. L. MARITIMUM (L. sp. 400.) sepalis ovatis breviter acuminatis glanduloso - ciliatis capsulam subaequantibus, *fol.* glabris *trinerviis, inferioribus oppositis ellipticis*, superioribus alternis lanceolatis, pedunculis fructiferis calycem pluries superantibus. ♃. Ad litt. maris adriatici, (bei Triest, Biasol!) D. fl. 2. 497. Jacq. h. vind. 2. t. 154. G.

5. L. FLAVUM (L. sp. 399.) *sepalis lanceolatis acuminatis glanduloso - ciliatis* capsula longioribus, *fol. glabris trinerviis margine laevibus, basi utrinque glandula fultis*, superioribus lanceolatis acutis, inferioribus obovato - lanceolatis breviter acuminatis, *caulibus superne argute angulatis.* ♃. In pratis montanis et collibus siccis apricis, (Krain u. durch Steyermark nach Oestreich, Mähren u. Böhmen; sodann bei Ulm.) Jul. Aug. D. fl. 2. 499. Jacq. a. t. 214. St. h. 26. Petala basi cohaerentia, flava, striis vitellinis. L. campanulatum M. Bieb. t. c. 1. p. 255. suppl. p. 254. L. tauricum Willd. en. h. 6. p. 339. Variat 1. staminibus longitudine calycis et stylis calyce staminibusque multo longioribus; et 2. staminibus calyce fere duplo longioribus et stylis longitudine calycis. — L. campanulatum L., in Gallia australi nascens, differt sepalis longioribus, sensim attenuatis, et margine laevibus, nec glanduloso-ciliatis. G.

** Petala caerulea, rosea vel albida.

6. L. HIRSUTUM (L. sp. 398.) sepalis lanceolatis acuminatis capsula longioribus, fol. ovato - lanceolatis lanceolatisve quinquenerviis calycibusque villosis, his bracteisque glanduloso - ciliatis, *caulibus tomentoso - villosis.* ♃. In pratis et collibus incultis, (bisher blofs in Unteröstreich.) Jun. Jul. D. fl. 2. 495. Jacq. a. t. 31. Flores lilacini, basi albidi. G.

7. L. VISCOSUM (L. sp. 398.) sepalis lanceolatis acuminatis capsula longioribus, fol. lanceolatis 3 - 5 nerviis villosis, superioribus bracteis calycibusque glanduloso - ciliatis subglabris, *caule pilis patentissimis villoso.* ♃. In pratis, ericetis montanis, (Oberbayern, Salzburg, Südtyrol, Kärnthen, Krain bis nach Oestreich) Jun. Jul. D. fl. 2. 496. Flor. dilute rosei, basi venis violaceis. Variat stylis stamina superantibus, et iis brevioribus. G.

8. L. TENUIFOLIUM (L. sp. 398.) *sepalis* ellipticis apice subulatis *glanduloso - ciliatis capsula parum longioribus*, *fol.* linearibus acuminatis *margine ciliato - scabris* caulibusque glabris. ♃. In collibus et montanis siccis lapidosis, solo calcareo, (in d. Schweiz u. im mittlern u. südlichen D., jedoch nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 2. 496. Jacq. a. t. 215. Flor. dilute roseo - lilacini.

§. 2. Sepala margine eglandulosa.

* Fol. alterna et sparsa, vel infima tantum opposita.

9. L. NARBONENSE (L. sp. 398.) *sepalis lanceolatis acuminatis eglandulosis capsula duplo longioribus*, fol. lineari - lanceolatis

glabris margine scabriusculis, caulibus numerosis. ♃. In pratis montanis et locis herbidis, (Krain u. im Littorale.) Jun. Jul. D. fl. 2. 494. Flores azurei. G.

10. L. ANGUSTIFOLIUM (Hudson angl. 134.) *sepalis ovatis acuminatis eglandulosis capsulam subaequantibus*, interioribus obsolete ciliatis, foliis lineari-lanceolatis glabris, caulibus numerosis diffusis. ♃. In collibus lapidosis et pascuis, (im südlichen Krain, Littorale u. Istrien.) Jun. Jul. D. fl. 2. 494. L. tenuifolium L. sp. 399. Flores caerulei. G.

11. L. USITATISSIMUM (L. sp. 397.) *sepalis ovatis acuminatis ciliolatis eglandulosis* capsulam subaequantibus, fol. lanceolatis glabris, *caule solitario* erecto. ⊙. Inter segetes hinc inde quasi spontaneum; ubique vero cultum. Jul. Aug. D. fl. 2. 493. St. h. 26. Flores caerulei. Variat:

α. *vulgare* (Schübl. et Mart. fl. v. würtemb. p. 211.) elatius, foliis, floribus capsulisque minoribus, capsulis clausis, sem. obscurioribus. Ruricolis: Schliefslein, Dreschlein.

β. *crepitans* (Schübl. et Mart. l. c.) humilius et ramosius, foliis, floribus, capsulisque majoribus, valvulis capsulae elastice dissilientibus, seminibus, quae praecociora pallidioribus. Ruricolis: Springlein, Klanglein. Colit.

12. L. PERENNE (L. sp. 397.) *sepalis ovatis margine eglandulosis glabrisque* capsula brevioribus, interioribus obtusissimis, fol. lineari-lanceolatis glabris, caulibus numerosis, *pedicellis fructiferis stricte erectis*. ♃. In collibus apricis, arvis et sylvis arenosis, (bisher blofs auf der Rheinfläche zwischen Benzheim u. Darmstadt, u. in der Gegend v. Frankf. a. M. hinter d. Schwengelsbrunnen am Wege, der nach der kleinen Saustiege führt, links im Walde.) Jun. Jul. D. fl. 2. 491. L. austriacum Poll. pal. 1. p. 320. Fl. wett. 1. 446. (non L.) Flores dilute caerulei. G.

13. L. AUSTRIACUM (L. sp. 1. 399.) *sepalis ovatis margine eglandulosis glabrisque* capsula brevioribus, interioribus obtusissimis, fol. lineari-lanceolatis glabris, caulibus numerosis, *pedunculis fructiferis reflexo-pendulis*. ♃. In ericetis, ad vias, in collibus, (in Oberbayern, Krain, Littorale, Oestreich, Mähren, Böhmen.) Jun. Jul. D. fl. 2. 493. Jacq. a. t. 418. Flores azurei. Variat foliis impunctatis, et foliis, apice et in tota superficie, pellucidopunctatis, et quidem saepe in una radice.

14. L. ALPINUM (Jacq. vind. 229. L. s. 1672.) calycibus rotundatis, foliis linearibus, infimis reflexis, caulibus declinatis. ♃. In alpibus austriacis. Jul. Aug. Planta mihi dubia; caules reclinatos et folia inferiora reflexa saepe in L. austriaco vidi, et e semine, e praestantissimis hortis botanicis hucusque accepto, L. austriacum nec alia species egerminavit. Specimen in monte austriaco Schneeberg lectum, folia pellucide punctata, et aliud, ex monte kühweger Alpe, folia impunctata habet. — De Lino montano Schleicheri, mihi ex speciminibus imperfectis, ab auctore acceptis, solummodo noto, judicium ferre non audeo.

** Folia omnia opposita.

15. L. CA-

15. CATHARTICUM (L. sp. 401.) sepalis ellipticis acuminatis glanduloso-ciliatis capsulam subaequantibus, fol. glabris, margine scabriusculis, inferioribus obovatis superioribus lanceolatis, *omnibus oppositis.* ⊙. In pratis et pascuis. Jul. Aug. D. fl. 2. 500. Flores albi. Schk. t. 87.

2. RADIOLA (Gmel. syst. 1. p. 289.) Cal. 4 fidus, laciniis bitrifidis. Stam. 4. Caps. 8 locularis.

1. L. LINOIDES (Gmel. l. c.) ⊙. In arenosis humidis. Jul. Aug. R. millegrana Sm. brit. p. 202. D. fl. p. 869. Linum Radiola L. sp. 402. Vaill. par. t. 4. f. 6. Flores albi.

Ord. XVI. MALVACEAE. Brown cong. p. 8. Malvaceae 1, 2, 3. Juss. gen. 271.

Cal. 3, 4, 5 fidus, laciniis aestivatione valvatis; saepe duplex: exteriore varie diviso vel e sepalis segregatis formato. Cor. regularis: petala tot, quot calycis laciniae, et iis alterna, aestivatione spiraliter contorta, saepe staminum tubo adnata. Stam. definita vel indefinita: *filamenta in tubum connata; antherae uniloculares, rima transversali dehiscentes.* Discus hypogynus o. Ovarium plurimultiloculare: loculis 1-pluriovulatis, interdum lobatum; placentae centrales. Albumen o, vel parcum. Embryo rectus: cotyledonibus contortuplicatis; radicula hilum spectante. Folia alterna, stipulata.

1. MALVA (L. gen. 841.) Cal. duplex: exterior triphyllus, interior 5 fidus. Styli plurimi, inferne connati. Capsula orbicularis, multilocularis; dissepimenta e marginibus valvularum introflexis; loculis 1 spermis. Sem. axi centrali affixa. Valvulae, maturitate solutae, carpella distincta referentes.

Sect. I. BISMALVA (Medikus) Flores axillares, solitarii, et saepe terminales, congesti. Fol. profunde divisa, vel partita.

1. M. ALCEA (L. sp. 971.) caule erecto, *fol.* radicalibus cordato-subrotundis lobatis, *caulinis palmato-quinquepartitis, laciniis subrhombeis trifidis inciso-dentatis pinnatifidisve;* pedicellis calycibusque tomentoso-hirsutis, pilis fasciculatis, *valvulis glabris* tenuiter transverse rugosis dorso carinatis margine rotundatis. ♃. In collibus apricis, ad sepes, vias, hinc inde. Jul. Aug. Tabernaem. t. 1155. n. 1. Flores rosei; herba inodora. Variat:

β. *multidentata*, foliorum laciniis crebrius dentatis: M. italica Pollini, ex determinatione Cl. Morettii; (bei Bozen, von Elsmann u. auf der Rheinfläche von mir selbst gesammelt.)

2. M. FASTIGIATA (Cavanilles diss. 2. t. 23. f. 2.) caule erecto, *fol.* radicalibus cordato-subrotundis lobatis, caulinis *superioribus trifidis, intermediis quinquefidis, laciniis oblongis inaequaliter dentatis* subtrifidis, pedicellis calycibusque tomentoso-hirsutis, pilis fasciculatis, *valvulis glabris* tenuiter transverse rugosis dorso carinatis margine rotundatis. ♃. In collibus, ad sepes, vias, (Tyrol,

Krain, Oestreich, im Gebiete der Flor. v. Spa.) Jul. Aug. M. Morenii Poll. ver. 2. 437. t. 3. f. 6, secundum Host. fl. a. 2. 297. M. decumbens Host. fl. a. 2 298. (caules erecti, nec decumbentes.) M. Bismalva Bernhardi secundum Lej. fl. d. spa. rev. p. 147. An varietas antecedentis? G.

3. M. MOSCHATA (L. sp. 971.) *caule* erecto, fol. radicalibus cordato-subrotundis lobatis, *caulinis quinquepartitis, laciniis pinnatifidis incisis bipinnatifidisque*, pedunculis calycibusque hirsutis, pilis plerisque simplicibus, *valvulis dense hirsutis* laevibus margine rotundatis. ♃. In collibus incultis, montosis lapidosis, pascuis, ad sepes, vias, (in der Schweiz u. in dem ganzen Rheingebiete; durch d. Elsafs nämlich, die Rheinpfalz, die Moselgegend bis an die Maas; auf d. rechten Ufer durch Baden u. auch durch Würtemberg, nach Hessen u. Westphalen; in Thüringen von Halle bis Magdeburg, jedoch in allen diesen Ländern zerstreut.) Jul. in autumn. Flores antecedentis.

Sect. II. FASCICULATAE DC. prodr. I. 432. Flores axillares, fasciculati. Folia lobata.

4. M. SYLVESTRIS (L. sp. 969.) caule erecto vel adscendente, petiolis pedunculisque hirsutis, fol. 5-7 lobis, *pedunculis aggregatis, defloratis erectis*, corolla calycem multo superante, valvulis marginatis reticulato rugosis. ⊙. Ad pagos, sepes, ruderata. Jul. Aug. Tabern. p. 1150. n. 1. Flores rosei, striis purpureis. — Malva mauritiana L., hinc inde ex hortis in ruderata profuga, differt floribus saturatioribus, fere sanguineis, petalis latioribus, minus profunde emarginatis, petiolis glabris, et superficie superiori tantum pubescentibus, pedunculis glabris, vix longitudine floris explanati, fructibus evidentius rugosis et caule robustiore, strictiore.

5. M. ROTUNDIFOLIA (L. sp. 969.) caule prostrato adscendente, foliis cordato-subrotundis 5-7 lobis, *pedunculis aggregatis, defloratis declinatis*, calyce erecto, petalis calyce duplo triplove longioribus, valvulis immarginatis laevibus. ⊙. In locis cultis, ad vias, in ruderatis. Jun. in autumn. Cor. dilute rosea. Schk. t. 192. Reichenb. ic. 1. p. 20. f. 37, non fl. exc. M. vulgaris Fries nov. ed. 2. p. 219. M. neglecta Wallr. syllog. 1. p. 140. Haec vulgatissima planta est Malva folio rotundo C. Bauhini, et M. rotundifolia omnium auctorum et officinarum ad novissima usque tempora. Mihi igitur non apte videtur, hoc nomen in plantam, paucis tantum cognitam, et recentioribus temporibus demum erutam, transferre.

6. M. BOREALIS (Wallmann in Liljebl. sv. fl. secundum Fries nov. ed. 2. p. 218.) caule prostrato adscendente, fol. cordato-subrotundis 5-7 lobis, *pedunculis aggregatis, defloratis declinatis*, calyce erecto, petalis calycem aequantibus, valvulis marginatis reticulato-rugosis. ⊙. In cultis, ad vias, in ruderatis, (von Westphalen durch das nördliche D. bis Preussen; sodann in Schlesien u. Thüringen.) Jun. in autumn. Cor. dilute rosea. Reichenb. ic. 1. p. 21. f. 38., M. parviflora Huds. brit. p. 307, nec L., M. pusilla Wither. arr. p. 612., M. Henningii Goldb. act. mosq. s. 133. M. rotundifolia Fries nov. ed. 2. p. 218.

2. ALTHÁEA (L. g. n. 839.) Cal. duplex: exterior 6-9 fidus; interior 5 fidus. Styli plurimi, inferne connati. Capsula ut in genere Malvae.

Sect. I. ALTHAEASTRUM DC. pr. 1. p. 436. Valvulae dorso convexae, haud canaliculatae, marginibus rotundatis.

1. A. OFFICINALIS (L. sp. 966.) *fol. utrinque molliter tomentosis* inaequaliter crenatis cordatis ovatisve, *inferioribus quinquelobis, superioribus trilobis*, pedunculis axillaribus multifloris folio multo brevioribus. ♃. In pratis humidis, praecipue locis salsis, ad littora maris et ad salinas, (im nördlichen Deutschland von Westphalen an bis Mecklenburg; bei Berlin; an den Salinen bei Halle; bei Dürkheim in d. Rheinpflalz; bei Soden im Nassauischen; in Oestreich u. Krain; in d. Schweiz hin u. wieder.) Jul. Aug. Schk. t. 192. Flor. albi in roseum vergentes.

2. A. CANNABINA (L. sp. 966.) *fol. tomentoso-scabris* inaequaliter serrato-dentatis, inferioribus palmatis, *superioribus digitatis, supremis ternatis*, petiolis folio longioribus uni-bifloris, laciniis calycis interioris ovatis acuminatis. ♃. Ad sepes subhumidas, fossas, et in pratis, (in Unteröstreich; im Littorale bei Monfalcone, Duino u. Fiume.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 101. Pet. rosea, ungue purpureo. G.

3. A. HIRSUTA (L. sp. 965.) fol. crenatis, *hispidis, pilis horizontaliter patentibus*, inferioribus reniformibus quinquelobis, mediis palmatis, superioribus profunde trifidis, pedunculis unifloris folia superantibus, calycis laciniis elongato-lanceolatis. ⊙. In agris et vineis, solo calcareo et argillaceo, (in dem Cant. Wallis u. Waadt; im Oberelsafs; Oberbaden; Würtemberg bis Werthheim; Rheinpfalz; sodann in Unteröstreich u. d. Littorale.) Jul. Aug. Cav. diss. 2. t. 29. f. 1. Malva setigera Spenn. frib. 3. 886. Flores lilacini vel rosei.

Sect. II. ALCEA DC. l. c. L. gen. 840. Valvulae dorso profunde canaliculatae, marginibus elevatis argutis.

4. A. PALLIDA (W. et Kit. pl. r. h. t. 47.) caule foliisque hirsutis, pilis fasciculatis, foliis crenatis, inferioribus cordato-subrotundis quinquelobis, superioribus trilobis, *pedunculis unifloris* solitariis pluribusve axillaribus, *superioribus calyce brevioribus laxe spicatis*, calyce exteriore interiorem subaequante, petalis emarginato-bilobis latitudine sua longioribus. ⊙. Ad vias, in pratis, collibus, (bisher allein bei Soos in der Gegend von Wien.) Jul. Aug. Petala lilacina, basi sulphurea. Differt ab A. rosea, quae ubique in hortis colitur: statura minore, caule foliisque hirsutioribus quidem, sed indumento e pilis mollioribus composito, calyce exteriore interiorem fere aequante, et petalis angustioribus, dissitis, et sinu profundiore emarginatis; in A. rosea calyx interior exteriorem satis superat, et petala latiora sunt, quam longa, contigua, et multo minus emarginata. G.

3. LAVATÉRA (L. gen. n. 842.) Cal. duplex: exterior 3 fidus; interior 5 fidus. Styli plurimi, inferne connati. Capsula ut in genere Malvae.

1. L. THURINGIACA (L. sp. 973.) caule herbaceo tomentoso, fol. tenuiter tomentosis, inferioribus angulato lobatis, superioribus trilobis, lobo intermedio longiore, pedunculis solitariis petiolo longioribus, petalis bilobis. ♃. In collibus incultis, vineis, ad vias, (im Littorale, in Unteröstreich, Böhmen, Schlesien u. Thüringen.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 311. Flores pallide rosei. G.

4. HIBISCUS (L. gen. 846.) Cal. duplex: exterior multipartitus; interior quinquefidus. Styli 5, inferne connati. Capsula 5 locularis.

1. H. PENTACARPOS (L. sp. 981.) *fol. cordatis* crenato-serratis, superioribus trilobis, lobo medio multo majori acuminato, pedunculis axillaribus unifloris, floribus nutantibus, staminibus stylisque declinatis, caule herbaceo. ♃. In locis humidis, (bisher nur im Gebiete des Isonzo.) Jul. Aug. Jacq. ic. rar. t. 143. Pavonia pentacarpos Reichenb fl. exc. p. 774. Flores rosei. Styli quinque. G.

2. H. SYRIACUS (L. sp. 978.) *fol. cuneiformi-ovatis* trilobis crenato-dentatis, pedunculis petiolum subaequantibus, calyce exteriore 6-8 partito, caule inermi arboreo. ♄. In sepibus Carnioliae quasi sponte; inter plantas indigenas vero vix numerandus. Jul. Aug. Ketmia syriaca Scop. carn. 2. p. 45. Flores purpurei vel albi, macula ad basin petalorum atrosanguinea.

3. H. TRIONUM (L. sp. 981.) *fol.* dentatis, inferioribus subindivisis, *superioribus tripartitis*, *laciniis lanceolatis*, *intermedio longissimo*, calyce inflato membranaceo nervoso-venoso. ☉. In locis cultis et ad vias, (in Unteröstreich u. im Littorale.) Jul. Aug. Ketmia Trionum Scop. carn. 2. p. 44. Cav. diss. 3. t. 64. f. 1. G.

Ordo XVIII. TILIACEAE. Juss. gen. p. 290. sect. 2. excl. generib. DC. prodr. 1. p. 503.

Cal. 4-5 sepalus, *aestivatione valvatus.* Cor. regularis. Pet. tot, quot sepala, iisque alterna. *Stam. hypogyna*, *indefinita*, (rarius definita,) libera vel (in exoticis) polyadelpha, stamine fasciculorum intermedio in parapetalum mutato, petalis oppositum. *Antherae biloculares*, *rima duplici dehiscentes.* Ovarium 1, 4, 10 loculare; loculi bi-pluriovulati; placentae centrales. Sem. albuminosa; embryo rectus, axilis; cotyledones foliaceae. Folia alterna, stipulata.

1. TILIA (L. gen. n. 660.) Cal. 5 sepalus, deciduus. Pet. 5. Stam. indefinita, libera, vel (in exoticis) polyadelpha, phalangis 5, singulis parapetalum, petalis oppositum, includentibus. Ovar. 5 loculare, loculis biovulatis. Styl. 1. Nux abortu 1 locularis, 1-2 sperma.

1. T. GRANDIFOLIA (Ehrhart beitr. 5. 158.) *fol.* oblique subrotundo-cordatis acuminatis *subtus hirtis* inque venarum axillis barbatis, corymbis 2-3 floris, parapetalis nullis, lobis stigmatis erectis. ♄. In sylvis frondosis, saxo substrato duro, rarius in montibus,

e saxo arenario formatis; in subalpina adscendens, (v. Spitzel.) D. fl. 4. p. 34. T. platyphyllos Scop. carn. 1. 373. T. europaea β, δ, ε, L. sp. 731. T. cordifolia Bess. gal. 1. 343. T. pauciflora Hayn. arzn. gew. 3. t. 48. Occurrunt varietates fol. subtus fere glabris.

2. T. PARVIFOLIA (Ehrhart beitr. 5. 159.) *fol.* oblique subrotundo-cordatis acuminatis *utrinque glabris* subtus glaucescentibus et in axillis venarum barbatis, corymbis 5-7 floris, parapetalis nullis, lobis stigmatis denique horizontaliter divaricatis, capsula obsolete 4-5 angulari. ♄. In sylvis frondosis cum priore, in reg. subalpinas non adscendens. Jul., praecedente serius. D. fl. 4. 36. Hayn. arzn. gew. t. 46. T. ulmifolia Scop. c. 1. 374. T. microphylla Willd. en. 1. 565. T. cordata Mill. dict. n. 1. T. europaea γ. L. sp. 733.

In hortis et ambulacris variae coluntur modificationes, quas nunc pro formis hybridis, ex hac specie et antecedente ortis, habeo. H. l. est: T. vulgaris Hayn. arzn. gew. 3. 47. T. europaea Sm. engl. fl. 3. p. 17. T. intermedia DC. prodr. 1. 513. — Ejusmodi modificationes porro sunt species Hostianae: 1. T. corallina; 2. T. corylifolia; 3. T. europaea; 4. T. grandifolia; 5. T. latebracteata; 6. T. mutabilis; 7. T. obliqua; 8. T. praecox; 9. T. pyramidata; 10. T. tenuifolia; 11. T. vitifolia; in fl. austr. 2. p. 59 62 descriptae, secundum specimina authentica, a Cl. Fenzl accepta. T. intermediam Hostii nondum vidi.

Ord. XIX. HYPERICINEAE. DC. fl. fr. 4. 860.

Cal. 4-5 sepalus vel 4-5 partitus, persistens, aestivatione imbricatus, laciniis inaequalibus. Cor. regularis. *Pet. 4, 5*, hypogyna, *aestivatione contorta. Stam. numerosa, polyadelpha, in 3, 5 fasciculos basi coalita*, (rarius in exoticis,) libera. Antherae versatiles. Ovarium liberum, pluriloculare: loculis multiovulatis, placentis centralibus, vel marginibus introflexis valvularum affixis. Styli plurimi, rarius in unum connati. Sem. exalbuminosa. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Folia saepe pellucido-punctata.

1. ANDROSAEMUM (All. ped. n. 1440.) Cal. 5 partitus. Cor. 5 petala. Bacca 1 locularis.

1. A. OFFICINALE (All. l. c.) ♃. In humidis, (in der südlichen Schweiz, Cant. Tessin; u. in Südtyrol.) Jun. Jul. A. vulgare Gärtn. fr. 1. 282. t. 59. Hypericum Androsaemum L. sp. 1102. Tabern. Krb. 1143. Flores lutei.

2. HYPERICUM (L. gen. n. 902.) Cal. 5 sepalus, vel 5 partitus. Cor. 5 petala. Styli (in nostris spec.) terni. Caps. 3 locularis. — Flores omnium flavi vel aurei.

* Sepala integerrima, nec margine fimbriata, nec glanduloso-ciliata.

1. H. PERFORATUM (L. sp. 1104.) caule *erecto ancipiti*, fol. ovali-oblongis pellucido-punctatis, floribus corymbosis, sepaliis *lanceolatis acutissimis integerrimis.* ♃. In pratis siccis, ericetis,

collibus; in alpes humiliores adscendens. Jul. Aug. St. h. 18. Variat:

β. *angustifolium;* fol. lineari-oblongis, punctis pellucidis minus numerosioribus, sed multo majoribus, ramis aequalibus, neque fastigiatis. Gaud. helv. 4. 628, var. δ. H. veronense Schrank. (Ueber Bex im C. Waadt.)

2. H. HUMIFUSUM (L. sp. 1105.) *caulibus procumbentibus* subancipitibus filiformibus, fol. ovali-oblongis, *sepalis oblongis obtusis mucronulatis integerrimis.* ♃. In ericetis, pascuis. Jun. in autumn. Fl. dan. t. 141. In agris saepe humile, erectiusculum, pauciflorum, bienne, et flores hinc inde tetrapetali: H. humifusum β. Liottardi Vill. delph. 3. 504. t. 44.

3. H. QUADRANGULARE (L. sp. 1104.) caule erecto *quadrangulari*, fol. ovalibus sparse pellucido-punctatis impunctatisve, *sepalis ellipticis obtusis integerrimis.* ♃. In pascuis sylvaticis, ad fossas et ripas. Jul. Aug. Engl. bot. t. 296. H. delphinense Vill. delph. 3. p. 497. H. maculatum Crantz a. p. 98. H. dubium Leers herb. 165. H. Leersii Gmel. bad. 3. 352.

4. H. TETRAPTERUM (Fries novit. ed. 1. p. 94.) caule erecto *quadrangulari*, angulis subalatis, fol. ovalibus dense pellucido-punctatis, *sepalis lanceolatis acuminatis integerrimis.* ♃. In pratis udis, ad fossas, ripas. Jul. Aug. H. quadrangulare Smith. engl. bot. 370, et fere omn. auctorum. H. quadrialatum Wahlenb. suec. 476.

** Sepala margine glanduloso-serrulata, vel fimbriata.

5. H. BARBATUM (Jacq. a. 3. p. 33. t. 259.) caule erecto sub geniculis ancipite, fol. oblongo-lanceolatis *subtus in disco corollaque nigropunctatis*, punctis pellucidis nullis, *sepalis setaceo-fimbriatis*, *fimbriis diametrum transversalem sepalorum aequantibus* acutis apice nigricantibus. ♃. In pratis sylvaticis inter frutices, (bisher blofs bei Mauerbach in der Gegend von Wien.) Mai. Jun. G.

6. H. RICHERI (Vill. delph. 3. 501. t. 44.) caule erecto subancipiti, fol. ovatis vel ovato-lanceolatis subtus ad marginem serie punctorum nigrorum, punctis pellucidis nullis, *sepalis fimbriatis*, *fimbriis diametro transversali sepalorum brevioribus*, *apice tenuiter glandulosis*, *corolla margine discoque nigro-punctata.* ♃. In alpibus, (auf den höchsten Gipfeln des Jura in d. Schweiz.) H. fimbriatum Lam. enc. 4. 148. Variat:

β. *androsaemifolium;* caule procumbente, foliis et floribus majoribus. H. androsaemifolium Vill. delph. t. 44. H. alpinum Waldst. et Kit. pl. r. h. t. 265, secund. DC. H.

7. H. ELEGANS (Stephan ap. Willd. sp. pl. 8. 1469.) caule erecto subancipiti, fol. e cordata basi lanceolatis ovatisque margine nigrodisco pellucido-punctatis, *sepalis* lanceolatis acutis *fimbriatis*, *fimbriis diametro sepalorum transversali brevioribus apice tenuiter glandulosis*, *corolla margine nigro-punctata.* ♃. In montosis apricis, (in den Weinbergen von Bennstäd u. Kölme bei Halle; im Gebiete der Fl. v. Hanover bei Hildesheim; bei Czeiz in Mähren.) Jun. Jul. H. Kohlianum Spreng. hal. t. 9. — An satis diversum ab H. ciliato Lam. enc. 4. p. 170? G.

8. H. PULCHRUM (L. sp. 1106.) caule erecto tereti glabro, fol. cordato-ovatis pellucido-punctatis, *sepalis obovatis obtusissimis glanduloso-ciliatis*, *glandulis sessilibus*. ♃. In sylvis montanis et ericetis, (von Basel durch das Elsafs bis nach den Niederlanden u. auf dem rechten Rheinufer durch Würtemberg, Baden, Hessen, nach Thüringen u. d. Harze u. bis Westphalen u. Niedersachsen.) Jul.-Sept. Reichenb. ic. 3. f. 447.

8. H. MONTANUM (L. sp. 1105.) caule erecto tereti glabro, fol. cordato-ovatis sessilibus, superioribus pellucido-punctatis, *sepalis lanceolatis acutis glanduloso-ciliatis*, *glandulis globosis stipitatis*. ♃. In sylvis et dumetis. Jun.-Aug. Fl. dan. t. 173. Variat:

β. *scabrum;* fol. subtus scabris.

9. H. HIRSUTUM (L. sp. 1105.) caule erecto tereti, *fol.* ovatis oblongisve *breviter petiolatis* pellucido-punctatis *cauleque hirsutis*, sepalis lanceolatis glanduloso-ciliatis, glandulis brevissime stipitatis. ♃. In sylvis et collibus incultis virgultis. Jun.-Aug. Fl. dan. t. 802.

10. H. ELODES (L. sp. 1106.) caulibus adscendentibus basi radicantibus, fol. subrotundo-ovatis *sessilibus* pellucido-punctatis *cauleque hirsutis*, sepalis ovatis glanduloso-ciliatis glandulis stipitatis, panicula pauciflora. ♃. In pratis paludosis, turfosis, (in dem Markwalde zwischen Messel u. Roth bei Frankf. am Main; am Niederrheine von Bonn bis Westphalen u. Hanover.) Schk. t. 213. G.

11. H. CORIS (L. sp. 1107.) caulibus suffruticosis, *fol. ternis quaternisve linearibus* obtusis pellucido-punctatis margine revolutis, sepalis glanduloso-ciliatis. ♄. In locis alpestribus, petrosis, (auf dem Berge Wiggis im C. Glarus, Gaud.) Jul. Aug. H.

Ord. XX. ACERINEAE. DC. theor. ed. 2. p. 244. Acera Juss. gen. 50, excl. sect. 1 et 3.

Cal. 4, 5, 9 partitus, aestivatione imbricatus. Pet. totidem, circa discum glandulosum inserta, lobis calycinis alterna, rarius o. Stam. disco hypogyno inserta, 8, rarius 5-12. *Ovarium bilobum, biloculare, loculis 2 ovulatis. Styl. 1. Stigmata 2. Fructus bialatus, secedens in carpella 2, indehiscentia, nucamentacea.* Albumen o. Embryo curvatus, cotyledonibus convolutis. Arbores foliis oppositis.

1. ACER (L. gen. n. 1155.) Flores polygami. Cal. 5 partitus. Cor. 5 petala. Stam. saepe 8, in floribus masculis evidenter longioribus.

1. A. PSEUDOPLATANUS (L. sp. 1495.) *fol.* palmato-quinquelobis *subtus opacis* glaucis, lobis acuminatis inaequaliter crenato-serratis, *racemis pendulis* elongatis basi compositis, ovariis villosis, alis patulis, staminibus florum masculinorum corolla duplo longioribus. ♄. In sylvis montanis, in subalpina adscendens. Mai. Jun. D. fl. 3. 25. Flores virides; fructus glabrescentes.

2. A. OPULIFOLIUM (Vill. fl. delph. 1. p. 333. 1786.) *fol.* palmato - quinquelobis *subtus opacis* glaucis, lobis obtusis crenato-dentatis, *corymbis mox pendulis*, ovariis glabriusculis, alis patulis, staminibus florum masculinorum corolla duplo longioribus. ♄. In sylvis submontanis, ad pedem alpium, (im C. Wallis u. Waadt.) Mart. April. Gaud. helv. 6. 326. t. 3. Flores e viridi flavicantes. Folia juniora subtus pubescentia vel tomentosa, adultiora subtus glabrescentia. — A. Opulus Ait. kew. 3. 436. A. italum Lauth. acer. n. 8, A. rotundifolium Lam. dict. 3. 382. Variat:

β. *tomentosum;* folia, etiam adulta, subtus tomentosa: A. obtusatum Kit. in Willd. sp. 4. 984. A. neapolitanum Ten. neap. t. 99. H.

3. A. PLATANOIDES (L. sp. 1496.) *fol.* palmato - quinquelobis sinuato - tri - quinquedentatis, dentibus attenuato - cuspidatis, corymbis erectis, basi foliisque junioribus sparse glandulosis, ovariis glabris, alis divaricatis, staminibus florum masculinorum longitudine calycis. ♄. In sylvis montium humiliorum, in subalpina non adscendens. Apr. Mai. D. fl. 3. 26. Schk. t. 351. Flores e viridi flavicantes. Varietas monstrosa, fol. basi cuneatis, irregulariter incisis, in hortis culta: A. laciniatum Du Roi.

4. A. CAMPESTRE (L. sp. 2. 1497.) *fol. palmato - quinquelobis, laciniis integerrimis* oblongis, intermedia obtuse triloba, corymbis erectis, sepalis petalisque linearibus villosis, staminibus florum masculinorum corollam aequantibus, *alis horizontaliter divergentibus.* ♄. In dumetis, sylvis regionum humiliorum. Mai. D. fl. 3. 27. Flores obscure viridis. Variat fol. lobis acuminatis, apice ipso tamen rotundato, (A. austriacum Tratt. arch. t. 6.) et fructibus glabris.

5. A. MONSPESSULANUM (L. sp. 1497.) *fol. palmato - trilobis, lobis obtusis integerrimis* vel subrepandis, corymbis pendulis, sepalis petalisque obovatis glabris, staminibus florum masculinorum corolla duplo longioribus, *alis patulo - porrectis.* ♄. In montosis asperis saxosis, (am Mittelrheine zwischen der Mosel u. Nahe in den Gebirgen dieser Flüsse, u. auf d. Donnersberge sehr gemein; sodann im Littorale.) April. D. fl. 3. 29. A. trilobatum Lam. enc. 2. 382. Flores e viridi flavescentes. G.

Ord. XXI. HIPPOCASTANEAE. DC. theor. ed. 2. p. 244. prodr. 1. 597.

Cal. 5 sepalus, aestivatione imbricatus. *Cor. irregularis, 4, 5 petala, sub disco hypogyno inserta. Stam. 7, 8, disco inserta, libera,* inaequalia. Ovarium liberum, triloculare, loculis biovulatis, ovulis erectis, valvis medio septiferis. Caps. 2 - 4 sperma. *Sem. hilo lato basilari*, exalbuminosa. Embryo curvatus; cotyledones connatae, rima basilari, e qua sub germinatione plumula prodit. Folia opposita, exstipulata.

1. AESCULUS. (Linn. gen. 462, excl spec.) Cal. campanulatus. Pet. 4, 5, expansa. Stam. declinata, adscendentia.

1. A. HIPPOCASTANUM (L. sp. 488.) capsulis echinatis, flor. pentapetalis. ♄. Ubique culta, ex Asia advena.

Ord. XXII. AMPELIDEAE. Humb. Bonpl. et Kunth. nov. gen. 5. p. 223. Vites Juss. gen. 267.

Cal. parvus, margine integer vel subdentatus. Pet. 4-5, dentibus calycinis alterna, disco glanduloso extus inserta. Stam. tot, quot petala, ante petala disco inserta. Ovarium liberum, biloculare; loculis biovulatis, ovulis erectis. Styl. 1; stigma simplex. Bacca. Sem. albuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. — Plantae scandentes.

1. VITIS. (L. gen. 284.) Cal. obsolete quinquedentatus. Pet. 5, apice cohaerentia, et instar calyptrae basi secedentia. Stam. 5. Ovarium biloculare, 4 ovulatum. Bacca.

1. V. VINIFERA (L. sp. 293.) fol. cordato-subrotundis quinquelobis grosse dentatis. ♄. In regionibus calidioribus culta et in sylvis ad Danubium et Rhenum hinc inde inquilina facta, forte e coloniis superstes, priscis temporibus bello destructis, et nunc, saltem ad Rheni ripas, sylva frondosa tectis; h. l.: V. sylvestris Gmel. bad. 1. 543. — Cultura e V. vinifera ortam puto; V. laciniosam L. sp. 293, fol. quinnatis, foliolis multifidis.

Ord. XXIII. GERANIACEAE. DC. fl. fr. 4. p. 838. prod. 1. 637. Gerania Juss. gen. 268.

Cal. 5 sepalus, persistens, aestivatione imbricatus, sepalum superius in floribus subirregularibus (specierum exoticarum) basi in calcar cavum, pedunculo arcte adnatum, productum. Pet. 5, sepalis alterna, aequalia et hypogyna; aut inaequalia et calyci inserta, aut cum eo connexa. Stamina basi plerumque monadelpha, numero petalorum dupla, interdum nonnulla sterilia. Ovarium e carpellis 5 formatum, 5 loculare, rostratum: loculi 2 ovulati, ovulis pendulis; rostrum ex axi elongato stylisque axi adnatis compositum, stigmatibus 5 coronatum. Funiculi umbilicales axi, nec valvulis, adnati. *Carpella maturitate 1 sperma; valvulae a basi ad apicem cum stylo solutae, semen ab axi avulsum continent.* Albumen o. Embryo curvus, cotyledonibus convoluto-aut flexuoso-plicatis. Folia inferiora plerumque opposita, superiora alterna et pedunculo opposita.

1. GERANIUM (L. gen. n. 832. excl. spec.) Cal. 5 sepalus, tubulo nectarifero destitutus. Cor. 5 petala. Stam. 10, basi breviter monadelpha; alterna maiora et basi glandula nectarifera fulta. Valvularum aristae intus glabrae, denique elastice a basi ad axis apicem circinnatim revolutae. (Filamenta omnia specierum sequentium antherifera, excepto G. pusillo.)

Sect. I. BATRACHIUM. Radix: rhizoma praemorsum, obliquum vel horizontale, fibris longis terrae infixum, aetate tortuosum et nodosum, multiceps; capita squamata, rudimentis scilicet petiolorum et stipularum annorum praeteritorum tecta.

* Valvulae transverse rugosae vel plicatae.

1. G. MACRORRHIZUM (L. mant. 343.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis erectis, *petalis spathulatis unguiculatis, ungue calycem aequante, staminibus declinatis*, valvulis glabris transverse rugosis, fol. palmato-septemfidis inciso-dentatis, caule erecto dichotomo. ♃. In montanis saxosis alpinis, (bei Idria! in Krain; auf den Plekner Alpen in Oberkärnthen; in Südtyrol; in der Schneegrube der Sudeten, aber neuerlich nicht wieder gefunden; auf dem Feldberge in Oberbaden.) April - Jun. Jacq. ic. rar. t. 134. Cor. sanguinea vel intense rosea.

2. G. PHAEUM (L. sp. 953.) pedunculis bifloris, *corolla plana subreflexa*, petalis subrotundo-obovatis inaequaliter crenatis breviter unguiculatis basi barbatis calyce mucronato paulo longioribus, staminibus ad medium usque hispido-ciliatis, valvulis pilosis antice transverse plicatis, fol. palmato-septemfidis inciso-dentatis. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (in d. Schweiz u. von da durch Oberbaden, Würtemberg, u. längs der Alpenkette bis Unteröstreich; von da durch Böhmen, nach Schlesien, Sachsen u. Thüringen, in d. Unterharz, nach Westphalen; im Limburgischen.) Mai. Jun. Schk. t. 190. Flores atro-violacei. Variat:

β. *lividum;* floribus sordide lilacinis, saepe macula baseos livide violacea: G. lividum L'Herit. geran. t. 39. (in d. Schweiz.)

** Valvulae laeves, nec rugosae, nec plicatae, ceterum glabrae vel pilosae.

3. G. NODOSUM (L. sp. 953.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis erectis*, petalis obcordatis calyce longe aristato duplo longioribus, valvulis laevibus pubescentibus, fol. radicalibus palmato-quinquefidis, caulinis trifidis, *laciniis ovatis acuminatis serratis.* ♃. In asperis sylvaticis, (Krain u. Littorale; im Isonzothal bei Görz, bei Adelsberg, auf dem Berge Krim bei Laibach.) Jun. Jul. Clus. hist. 2. p. 101. Flores dilute rosei. G.

4. G. SYLVATICUM (L. sp. 953.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis erectis, petalis obovatis calyce aristato duplo longioribus, valvulis laevibus rostroque pilosis, pilis patentissimis glanduliferis*, seminibus subtilissime punctulatis, fol. palmato-septemfidis inciso-dentatis, caule erecto superne glanduloso-piloso. ♃. In sylvis et pratis sylvaticis montanis, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jun. Jul. Cav. diss. t. 85. f. 2. Petala purpureo-violacea supra unguem barbata. Filamenta lanceolata, pilosa, apice glabra. Variat foliorum laciniis latioribus, minus incisis, obtuse dentatis, et profunde incisis, fere pinnatifidis, dentibus acutis.

5. G. PRATENSE (L. sp. 954.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis cum calyce nutante refractis*, petalis obovatis calyce longe aristato duplo longioribus, valvulis laevibus rostroque pilosis, pilis patentissimis glanduliferis, seminibus subtilissime punctulatis, fol. palmato-septempartitis inciso-dentatis, caule erecto superne glanduloso-piloso. ♃. In pratis, ad ripas et dumeta humida, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jul. Aug. Schk. l. 190. 6. Petala caerulea, supra unguem glabra et margine tantum ciliata. Filamenta filiformia, basi ovata et pilis aliquot adspersa.

6. G. ACONITIFOLIUM (L'Herit. ger. t. 40.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis erectis, petalis obovatis calyce aristato duplo*

longioribus, valvulis laevibus rostroque adpresse pubescentibus, pilis brevissimis eglandulosis, seminibus subtilissime punctulatis, fol. palmato-septempartitis inciso-dentatis, caule erecto superne pubescente, pilis eglandulosis. ♃. In alpibus, (bisher selten auf den Walliser Alpen, im Saasthale, auf dem Fouly u. Catogne.) Jun.-Aug. Gaud. helv. 4. 405. L'Her. geran. t. 90. G. rivulare Vill. delph. 3. 372. t. 40. Flores albi, venis purpureis. H.

7. G. PALUSTRE (L. sp. 954.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis declinatis, petalis obovatis calyce aristato duplo longioribus*, valvulis laevibus adspersis pilis patentibus eglandulosis, seminibus subtilissime punctulatis, foliis palmato-quinquefidis inciso-dentatis, *caule diffuso superne hirsuto, pilis eglandulosis reversis*. ♃. In pratis paludosis et ad pratorum dumeta, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jul. Aug. Cav. diss. t. 85. f. 2.

8. G. SANGUINEUM (L. sp. 958.) pedunculis *uni-bifloris defloratis subdeclinatis, petalis obovatis emarginatis calyce aristato duplo longioribus, valvulis laevibus superne pilosis, pilis sparsis setulosis*, seminibus subtilissime punctulatis, fol. ambitu reniformibus septempartitis, laciniis tri-multifidis, lacinulis linearibus, *caule diffuso pedunculisque hirsutis, pilis horizontaliter patentibus eglandulosis*. ♃. In collibus apricis, asperis, (d. d. ganze Gebiet stellenweise.) Jun. in autum. Tabern. kb. 126. f. 2. Flores purpurei, speciosi.

Sect. II. BATRACHIOIDES. Radix fusiformis, valida, descendens, simplex vel ramosa, aetate multiceps, capitibus squamatis, rudimentis scilicet petiolorum et stipularum annorum praeteritorum tectis; nec rhizoma praemorsum, fibris elongatis terrae infixum.

9. G. ARGENTEUM (L. sp. 954.) *cano-sericeum*, pedunculis radicalibus bifloris, petalis obovatis leviter emarginatis calyce mucronato longioribus, *valvulis laevibus sericeis*, fol. 5-7 partitis, laciniis profunde trifidis, lacinulis linearibus, caule paucifloro nullove. ♃. In alpibus altioribus, (in Krain, auf dem Lisez, Wulfen; auf der Einsattelung des Gipfels der Alpe Zherna Perst, Graf; auf den Alpen von Tyrol, nach Host.) Jul. Aug. Jacq. ic. rar. t. 546. Flores carnei. G.

10. G. PYRENAICUM (L. mant. 976. 257.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, *petalis obcordatis bifidis calyce mucronato duplo longioribus supra unguem utrinque dense barbatis, valvulis laevibus adpresso-pubescentibus*, seminibus laevibus, fol. ambitu reniformibus 7-9 fidis, laciniis inferiorum antice incisis obtuse crenatis, caule erecto foliisque pubescentibus subvillosis. ♃. In pratis sylvaticis et in sylvis regionum humiliorum et subalpinarum, (in der Schweiz, Oberbaden u. Würtemberg; sodann in Schlesien u. Böhmen; bei Frankfurt a. M. u. Zweibrücken; nach Host's Flora nicht in Oestreich.) Jul.-autumn. St. h. 5. G. umbrosum WK. pl. r. h. t. 124. G. molle Fl. d. wett. 2. 489. Flores purpurei, in violaceum vergentes. Solo pingui enatum caulis decumbit. In alabastris nondum explicatis semper antheras decem inveni, quae vero filamentis exterioribus inhaerent, flore aperto cito decidunt.

Sect. III. Columbinum. Radix annua, fusiformis, sed gracilis, descendens, simplex vel ramoso-fibrosa, plerumque multicaulis.

§. 1. Valvulae laeves, at saepe pilosae; semina laevia.

11. G. pusillum (L. sp. 2. 957.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, *petalis oblongo-obcordatis calycem breviter aristatum aequantibus, unguibus subtiliter ciliatis, valvulis laevibus adpresso-pubescentibus*, seminibus laevibus, fol. 5-9 partitis, laciniis tri-plurifidis, caulibus diffusis molliter pubescentibus. ⊙. In ruderatis, ad vias, sepes. Jul.-autumn. G. rotundifolium Poll. pal. 2. 265. Fries nov. ed. 2. p. 212. G. malvaefolium Scop. carn. 2. p. 37. Fl. d. wett. 2. 409. G. parviflorum Curt. lond. t. 36. Multis notis convenit cum G. pyrenaico, sed multo minus est, procumbit, caulis pilis patentibus glanduliferis brevissimis obsessus, nec villis adspersus, flores quadruplo minores, petala oblongo-obcordata dissita et barbula unguium destituta sunt, et in alabastris nunquam plures quam quinque antherae reperiuntur.

12. G. bohemicum (L. sp. 955.) pedunculis bifloris, *pedicellis defloratis erectis* subpatulis, *petalis obcordatis basi et margine anteriore ciliatis, valvulis laevibus pilosis*, pilis patentibus glanduliferis, fol. palmato-quinquefidis, laciniis acutis inciso-dentatis, caule diffuso pedunculisque glanduloso-pilosis villosisque. ⊙. In sylvis abiegnis alpinis, (auf dem nördlichen Alpenzuge des untern Wallis sehr selten, Gaudin, über Morcles, Schleicher, auf d. Herbignon u auf d. Berge Fonly, Murith; nach Host in Böhmen, fehlt aber in Presl's Flora.)

§. 2. Valvulae laeves, at saepe pilosae; semina favoso-punctata.

13. G. dissectum (L. sp. 956.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, *petalis obcordatis* calycem aristatum aequantibus, *valvulis laevibus* rostroque *pilosis*, pilis patentibus glanduliferis, *seminibus favoso-punctatis*, fol. 5-7 partitis, laciniis inferiorum multifidis, superiorum trifidis, lacinulis linearibus, caule diffuso hirto. ⊙. In agris inter segetes. Mai-Jul. Fl. d. t. 936. Pet. purpurea, supra unguem utrinque barbata.

14. G. columbinum (L. sp. 956.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis calycem longe aristatum aequantibus, *valvulis laevibus glabris, seminibus favoso-punctatis*, fol. 5-7 partitis, laciniis inferiorum multifidis, superiorum trifidis, lacinulis linearibus, caule diffuso pedunculisque pubescentibus, pilis deorsum adpressis. ⊙. In agris, dumetis, locis lapidosis. Jun. Jul. Fl. d. t. 1222. Pet. aristam calycis aequantia, rosea, lineis tribus saturatioribus, basi barbata.

15. G. rotundifolium (L. sp. pl. 2. 957.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, *petalis* oblongo-cuneatis *indivisis* calyce breviter aristato paulo longioribus, valvulis laevibus pubescentibus, pilis patentibus, *seminibus favoso-punctatis*, fol. ambitu reniformibus, inferioribus septemfidis antice obtuse inciso-crenatis, caule diffuso molliter pubescente. ⊙. In vineis et agris, et in lapidosis montium virgultorum, (in d. Schweiz u. durch das Würtembergische, die Rheinfläche u. Hessen bis nach d. Niederlanden u. Westphalen; sodann im Littorale, Krain, Oestreich, Sachsen.) Jun.-

autumn. Engl. bot. t. 157. G. viscidulum Fries nov. ed. 2. p. 216. G. malvaceum Wahlenb. fl. suec. p. 434. Linnaeus in spec. pl. hanc speciem et G. pusillum optime distinxit, huic „petala integra, obtusa, incarnata" G. pusillo „bifida, caerulea" tribuens.

§. 3. Valvulae rugosae.

16. G. MOLLE (L. sp. 955.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, *petalis obcordatis calyce breviter mucronulato longioribus* basi subtiliter ciliatis, *valvulis transverse rugosis glabris*, seminibus laevibus, fol. 7-9 fidis, ambitu reniformibus, laciniis inferiorum antice incisis obtuse crenatis, caule diffuso molliter pubescente villosoque. ⊙. Ad vias, agrorum margines. Mai-Aug. Fl. d. t. 679. G. pusillum Fl. wett. 2. 488. Flores purpurei.

17. G. LUCIDUM (L. sp 955.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, petalis obovatis indivisis *calyce transverse rugoso* pyramidato longioribus, *valvulis reticulato-rugosis* et crenulato-striatis superne pubescentibus, seminibus laevibus, fol. ambitu reniformibus 5-7 fidis inciso-obtuse-crenatis, caule erecto. ⊙. In sylvis petrosis, umbrosis, montium humiliorum et reg. subalpinarum, (Krain, Oestreich; von Thüringen durch Hanover, Hessen, die Wetterau nach d. Rheinpfalz, dem Donnersberge daselbst, u. nach den Nahe- u. Moselgebirgen, an einzelnen Stellen, aber gesellschaftlich; südl. Schweiz) Mai-Aug. Fl. d. t. 218. Flores purpurei.

18. G. DIVARICATUM (Ehrh. beitr. 7. 164.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis declinatis, petalis obcordatis calycem aristatum aequantibus, *valvulis transverse rugosis hirtis*, seminibus laevibus, fol. palmato-quinquefidis, laciniis rhombeis grosse-inciso-dentatis, *supremis trifidis*, *lobo unico laterali longiore*. ⊙. In vineis et montosis, (bei Bischwitz a. d. Weide in Schlesien; am Schlofsberge in Schwarzenberg im sächs. Erzgebirge; in den Alpenthälern des südlichen Alpenzuges vom Wallis sehr selten; im Dorfe Vercoren unter Anniviers u. um Randa im Nicolaithale.) Jun.-Aug. W. K. pl. r. h. t. 123. G. Winterli Roth cat. 2. p. 78. G. bohemicum Krock. sil. 2. 2. p. 120. Flores dilute rosei, venis saturatioribus.

19. G. ROBERTIANUM (L. sp. 955.) pedunculis bifloris, pedicellis defloratis subdeclinatis, petalis obovatis indivisis calyce aristato longioribus, *valvulis reticulato-rugosis*, seminibus laevibus, *fol. ternatis quinatisve*, *foliolis petiolulatis trifidis pinnatifido-incisis*, caule erecto. ⊙. In sylvis umbrosis, rupibus, sepibus subhumidis. Jun.-autumn. Fl. d. t. 694. Flores rosei, striis tribus albidis. — Geranium purpureum Vill. delph. 3. p. 374. t. 40., G. robertianum ♂ „*purpureum*, minus, fol. minus laciniatis, arillis magis rugosis" Gaud. h. 4. 417, mihi ignotum.

2. ERODIUM (L'Heritier geran. ined. DC. fl. fr. 4. p. 838.) Cal. 5 sepalus, tubulo nectarifero destitutus. Cor. 5 petala. Stam. 10, breviter monadelpha: filamenta 5 petalis opposita, latiora, sterilia; 5 petalis alterna, angustiora, fertilia, basi glandula nectarifera fulta. Valvularum aristae intus barbatae, denique spiraliter tortae.

1. E. CICUTARIUM (L'Heritier in Ait. hort. kew. ed. 1. vol. 2. p. 414.) pedunculis multifloris, petalis inaequalibus, fol. pinnatis, foliolis fere ad nervum medium pinnatifidis, laciniis dentatis, *staminibus glabris, fertilibus basi rotundato-dilatatis.* ⊙. In agris, locis cultis, campis arenosis. Aprili et per totam aestatem. Schk. t. 140. Geranium cicutarium L. sp. 951. G. chaérophyllum Cavan. diss. 4. p. 226. t. 95. f. 1. Roth. tent. 2. 136 (non cicutarium Roth. tent. 2. 135.) — Flores purpurei nervis 3 saturatioribus. Variat:

α. *immaculatum*, flores immaculati. E. cicutarium α. Smith. brit. 2. 726.

β. *maculatum*, petala duo maiora basi picta macula flavicante fusco-punctulata. E. cicutarium γ. Smith. l. c.

Variat insuper magis minusve hirsutum et caule pilis patentibus, in superiore parte et in pedunculis viscosis, vel ibidem pilis brevibus curvatis eglandulosis obsesso. Planta iunior subacaulis non est varietas. In omnibus varietatibus rostrum fructus pilis adpressis tectum et cotyledones semper trilobas vel pinnatifido-quinquelobas vidi. Alia species, huic affinis, rostro glabro et cotyledonibus indivisis, Geranium cicutarium Roth. tent. 2. 135., Cavanill. diss. 2. 226. t. 93. f. 1., mihi omnino incognita est.

2. E. MOSCHATUM (L'Heritier in Ait. h. kew. ed. 1. 2. 414.) pedunculis multifloris, petalis inaequalibus, fol. pinnatis, foliolis inaequaliter duplicato-serratis fere minute lobatis, *staminibus glabris, fertilibus basi dilatatis bidentatis.* ⊙. In agris et ad vias, (in d. südl. Schweiz hin u. wieder; in D. sehr zerstreut, bei Kitzbichel in Salzburg, v. Spitzel!, bei Münster in Westphalen v. Bönningh.; angeblich auch in Franken u. Sachsen.) Mai-Jul. St. h. 5. Geranium moschatum L. sp. 951. Foliolorum incisuris non ad medium disci folioli penetrantibus et staminibus basi, non solum dilatatis, sed etiam utrinque dente instructis, a praecendente distinguitur.

3. E. CICONIUM (Willd. sp. 3. 629.) pedunculis tri-quinquefloris, foliis ambitu ovatis decursive pinnatis, pinnis pinnatifidis rachique dentatis, *staminibus fertilibus a basi ad medium lanceolatis ciliatisque supra medium filiformibus glabris.* ⊙. In herbidis flor. mediterraneae, (im Littorale gemein, Wulfen; in Istrien, Host; für die Schweiz zweifelhaft.) Mai. Jun. Jacq. h. vind. 1. t. 18. Geranium ciconium L. sp. 952. Petala dilute caerulea, venis tribus saturatioribus.

4. E. MALACOIDES (Willd. sp. pl. 3. 639.) pedunculis multifloris, fol. cordatis obtusis dentatis glanduloso-pubescentibus, *staminibus glabris omnibus lanceolatis.* ⊙. In ruderatis, ad vias, muros, (im Littorale, Wulfen; in Istrien, Biasol.! Cherso, Noé, Veglia, Müller.) Jun. Jul. Cav. diss. 220. t. 91. f. 1. G.

Ord. XXIV. BALSAMINEAE. A. Richard dict. class. 2. p. 173. DC. prodr. 1. 685. J. Roeper de floribus et affinitatibus Balsaminearum. Basil. 1830.

Cal. 5 sepalus, irregularis, persistens, aestivatione imbricatus: sepala 2, petalo impari proxima, plerumque deficientia; impar multo

maius, calcaratum. Cor. 3 petala, petalúm superius symmetricum, duo lateralia bifida asymmetrica, e duobus coalitis formata; (cor. 5 petala, petalis lateralibus per paria connatis.) Stam. 5, hypogyna, ovarium arctè cingentia; antherae biloculares, plus minusve connatae, rimis longitudinalibus dehiscentes. *Ovarium 5 loculare,* loculis pluriovulatis, ovulis pendulis; placentae centrales. Caps. 5 valvis, elastice dissiliens. Sem. exalbuminosa. Embryo rectus, radicula hilum spectans. Herbae succulentae, tenerae; folia exstipulata. (Sepala 2 superiora, vulgo deficientia, in Balsaminae hortensis varietate plena saepius observavi, calcaribus instructa quoque inveni.

1. IMPATIENS (L. gen. 1008 excl. spec.) Stigmata 5 in unum coalita. Caps. elongata, valvulae a basi ad apicem introrsum, (nec extrorsum,) revolutae, una alterave spiraliter contorta.

1. I. NOLI TANGERE (L. sp. 1329.) pedunculis 3-4 floris folio brevioribus sub folio patulis, floribus pendulis, calcare apice recurvo, fol. ovatis grosse dentatis, geniculis caulinis tumidis. ⊙. In nemorosis et dumetis humidis. Jul. Aug. D. fl. 2. 276. St. h. 18. Flores citrini, punctis sanguineis ad faucem et in sepalo infimo, in hac specie maximo et petaloideo.

Ord. XXV. OXALIDEAE. DC. prod. 1. p. 689.

Cal. 5 sepalus vel 5 partitus, persistens, *aestivatione imbricatus.* Cor. regularis. Pet. 5, hypogyna, interdum basi cohaerentia, aestivatione spiraliter contorta. *Stam. 10, basi* saepe *monadelpha,* interiora petalis opposita, longiora. Antherae birimosae, non adnatae. *Ovarium* 1, liberum, *5 loculare: loculis pluriovulatis;* placentis centralibus. Styli 5. Caps. 5-10 valvis. Sem. arillo carnoso, ab apice elastice dehiscente, inclusa, albuminosa. Embryo rectus, inversus, radicula ab hilo remota.

1. OXALIS (L. gen. n. 582.) Cal. 5 sepalus. Pet. 5. Stam. 10; filamenta basi breviter monadelpha, 5 exteriora breviora. Styl. 5. Capsula oblonga.

1. O. ACETOSELLA (L. sp. 620.) *acaulis,* rhizomate repente dentato, foliis ternatis, foliolis obcordatis, pubescentibus, scapo foliis longiore supra medium bibracteato, petalis oblongo-obovatis leviter emarginatis. ♃. In nemorosis et dumetis humidis. Apr. Mai. D. fl. 3. 320. Oxys Acetosella Scop. c. 1. 326. Petala alba vel rosea, venis purpureis et macula lutea supra basin eleganter picta, calyce fere quadruplo longiora; stamina interiora calyce duplo longiora. Variat:

β. *parviflora,* corolla calyce duplo tantum longior, stamina 5, calycis longitudine, 5 fere evanida: O. Acetosella β. parviflora DC. prodr. 1. 799. O. parviflora Lej. spa. 2. 307.

2. O. STRICTA (L. sp. 624.) caule solitario erecto sparse puberulo, *foliis* ternatis *exstipulatis*, foliolis obcordatis, pedunculis 2-5 floris folium subaequantibus, pedicellis fructiferis erecto-patulis, stolonibus subterraneis subcarnosis persistentibus. Biennis; propagatur stolonibus carnosulis, crassitie pennae corvinae, per hiemem durantibus, qui anno sequente novam plantam protrudunt, cum fructifera vero pereunt, dum iterum novi pro futuro anno progerminarunt. Ex America boreali translata esse fertur, nunc in hortis inter olera nimis frequenter occurrit. Jun.-Oct. D. fl. 3. 322. O. corniculata St. h. 1. Flores flavi.

3. O. CORNICULATA (L. sp. 623.) caulibus diffusis pubescentibus basi radicantibus, foliis ternatis, foliolis obcordatis, *stipulis oblongis petiolo adnatis*, pedunculis 2-5 floris folio brevioribus, pedicellis fructiferis refractis, radice ramoso-fibrosa, stolonibus nullis. ⊙. In cultis, (vom Lüttichischen durch die Gegenden des Unterrheines nach Westphalen u. Niedersachsen bis Holstein u. Hanover; bei Carlsruh; in der südl. Schweiz u. im Littorale.) Jun.-Oct. D. fl. 3. 323. Flores flavi.

Ord. XXVI. ZYGOPHYLLEAE. Brown gen. rem. p. 13. DC. prodr. 1. p. 703.

Cal. 5 sepalus, aestivatione imbricatus. Cor. regularis. *Pet. 5 receptaculo inserta. Stam. 10, libera, hypogyna.* Ovarium 1, 5 loculare, loculis uni-pluriovulatis, vel septis transversis superimpositis instructis; placentae centrales; *ovula horizontalia vel pendula.* Discus hypogynus crenatus, vel glandulae segregatae. Embryo rectus, radicula ab hilo remota. *Folia* opposita, *stipulata, non punctata.*

1. TRIBULUS (L. gen. n. 532.) Cal. 5 sepalus, deciduus. Pet. 5, stylus brevissimus, stigma hemisphaericum, 5 radiatum, (ut in Papavere) glandulae hypogynae inter stamina 5 exteriora et ovarium. Carpella 5, nucamentacea, inter semina transverse septata, ante maturitatem cohaerentia, et capsulam referentia.

1. T. TERRESTRIS (L. sp. 554.) foliis sexjugis, foliolis subaequalibus, pedunculis petiolo brevioribus, carpellis bi-quadrispinosis. ⊙. Ad vias, in vineis et cultis, (bei Fiume, Noë; in Istrien, Biasoletto.) Jun.-autumn. D. fl. 3. 90. Schk. t. 115. Flores flavi. J.

Ord. XXVII. RUTACEAE. Juss. gen. 296, excl. sect. 1. DC. prodr. 1. p. 709.

Cal. 3-5 fidus vel partitus, aestivatione imbricatus. Cor. regularis, vel subinaequalis. Pet. tot, quot calycis laciniae, iis alterna, ante discum glandulosum inserta. Stam. laciniarum calycis numero aequalia, vel dupla, disco inserta. *Ovarium lobatum: lobis loculisque numero laciniarum calycis;* loculis 2-4 ovulatis; placentae

placentae centrales. *Styl. 1*, e medio loborum, stigmate simplici. Capsulae loculi introrsum dehiscentes. Sem. albuminosa; embryo intra albumen; radicula ab hilo remota. *Folia punctis pellucidis inspersa.* Flores omnibus lutei.

Subordo I. *RUTACEAE VERAE.* Endocarpium capsulae a sarcocarpio non solubile.

1. RUTA (L. gen. 523.) Cal. persistens, 4, rarius 3-5 partitus. Pet. totidem, unguiculata, concava. Stam. petalorum numero dupla, sub disco, ovarium gerente, inserta, recta. Foveae nectariferae in disco tot, quot stamina. Ovarium sulcis et superne lobis tot, quot sepala.

1. R. GRAVEOLENS (L. sp. 548, var. γ.) *lobis capsulae obtusis*, petalis denticulatis integerrimisve subito in unguem contractis, fol. subtripinnatis petiolatis ambitu subtriangularibus, pinnis apicem versus decrescentibus, *foliolis ovali-oblongis, terminalibus obovatis.* ♃. In collibus lapidosis, (im südlichen Tyrol, Elsmann! im Werrathale am Badenstein in Hessen, Wenderoth; in der transalpinischen Schweiz, Gaudin.) Jun. Jul. D. fl. 3. 86., var. α. Schk. t. 115.

2. R. DIVARICATA (Tenore cat. h. neap. 1819. p. 42.) *lobis capsulae obtusis*, petalis denticulatis integerrimisve subito in unguem contractis, fol. subtripinnatis petiolatis ambitu subtriangularibus, pinnis apicem versus decrescentibus, *foliolis oblongo-linearibus linearibusve, terminalibus foliorum inferiorum elongato-obovatis.* ♃. In collibus lapidosis apricis, (im Littorale; bei Triest nicht selten.) Jun. Jul. R. crithmifolia Moric. ap. DC. prodr. 1. 710. Reichenb. ic. 8. 1060., specimina angustifolia; R. divaricata DC. l. c., specimina foliolis latioribus. R. graveolens α L. sp. 1. 548. — Occurrit sub nomine R. montanae, quae in Germania nondum lecta a Gaudinio dubitanter tanquam helvetica planta proponitur. Haec non aegre distinguitur, foliis ambitu oblongo-obovatis, (pinnae nempe basin versus magis decrescunt, quam apicem versus,) et petalis basi attenuatis, nec abrupte unguiculatis.

3. R. BRACTEOSA (DC. prodr. 1. 720.) *lobis capsulae acuminatis*, petalis fimbriatis, pedicellis glaberrimis, foliis subsessilibus subtripinnatis, pinnis basin apicemque versus decrescentibus, infimis substipularibus, foliolis lineari-oblongis. ♃. In rupestribus apricis, (bei Rovigno in Istrien u. auf der Insel Veglia.) Jun. Jul. D. fl. 3. 88. Reichenb. ic. 8. f. 1063. Bracteae magnae. — R. angustifolia Pers. syn. 1. 464., differt petiolis crassis, mediis fere crassitie caulis; caule flexuoso, superne subnudo, bracteis minutis, diametro ramuli fulcrati vix longioribus, et ramulis pedicellisque puberulis. J.

Subordo II. *DIOSMEAE.* A. Juss. mem. rutac. p. 83. Endocarpium capsulae a sarcocarpio elastice dissiliens.

2. DICTAMNUS (L. gen. 522.) Cal. deciduus, 5 partitus. Pet. totidem, unguiculata, subinaequalia. Stam. 10, declinata. Ovarium carpophoro brevi crasso elevatum.

1. D. Fraxinella (Pers. syn. 1. 464.) *petalis* elliptico-lanceolatis *acutis*, *lateralibus obtusiusculis*, ovario stipite suo breviore, fol. oblongo-ellipticis serrulatis. ♃. In sylvis montanis, (im mittlern u. südlichern D. u. d. Schweiz hin u. wieder; im nördlichen selten.) D. fl. 3. 84., excl. planta Elsmanni. St. h. 6. Flor. rosei, venis purpureis. Stirpem albifloram, (D. album Link en. h. 6. 1. 398.) nondum satis observavi.

2. D. obtusiflorus, *petalis* ellipticis, *tribus superioribus obtusissimis cum apiculo, supremo emarginato*, ovario stipite suo longiore, fol. ellipticis crenulatis. ♃. In montosis, (dem sudlichen Tyrol, Elsmann; bei Fiume, Noé.) Hanc speciem in D. fl. 3. 85. cum D. albo Linkii confudi. Flores in planta sicca sunt lilacino-rosei et venis violaceis picti. Folia rotunde crenulata, nec serrulata serraturis patulis, ut in antecedente.

Subclassis II. CALYCIFLORAE.

Calyx gamosepalus, sepalis nempe plus minusve inter se coalitis. Petala et stamina disco, basi calycis adnato, inserta, vel calyx, ovario adnatus, petala et stamina vel corollam monopetalam gerens.

Ord. XXVIII. CELASTRINEAE. R. Brown gen. rem. p. 22. DC. prodr. 2. p. 2.

Cal. 4-5 fidus, vel 4-5 partitus, aestivatione imbricatus. Cor. regularis. Pet. tot, quot calycis laciniae, margini disci hypogyni inserta. Aestivatione imbricata. *Stam. petalorum numero aequalia et iis alterna, ad marginem disci, vel in ipso disco inserta. Ovarium liberum, 2-4 loculare*, loculis 1-pluriovulatis, ovulis erectis; placentae centrales. Albumen o, aut carnosum. Embryo rectus, radicula hilum spectante.

Trib. I. *STAPHYLEACEAE.* DC. l. c. Sem. ossea, ad hilum truncata, exarillata. Albumen o, aut tenue. Cotyledones crassae. Folia composita.

1. STAPHYLÉA (L. gen. n. 374.) Cal. 5 partitus, coloratus, basi intus disco tectus. Pet. 5. Stam. 5, circa discum inserta. Ovarium 2-3 lobum. Caps. 2-3 locularis, introrsum dehiscens, loculis oligospermis.

1. S. pinnata (L. sp. 386.) fol. pinnatis, foliolis 5-7 oblongo-lanceolatis glaberrimis serratis, floribus racemosis, capsulis membranaceis inflatis. ♄. In sylvis montanis, (von Oberbaden an längs d. Alpenkette bis Oestreich, sodann in Krain u. Tyrol; im nördl. D. hin u. wieder, aber blofs verwildert.) Mai. Jun. D. fl. 2. 481. Schk. t. 84. Flores albidi.

Trib. II. *EVONYMEAE.* DC. l. c. p. 3. Sem. arillata, ad hilum non truncata. Embryo in axi albuminis carnosi. Folia simplicia.

2. EVONYMUS (L. gen. 271.) Cal. planus, 4-5 fidus, basi disco peltato tectus. Pet. 4-5, ad marginem disci inserta. Stam. 4-5, ipsi disco inmersa. Styl. 1. Caps. 3-5 locularis, 3-5 angularis, valvis medio septiferis. Semina in loculis solitaria, arillo succulento, ad medium, vel tota, tecta.

1. E. EUROPAEUS (Linn. sp. 286., var. α.) petalis oblongis, ramis *tetragonis laevibus*, fol. elliptico-lanceolatis serrulatis glabris, *capsulis* subquadrilobis *obtusangulis* laevibus apteris, arillo totum semen involvente. ♄. In sylvis et dumetis. Mai. Jun. D. fl. 2. 246. St. h. 27. E. vulgaris Scop. c. 2. 166. Flores dilute virides. Capsula rosea, arillus aurantius, semina alba.

2. E. VERRUCOSUS (Scop. carn. 1. p. 166.) petalis subrotundis, *ramis teretibus verrucosis*, fol. ellipticis serrulatis glabris, capsulis subquadrilobis obtusangulis laevibus apteris, arillo semen dimidium tegente. ♄. In sylvis montanis, (von Triest an durch Krain, Steyermark, Oestreich, Böhmen, Schlesien nach Preussen.) Mai. Jun. D. fl. 2. 247. Jacq. a. t. 49. Flores dilute fusci, virides nempe et punctis minutis sanguineis adspersi. Capsula flavescens, arillus sanguineus, semina atra. G.

3. E. LATIFOLIUS (Scop. carn. 1. p. 165.) petalis subrotundis, ramis *teretibus subcompressis laevibus*, fol. oblongo-ellipticis serrulatis glabris, *capsulis* subquinquelobis *alato-angulatis.* ♄. In sylvis montanis, (in d. Schweiz selten; von da durch Oberschwaben längs der Alpenkette bis Oestreich, u. eben so längs d. südlichen Seite d. Alpen.) Mai. Jun. D. fl. 2. 248. Jacq. a. t. 289. Pedunculi fructus sanguinei, capsulae purpureae, arillus aurantius.

Ord. XXIX. RHAMNEAE. R. Brown. gen. rem. p. 22. DC. pr. 2. p. 19.

Cal. 4-5 fidus, laciniis aestivatione valvatis, deciduis; tubo persistente, ovario plus minusve adhaerente. Petala calycis laciniis alterna, saepe squamiformia. *Stamina tot, quot petala, iisque opposita.* Ovarium disco glanduloso cinctum, 2-4 loculare: loculis 1 ovulatis, ovulis erectis. Styl. 1, stigmatibus 2-4, interdum ad basin partitus. Embryo rectus, radicula hilum spectante.

1. ZÍZYPHUS (Tournef. inst. t. 403. Gärtn. fruct. 1. t. 43.) Cal. planus, quinquefidus, deciduus, basi circumscissa remanente, fructui adhaerente. Pet. et stam. ante discum carnosum inserta. Styli 2-3. Drupa succulenta aptera; pyrena evalvi, 2-3 loculari, loculis monospermis. Semina impressa, sulco destituta. — Flores e viridi flavescentes.

1. Z. VULGARIS (Lam. illustr. t. 185. f. 1.) fol. ovatis retusis denticulatis ramulisque glabris, aculeis geminis altero recurvo nullisve, drupis ovato-oblongis. ♄. E Syria allatus, colitur in Tyroli

australi et littorali austriaco ibidemque quasi sponte in dumetis occurrit. Jun. - Aug. D. fl. 2. 245. Z. sativa Desf. atl. 1. 200, non Gärtn. Z. Juiuba Mill. dict. n. 1., non Lam. Rhamnus Zizyphus L. sp. 282. G.

2. PALIÚRUS (Tournef. inst. t. 387.) Cal. cor. sem. et omnia Zizyphi, sed fructus siccus, ala orbiculari cinctus.

1. P. ACULEATUS (Lam. illustr. t. 210.) ramulis pubescentibus, fol. ovatis breviter acuminatis trinerviis, ala fructus crenulata. ♄. In locis incultis, saxosis, sterilibus, (südl. Tyrol, Krain u. Littorale.) Jun. - Aug. P. australis Gärtn. fruct. 1. 203. t. 43. D. fl. 2. 245. Zizyphus Paliurus Willd. sp. 1. 1103. Rhamnus Paliurus L. sp. 281. G.

3. RHAMNUS (L. gen. n. 265.) Cal. 4-5 fidus, deciduus, basi circumscissa, latiore vel angustiore, persistente: tubus campanulatus vel turbinatus; limbus patens vel reflexus. Pet. et stam. margini tubi inserta. Styl. uni-bi-quadrifidus. Drupa, (pomum?) 2-4 pyrena, succulenta vel subsicca; pyrenae cartilagineae longitudinaliter dehiscentes. Semen sulco profundo exaratum.

Sect. I. CERVISPINA. Dill. DC. prodr. 2. 24. *Rami oppositi; spina in ramulis hornotinis terminalis, serius alaris.* Folia opposita, ad ramorum latera fasciculata, venis primariis utrinque tribus, plerumque convergentibus, instructa. Flores polygamo-dioici, tetrapetali, tetrandri, in ramulis lateralibus subfasciculatis virides vel luteoli. Stylus 2-3 fidus.

1. R. CATHARTICA (L. sp. 279.) spinis terminalibus alaribusque, fol. subrotundo-ovalibus serrulatis basi subcordatis, *petiolo stipulis duplo triplove longiore*, drupis calycis basi persistenti convexiusculae insidentibus, *rima seminum*) clausa* basi apiceque cartilagineo-marginata. ♄. In sylvis, dumetis. Mai. Jun. D. fl. 2. 238. Schk. t. 46. Semina sutura longitudinali notata, clausa, basi apiceque cartilagineo-marginata, nec per totum marginem, sed tantum apice, intra margines cartilagineos, hiante. Planta variat pubescens et glabra.

2. R. TINCTORIA (Waldst. et Kit. pl. var. hung. 3. t. 255.) spinis terminalibus alaribusque, fol. ellipticis serrulatis, petiolo longitudine stipularum, *drupis basi calycis persistenti hemisphaericae angulatae insidentibus*, rima seminum hiante margine cartilagineo cincta. ♄. In asperis, ad sepes, (in dem an Ungarn grenzenden Theile von Unteröstreich, nach Host.) Mai. Multo minor, quam antecedens species, et sequentibus similis, ramosissima, ramis divaricatis. Cortex ramorum testaceo-cinereus, styli ultra medium fissi. Fructus mucronatus: mucros, e basi persistente styli ortu notabilis, quippe ex substantia succulenta fructus ipsius formatus. Rima seminum hians, ubique cartilagineo-marginata. G.

3. R. INFECTORIA (L. mant. 49.) spinis terminalibus alaribusque, fol. ellipticis vel subrotundis serrulatis, *petiolo plerumque longitudine stipularum, drupis calycis basi persistenti planissimae in*

---

*) Semina non, nisi demto putamine, conspiciuntur.

sidentibus, rima seminum clausa basi apiceque cartilagineo-marginata. In locis saxosis, (Istrien, Biasoletto; Fiume, Noé) Mai. Frutex ramosissimus, cortice fusco-cinereo. Stylus ultra medium fissus. — Specimina tyrolensia, in Deutschl. flora 3. p. VII memorata, ad modificationes latifolias R. saxatilis pertinent. G.

4. R. SAXATILIS (L. sp. 1671.) spinis terminalibus alaribusque, fol. ellipticis lanceolatisve serrulatis, petiolo longitudine stipularum, *drupis calycis basi persistenti plano-convexiusculae insidentibus, rima seminum hiante* margine cartilagineo cincta. ♄. In saxosis apricis, (von Oberschwaben durch Oberbaiern, sodann von d. südl. Schweiz durch Tyrol in das Littorale u. durch Krain nach Oestreich.) Mai. Jun. D. fl. 2. 239. Jacq. a. t. 53. Frutex humilis, ramosissimus, saepe decumbens; petala, in specimine Monachii lecto, utique exstant, sed minima, setacea, et filamentis castratis similia.

Sect. II. RHAMNUS. *Rami alterni*, inermes. *Folia decidua* venis rectis oblique parallelis. Flores polygamo-dioici, tetrapetali, tetrandri, ad basin ramulorum in axillis foliorum bracteiformium caducorum, et in axillis foliorum ramorum inferiorum. *Stylus bi-trifidus.*

5. R. ALPINA (L. sp. 280.) inermis, floribus dioicis tetrandris, foliis ellipticis acuminatis basi obtusis subcordatisve serrulatis, *venis ad nervum medium utrinque sub 12* obliquis rectis, *stylo trifido*, caule diffuse-erecto. ♄. In subalpinis, (in der Schweiz, u. durch Tyrol nach Kärnthen.) Mai. Jun. D. fl. 2. 240. St. h. 51. Folia utrinque venis 12-20 instructa.

6. R. PUMILA (L. sp. 241.) inermis, floribus dioicis tetrandris, fol. ellipticis subrotundisve serrulatis, *venis ad nervum medium utrinque sex* obliquis subarcuatis, *stylo trifido*, caule ramisque prostratis. ♄. In rupibus alpium, quibus arctissime adhaeret, (Schweiz, Tyrol, baierische Alpen, Salzburg, Kärnthen, Krain.) Apr.-Jun. D. fl 2. 241.

Sect. III. ALATÉRNUS. Tournef. DC. prodr. 2. p. 23. *Rami alterni*, inermes. *Folia perennantia*, dura, coriacea. Flores polygamo-dioici tetra-pentapetali, in axillis foliorum. *Stylus bi-trifidus.*

7. R. ALATERNUS (L. sp. 281.) inermis. *fol.* ovatis ellipticis lanceolatisve *remote denticulato-serratis glaberrimis coriaceis perennantibus*, racemis axillaribus brevibus, floribus dioicis. ♄. In asperis saxosis, (Istrien, Biasoletto!) Clus. hist. 1. p. 50 fig. 2. — Varietas fol. lanceolatis; R. Clusii Willd. en. 1. p. 250. Clus. l. c. f. 1. J.

Sect. IV. FRANGULA. Tournef. DC. prodr. 2. p. 26. *Rami alterni*, inermes. Folia decidua, venis rectis oblique parallelis. Flores hermaphroditi, pentapetali, pentandri. *Stylus indivisus;* stigma capitatum.

8. R. RUPESTRIS (Scop. carn. 1. t. 5.) inermis, fol. ovalibus vel subrotundis obtusis basi rotundatis subcordatisve *crenato-serratis, serraturis cartilagineo-marginatis*, floribus hermaphroditis pentandris, *stigmate indiviso*, caule adscendente. ♄. In asperis, saxosis, (Krain u. im Littorale.) Jun. Jul. D. fl. 2. 242. R. pumilus Wulf. in Jacq. collect 2. p 141. t. 11. R. Wulfeni bot. ztg. 6. 1. 174. Frangula Wulfenii Reichenb. fl. exc. 488. Calyx superficie interiore cum

petalis albus. „Folia oris subcartilagineis, albidis, obsolete crenatis, flores omnes hermaphroditi. Petala et stamina alba.“ Scop. l. c. G.

9. R. Frangula (L. sp. 280.) inermis, *fol.* ellipticis acuminatis *integerrimis*, floribus hermaphroditis pentandris, pedunculis calycibusque glabris vel adpresso-pubescentibus, stigmate indiviso, caule erecto. ♄. In sylvis et dumetis. Mai. Jun. D. fl. 2. 243. Schk. t. 46. Frangula vulgaris Reichenb. fl. exc. p. 488. Calyx superficie interiore et petala albida.

Ord. XX. TEREBINTHACEAE. Trib. 1. et 2. DeC. prodr. 2. p. 62 et 66.

Flores plerumque unisexuales. Cal. minutus, persistens, 5-(vel etiam 3, 4 et 7) fidus. Petala segmentis calycis numero aequalia, calyci inserta, aestivatione valvata. *Stamina* numero petalorum aequalia, iis alterna, vel dupla plurave, libera, et *ante discum ovarium cingentem inserta*, vel basi connata, disco nullo. *Ovarium uniovulatum.* Stigma 1, vel plura simplicia. Fructus non dehiscens. Embryo curvatus. Fol. alterna, exstipulata, impunctata.

Trib. I. *ANACARDIEAE.* Cotyledones crassae; radicula cotyledonum dorso incumbens, notorhizea.

1. PISTÁCIA (L. gen. 1108.) Flores dioici, apetali. Mas. Cal. 5 fidus. Stam. 5, antheris subsessilibus, tetragonis. Fem. Cal. 3-4 fidus. Ovarium 1 loculare. Stigmata 3, crassiuscula. Drupa monosperma. Semen fundo loculi affixum.

1. P. Terebinthus (L. sp. 1455.) *fol. impari-pinnatis,* foliolis subseptenis ovato-oblongis lanceolatisve acutis mucronatis. ♄. In asperis reg. austral. (Littorale bei Triest, Hoppe; im südlichen Tyrol, bei Botzen, Elsmann.) Apr. Mai. G.

2. P. Lentiscus (L. sp. 155.) *foliis abrupte pinnatis*, foliolis octonis lanceolatis, petiolo alato. ♄. In saxosis reg. australium, (Istrien, Biasoletto; Osero, Noé.) April. Mai. J.

Trib. II. *SUMACHINEAE.* DC. prodr. 1. p. 68. Cotyledones foliaceae, radicula super earum commissuram inflexa, pleurorhizea.

2. RHUS (L. gen. n. 369.) Flores hermaphroditi, vel polygami, vel dioici. Cal. 5 fidus. Pet. 5. Stamina ante discum perigynum inserta. Ovarium uniloculare. Styli 3, breves, vel stigmata 3, sessilia. Drupa sicca, uni-raro trisperma. Semen exalbuminosum, inversum, funiculo e fundo orto suspensum.

1. R. Cotinus (L. sp. 383.) foliis obovatis. ♄. In montosis, saxosis, regionum austral., (in der südl. Schweiz, d. südl. Tyrol, Krain, d. Littorale u. Oestreich.) Mai. D. fl. 2. 475. Jacq. a. t. 210. Cotinus Coggyria Scop. carn. 1. 200.

Ord. XXXI. PAPILIONACEAE. L. ord. nat. 32. DC. prod. 2. p. 94. Leguminosar. gen. Juss. 345.

Cal. 5 dentatus, vel bilabiatus, deciduus, vel marcescens. Cor. irregularis, papilionacea, imo calyci inserta, 5 petala. Pet. perigyna, libera, rarius inter se et cum staminibus connata; inferiora 2 plerumque in carinam coalita. Stam. 10, cum petalis inserta, monadelpha, vel diadelpha et 9 connata, decimo libero. *Ovarium liberum, placenta unilaterali.* Sem. exalbuminosa. *Embryo pleurorhizeus.* Folia alterna, stipulata.

Trib. I. *LOTEAE.* DC. prodr. 1. 115. Legumen 1 loculare, vel sutura altera introflexa biloculare. Cot. planiusculae, per germinationem in folia, stomatibus praedita, conversae.

Subtrib. I. *GENISTEAE.* Stam. monadelpha. Alae corollae margine superiore eleganter plicato-rugosae. Cal. inaequaliter labiatus. (Antherae in generibus plerisque huius subtribus alternatim evidenter inaequales, verum, ut melius observentur, in floribus inapertis investigandae sunt.)

1. ULEX (L. gen. n. 881.) Cal. ad basin usque partito-labiatus, labio superiore 2-inferiore 3 dentato. Stam. monadelpha. Legum bivalve, uniloculare, turgidum, pluriovulatum, oligospermum.

1. U. EUROPAEUS (L. sp. 1045., var. α.) fol. linearibus in mucronem pungentem acuminatis, floralibus pedunculum aequantibus, bracteolis calyci subjectis pedunculo multo latioribus. ♄. In campis et ericetis arenosis, (öfters im Oberelsass, in Holstein u. Meklenburg; ausserdem noch bei Pirna in Sachsen; bei Zweibrücken in der Rheinpfalz; für die Schweiz zweifelhaft.) Mai. Jun. Schk. t. 196. — Rami ramulique sulcati, mucrone pungente terminati, basi folio fulti, ramulo simili, sed planiori et in sicco subcanaliculato, hinc spinae geminae. Folia ramorum radicalium lanceolata, latiora, basin versus attenuata. — In U. nano Sm. folia e basi attenuata, et bracteolae calyci subjectae minimae, pedicello non latiores. In U. provinciali Loisel. folia etiam subulata, sed ramulo et pedunculo multo breviora.

2. SPARTIUM (L. gen. 858, excl. speciebus.) Cal. superne fissus, unilabiatus; labium apice scariosum et minute 5 dentatum. Stam. monadelpha. Stylus subulatus, imberbis. Stigma oblongum, spongiosum, sub apice styli interne longitudinaliter adnatum. Carina dipetala. (Ex specie hic proposita Linnaeus characterem generis Spartii construit; conf. gen. pl. l. c.)

1. S. JUNCEUM (L. sp. 995.) ♄. In montosis ad mare adriaticum, (häufig bei Triest, Tommas.) Mai. Jun. Spartianthus junceus Link. en. h. b. 2. 223. G.

3. SAROTHAMNUS (Wimm. flora v. schles. p. 278.) Cal. bilabiatus, labiis scariosis, superiori bi-inferiori tridentato. Stam. monadelpha. Stylus longissimus, circinato-convolutus, superne incras-

satus, et latere interiori planus. Stigma terminale minutum capitatum.

1. S. SCOPARIUS (Wimmer in litt.) S. vulgaris Wimm. l. c. ♄. In sylvis et ericetis praecipue arenosis. Mai. Jun. Spartium scoparium L. sp. 996. Schk. t. 196.

4. GENISTA (L. sp. n. 859.) Cal. bilabiatus. Stam. monadelpha. Styl. subulatus adscendens. Stigma terminale, obliquum, introrsum declive. Carina obtusa.

Sect. I. Flores in caule ramisque laterales, solitarii, gemini, pluresve, cum foliorum fasciculo ex eadem gemma egredientes.

1. G. DIFFUSA (Willd. sp. 3. 942.) caulibus inermibus foliisque oblongo-lanceolatis glabris, his margine subciliatis, *pedunculis lateralibus* solitariis pluribusque foliorum fasciculo cinctis calyce triplo longioribus, *calycibus corollisque glabris.* ♄. In pratis siccis et declivibus graminosis, (Untersteyermark und Krain; bei Triest!) Mai. Jun. Spartium decumbens Jacq. ic. rar. 3. t. 555, Genista humi fusa Wulf. in Jacq. collect. 2. 169., non Linnaei, quae secundum Lamarckium pedunculis brevissimis differt; nec Villarsii et DeCandollii, quae folia undique hirsuta habet. G.

2. G. HALLERI (Reynier act. laus. 1. 211.) caulibus inermibus, foliis oblongo-lanceolatis *ramulis pedunculis calycibusque hirsutis, pilis patentibus, pedunculis lateralibus* solitariis pluribusque foliorum fasciculo cinctis calyce triplo longioribus, corollis glabris. ♄. In locis montanis, petrosis, (Helv. occidentalis, rara. Gaud.) Mai.-Jul. G. prostrata Lam. enc. 2. 618. G. peduncula L'Herit. ex DC. prodr. 2. p. 152. G. decumbens Willd. herbar. n. 13170. fol. 2, et spec. pl. 3. 941 ex synonymis. H.

3. G. PROCUMBENS (WK. pl. rar. hung. t. 180.) caulibus inermibus, *fol.* oblongo-lanceolatis *subtus margineque ramis calycibusque adpresso-pilosis, pedunculis lateralibus* solitariis pluribusque foliorum fasciculo cinctis calyce triplo longioribus, *corollis glabris.* ♄. In locis saxosis, apricis, (in Unteröstreich.) April-Jun. A simili G. pilosa illico pedunculis longis et floribus duplo maioribus dignoscitur. G.

4. G. PILOSA (L. sp. 999.) caulibus procumbentibus, fol. oblongo-lanceolatis subtus ramis pedunculis calycibusque adpresso-pilosis, *pedunculis lateralibus* solitariis pluribusque foliorum fasciculo cinctis calycem aequantibus, *vexillo carinaque sericeis.* ♄. In ericetis montosis, sylvaticis, (im ganzen Gebiete, jedoch nicht überall, nicht in Böhmen u. in der Schweiz nur auf dem Jura.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 208. G. decumbens Willd. herb. n. 13170. fol. 1., et Sp. pl. 3. 941, excl. omnibus synon.

Sect. II. Flores in apice caulis et ramorum racemosi, unus quisque pedicellus bractea foliacea fultus.

* Inermes.

5. G. SERICEA (Wulf. in Jacq. coll. 2. 167.) caulibus inermibus, fol. lanceolatis subtus ramulisque adpresso-pilosis, stipulis nullis,

racemis terminalibus paucifloris, pedicellis calycibusque villosis, *vexillo carinaque sericeis*. ♄. In rupium fissuris, et locis montanis, asperis, (im Littorale, um Triest gemein.) Jun. Jul. Jacq. ic. rar. t. 556. G.

6. G. SCARIOSA (Viviani ann. bot. 1. 2. 176.) *caulibus* inermibus, *foliisque glabris*, ramis alato-triquetris, stipulis persistentibus subulatis demum spinescentibus, floribus racemosis, *corolla glaberrima*. ♄. In saxosis montanis, (Untersteyermark, Krain bei Gottschee!) — G. januensis Viv. cat. p. 10. G. genuensis Pers. syn. 2. 287. G. anxantica Ten. fl. neap. pr. 41. G. triquetra WK. t. 153. G. triangularis Willd. sp. 3. 938. G.

7. G. TINCTORIA (L. sp. 998.) caulibus inermibus teretibus elevato-striatis glabris superne adpresso-pubescentibus, *foliis lanceolatis ellipticisve margine pubescentibus*, stipulis subulatis minimis, floribus racemosis, *corolla leguminibusque glabris*, carina longitudine vexilli. ♄. In pratis siccis, pascuis, et locis sylvaticis. Jun. Jul. Variat caule, foliis utrinque, pedicellis et calycibus pubescentibus, pilis erectis: G. pubescens Lang. pl. exs. — Genista sibirica L. Jacq. hort. vind. t. 190., differt foliis fere linearibus, ramulorum valde angustis et, ut tota planta, glaberrimis, floribusque minoribus. Num haec in Istria lecta sit, valde dubito.

8. G. OVATA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. t. 84.) *caulibus* inermibus teretibus elevato-striatis *foliisque hirsutis*, *pilis patentibus*, foliis lanceolatis ellipticis ovatisve, stipulis subulatis minimis, floribus racemosis, *corolla glabra*, carina longitudine vexilli, *leguminibus dense hirsutis*. ♄. In collibus siccis, (selten im C. Waad: in der Schweiz.) Jun. Jul. — G. nervata Kitaibel, secundum specimen ab ipso cl. auctore in collect. acad. reg. monac. ab hac non differt, nisi pilis foliorum et caulis longioribus et minus densis. Folia elliptico-lanceolata, non magis triplinervia, quam in G. ovata, germen albo-sericeum, nec glabrum. H.

** Spinosae. Racemi in apice caulis plurimi. Ramuli foliosi, caules aphylli.

9. G. GERMANICA (L. sp. 999.) caulibus spinosis inferne aphyllis superne ramosis, *ramulis* foliosis *hirsutis*, floriferis inermibus, foliis lanceolatis ellipticisve, floribus racemosis, bracteis subulatis pedicello duplo-brevioribus. ♄. In sylvaticis. Mai. Jun. — Voglera spinosa Fl. wett. 2. 500. Sturm. h. 12. — Simillimam plantam, sed spinis plane carentem, misit Cl. Biasolett.; num varietas inermis, G. germanicae, an propria species sit, ulterius inquirendum.

10. G. ANGLICA (L. sp. 999.) caulibus spinosis inferne aphyllis superne ramosis, *ramulis* foliosis *glabris*, floriferis inermibus, foliis lanceolatis ellipticisve, floribus racemosis, bracteis foliaceis pedicello longioribus. ♄. In ericetis humidis, turfosis, (von den Niederlanden durch Westphalen, Hanover, Braunschweig bis Holstein und Mekleuburg; auch in Schlesien.) Mai. Jun. Fl. dan. 619. G.

*** Spinosae, caules racemo florum solitario terminati, a basi foliosi.

11. G. SYLVESTRIS (Scop. carn. n. 875.) *caulibus* cespitosis simplicibus a basi foliosis florum racemo terminatis striatis *adpresse pi-*

losis, *spinis* compositis erecto-patulis flexibilibis *subtiliter striatis*, foliis lanceolatis, spinarum angustissimis, calycibus carinaque pubescentibus. ♄. In saxosis apricis, (Krain u. d. Littorale.) Mai. Jun. Sturm. h. 49. G. hispanica Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 165. Jacq. ic. rar. 3. 557. G. hispanica L. caules aphyllos et ramulos foliosos habet, et ad sectionem antecedentem pertinet. G.

12. G. ARCUATA, *caulibus* cespitosis simplicibus a basi foliosis florum racemo terminatis angulato-striatis *superne sericeo-canis*, *spinis* compositis patentibus arcuatis subflexibilibus *quadrangularibus*, foliis linearibus, spinarum angustissimis, calycibus vexillo carinaque sericeis. ♄. In asperis, (bei Triest, Biasoletto!) Mai. Jun. Differt a simili G. sylvestri, praeter characteres enumeratos, floribus dimidio minoribus, saturatius luteis. G.

13. G. DALMATICA (Bartling beitr. 2. p. 74.) *caulibus* cespitosis simplicibus a basi foliosis florum racemo terminatis angulatis *hirsutis*, *pilis patentibus*, *spinis* compositis patentibus rigidis *quadrangularibus*, foliis lineari-lanceolatis, spinarum angustissimis, calycibus subhirsutis, vexillo apice carinaque pubescentibus, bracteis linearibus. ♄. In rupestribus, siccis, (auf der Insel Cherso u. Osero.) Jun. Jul. — G. hirsuta Vahl. differt statura robustiore, spinis multistriatis, foliis lanceolatis, bracteis multo latioribus, lanceolatis, longe acuminatis, spica densiore, hirsutiore, vexillo toto carinaque hirsutis. G. hispanica L. spinas magis compositas habet, in ramis floriferis molles et innocuas, folia oblongo-lanceolata, flores subcapitatos et vexillum longitudine carinae, vel vix brevius. A G. germanica et anglica haec differt praeter alias notas ramulis floriferis superne spinosis. J.

5. CYTISUS (L. gen. n. 785.) Cal. bilabiatus. Stam. monadelpha. Styl. subulatus, adscendens; stigm. obliquum, extrorsum declive. Carina obtusa.

Sect. I. LABURNUM. DC. Cal. tubus brevis, ebracteatus. Stigma papillis elongatis ciliatum. Funiculus umbilicalis apice non incrassatus. Flores flavi.

1. C. LABURNUM (L. sp. 1041.) *adpresse pilosus*, *racemis lateralibus multifloris pendulis*, foliolis ellipticis supra glabris, leguminibus sericeis, sutura superiore angulato-carinata. ♄. In sylvis montanis et subalpinis, (Krain! Scop.; Oestreich, Jacq.; auf dem Saleve in der Schweiz, Laffon!) Apr. Mai. Jacq. austr. t. 306.

2. C. ALPINUS (Mill. dict. n. 2.) *glaber*, *racemis lateralibus multifloris pendulis*, foliolis ellipticis margine racemisque subpubescentibus, pilis patulis, leguminibus glabris sutura superiori alato-carinata. ♄. In sylvis montanis et subalpinis, (in d. südwestlichen Schweiz nicht selten, in Tyrol und Krain.) Mai. Jun. — Schk. t. 203.

3. C. NIGRICANS (L. sp. 1041.) adpresse pilosus, *racemis terminalibus multifloris erectis*, foliolis obovatis oblongisque supra glabris, calycibus ebracteatis. ♄. In ericetis et sylvis siccis rupestribus, (von Schlesien durch Böhmen, Sachsen, Bayern u. Oberschwaben bis in die Schweiz und durch das ganze übrige, von da aus südlicher gelegene, Gebiet.) Jun. Jul. — Sturm. h. 12.

Sect. II. PHYLLOCYTISUS. Cal. tubus brevis, tribracteatus. Stigma subciliatum. Funiculus umbicilalis apice clavato-incrassatus.

4. C. SESSILIFOLIUS (L. sp. 1041.) glaber, racemis subsexfloris erectis, *calycibus tribracteatis*, foliolis obovatis, foliorum superiorum subrhombeis. ♄. In sylvis et ericetis, (südl. Tyrol, Bischof! im Oberbadischen zwischen Constanz u. Rudolfszell nach Gmel.; in d. Gegend v. Ville neuve am Genfersee, Gaud.) Mai. Jun. Tabern. kräuterb. 1506. f. 2.

Sect. III. TUBOCYTISUS. DC. Cal. tubus longus, labia tubo breviora. Stigma non ciliatum. Funiculus umbilicalis ad umbilicum in arillum orbicularem expansus. (Pleraeque huius sectionis species, nondum satis illustratae et limitatae, in ipsarum loco natali ulterius investigandae et observandae sunt.) Flores flavi, excepto C. purpureo.

* Frutices inermes.

5. C. AUSTRIACUS (L. sp. 1042.) *floribus terminalibus umbellato-capitatis*, pedunculis exterioribus bracteolatis, ramis erectis calycibusque hirsutis, *fol. canescentibus, pilis adpressis.* ♄. In sylvaticis asperis, (Oestreich u. Böhmen.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 21. Cytisus V. Clus. hist. p 95. Vexillum dorso adpresse pilosum. — C. canescens Presl. delic. prag. p. 229, secundum specimen a cl. Kosteletzk. acceptum diversus non est; C. leucanthus WK. pl. rar. hung. t. 132, ex sententia cl. Tausch. in bot. ztg. 13. 1. 241., varietatem albifloram constituit. G.

6. C. CAPITATUS (Jacq. fl. austr. t. 33.) *floribus terminalibus umbellato-capitatis* numerosis, pedunculis exterioribus bracteolatis, *ramis strictis erecto-patulis* fastigiatis, ramulis foliis calycibusque hirsutis, pilis patentibus. ♄. In sylvis apricis, (in Böhmen u. von da durch Bayern und Tyrol bis in die südl. Schweiz, u. von diesem Striche an bis an das adriatische Meer.) Jun. Cytisi V. species altera. Clus. hist. p. 96. Vexillum aetate in medio rubro-fuscum, ut in sequente. Variat vexillo dorso hirsuto et glabro.

7. C. SUPINUS (L. sp. 1042. var. α, ex synonymo Clusii.) *floribus terminalibus binis quaternisque umbellatis*, pedunculis bracteolatis, *caule* ramosissimo *ramisque prostratis* ramulis adscendentibus foliisque laxe pilosis, pilis patentibus, calycibus subglabris. In ericetis, ad sylvarum oras, (in der Gegend von Wien!) Maio. Reichenb. fl. g. exc. p. 524. Cytisi VII. species altera Clus. hist. p. 97. Foliola obovata, duplo triplove minora, quam in antecedente, a quo insuper caule ramosissimo, capitulis paucifloris, floribus minoribus, et calycibus subglabris differt. C. supinus DeC. prodr. 2. 156, (ex alpibus maritimis pedemontanis!) forte ad speciem sequentem amandandus est. G.

8. C. PROSTRATUS (Scop. carn. 2. p. 70.) *floribus in ramulis annotinis lateralibus* binis ternisve longius pedicellatis ebracteolatis, *in ramulis hornotinis terminalibus umbellatis* serioribus, pedicellis exterioribus sub flore bracteolatis, caulibus ramisque procumbentibus, ramulis adscendentibus, foliis calycibusque hirsutis, pilis patentibus. ♄. In montosis, asperis, (in Krain u. im südl. Tyrol.) Flores laterales profert Maio, terminales post 4 hebdomades Junio. Haec species, observante cl. Hladnik., est verus C. prostratus Scopolii, a

quo C. bisflorens Host. fl. austr. p 320, ex speciminibus a cl. Fenzl. acceptis, non differt, nisi directione pilorum, qui in caule paulo minus patent, in foliis vero adpressi apparent. — Planta Cytiso capitato simillima distinguitur ab hoc caulibus ramisque diffuse procumbentibus, et praecipue dispositione florum. Variat:

β. *ciliatus*, ovariis leguminibusque glabris margine tantum hirsutis: C. ciliatus Wahlenb. carp. p. 219, ex spec. Rochelianis in collect. amic. Schultes.

Cytisus supinus Bert. amoen. ital. p. 174. C. prostrato valde similis, differt floribus breviter pedicellatis et pedicellis omnibus bracteola fultis, ut ex specimine, ab ipso cl. auctore accepto, edoctus sum. G.

9. C. HIRSUTUS (L. sp. 1042, ex descriptione in hort. ups. p. 211.) *floribus omnibus lateralibus* binis ternisve brevius pedicellatis, pedicellis ebracteatis, caulibus erectis adscendentibusque, *ramulis foliis calycibusque* hirsutis, *pilis patentibus*. ♄. In montosis, saxosis, (in Krain; im Littorale, u. selten auch in Böhmen) Mai. Jun. C. hirsutus Scop. carn. 2. p. 70. Host. fl. austr. 2. 342. C. polytrichus MB. taur. cauc. 2. p. 477. C. falcatus WK.! pl. r. hung. t. 238. C. virgatus Vest.! syllog. 1. p. 22. Corollae aetate fuscescentes. Legumina, ut in antecedentibus huius sectionis hirsuta, variant autem utrinque glabra.

β. *ciliatus*, ovario leguminibusque glabris margine ciliato-hirsutis. Huc pertinet specimen a b. Kitaibelio ipso datum, in collect. acad. reg. monac. servatum; sed in descriptione (pl. rar. hung. 3. p. 265.) legumina hirsuta vocantur.

Cytisus elongatus W. K. t. 183., a C. hirsuto distinguitur pilis ramorum erectis adpressisque, et foliorum arcte adpressis; a sequente C. bifloro calyce pilis patulis hirsuto et caule erecto, ramis recurvatis. Sed biflorus „in horto quoque erigitur, assurgit in fruticem altum, multo magis pubescentem, trunco diametro sesquipollicari, ramis elongatis recurvatis, totis dense floribus onustis.“ Jacq. fl. a. 1. p. 15. An igitur C. elongatus varietas C. biflori pilis calycis patulis?

10. C. BIFLORUS (L'Heritier stirp. 184.) *floribus* subgeminis, *omnibus lateralibus*, caulibus ramisque prostratis, *ramulis* adscendentibus *foliis calycibusque* sericeis, *pilis adpressis*. ♄. In collibus herbidis, pratis montanis, (von Augsburg u. Regensburg durch Bayern nach Oestreich, Böhmen, Mähren u. Schlesien.) April. Mai. C. supinus Jacq. a. t. 20., ex speciminibus authenticis hort. bot. vindobon. C. supinus β. L. sp. 1042. Cytisus VII Clus. hist. p. 96. Variat:

β. *minor*, floribus minoribus, brevius pedicellatis, et foliis sub anthesi flore dimidio brevioribus. C. supinus β. Wahlenb. carpat. p. 220. C. biflorus W. K. pl. r. hung. t. 166. C. cinereus Host. a. 2. p. 343. G.

11. C. PURPUREUS (Scop. carn. 2. p. 905.) floribus subgeminis lateralibus, caulibus adscendentibus, ramulis foliis calycibusque glabris vel sparse pilosis, calycis margine unguibusque petalorum ciliatis, *leguminibus glabris*. ♄. In montosis, (Krain, Littorale,

Kärnthen, südl. Tyrol.) April. in Jun. St. h. 24. Flores purpurei, semina atra. G.

** Frutices ramis spinescentibus.

12. C. SPINESCENS (Sieber secundum Sprengelii syst. veg. 3. 255.) floribus solitariis lateralibus, caulibus ramosissimis, *ramis spinescentibus* subulatis, ramulis foliis calycibus leguminibusque argenteo-sericeis. ♄. In montanis rupestribus, (auf der Insel Cherso.) C. argyreius Reichenb. fl. exc. 523. C. ramosissimus Tenor. ex specimine ab ipso auctore. J.

Sect. IV. LOTOIDES. DC. l. c. Calycis tubus brevis, labia tubum aequantia, vel longiora. Stigma non ciliatum. Funiculus umbilicalis non dilatatus. Flores flavi.

13. C. RADIATUS (Spartium radiatum L. sp. 996.) adpresse pilosus, capitulis terminalibus pedunculatis subquadrifloris, fol. ternatis breve petiolatis oppositis, foliolis linearibus, *petiolis persistentibus*. ♄. In montosis subalpinis, (in Krain u. d. südl. Tyrol; im Wallis bei Sitten, Lens u. Saviege.) Mai. Jun. Column. ecphr. 294. ic. Genista radiata Scop. carn. 2. 61.

14. C. SAGITTALIS (Genista sagittalis L. sp. 998.) *caulibus alato-ancipitibus articulatis*, racemis terminalibus subcapitatis, fol. simplicibus. ♄. In sylvaticis, pratis siccis, (in d. Schweiz u. im mittlern u. südl. D., doch nicht überall.) Jacq. a. t. 209.

15. C. ARGENTEUS (L. sp. 1043.) sericeus, *capitulis pedunculatis* subtrifloris demum lateralibus, fol. ternatis alternis. ♃. In montosis asperis, (Krain, u. im Littorale, auf d. monte Spaccato.) Apr. Mai. G.

6. LUPÍNUS (L. gen. n. 774.) Cal. bilabiatus. Stam. monadelpha. Stylus subulatus, adscendens. Stigma capitatum. Carina rostrata. Legumen coriaceum, spongiose septatum. (Antherae valde inaequales.)

1. L. HIRSUTUS (L. sp. 1015.) floribus alternis ad calycis basin bracteolatis, calycis labio superiore bipartito inferiore semitrifido, *foliolis* oblongo-vel *obovato-cuneatis* utrinque hirsutis. ⊙. Inter segetes, (Istrien, Biasoletto!) Mai. Jun. Flores caerulei. J.

2. L. ANGUSTIFOLIUS (L. sp. 1015.) floribus alternis ad calycis basin bracteolatis, calycis labio superiore bipartito, inferiore subtrifido, *foliolis linearibus* subtus adpresse pilosis, calyce dimidiam corollam superante. ⊙. Inter segetes, (im Cant. Waadt bei Assens u. einigen andern Orten, Gaud.) Mai. Jun. Flores caerulei. H.

Subtrib. II. *ANTHILLIDEAE*. Stam. monadelpha. Cor. alae haud rugoso-plicatae. Cal. laciniis subaequalibus, 5 dentatus, vel inaequalibus subbilabiatus. (Filamenta in Ononide et Anthyllide superne latiora.)*)

---

*) Galega staminibus monadelphis, in subtribu tertia quaerenda.

7. ONÓNIS (Linn. gen. n. 772.) Cal. 5 fidus, persistens, fructifer apertus. Stam. monadelpha. Carina in rostrum subulatum acuminata. Legum. turgidum. (Folia omnium ternata.)

Sect. I. Legumen cum pedunculo erectum, ovatum.

1. O. SPINOSA (L. sp. 1006, var. α.) *caulibus erectis adscendentibusque* unifarium villosis sparseque glandulosis, ramis interrupte racemosis spinosis, spinis subgeminis, *floribus axillaribus solitariis*, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovali-oblongis stipulisque denticulatis glabriusculis, *leguminibus ovatis erectis longitudine calycis longioribusque*, seminibus tuberculato-scabris. ♃. In pascuis, campis sterilibus, ad vias, (stellenweise häufig, aber nicht überall im Gebiete.) Jun. Jul. O. spinosa DC. prodr. 2. p. 163, excl. varietate γ. O. arvensis β. Smith. engl. fl. 3. 267. O. campestris Koch et Ziz cat. pl. palat. p. 22. — Hayn. arzn. gew. 11. 43. — *Ononis antiquorum* L. differt glabritie maiore, floribus minoribus et praecipue seminibus laevibus nec tuberculato-scabris; haec in littorali austriaco quaerenda est.

2. O. REPENS (L. sp. 1006.) *caulibus procumbentibus basi radicantibus* villosis, ramis adscendentibus laxe racemosis apice spinosis, *floribus axillaribus solitariis*, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovalibus stipulisque denticulatis glandulose pilosis, *leguminibus erectis ovatis calyce brevioribus* seminibus tuberculato-scabris. ♃. In agris, pascuis, pratis siccis, ubique. Jun. Jul. — O. repens Reichenb. fl. exc. p. 517. O. arvensis Smith. engl. fl. var. γ. 3. p. 267. O. procurrens Wallr. sched 381. — Var. spinis nullis: O. arvensis α inermis Sm. l. c. O. mitis Gmel. bad. 3. 162. Flores rosei.

3. O. HIRCINA (Jacq. h. vind. 1. 40. t. 93.) caulibus erectis adscendentibusque inermibus villosis, *floribus axillaribus geminis ad apicem ramorum dense spicatis*, pedunculis calyce brevioribus, foliolis ovalibus stipulisque denticulatis glandulose pilosis, *leguminibus erectis ovatis calyce brevioribus* seminibus tuberculato-scabris. ♃. In pratis, ad vias publicas, (von Holstein durch Mecklenburg, Pommern, nach Schlesien, sodann durch Galicien nach Ungarn; in Oestreich? Tyrol? nach Host; irrig im Badischen angegeben; in der Schweiz zweifelhaft.) Jun. Jul. — O. altissima Lam. dict. 1. 506. O. arvensis L. syst. nat. 2. 478. O. foetens All. ped. 1. p. 317. O. spinosa α mitis L. sp. 1006. Flores rosei. G.

4. O. COLUMNAE (All. ped. 1. t. 20. f. 3.) caulibus adscendentibus pubescentibus, *floribus axillaribus sessilibus*, corollis calyce brevioribus, foliolis obovatis denticulatis glanduloso-pilosis, *stipulis lanceolatis acuminatis* argute denticulatis, leguminibus erectis ovatis calycem villosum subaequantibus ♃. In montium declivibus, apricis, (in Oestreich, bei Wien, Jacq.; im südlichen Tyrol; bei Trient, Zucc.; im Wallis, Gaud.) Mai. Jun. — O. parviflora Lam. dict. 1. 510. O. subocculta Vill. delph. 3. p. 429. O. minutissima Jacq. fl. austr. t. 240., non L. — Flores lutei.

Sect. II. Legumen e pedunculo erecto vel patente pendulum, lineare, turgidum.

5. O. Natrix (Lam. p. 1008.) glanduloso-villosa, caulibus adscendentibus, *pedunculis unifloris aristatis* in racemum dispositis *folium superantibus*, corollis calyce longioribus, foliolis oblongis denticulatis, stipulis acuminatis integerrimis, *leguminibus linearibus* turgidis *pendulis*. ♃. In apricis, ad vias, (im innern Krain, Scop.; im südlichen Tyrol, Elsm.! im Wallis, Gaud.) Jun. Jul. — Cor. flava, extus striis sanguineis, quarum et Linnaeus l. c. mentionem fecit. Cl. DC. contra varietatem floribus concoloribus O. Natricis nomine et aliam floribus rubro-striatis nomine O. pinguis L. proponit.

6. O. rotundifolia (L. sp. 1010) glanduloso-villosa, caulibus erectis adscendentibusque, *pedunculis* axillaribus aristatis *bi-trifloris* folio denique longioribus, foliolis suborbiculatis dentatis, *leguminibus lineari*-oblongis turgidis *pendulis*. ♃. In subalpinis, (auf den Lienzer Alpen gemein, Wulf.; im Wallis, Gaud.) Mai. Jun. Jacq. austr. app. t. 49. Flores rosei.

7. O. Cherleri (L. sp. 1007.) caulibus adscendentibus villosis, *pedunculis 1 floris muticis folio brevioribus florem nutantem aequantibus*, corolla calyce breviore, foliis cuneato-obovatis glanduloso-pilosis apice stipulisque denticulatis, *leguminibus pendulis* linearibus turgidis teretibus calyce paullo longioribus. In locis apricis, (Istrien, Biasol.) Mai. Jun. — Flor. rosei. J.

8. ANTHYLLIS (L. gen. n. 773.) Cal. 5 dentatus, fructifer marcescens, clausus, saepe inflatus. Stam. monadelpha. Carina obtusa vel breviter acuminata. Legumen calyce inclusum.

1. A. Vulneraria (L. sp. 1012.) herbacea, foliis pinnatis, *foliolis inaequalibus*, capitulis geminatis, *calyce* quinquedentato, *dentibus ovatis* acuminatis inaequalibus. ♃. In pratis siccioribus, collibus graminosis, atque in subalpinis et alpinis usque ad nives perennes. Mai. Jun. — Sturm h. 49. Variat: humilior, elatior, procumbens, adscendens, pilis adpressis et patulis obsita, capitulis maioribus et minoribus, corollis citrinis, et citrinis iisque carina sanguineis, porro totis sanguineis, ochroleucis et albis. Inter omnes has varietates limites non reperio, nec legumina diversa sunt. — Varietas capitulis maioribus, corollis ochroleucis: *Anthyllis alpestris* Reichenb. fl. exc. p. 515; var. elatior, pubescentia patula, cor. ochroleucis concoloribus, vel carina sanguineis: *A. polyphylla* Kit., Reichenb. l. c.; eadem, pubescentia copiosa adpressa: *A. maritima* Schweigg. in Hagen chl. bor. 265; varietas corollis totis sanguineis: *A. Dillenii* Schult. in herbar. Balbisii, A. vulneraria γ. DC. prodr. 2. 170. Dill. elth. f. 413. Quae ultima copiose in regionibus australioribus, verum etiam in alpibus et rarior in regionibus septentrionalibus occurrit.

2. A montana (L. sp. 1014.) herbacea, fol. pinnatis, *foliolis aequalibus*, capitulis solitariis, *calyce* semiquinquefido, *dentibus subulato-setaceis*. ♃. In montanis et rupestribus graminosis, (von Oestreich durch Steyermark und Krain; sodann wieder im südlichsten Tyrol und in der südwestlichen Schweiz.) Mai. Jun. St. h. 49.

Subtribus III. *Trifolieae*. Stamina diadelpha. Folia ternata. Legumen uniloculare.

9. MEDICÁGO (L. gen. 899.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Carina obtusa. Stam. diadelpha, filamenta superne non dilatata. Ovarium cum staminum columna a basi sursum arcuatum, stylus glaber. Legumen 1 loculare, falcatum, vel cochleatum, 1 polyspermum.

Sect. I. HYMENOCARPOS. DC. prodr. 2. 171. Legumina reniformia, foliaceo-plana, centro non clausa, margine integerrima, vel denticulato-spinulosa.

1. M. RADIATA (L. sp. 1096.) pedunculis subbifloris folio longioribus, leguminibus reniformibus plano-compressis radiato-venosis glabris, margine anteriore spinuloso, posteriore fimbriato-lacero, stipulis basi dentatis, foliolis rhombeo-ovatis. ⊙. In campis et agris, (Istrien, Host.) Jul. Aug. Gärtn. fruct. t. 155. f. 7. Flores lutei. M. lunata Reichenb. fl. exc. p. 501. J.

Sect. II. LUPULARIA. DC. l. c. Legumina compressa, falcata, vel cochleato-contorta et centro pervia.

§. 1. Legumina inermia.

2. M. SATIVA (L. sp. 1096.) *racemis multifloris* oblongis, *leguminibus inermibus* cochleato-contortis *subtricyclis* obsolete reticulato-venosis *adpresse pubescentibus*, *pedicellis* calyce *bracteaque brevioribus* defloratis erectis, stipulis lanceolato-attenuatis subdentatis, foliolis cum mucrone emarginatis apice dentatis, foliorum inferiorum oblongo-obovatis, superiorum lineari-cuneatis. ♃. In pratis, (stammt ursprünglich, wie man sagt, aus Spanien, ist aber jetzt an vielen Orten, auch weit von denjenigen Stellen, wo sie gebauet wird, wirklich einheimisch.) Jun.-autumn. Schk. t. 212. Flores violacei vel caerulescentes.

3. M. FALCATA (L. sp. 1096.) *racemis multifloris* subcapitatis, *leguminibus inermibus* falcatis, vel contortis *sub monocyclis* reticulato-venosis *adpresse pubescentibus*, *pedicellis* calyce brevioribus *bractea longioribus*, defloratis erectis, stipulis lanceolato-attenuatis, inferioribus dentatis, foliolis cum mucrone emarginatis apicem versus dentatis, foliorum inferiorum oblongo-superiorum lineari-cuneatis. ♃. In pratis siccis, collibus apricis, ad vias. Jun.-autumn. Schk. t. 212.

Variat floribus ochroleucis, flavis et croceis et

β. *versicolor*, floribus initio flavis, deinde viridibus, denique violaceis: Wallr. sched. p. 398. M. media Pers. syn. 2. 356.

γ. *maior*, caulibus elongatis procumbentibus, stipulis maioribus, magis dentatis: M. procumbens Bess. galic. 2. p. 127. M. intermedia Schult. oestr. fl. 2. p. 373.

4. M. GLOMERATA (Balbis! elench. 93.) *racemis multifloris* subcapitatis, *leguminibus inermibus* falcatis, vel contortis subdicyclis reticulato-venosis pubescentibus, *pilis patulis articulatis glanduliferis*, pedicellis calyce brevioribus bractea longioribus, defloratis erectis, stipulis lanceolato-attenuatis, inferioribus subdentatis, foliolis cum mucrone emarginatis, foliorum inferiorum oblongo-cuneatis apice subdentatis, superiorum lineari-cuneatis integerrimis. ♃. In pratis, ad vias, (im Littorale, Noé.) Jun.-Aug. M. annularis

Besser

Besser ex specim. ab auctore ipso in collectione Schultesiana. Flores flavi. Simillima M. falcatae, occurrit etiam leguminibus falcatis et contortis, nec differt nisi pilis leguminum patulis articulatis. An varietas? ex analogia varietatis Willdenowianae Medicaginis lupulinae sic se habere videtur. G.

5. M. PROSTRATA (Jacq. hort. vindob. 1. p. 39. t. 89.) racemis 5-10 floris abbreviatis, leguminibus inermibus contortis tricyclis obsolete venosis subpubescentibus glabrisve, *pedicellis* calyce duplo bractea multo longioribus, *defloratis refractis*, stipulis lanceolatis dentatis, foliolis cum acumine emarginatis, foliorum inferiorum cuneatis apice subdentatis, superiorum lineari-cuneatis integerrimis. ♃. In apricis, ad vias, (in der Gegend von Triest und um Fiume häufig.) Jun.-Aug. G.

6. M. LUPULINA (L. sp. 1097.) *spicis multifloris densis ovalibus* folio longioribus, leguminibus inermibus reniformibus turgidulis apice contortis longitudinaliter arcuato-venosis glabris vel adpresse pubescentibus, vel sparsim glanduloso-pilosis, pilis articulatis patentibus, stipulis ovatis subintegerrimis, foliolis obovatis retusis antice denticulatis. ⊙. In pratis, locis graminosis et in cultis. Mai.-autumn. Schk. 212. Flores flavi. Variat:

α. *vulgaris*, leguminibus glabris vel adpresse pubescentibus.

β. *Willdenowiana*, leguminibus glanduloso-pilosis, pilis patentibus articulatis. M. Willdenowii Bönningh. fl. mon. pr. p. 226., non Merati, quae solummodo stipulis obsolete denticulatis, vel integerrimis a vulgari planta differt et vix varietatis nomen meretur.

§. 2. Legumina spinosa.

7. M. MARINA (L. sp. 1097.) pedunculis multifloris, folio longioribus, *leguminibus* cochleatis *lanato-tomentosis* subrotundis medio perviis, anfractibus subternis superficie reticulato-venosis *margine obtusis remoteque spinigeris*, spinis brevibus conico-subulatis, stipulis ovatis obsolete dentatis, foliolis obovatis antice minute denticulatis petiolis cauleque dense lanato-tomentosis. ♃. Ad littora maris arenosa, (bei Monfalcone, Biasoletto!) Mai. Jun. Gärtn. fruct. 2. t. 155. f. 7. G.

Sect. III. SPIROCARPUS. DC. l. c. Legumina cochleato-contorta, monopleiocycla, centro clausa. (Flores omnium lutei.)

§. 1. Legumina inermia; margo anfractuum acutus, superficies eorum venosa. (H. l. sunt praeter descriptas Med. obscura et tornata.)

8. M. SCUTELLATA (Allion. ped. n. 1155.) *pedunculis 1-3 floris* folio brevioribus, *leguminibus inermibus* cochleatis *inferne convexis superne planis*, *anfractibus subsenis pelviformibus concentrice spiralibus* oblique reticulato-venosis integerrimis, stipulis ovatis dentatis, foliolis ellipticis argute denticulatis subtus cauleque glanduloso-pilosis, inferioribus obovatis ⊙. In collibus, locis cultis, (bei Fiume, Noé!) Mai. Jun. Moris. s. 2. t. 15. f. 3. M. polymorpha β. L. spec. 1097. J.

9. M. ORBICULARIS (All. ped. n. 1150.) *pedunculis 1-3 floris* folio brevioribus, *leguminibus inermibus* cochleatis orbiculatis *lentiformi-depressis utrinque convexiusculis*, *anfractibus* subsenis

submembranaceis integerrimis *margine arcte incumbentibus*, transverse venosis, venis marginem versus crassioribus, stipulis profunde setaceo-pinnatifidis, foliolis argute serrulatis cauleque glabris, superioribus obovatis, inferioribus obcordatis. ⊙. In cultis et ad vias, (im Littorale, an sonnigen Abhängen gegen das Meer.) Mai. Jun. Moris. s. 2. t. 15. f. 1. M. polymorpha α. L. sp. 1097. G.

10. M. MARGINATA (Willd. enum. p. 802.) *pedunculis 1-3 floris* fol. brevioribus, *leguminibus inermibus* cochleatis orbiculatis depressis *utrinque planis, anfractibus* subsenis submembranaceis integerrimis *margine distantibus* transverse venosis, venis marginem versus crassioribus, stipulis profunde setaceo-pinnatifidis, foliolis argute serrulatis cauleque glabris, foliorum superiorum obovatis, inferiorum obcordatis. ⊙. In cultis, ad vias, (bei Fiume, Noé.) Mai. Jun. Moris. s. 2. t. 15. f. 2. A simillima M. orbiculari distinguitur leguminibus minoribus et anfractibus planis, margine patentibus, nec marginibus superficiei anfractuum incumbentibus. J.

§. 2. Legumina inermia; margo anfractuum crassus, obtusus vel truncatus. (Ex hac divisione flora nostra nullam speciem possidet; complectitur M. elegantem, turbinatam et tuberculatam.

§. 3. Legumina spinosa, spinae basi subteretes, nec sulco notabili notatae, ipsi margini anfractuum impositae; anfractus plerumque arcte incumbentes. (H. l. sunt praeter descriptas: M. Murex, M. aculeata, M. cylindrica, M. sphaerocarpa, marginibus anfractuum arcte incumbentibus; et M. muricata, anfractuum marginibus acutis non arcte incumbentibus.

11. M. TRIBULOIDES (Lam. dict. 3. p. 635.) pedunculis 1-2 floris folio brevioribus, leguminibus spinosis cochleatis cylindricis subaveniis sparsim pilosis, anfractibus subquinis crassis arcte incumbentibus in medio marginis obtusissimi spinigeri carinatis, spinis e basi ovato-conica tereti-subulatis distiche patentibus reflexisque, stipulis ovatis setaceo-dentatis, foliolis obovatis denticulatis, pedunculis cauleque superne pubescentibus, pilis patulis. ⊙. In arenosis maritimis et in cultis, (bei Fiume, Noé; verwildert im Gebiete d. fl. v. Spa) Mai. Jun. Legumina in hac specie et in sequentibus in statu perfecte maturo inquirenda sunt; in statu immaturo enim anfractus tenuiores distantes et spinae multo graciliores facillime observatorem decipiunt.

α. *genuina;* spinae validae, distiche sursum et deorsum curvatae, legumina maiora. Willd. herbar.! n. 14333.

β. *Hornemanniana;* eadem, leguminibus dimidio minoribus: M. pubescens Hornem. h. hafn. 2. 726. M. Hornemanniana DC. prodr. 2. p. 177. n. 44.

γ. *rigidula;* fructus magnitudine var. α, spinae crassae, rectae, patentes, sed parum divergentes, nec arcuato-reflexae. M. rigidula Willd. sp. 3. 2. p. 1417. Willd. herbar.! n. 14336.

δ. *truncatula;* fructus dimidio minores, quam in var. α, spinae basi crassae, distiche sursum et deorsum non solum reflexae, sed legumini arcte adpressae. M. truncatula Gärtn. fruct. 2. p. 350. t. 55. f. 7. M. tentaculata Willd. sp. 3. 2. p. 1413. Occurrit etiam fructibus duplo majoribus, magnitudine varietatis α. G.

12. M. LITTORALIS (Rohde in Lois. not. 118, non Tenor.) pedunculis 1-4 floris aristatis folium subaequantibus, *leguminibus*

spinosis cochleatis cylindricis *basi apiceque parce venosis glabris, anfractibus* subquinis crassiusculis *arcte incumbentibus*, margine rotundato-obtuso spinigero medio carinato, spinis remotis e basi terete subulatis patentibus reflexisve, stipulis setaceo-dentatis, foliolis triangulari-obcordatis apice denticulatis pedunculis cauleque pubescentibus, pilis patulis. ⊙. In arenosis maritimis, (Triest, würtemb. Reiseverein!) Mai. Jun. Variat fruct. maioribus et minoribus: in illa fructus duplo, in hac quadruplo, quam in anticedente, minores sunt, a qua praeterea spinis gracilioribus remotis et foliolis obcordatis distinguitur. G.

13. M. Gerardi (Waldst. et Kit. ex Willd. sp. 3. 2. p. 1415.) pedunculis 2-3 floris folium subaequantibus, *leguminibus spinosis* cochleatis ovato-cylindricis *tomentoso-pubescentibus aveniis, anfractibus* subsenis *crassis incumbentibus* margine rotundato obtuso ecarinato spinigero, spinis remotiusculis e basi tereti utrinque sulco obsoleto notata conico-subulatis patentibus apice subuncinatis, *stipulis setaceo-dentatis*, foliolis obcordatis antice denticulatis pedunculis cauleque pubescentibus, pilis patulis. ⊙. In agris et cultis, (an sonnigen Abhängen der Hügel gegen das Meer hin bei Triest nicht selten, Tommasini; bei Fiume, Noé; im Gebiete d. Fl. v. Spa, Lej.) Variat fructibus maioribus depresso-cylindricis M. villosa DC. fl. fr. 4. p. 545, et

β. *cylindrica*, duplo fere minoribus longioribus cylindricis, M. villosa β. DC. l. c. G.

§. 4. Legumina spinosa, spinae basi compressae et sulco utrinque evidenti exaratae, hinc quasi bicrures. Anfractus plerumque laxe incumbentes vel distantes.

a. Superficies anfractuum laevis vel saltem marginem versus laevis; crus spinarum posterius ex ipso margine originem ducens. (H. l. praeter descriptam est M. Tenoreana Ser. M. cancellata Tenor., non Bieberst.)

14. M. disciformis (DeCand. cat. h. monsp. p. 124.) pedunculis 1-2 floris folio longioribus, leguminibus cochleatis depresso-cylindricis glabris, anfractibus quinis laxe incumbentibus laevibus margine obtusis, *supremo inermi, reliquis distiche spinigeris*, spinis subulatis porrectis subarcuatis apice non hamatis latere utroque sulco exaratis, stipulis ovatis breviter denticulatis, foliolis obovatis acute denticulatis pedunculis cauleque villoso-pubescentibus. ⊙. In cultis et ad vias, (auf der Insel Osero, Noé.) Mai. Jun. Anfractus in centro oblique venosi, ceterum laevissimi. J.

b. Superficies anfractuum venosa; crus spinarum posterius ex ipso margine originem ducens.

15. M. maculata (Willd. sp. 3. p. 1412.) pedunculis 1-2 floris folio duplo triplove brevioribus, leguminibus spinosis cochleatis depresso-subrotundis glabris, *anfractibus* quinis laxiuscule incumbentibus *oblique venosis, margine lato quadricarinato distiche spinigero, spinis subulatis arcuato-reflexis* apice non uncinatis latere utroque sulco exaratis, stipulis ovatis inciso-dentatis, dentibus lanceolato-subulatis, foliolis lato-obovatis obtuse denticulatis, inferioribus obcordatis, petiolis pedunculisque sparsim pilosis, pilis articulatis. ⊙. In cultis et ad vias, (in Istrien häufig, Tommasini; unter

d. Getreide bei Strasburg im Elsass; im Gebiete d. Fl. v. Spa.) Mai. Jun. Moris. s. 2. t. 15. f. 17. M polymorpha η. arabica L. sp. 1098. G.

e. Superficies anfractuum laevis; crus spinarum posterius e linea elevata, margini parallela, et a margine remota, originem ducens.

16. M. MINIMA (Lam. dict. 3. p. 636.) pedunculis 1-2 floris folio longioribus brevioribusque leguminibus spinosis cochleatis subglobosis parce pilosis, *anfractibus* subquinis laxe incumbentibus *aveniis*, margine angusto obtuso distiche spinigero, spinis patentibus subulatis rectis apice uncinatis latere utroque sulco exaratis, *stipulis ovatis breviter denticulatis*, *superioribus subintegerrimis*, foliolis obovatis antice denticulatis petiolis pedunculis cauleque pubescentibus. ⊙. In apricis siccis, graminosis, (durch d. g. Gebiet stellenweise.) Mai. Jun. M. hirsuta All. ped. n. 1156. M. rigidula Roth. tent. 1. p. 320. M. polymorpha η minima L. sp. 1099. Schk. t. 212. α. Variat caule erecto et procumbente, et

β. *mollissima*, caule foliisque cano-villosis, pilis simplicibus. M. mollissima Spreng. s. veg. 3. 291. M. graeca Hornem. h. hafn. p. 728, (stipulis denticulatis).

γ. *viscida*, caule foliisque viscido-pubescentibus, pilis glanduliferis. — Praeterea variat spinis diametro fructus longioribus: M. minima γ. *longiseta* DC. pr. 2. p. 178 et, licet raro, spinis diametro fructus duplo brevioribus.

d. Superficies anfractuum reticulato-venosa; crus spinarum posterius e linea elevata, margini parallela, et a margine remota, originem ducens. (H. l. sunt praeter discriptas M. caspica, M. arenaria, M. laciniata, M. lappacea, M. nigra Willd. (M. pentacycla DC. M. Hystrix Ten. synon.,) et M. catalonica.

17. M. APICULATA (Willd. sp. 3. 1414.) pedunculis multifloris folio brevioribus, leguminibus cochleatis glabris, *anfractibus binis* ternisve margine distantibus *superficie transverse lacunoso-venosis*, *margine obtuso distiche spinigero*, *spinis brevissimis diametro transversali leguminis brevioribus* rectiusculis latere utroque impressis, stipulis pinnatifido-dentatis, dentibus setaceis, foliolis obcordatis obtuse denticulatis pedunculis cauleque glabris. ⊙. Inter segetes, (bei Strasburg im Elsass, u. im Gebiete der Fl. v. Spa.) Mai. Jun. Pedunculi longi, tamen folio breviores. Variat:

β. *confinis*, spinulis in tubercula, latitudine ipsorum non longiora, abbreviatis. M. confinis Koch in litteris ad amicos.

18. M. DENTICULATA (Willd. sp. 3. 1414.) pedunculis multifloris folium subaequantibus, leguminibus cochleatis glabris, *anfractibus binis* ternisve margine distantibus, *superficie transverse lacunoso-venosis*, *margine obtuso distiche spinigero*, *spinis divergentibus subulatis* apice uncinatis *diametrum dimidium leguminis aequantibus* utroque latere impressis, stipulis pinnatifido-dentatis, dentibus setaceis, foliolis obcordatis obtuse denticulatis pedunculis cauleque glabris. ⊙. Inter segetes, (auf der Rheinfläche von Oberbaden bis nach den Niederlanden hin u. wieder.) Mai. Jun. G.

19. M. TEREBELLUM (Willd. sp. 3. 1416.) pedunculis 2-5 floris folio brevioribus, leguminibus cochleatis cylindricis glabris, *anfractibus 5 distantibus superficie oblique lacunoso-venosis*, *mar-*

gine obtuso distiche spinigero, spinis brevibus divaricatissimis subadpressis basi utrinque impressis, stipulis pinnatifido-dentatis, dentibus setaceis, foliolis obovatis retusis ⊙. In ruderatis et cultis, (im Gebiete der Fl. v. Spa durch spanische Wolle eingebracht.) Mai. Jun. M. aculeata Gärtn. fruct. t. 155. M. muricata Lej. spa. 2. p. 123. G.

e. Superficies anfractuum reticulato-venosa; ex hoc reti vena obliqua, reliquis crassior. in quodvis crus posterius spinarum abit. (Praeter descriptam huc pertinent: M. Echinus, M. ciliaris et M. granatensis.)

20. M. CARSTIENSIS (Jacq. collect. 1. p. 86., ic. rar. 1. t. 156.) pedunculis multifloris folium subaequantibus, leguminibus cochleatis ovato-cylindricis glabris, *anfractibus subquinis margine distantibus radiato-venosis* medio reticulatis, *margine leviter canaliculato distiche spinigero*, spinis setaceis divergentibus rectis, stipulis acute dentatis, foliolis obovatis retusis. ♃. In montosis, nemorosis, asperis, (in Krain; auf d. Karst; im Littorale; in Untersteyermark.) Mai. Jun. G.

10. TRIGONELLA (L. gen. n. 898.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Carina obtusa. Stam. diadelpha. Filamenta superne non dilatata. Ovarium ad stylum usque rectum. Stylus glaber. Legumen uniloculare, lineare vel oblongo-lineare, compressum, 6-polyspermum.

Sect. I. FOENUM GRAECUM. DC. prodr. 2. p. 182. Flores solitarii geminive. Legumina deorsum subfalcata.

1. T. FOENUM GRAECUM (L. sp. 1410.) *floribus solitariis geminisve* subsessilibus, *leguminibus* linearibus subfalcatis longitudinaliter venoso-striatis stylo elongato rostratis *glabris subvigintiovulatis*, foliolis oblongo-cuneatis antice denticulatis, caule parce ramoso, ramisque erectis. ⊙. Inter segetes, (bei Mühlheim im Oberbadischen unter dem Getreide nicht selten, durch Anbau verwildert, Stadtpfr. Lang!, um Erfurt ebenso, wird auch daselbst im Grossen kultivirt.) Jun. Jul. Schk. t. 211.

2. T. GLADIATA (Stev. cat. h. gorenk. 1808. p. 112., M. Bieb. fl. taur. cauc 2. p. 222.) *floribus solitariis* subsessilibus, *leguminibus* linearibus falcatis longitudinaliter venoso-striatis stylo elongato rostratis *pubescentibus sub decemovulatis*, foliolis obovatis argute serrulatis, caule erecto basi ramoso, ramis prostratis. ⊙. In apricis lapidosis, (auf der Insel Veglia, Müll.!) Jun. Jul. Joh. Bauh. hist. 2. p. 365. f. 2. T. prostrata DC. fl. fr. 5. p. 571. T. Foenum graecum β. L. sp. 1095. J.

Sect. II. BUCERAS. DC. l. c. Flores racemoso-umbellati, umbellae sessiles vel pedunculatae. Legumina linearia, recta, vel deorsum falcata.

3. T. MONSPELIACA (L. sp. 1095.) *floribus* senis pluribusve *umbellato-congestis umbellisque sessilibus*, pedunculo communi brevissimo mucronato, leguminibus declinatis linearibus arcuatis oblique venosis pubescentibus, foliolis rhombeo-obovatis acute denticulatis, caulibus procumbentibus. ⊙. In apricis, ad vias, (in Böhmen bei Leitmeriz, Burkhard! Oestreich zwischen Himberg u. Moos-

brunn, Host; bei Triest selten, Tommasini; in Istrien, Biasol.! in dem mittlern Wallis bei Sitten u. um Fouly, Gaud.) Jun. Jul. Moris. s. 2. t. 17. f. 4.

Sect. III. Falcatula. DC l. c. p. 184. Flores racemosi, racemi pedunculati. Legumina linearia vel oblongo-linearia, deorsum falcata.

4. T. corniculata (L. sp. 1094.) *racemis pedunculatis*, pedunculo folium superante mucronato, leguminibus declinatis linearibus arcuatis transverse venosis glabris, stipulis inferioribus dentatis, foliolis obovatis mucronato-denticulatis, caule erecto. ⊙. In locis cultis, ad vias, (um Fiume sehr gemein, Noé.) Specimina minora in loco natali lecta stipulas vix dentatas, majora vero maxime dentatas, fere pinnatifidas ostendunt. Haec forte Trigonellam elatiorem Smithii efficiat, sed ex mea sententia mera varietas est. J.

11. MELILOTUS (Tournef. inst. 406. Lam. ill. t. 613.) Cal. 5 dentatus. Carina obtusa. Stam. diadelpha. Filamenta superne non dilatata. Ovarium ad stylum usque rectum. Stylus glaber. Legumen subglobosum, vel oblongum, 1-4 spermum.

1. M. dentata (Willd. en. p. 790.) racemis densis denique elongatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, alis vexillo brevioribus carinam superantibus, *leguminibus ovatis* acutiusculis *reticulato-rugosis ad suturam superiorem compressis glabris*, *stipulis e basi dilatata inciso-dentata subulatis*, foliolis oblongo-lanceolatis obtusis argute inaequaliter subspinuloso-serratis. ⊙, in horto saltem, nec perennis. In pratis et ad vias, (in Böhmen; Schlesien; in Thüringen bei Halle, Magdeburg; auf der Rheinfläche bei Basel u. zwischen Mainz u. Oppenheim.) Jul.-Sept. Trifolium dentatum W. K. pl. rar. hung. 1. p. 41. t. 42. St. h. 15. — Melilotus Kochiana Hayne in Schrad. n. journ. 2. p. 337., (non DeCand.,) est plane eadem planta. Flores minuti.

2. M. officinalis (Willd. en. p. 790.) racemis laxiusculis denique elongatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, alis carinaque vexillum aequantibus, *leguminibus ovatis breviter acuminatis reticulato-rugosis ad suturam superiorem compressis pubescentibus*, *stipulis* subulato-setaceis *integerrimis*, foliolis argute serratis subretusis, inferioris obovatis, superioribus oblongo-linearibus. ⊙. In pratis, ad ripas et fossas. Jul.-Sept. Trifolium Mel. officinalis α. L. sp. 1078. Legumina matura nigra. Flores flavi. Variat:

α. *macrorrhiza:* fol. argute serratis, vexillo fusco-striato. Trifol. macrorrhizum W. et K.! pl. rar. hung. 1. t. 26. Trifol. altissimum Lois. fl. gall. 2. p. 4., ex spec. ab ipso auctore. Gmel. bad. 2. 219. Melil. officinalis et macrorrhiza DC. prodr. 2. p. 186. 187. Planta ⊙ nec ♃.

β *palustris:* fol. obsolete-serratis, vexillo vix striato. Trif. palustre W. K.! pl. rar. hung. 3. t. 266., formis intermediis in varietatem α. transit.

3. M. vulgaris (Willd. en. p. 970.) racemis laxis denique elongatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, *alis carinam subaequantibus* vexillo brevioribus, *leguminibus ovatis obtusis mucronatis reticulato-rugosis* ad suturam superiorem obtuse carinatis

glabris, stipulis subulato-setaceis integerrimis, foliolis serratis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus oblongo-lanceolatis. ⊙. Ad vias, in incultis. Jul.-Sept. Trif. Mel. officinalis β. L. sp. 1078. Trifolium album Lois. fl. gall. 479. Melilotus alba Thuill. par. ed. 2. p. 378, non Lam. M. leucantha Koch ap. DC. fl. fr. 5. 564. St. h. 15. t. 2. f. x. Flores semper albi, legumina denique nigro-fusca, caulis erectus.

4. M. PETITPIERREANA (Trifolium Hayn. in Schrad. n. journ. 2. p. 337.) racemis laxis elongatis, pedicellis calyce brevioribus, *alis vexillum subaequantibus* carina longioribus, *leguminibus ovatis obtusis mucronatis transverse rugoso-plicatis subreticulatis* ad suturam superiorem obtuse carinatis *glabris*, stipulis subulato-setaceis integerrimis, foliolis serratis obtusis, inferioribus obovatis, superioribus lanceolatis. ⊙. Ad vias, agrorum margines, etiam inter segetes. Jul.-Sept. M. diffusa Koch ap. DC. fl. fr. 5. p 564. M. Kochiana DC. l. c. non Hayn. M. arvensis Wallr. sched. p. 393. M. officinalis St. h. 15. Legumina helvola, caulis adscendens, ramis diffusis. Flores flavi. Variat:

β. floribus albis. M. Petitpierreana Willd. en. 790.

5. M. PARVIFLORA (Desf. atl. 2. p. 192.) *racemis densis* denique elongatis, pedicellis calyce dimidio brevioribus, alis longitudine carinae vexillo brevioribus, *leguminibus subglobosis obtusissimis reticulato-rugosis*, stipulis basi obsolete denticulatis, foliolis subretusis antice dentatis, inferioribus obovatis superioribus oblongo-cuneatis. ⊙. In locis cultis, ad vias, (im Littorale bei Triest, Fleischer; bei Fiume, Noé.) Jun. Jul. Trifol. Mel. indica L. sp 1077. Flores flavi.

6. M. CAERULEA (Lam. dict. 4. p. 62.) racemis floriferis fructiferisque densis subrotundis ovalibusque, alis carina longioribus vexillo brevioribus, *leguminibus* oblongo-ovatis *rostratis longitudinaliter venoso-striatis*, stipulis ovato-subulatis, foliorum inferiorum basi dilatatis, foliolis oblongo-lanceolatis argute serratis. ⊙. In pratis, (in Wiesen in Krain u. zwar in der Wochein, D. Graf!) Jun. Jul. Trifol. Mel. caerulea L. sp. 1077. St. h. 15. Flores caerulei. G.

12. TRIFOLIUM (L. gen. n. 896.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Cor. marcescens, persistens. Carina obtusa. Stam. diadelpha, cum petalis plus minusve connata; filamenta superne parum dilatata. Stylus glaber, legumen ovatum, 1-2 spermum, rarius oblongum, 3-4 spermum, calyce vel corolla marcescente inclusum, utriculatum, vix dehiscens.

Sect. I. LAGOPUS. *Flores sessiles*, in spicam subrotundam vel oblongam collecti. *Calycis faux interne linea elevata callosa, et saepe pilosa, vel annulo pilorum obsita*, anthesi peracta plerumque clausa. Legumen calycis tubo inclusum.

2. T. PALLIDUM (WK. pl. rar. hung. 1. p. 35. t. 36.) *spicis subrotundis solitariis basi involucratis, calyce decemnervio pubescente corolla dimidia paulo longiore, dentibus filiformibus ciliatis, cal. fructiferi erectis*, superioribus 4 tubo suo sesquilongioribus, fauce annulo calloso coarctata, *stipulis ovatis abrupte aristatis*, foliolis ovatis subretusis serrulatis petiolis cauleque villosis, *pilis*

patentibus. ⊙. In pratis et ad vias, (auf d. Insel Osero, Noé.) Mai. Jun. Flores albi vel colore roseo suffusi. Basis dentium calycis fructiferi in hac specie magis dilatata et quinquenervis, in T. pratensi tantum trinervis.

2. T. PRATENSE (L. sp. 1082.) *spicis globosis denique ovatis subgeminis basi involucratis, calyce decemnervio pubescente corolla dimidia breviore, dentibus filiformibus ciliatis, cal. fructiferi erectis*, superioribus quatuor tubum suum aequantibus, fauce annulo calloso coarctata, *stipulis ovatis abrupte aristatis*, foliolis ovalibus subintegerrimis pubescentibus, *pilis accumbentibus*, caulibus adscendentibus. ⊙. In pratis. Mai-Sept. St. h. 15. Flores purpurei. Variat foliis radicalibus, retusis, fere obcordatis: T. heterophyllum Lej.! rev. p. 158, si folia quadruplo minora sunt; porro foliis caulinis superioribus oblongis, dentibus calycis superioribus tubo paulo brevioribus, floribus albis et

β. *sativum*, T. sativum Reichenb. fl. exc. p. 494. (nomen T. sativi in editione germanica Dict. Milleri non reperio.) T. pensylvanicum Willd. en. p. 793, cultura in solo pingui, maius et paulo ramosius, caulis saepe, sed non semper, fistulosus, et capitula quandoque exserta. Praeterea ne minimam quidem differentiam inter plantam cultam et sylvestrem observo.

γ. *nivale*, humilius, capitulis crassioribus, floribus sordide albis vel ochroleucis, rarius in colorem rubellum vergentibus. Hoc in summis alpibus; et h. l.: T. pratense alpinum Hoppe ap. Sturm. h. 32. T. nivale Sieb. herb. fl. austr. n. 236. T. expansum β. Reichenb. fl. exc. p. 495. Cum T. expanso, cuius specimen germanicum nondum vidi, hanc varietatem, stipulis et foliolis cum T. pratensi exacte convenientem, non combinaverim. T. expansum Kit., ex specim. ab ipso auctore, habet caulem ramosiorem, stipulas longiores, oblongas, aequilatas, et in parte sua libera sensim triangulari-subulatas, ibidemque herbaceas, caules undique diffusos, ramosiores, spicas semper solitarias, alas carinam aequantes, quae in T. pratensi longiores, et pilos in caule, foliis et stipulis patulos. T. microphyllum Desv. journ. bot. 2. p. 316. DC. fl. fr. 5. p. 356, saltem quoad specimina a cl. Lej. ad amic. Hornung. missa, ad formam vulgarem Trif. pratensis pertinet, nec differt, nisi foliolis dimidio minoribus.

3. T. MEDIUM (L. faun. suec. ed. 2. p. 558.) *spicis globosis solitariis basi nudis, calyce decemnervio glabro corolla dimidia breviore, dentibus filiformibus ciliatis, cal. fructiferi erectis*, superioribus quatuor tubum suum subaequantibus, fauce annulo calloso coarctata, *stipulis lanceolatis* attenuato-acutis, foliolis ellipticis tenuissime denticulatis, caulibus ramosis adscendentibus. ♃. In pratis montanis, locis montium graminosis, virgultis et sylvis. Jun. Jul. St. h. 15. T. flexuosum Jacq. austr. t. 386. Flores purpurei.

4. T. ALPESTRE (L. sp. 1082.) *spicis globosis subgeminis basi involucratis, calyce vigintinervio villoso, dentibus filiformibus*, ciliatis, cal. fructiferi erectis, superioribus quatuor *tubum suum subaequantibus brevioribusque*, infimo alarum basin attingente, fauce annulo calloso coarctata, stipulis lanceolato-subulatis, foliolis oblongo-lanceolatis tenuissime denticulatis, caulibus erectis simplicissimis

pubescentibus. ♃. In montanis rupestribus virgultis, in subalpina adscendens. Jun.-Aug. St. h. 15. Jacq. a. t. 386. Flores purpurei.

5. T. RUBENS (L. sp. 1081.) spicis oblongo-cylindricis subgeminis basi subinvolucratis, *calyce vigintinervio glabro*, *dentibus subulatis ciliatis*, *superioribus quatuor tubo suo duplo triplove brevioribus*, infimo alarum basin attingente, fauce annulo calloso coarctata, stipulis lanceolatis acuminatis remote serrulatis, *foliolis* oblongo-lanceolatis spinuloso-serratis *cauleque erecto glaberrimis.* ♃. In montanis petrosis sylvaticis, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jun. Jul. Herba plerumque glaberrima, spica hirsutissima. Variat rarius stipulis, petiolis et nervo medio foliorum juniorum ciliatis. St. h. 15. Flores purpurei.

6. T. NORICUM (Wulf. in Roem. arch. 3. 387.) *spica globosa solitaria cernua basi involucrata*, *calyce decemnervio hirsuto corolla dimidio breviore*, *dentibus subaequalibus lineari-subulatis tubum suum subaequantibus*, fauce annulo calloso coarctata, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis petiolis foliis cauleque simplici erecto villosis, pilis patentibus, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis. ♃. In summis alpibus, (Oberkärnthen auf der Kuhweger Alpe, Wulfen; Krain auf der Zherna perst, Graf; auf d. Feudo in Südtyrol, Frölich; für die Schweiz zweifelhaft.) Jul. St. h. 16. Flores albi.

7. T. OCHROLEUCUM (L. syst. nat. 3. 233.) *spicis globosis denique ovalibus* solitariis *basi plerumque involucratis*, *calyce decemnervio pubescente*, fauce annulo calloso coarctata, *dentibus lanceolato-subulatis cal. fructiferi erectis*, *inferiore tubum calycis aequante*, *corollam dimidiam paulo superante denique deflexo*, reliquis dimidio brevioribus, stipulis lanceolato-subulatis acuminatis, foliolis elliptico-oblongis integerrimis pilosis, foliorum inferiorum emarginatis, caulibus adscendentibus hirsutis superne subaphyllis. ♃. In pratis et sylvaticis siccioribus, (fast durch d. ganze Gebiet, wiewohl nicht überall.) Jun. Jul. St. h. 15. Flores ochroleuci.

8. T. INCARNATUM (L. sp. 1083.) *spicis ovatis denique cylindricis solitariis basi nudis*, calyce decemnervio hirsuto, *dentibus subaequalibus lanceolato-subulatis acutissimis* tubo suo paulo longioribus *corolla brevioribus*, *cal. fructiferi patentibus subtrinerviis*, stipulis ovatis obtusis vel acutiusculis denticulatis, foliolis obovatis retusis cauleque villosis, caule erecto. ⊙. In pratis et ad vias, (im Littorale, bei Triest, Duino, u. an andern Orten; in der südl. Schweiz.) Jun. Jul. St. h. 16. Flores dilutius vel saturatius punicei, rarius carnei vel albi: T. Molinieri Balbis ex Hornem. h. hafn. p. 715. Calycis faux obsolete pilosa.

9. T. STELLATUM (L. sp. 1083.) *spicis globosis* denique ovatis solitariis *basi nudis*, calyce decemstriato setoso-hirsuto, fructifero pilis lanatis clauso, *dentibus e basi ovata attenuatis acutissimis aequalibus corollam superantibus*, *cal. fructiferi patentibus trinerviis reticulato-venosis*, stipulis membranaceis ovatis acutiusculis denticulatis, *foliolis obcordatis* antice denticulatis cauleque villosis, caulibus adscendentibus. ⊙. In pratis siccis et arvis, (im Littorale bei

Duino u. in d. Gegend des Isonzo, Wulfen; Istrien, Biasol.! auf Osero, Noé.) Jun. Jul. St. h. 16. Flores albido-carnei. G.

10. T. ANGUSTIFOLIUM (L. sp. 1083.) *spicis cylindricis* denique elongatis solitariis *basi nudis*, calyce decemstriato setoso-hirsuto, fructifero annulo calloso clauso, *dentibus subulatis acutissimis, infimo corolla longiore, reliquis paulo brevioribus, cal. fructiferi patentibus nervosis*, stipulis lanceolato-subulatis, *foliolis linearibus cauleque villosis*, caule erecto. ⊙. In herbidis apricis, (im Littorale bei Triest u. zwar bei St. Saba zwischen Servola u. Zaulle, Tommasini; Görz, Wulfen; Istrien, Biasol.! Fiume, Noé!) Jun. Jul. St. h. 16. G.

11. T. LAPPACEUM (L. sp. 1082.) *spicis globosis solitariis basi nudis, calyce vigintinervio glabro, dentibus corollam aequantibus vel paulo brevioribus* piloso-hispidis, *denique basi dilatatis* triangularibus *reticulato-venosis*, infimo paulo longiore, fauce cal. fructiferi annulo elevato piloso notata, stipulis ovatis, acumine lanceolato subulato, apice foliisque pilosis, foliolis obovatis obsolete denticulatis, caule ramoso diffuso. ⊙. In locis apricis virgultis, et ad vias, (bei Fiume u. auf d. Insel Osero, Noé! Istrien, Biasol.) J.

12. T. CHERLERI (L. sp. 1081.) *spicis globosis solitariis basi involucratis, calyce vigintinervio hirsuto, dentibus subaequalibus filiformibus hirsutissimis corollam aequantibus longioribusque*, cal. fructiferi erectis, fauce dense pilosa, stipulis ovatis acuminatis foliis caulibusque villosis, foliolis obcordatis antice obsolete serrulatis, caulibus adscendentibus. ⊙ In collibus siccis et ad vias, (auf der Insel Osero, aber selten, Noé.) Mai. Jun. Moris. s. 2. t. 13. f. 11. J.

13. T. ARVENSE (L. sp. 1083.) *spicis solitariis villosissimis denique cylindricis basi nudis, calyce decemnervio, dentibus subulato-setaceis corolla longioribus patulis enerviis*, fauce obsolete pilosa corolla marcescente clausa, stipulis superioribus ovatis acuminatis, caule ramoso diffuso foliisque villosis, foliolis lineari-oblongis obsolete denticulatis. ⊙. In agris et arvis. Jul.-Sept. St. h. 16.

14. T. SCABRUM (L. sp. 1084.) *spicis* ovatis *lateralibus* terminalibusque solitariis *basi involucratis*, calycibus corolla longioribus pubescentibus, *fructiferis cylindricis, dentibus lanceolatis rigidis denique arcuato-patentibus uninerviis, nervo incrassato*, fauce coarctata, stipulis ovatis cuspidatis, foliolis oblongo-cuneatis obovatisque serrulatis, venulis ad marginem incrassatis arcuatis. ⊙. In graminosis siccis, (sehr zerstreut, auf d. Ochsenfeld bei Strasburg; um Halle, Spreng.; Görz, Wulfen; Triest, Tommasini; Fiume, Vnio it.; häufiger in d. südwestl. Schweiz bei St. Tryphon, Nyon, Aelen, u. a. Orten.) Mai. Jun. Barrel. f. 870.

15. T. STRIATUM (L. sp. 1068.) *spicis ovatis denique subcylindricis* basi involucratis terminalibus inque ramulorum brevium apice *lateralibus, calyce* hirsuto, *dentibus* lanceolato-subulatis mucronatis *rectis, tubo fructiferi ventricoso-tumido*, fauce annulo cartilagineo coarctata, stipulis ovatis cuspidatis, foliolis oblongo-cuneatis, obovatisque antice serrulatis, venulis aequalibus ad marginem rectiusculis. ⊙. In graminosis et locis incultis apricis, (sehr zerstreut durch d. ganze Gebiet, u. nur an einzelnen Orten, in

Mecklenburg, Hanover, Unterharz, Thüringen, Böhmen, Hessen, im Rheingebiete, in Krain u. d. südl. Schweiz.) Jun. Jul. Variat:

α. dentibus calycis corolla brevioribus. T. striatum St. h. 16.

β. dentibus calycis corolla longioribus. T. scabrum Schreb. ap. Sturm. h. 16., ad specimina culta delineatum, quae adhuc in herbario Schreberiano asservantur. — T. tenuiflorum Tenor., ab auctore, in herbario Froelichiano non ad hanc, sed ad praecedentem varietatem α pertinet.

16. T. SAXATILE (Allion. ped. 1. p. 305. t. 59. f. 3.) *spicis subrotundis* solitariis *terminalibus* lateralibusque *basi involucratis*, *calyce decemnervio hirsutissimo*, fructifero ovato, fauce pilis clausa, dentibus erectis subulatis corollam subaequantibus, stipulis ovatis acuminatis, *foliolis subaveniis profunde emarginatis antice obsolete denticulatis*, foliorum inferiorum obovatis superiorum oblongo-cuneatis. ♃. In glareosis ad moles glaciales summarum alpium, (in Wallis auf dem Matterhorn, auf dem Stock im Nicolaithale, auf dem Splügen.) Jul. Aug. H.

Sect. II. TRICHOCEPHALUM. *Flores fertiles* in capitulo *pauci*, subsessiles, defloratí reflexi, calyce ad faucem intus denudato; flores *steriles*, *serius excrescentes*, globoso-congesti, *calyces fructiferos tegentes*.

17. T. SUBTERRANEUM (L. sp. 1080.) floribus fertilibus 2-5 umbellatis erectis, defloratis reflexis, calycibus glabris, dentibus filiformibus corolla brevioribus subaequalibus hirsutis, *floribus sterilibus serioribus denique in capitulum globosum congestis fertilesque tegentibus*, stipulis ovatis acuminatis, caule prostrato sarmentoso foliisque hirsutis, foliolis obcordatis. ⊙. In locis graminosis, Istrien, Biasol.! Insel Osero, Noé!) Apr. Mai. Engl. bot. 1048. Flores albi, vexillo roseo. J.

Sect. III. FRAGIFERA. Flores in capitulo, vel spica subrotunda sessiles. Calycis faux denudata, scilicet glabra et aperta, anuulo elevato coarctante destituta; *dorsum calycis cum dentibus duobus superioribus peracta anthesi valde auctum*, *inflatum*, membranaceum, venarum reti ornatum.

18. T. FRAGIFERUM (L. sp. 1086.) capitulis denique globosis, pedunculis axillaribus folio longioribus, *involucro multipartito calyces aequante*, *calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis* reticulatis pilosis, dentibus duobus superioribus porrectis, caule repente. ♃. In pascuis subhumidis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jun. in autumn. St. h. 16. Flores carnei.

19. T. RESUPINATUM (L. sp. 1086.) capitulis basi minute bracteolatis denique globosis, pedunculis axillaribus folium aequantibus vel paulo superantibus, *calycibus fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis pilosis*, *dentibus duobus superioribus porrectis*, caule procumbente. ⊙. In graminosis maritimis, (Istrien, Biasol.! Osero, Noé.) Jun. Jul. St. h. 16. Flores rosei, resupinati. J.

20. T. TOMENTOSUM (L. sp. 1086.) capitulis basi minute bracteolatis denique globosis, pedunculis axillaribus folio brevioribus, calycibus *fructiferis dorso globoso-inflatis reticulatis tomentoso-pilosis*, *dentibus duobus superioribus brevibus tomento suboccultatis*, caule prostrato. ⊙. In graminosis, (Istrien, Biasoletto!) Mai. Jun. J.

Sect. IV. Vesicastrum. DC. prodr. 2. 202, pro parte. Flores in spica sub rotunda vel ovali sessiles. *Calycis faux interne denudata; tubus peracta anthesi aequaliter ventricoso-inflatus*, inter dentes 2 superiores parum fissus; dentes aequales. Corolla persistens, denique scariosa.

Ex hac sectione fl. nostra nullam speciem exhibet.

Sect. V. Lupinaster (DC. prodr. 2. 203.) Flores in capitulo longius brevisve pedicellati. *Calycis faux interne denudata*, scilicet glabra et aperta, nec annulo elevato coarctata; *dentes 2 superiores breviores*, infimus reliquis evidenter longior. Cor. post anthesin scariosa, *vexillo complicato*. Ovarium stipitatum.

21. T. alpinum (L. sp. 1080.) acaule, *pedunculis radicalibus, floribus pedicellatis laxe umbellatis*, defloratis deflexis, calyce corolla breviore glabro, fauce denudato, dentibus lanceolato-subulatis, infimo longiore, stipulis lanceolatis subulato-acuminatis foliis pedunculisque glabris, *foliolis lineari-lanceolatis* subserrulatis. ♃. In alpibus editioribus, (auf den Alpen des südl. Tyrols u. d. Schweiz nicht selten.) Jun. Aug. Flores maximi, speciosi, purpurei, raro albi. St. h. 15.

Sect. VI. Trifoliastrum. DC. prodr. 2. 198. Flores in capitulo. vel in spica subrotunda, longius breviusque pedicellati. *Calycis faux interne denudata*, dentes aequales vel 2 *superiores longiores*. Corolla post anthesin persistens scariosa, *vexillo complicato*.

22. T. montanum (L. sp. 1087.) spicis subrotundis denique ovalibus basi nudis, *pedicellis brevissimis calycis tubo triplo brevioribus*, defloratis deflexis, calycibus corolla dimidio brevioribus subvillosis fauce denudatis, dentibus subaequalibus lanceolato-subulatis rectis, stipulis ovatis acuminatis, *foliolis* ellipticis argute serrulatis subtus cauleque pilosis *margine dense venulosis, venulis incrassatis, caulibus adscendentibus*. ♃. In pratis, praecipue montanis. Mai.-Jul. St. h. 15. Flores albi.

23. T. parviflorum (Ehrh. beitr. 7. 165.) spicis subrotundis, *pedicellis brevissimis, calycis tubo multo brevioribus, defloratis deflexis, calyce corolla paulo longiore* subpiloso, fauce denudato *fructifero inferne ad basin usque fisso*, dentibus calycinis lanceolatis sursum arcuatis, superioribus 2 longioribus, stipulis scariosis ovatis cuspidatis, foliolis obovatis argute serratis, venis subincrassatis, caulibus diffusis. ⊙. In collibus et locis apricis, in Germania rarissimum, (bisher bloſs in der Flora von Halle, bei Kröllwitz, Roth; im Hohlwege rechts vom Niedleber Gottesacker, Wallroth.) Jun. Flores albidi. T. strictum Schreber ap. St. h. 15. T. strictum L. sp. 1079, ex descriptione; synonymum Michelii vero ad T. strictum Waldst. et Kit. pl. rar. hung. t. 37, pertinet, quod stipulis latissimis mucronato-denticulatis aliisque notis differt. G.

24. T. suffocatum (L. mant. 276.) *spicis axillaribus sessilibus approximatis subrotundis caulibusque terrae adpressis, floribus sessilibus erectis*, calyce corolla duplo longiore glabro fauce denudato fructifero ovato, dentibus lanceolatis falcatis deorsum curvatis, superioribus duobus longioribus, stipulis ovatis cuspidatis spicam involucrantibus, foliolis obcordatis antice argute serrulatis, caulibus prostratis brevissimis. ⊙. In apricis, (im südl. Istrien, Biasoletto.) April. Mai. Jacq. h. vind. 1. t. 60. J.

25. T. REPENS (L. sp. 1080.) capitulis subrotundis, pedunculis axillaribus folio longioribus, *pedicellis defloratis deflexis*, interioribus calycis tubum aequantibus, calyce glabro fauce denudato corollam dimidiam aequante, dentibus lanceolatis, duobus superioribus longioribus, leguminum marginibus aequalibus, *caulibus prostratis radicantibus*, stipulis scariosis abrupte cuspidatis, foliolis obovatis serrulatis. ♃. In pratis, pascuis, cultis. Maio - in autumn. Flores albi, juniores saepe in colorem carneum vergentes. St. h. 15. Michel. gen. t. 25. f. 3. 4. et monstrosa degeneratio f. 1. Variat pedunculis pubescentibus.

Trifolium *prostratum* Biasoletto, T. Biasolettianum, Stend. et Hochstett., pusillum, capitula minora, alae floris, ratione unguis, paulo breviores sunt, sed praeter has notas alias, hanc plantam specifice distinguentes, frustra quaesivi. Legumina non vidi.

26. T. PALLESCENS (Schreber apud Sturm. h 15.) capitulis subrotundis, pedunculis axillaribus folio longioribus, *pedicellis defloratis deflexis, interioribus tubum calycis aequantibus*, calyce glabro fauce denudato corolla triplo breviore, dentibus ovato-lanceolatis, duobus superioribus longioribus, *caulibus cespitosis procumbentibus adscendentibus*, stipulis superioribus ovato-lanceolatis sensim acutatis, foliolis obovatis serrulatis cauleque glabris. ♃. In summarum alpium pascuis, (Krain, Kärnthen, Salzburg, Tyrol.) Jul. - Sept. Flores albi, (Trifolium cespitosum St. h. 32, non Reyn.,) vel ochroleuci. Distinguitur a T. repente: caulibus non radicantibus, stipulis superioribus non abrupte cuspidatis, et corolla calyce triplo longiore. G.

27. T. CESPITOSUM (Reynier in Höpfn. magaz. 2. p 78. tab. 1.) capitulis subrotundis, pedunculis axillaribus folio longioribus, *pedicellis calyce multo brevioribus bracteolas aequantibus, defloratis non deflexis*, calyce glabro fauce denudato corolla dimidia longiore, dentibus lanceolatis acuminatis, duobus superioribus paulo longioribus, *caulibus* cespitosis *adscendentibus*, stipulis ovato-lanceolatis acuminatis, foliolis obovatis serrulatis cauleque glabris. ♃. In pascuis locisque glareosis alpinis et subalpinis, (Tyrol, im Bockbache des Lechthales bei Füssen, v. Frölich; in der Schweiz gemein, Gaudin.) Jul. Aug. Capitula fructifera ob calyces tumentes globosa apparent floribus inferioribus deorsum spectantibus, sed flores superiores neutiquam recurvantur.

28. T. NIGRESCENS (Vivian. fragm. fl. ital. p. 12. t. 13.) capitulis subrotundis, pedunculis axillaribus folio longioribus, pedicellis defloratis deflexis, interioribus tubum calycis aequantibus, calyce glabro fauce denudato, corollam dimidiam aequante, dentibus ovato-lanceolatis duobus superioribus longioribus, *leguminibus margine inferiore evidenter crenatis*, caulibus adscendentibus, stipulis superioribus subtruncatis abrupte cuspidatis, foliolis obovatis a medio ad basin integerrimis antice serrulatis ⊙. In pratis, ad vias, (in Istrien 1826 von Müller gesammelt, im Hochstetterischen Herbarium aufbewahrt.) Mai.-Jun. T. hybridum Savi bot. etrusc. 4. p. 41. DeC. prodr. 2. p. 200, (non Linnaei.) T. polyanthemum Tenor. ex DC. l. c. Michel. gen. t. 25. f. 6, legumina optime, foliola male, quippe ad basin usque serrata, delineata. Margine leguminum inferiore inter

semina evidenter contracto et hinc crenato ab affinibus facile dignoscitur. Flores albi. J.

29. T. HYBRIDUM (L. sp. 1079, exclusis synonymis plurimis,) capitulis subrotundis densis, pedunculis axillaribus folio denique duplo longioribus, *pedicellis defloratis deflexis*, *interioribus tubo calycis duplo-triplove longioribus*, calyce glabro fauce denudato corolla dimidia breviore, dentibus subulatis, duobus superioribus longioribus, *caulibus adscendentibus glaberrimis fistulosis*, stipulis ovatis in apicem acutissimum attenuatis, *foliolis rhombeo-ellipticis* obtusis serrulatis. ♃. In pratis fertilibus, humidis. Maio-autumn. Foliola inferiora obovata. Flores albi, mox pulchre rosei. St. h. 15. Michel. gen. t. 25. f. 5. Trifolium elegans Reichenb. fl. g. exsicc. n. 268. T. Michelianum Gaud. helv. 4. 573, (non DC.) T. hybridum Poll. palat. 2. p. 330., Roth tent. fl. germ. et omnium auctorum germ. et suec. — Linnaeum ipsum plantam hanc perennem, per totam Germaniam et Sueciam vulgatam, sub suo T. hybrido proposuisse, et ex verbis fl. suec. „stipulae lanceolatae acutae, foliola ovato-acuta", et ex signo ♃, et ex eo patet, quod affinium specierum nulla alia in Suecia proveniat. Cl. Savius hanc speciem a suo T. Micheliano non separavisse videtur, nam in herbario Froelichiano specimen huius speciei, sub nomine T. Micheliani ab ipso cl. auctore donatum, asservatur.

30. T. ELEGANS (Savi bot. etrusc. 4. p. 42.) capitulis subrotundis densis, pedunculis axillaribus folio duplo longioribus, *pedicellis defloratis deflexis*, *interioribus tubo calycis triplo longioribus*, calyce glabro fauce denudato corolla dimidia breviore, dentibus subulatis, duobus superioribus longioribus, *caulibus adscendentibus superne pubescentibus solidis*, stipulis ovato-lanceolatis in apicem acutissimum attenuatis, *foliolis obovatis* argute duplicato-serrulatis. ♃. In montosis, (bei Thernberg in Unteröstreich, Zahlbruckner; bei Triest, Hoppe!) Jun. Jul. Vaill. par. t. 22. f. 1. Simillimum antecedenti, sed omnibus partibus dimidio minus, superne pubescens et stipulis angustioribus et forma foliolorum diversum.

Trifolium Micheliauum Savi bot. etr. 4. p. 40., ex specimine a Cl. Bertolonio in herbario Schultesiano, a duobus praecedentibus multis notis differt: caulis crassior multistriatus, in sicca planta mollis et flexilis, in viva valde fistulosus; petioli foliorum caulinorum longi, pedunculum aequantes, vel eum superantes; foliola obovata, truncato-emarginata, ab apice latiore basin versus angustata; stipulae ovatae, breves, triangulo-acuminatae; capitula laxa; pedicelli longissimi, tubo calycis multo longiores; dentes calycis subulato-setacei, longi, corolla dimidia longiores. Hoc in Littoralis vel Istriae locis paludosis quaerendum. — Valde simile huic plantae est T. angulatum W. Kit., quod forte pariter in Istria reperiatur, differt tamen: omnibus partibus dimidio minus; caulis tenuis; stipulae ex ovata basi lanceolato-attenuatae, pedicelli non adeo longi, dentes calycini sub anthesi corolla paulo tantum breviores, et vexillum acutissimum, quod in T. Micheliano apice obtuso instructum est.

Sect. VII. CHRONOSEMIUM. DC. prodr. 2. p. 204. Flores in capitulo vel spica longius breviusve pedicellati. *Calycis faux* interne *denudata*, dentes subaequales vel duo superiores breviores. *Cor. post anthesin persistens*, *scariosa*, *vexillo con-*

vexo, margine anteriore deflexo et plerumque sulcato. Legumen in calyce stipitatum.

31. T. SPADICEUM (L. sp. 1087.) *capitulis terminalibus* solitariis geminatisque pedunculatis densis *denique cylindricis*, pedicellis defloratis deflexis, calyce glabro fauce denudato, dentibus pilosis, superioribus 2 brevioribus, stylo legumine quadruplo breviore, stipulis omnibus oblongo-lanceolatis, foliolis aequaliter petiolulatis. ⊙. In pratis uliginosis, turfosis, regionum humiliorum, subalpinarum et alpium, (durch das ganze Gebiet diesseits der Alpenkette, aber stellenweise; in den Alpen hin u. wieder.) Jul. Aug. St. h. 16. Flores primum aurei, sed mox saturate castanei. Stipes leguminis ipso quadruplo brevior.

32. T. BADIUM (Schreber in Sturm. D. fl. heft 16.) *capitulis terminalibus* solitariis geminatisque *densis* denique, pedicellis inferioribus deflexis, *ovali-subrotundis*, calyce glabro fauce denudato, dentibus superioribus 2 brevioribus, *stylo legumine quadruplo breviore*, stipulis oblongo-lanceolatis, superioribus subovatis, foliolis omnibus subsessilibus. ⊙. In pascuis alpium subhumidis, (Steyermark, Kärnthen, Salzburg, Tyrol; gemein in d. Schweiz.) Jul. Aug. Flores primum aurei, deinde dilute castanei. Stipes legumine quadruplo brevior. T. spadiceum Vill. delph. 3. 491.

33. T. AGRARIUM (L. sp 1087.) *capitulis lateralibus* pedunculatis *densis subrotundis* ovalibusque, floribus denique deflexis, calyce glabro fauce denudato, dentibus superioribus 2 brevioribus, *stylo legumen subaequante; stipulis oblongo-lanceolatis*, foliolis omnibus subsessilibus. ♃. In pratis montanis et ad sylvarum oras, (in dem ganzen Gebiete, stellenweise) Jun. Jul. St. h. 16. T. aureum Poll. palat. 2. p. 344. T. campestre Gmel. bad. 3. p. 237, non Schreb. Flores primum aurei, dein spadicei, (dilute fusci,) et stipes leguminis fere ipsius longitudine, ut in sequentibus; stylus, stipite non computato, longitudine leguminis vel paulo tantum brevior. Stipulae basi non dilatatae vel ovatae.

34. T. PROCUMBENS (L. sp. 1088.) *capitulis lateralibus* pedunculatis *densis subrotundis ovalibusque sub 40 floris*, floribus denique deflexis, calyce glabro fauce denudato, dentibus subpilosis, 2 superioribus brevioribus, *stylo legumine quadruplo breviore, stipulis ovatis*, foliolo intermedio longius petiolulato. ⊙. In agris, campis, pratis, ad vias, aggeres. Maio-autumn. T. agrarium Poll. palat. 2. p. 342. Variat:

α. *maius*, caule primario erecto, ramis patentibus, capitulis maioribus, saturatius luteis, pedunculis folia aequantibus vel haud multum longioribus. T campestre Schreb. ap. St. h. 16. T. agrarium Gmel bad. 3. p. 238.

β. *minus*, capitulis minoribus, floribus sulphureis, pedunculis folio saepe duplo longioribus, et caulibus plerumque procumbentibus; sed omnes hae notae valde variabiles sunt et transitus ubique observantur: T. procumbens Schreb. ap. St. heft 16. T. pseudo-procumbens Gmel. bad. 3. p. 240.

35. T. FILIFORME (L. sp. 1088.) *capitulis lateralibus* pedunculatis *laxis subdecemfloris*, floribus denique deflexis, calyce glabro

fauce denudato, dentibus subpilosis, duobus superioribus brevioribus, *stylo legumine quadruplo breviore*, *stipulis ovatis*, foliolo intermedio plerumque longius petiolulato. ⊙. In pratis, agris, campis, Mai. in autumn. T. filiforme St. h. 16. T. procumbens Poll. pal. 2. 345. Gmel. bad. 241. T. minus Smith. brit. 3. p. 1403. Variat:

β. *minimum*, caule 2-3 pollicari, capitulis 3-8 floris, pedunculis tenuissimis, pedicellis saepius paulo longioribus, foliolo intermedio plerumque non longius pedicellato, quam lateralia; sed notae hae ob formas intermedias frequenter evanescunt; h. l. T. filiforme β. minimum Gaud. helv. 4. p. 600. T. procumbens β. Gmel. bad. 3. 241. T. filiforme Smith. brit. 3. p. 1404. T. lupulinum minimum Ray. synops. p. 331. t. 14. f. 4. — T. micranthum Vivianii, huic valde simile, quod e Sicilia habeo, facile dignoscitur: stipulis basi minime ovato-dilatatis, sed oblongis basi linea recta marginatis; pedunculis vere capillaribus, evidenter tenuioribus, floribus brevioribus et pedicellis longioribus. Hoc in Istria australi quaerendum.

36. T. PATENS (Schreb. ap. St. h. 16.) *capitulis lateralibus* pedunculatis *laxis sub anthesi hemisphaericis*, floribus denique deflexis, calyce glabro fauce denudato, dentibus subpilosis, duobus superioribus brevioribus, *stylo longitudine leguminis*, *stipulis ovatis basi evidenter cordatis*, foliolis subaequaliter petiolulatis. ⊙. In locis graminosis, (in Unterkrain bei Gottschee, Müller! bei Triest, Hoppe! bei Görz, Wulfen; im Cant. Tessin d. Schweiz, Gaud.) Jun.-Aug. Flores aurei. Icon Sturmiana ad specimen aetate decoloratum depicta est. T. parisiense DC. fl. fr. 5. p. 562. T. aureum Thuill. par. ed. 2. 385, non Poll., T. chrysanthum Gaud. helv. 4. 603.

13. DORYCNIUM (Tournef. inst. 391. t. 211. f. 3.) Cal. quinquedentatus, subbilabiatus; dentes 2 superiores latiores. Alae antice cohaerentes, medio bulla transversali inflata oblonga; carina obtusa. Filamenta alterne apice dilatata. Stylus glaber; stigma capitatum. Legum. bivalve 1 loculare, pauciovulatum, turgidum, calyce longius.

1. D. SUFFRUTICOSUM (Vill. delph. 3. 416.) *foliolis lineari-cuneatis subsericeo-villosis*, pilis accumbentibus, capitulis sub duodecimfloris, leguminibus subglobosis. ♃. In pascuis et montosis, (auf den Isarauen bei München, sodann in Graubünden, im südl. Tyrol u. im Littorale; in Krain u. Istrien.) Mai. Jun. D. monspeliense Willd. sp. 3. 1396. D. pentaphyllum Reichenb. fl. exc. p. 507., excl. synonymo Villarsii, Reichenb. fl. g. exsicc. n. 468. Flores albi, vexillum extus basi roseum carina apice atro-violacea. Linnaeus sub suo Loto Dorycnio et Scopolius sub suo Dorycnio Pentaphyllo hanc et sequentem speciem combinarunt.

2. D. HERBACEUM (Vill. delph. 3. 416.) *foliolis oblongo-cuneatis sparsim pilosis*, *pilis patentibus*, capitulis subvigintifloris, leguminibus subglobosis. ♃. In pascuis montanis, apricis, (im Cant. Tessin; im südl. Tyrol; in Istrien; Unteröstreich.) D. sabaudum Reichenb. fl. exc. p. 867. Fl. g. exsicc. n. 649. D. intermedium Ledebour. Reichenb. fl. g. exsicc. n. 767.

14. BON-

14. BONJEANIA (Reichenbach fl. g. excurs. p. 507.) Cal. quinquedentatus. Alae inter se liberae, margine superiore praeter dentem baseos cavum impressione longitudinali antice marginata; carina porrecta, non rostrata. Filamenta alterna apice dilatata. Stylus glaber, stigma capitatum. Legum bivalve, oblongum vel lineare coriaceum. (Leg. ut in Loto corniculato et aliis septulis transversis papyraceis divisum.)

1. B. HIRSUTA (Reichenb. l. c.) legum. oblongis turgidis. ♃. In locis saxosis sterilibus, (Istrien, Biasol.! Osero, Cherso, Fiume, Noé; südl. Tyrol, bei Rivo, Cles, Funk, Elsm.) Mai. Jun. Lotus hirsutus L. sp. 1091. Dorycnium hirsutum DC. prod. 2. p. 208. Corolla magnitudine corollae Loti corniculati, albo-rosea, carina apice atro-violacea; tota planta tomentoso-hirsuta. Variat:

β. *incana*, pilis magis accumbentibus incano-tomentosa, (circa Nicaeam lectam possideo;) Lotus tomentosus Rohde in Schrad. n. j. 1809. p. 42, in not. L. sericeus DC. hort. monsp. p. 122.

15. LOTUS (L. gen. n. 879.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Alae praeter impressionem dentis ad basin siti non impressae, margine superiore conniventes; carina adscendens, rostrata. Stam. diadelpha, filamenta alterna apice dilatata. Stylus glaber, sensim attenuatus; stigma obtusum. Legumen bivalve, lineare, rectum, vel arcuatum, apterum, 1 loculare, vel septulis transversis divisum, multiovulatum, in valvulas 2 contortibiles dissiliens.

Sect. I. LOTEA. Medik. DC. pr. 2. p. 209. Legumen compressum.

1. L. ORNITHOPODIOIDES (L. sp. 1091.) pubescens, caulibus diffusis, foliolis rhombeo-obovatis, capitulis pedunculatis 3-5 floris, bracteis calyce duplo longioribus, *leguminibus* linearibus arcuatis *compressis* torulosis sublomentaceis glabris. ⊙. In herbidis et cultis, (südl. Istrien, Biasol.! Osero, Noé!) April. - Jun. Schk. t. 211. J.

Sect. II. EULOTUS. DC. prod. 2. p. 210. Legumen teres.

2. L. CYTISOIDES (L. sp. 1092.) diffusus, *incanus*, *pilis adpressis*, capitulis subquinquefloris, foliolis obovatis, *dentibus calycis oblongo-lanceolatis obtusiusculis*, *lateralibus 2 brevioribus*, leguminibus teretibus linearibus subarcuatis. ♃. In locis sterilibus ad mare adriaticum, (auf den Inseln um Istrien, Biasol., auf Osero, Noé.) J.

3. L. CORNICULATUS (L. sp. 1092.) procumbens glaber vel hirsutus, pilis patentibus, capitulis subquinquefloris longe pedunculatis, *dentibus calycis e basi triangulari subulatis subaequalibus* tubum aequantibus *ante anthesin conniventibus*, *carina subrhombea rectangule adscendente*, leguminibus linearibus teretibus rectis. ♃. In pascuis, pratis, ad sylvarum oras. Mai. - in autumn. L. arvensis Schk. t. 211. Flores lutei, extus saepe sanguinei, raro toti sanguinei. Variat:

α. *vulgaris*, glaber vel sparse pilosus, foliola obovata.

β. *ciliatus*, idem, foliolis calycibusque pilis longis ciliatis: L. ciliatus Tenor. prod. p. 44, ex speciminibus cultis horti Schwez.

γ. *hirsutus*, totus hirsutus, foliola obovata. L. villosus Thuill. par. ed. 2. p. 387.

δ. *tenuifolius*, glaber vel sparse pilosus, foliolis stipulisque linearibus vel lineari obovatis: L. corniculatus γ. Poll. palat. 2. 349. L. tenuis Kit. in Willd. en. p. 797. L. decumbens Forst. engl. bot. t. 2615. In pratis aqua salsa irroratis et in Rheni insulis. Caulis tenuiter fistulosus.

4. L. MAIOR (Scop. carn. 2. p. 86.) erectiusculus, glaber vel subpilosus, pilis patentibus, capitulis sub 12 floris longe pedunculatis, *dentibus calycis e basi triangulari subulatis subaequalibus* corollam dimidiam aequantibus *ante anthesin reflexis*, *carina e basi ovata sensim in rostrum attenuata*, leguminibus linearibus teretibus rectis. ♃. In fossis et pratis paludosis. Jul. Aug. L. uliginosus Schk. t. 211. Differt ab antecedente: caule altiore, evidenter fistuloso, capitulis magis multifloris, directione dentium calycis ante anthesin, vexillo ovato, non subrotundo, alis carinam angustiorem, haud subito in rostrum angustatam, in planta viva penitus tegentibus, (carina deorsum intra alas eminet in L. corniculato,) legumine duplo fere angustiore et seminibus copiosioribus dimidio minoribus. Filamenta longiora non differunt; et in hac et in antecedente apice valde dilatata sunt.

16. TETRAGONÓLOBUS (Scop. carn. 2. p. 87.) cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Alae margine superiore conniventes; carina rostrata adscendens. Stam. diadelpha, filamenta apice dilatata. Stylus glaber, superne incrassatus, stigmate attenuato canaliculato vel subbilabiato cavo terminatus. Legum. alis quatuor foliaceis marginatum.

1. T. PURPUREUS (Moench. meth. p. 164.) floribus solitariis geminisve, pedunculo longitudine folii, leguminum *alis undulatis leguminis ipsius latitudine*. ⊙. Jul. Aug. Colitur.

2. T. SILIQUOSUS (Roth. tent. 1. 323.) floribus solitariis, pedunculis folio duplo triplove longioribus, leguminum *alis rectis legumine quadruplo angustioribus*. ♃. In pratis pascuisque humidis, (durch d. ganze Gebiet, jedoch nicht allenthalben.) Mai. Jun. Variat:

β. *maritimus*, glabrior, foliis subcarnosis: L. maritimus L. sp. 1089. In locis humidis salsis.

Subtribus IV. *GALEGEAE*. Stam. diadelpha. Folia imparipinnata. Legumen uniloculare, sutura nulla impressa. (In Galega stamina submonadelpha, decimo scilicet ad medium usque cum reliquis connato.)

17. GLYCYRRHÍZA (L. gen. n. 882.) Cal. bilabiatus, dentibus 2 superioribus ad medium connatis. Carina dipetala, acuta. Stam. diadelpha; filamenta superne attenuata. Stylus glaber attenuato-filiformis; stigma obtusum obliquum. Legumen bivalve ovatum aut oblongum, compressum, uniloculare, 1-4 spermum.

1. G. GLABRA (L. sp. 1046.) foliolis ovatis subretusis subtus glutinosis, stipulis nullis, spicis pedunculatis folio brevioribus, floribus distantibus, leguminibus glabris 3-4 spermis. ♃. Colitur co-

piose prope Bamberg., ibidemque quasi spontanea occurrit. Junio. Lam. illustr. t. 625. f. 2. Colit.

18. GALEGA (L. gen. n. 890.) Calyx campanulatus, quinquedentatus, marcescens. Carina obtusa, monopetala. Stam. monadelpha, decimo ad medium connato; filamenta subulata. Stylus glaber filiformis. Stigma punctiforme. Legumen bivalve lineare, teretiusculum, torulosum, oblique striatum.

1. G. OFFICINALIS (L. sp. 1063) foliolis lanceolatis mucronatis glabris, stipulis lato-lanceolatis, racemis folio longioribus. ♃. In pratis paludosis, ad ripas, fossas, (von Schlesien, durch Böhmen nach Oestreich; am Elbufer von Böhmen nach Dresden; an der Oder bis Frankfurt; sodann im südlichen Tyrol; in Graubünden.) Jul. Aug. St. h. 6.

19. COLÚTEA (L. gen. n. 880.) Cal. 5 dentatus, dentibus superioribus brevioribus. Vexillum explanatum, bicallosum. Carina in rostrum breve, truncatum, terminata. Stam. diadelpha; filamenta filiformia. Stylus latere interiore planus, a basi ad apicem utrinque longitudinaliter dense ciliatus, apice uncinatus, in flexura apicis stigma ovatum gerens. Legumen stipitatum, cymbiformi-ovatum, inflatum, scariosum.

1. C. ARBORESCENS (L. sp. n. 1045.) foliolis ellipticis retusis, vexilli gibbis abbreviatis, *leguminibus clausis*. ♄. In collibus montibusque inter virgulta, (südl. Schweiz, Oberelsass, Oberbaden, südl. Tyrol, Littorale u. Istrien.) Mai. Jun. Colutea hirsuta Roth tent. 2. 168. Duham. arb. 1. t. 22.

2. C. CRUENTA (Ait. kew. 3. p. 55.) foliolis obovatis retusis caesio-glaucis, vexilli gibbis obtusis minimis, *leguminibus apice hiantibus*. ♄. In collibus, vineis, (bei Rulsdorff, Hoenstädt, im Gebiete d. Fl. von Halle häufig, Sprengel.) Jun. C. orientalis Lam. enc. 1. p. 353., ill. t. 624. f. 3. Specimen e locis memoratis nondum vidi. G.

Subtribus V. *ASTRAGALEAE*. DC. prodr. 2. 273. Stam. diadelpha. Folia impari-pinnata. Legumen sutura inferiore, (non seminifera,) introflexa, biloculare, vel semibiloculare, vel sutura superiore impressa.

20. PHÁCA (L. gen. n. 891.) Cal. 5 dentatus, dentibus 2 superioribus remotioribus. Carina obtusa, mutica. Stamina diadelpha, filamenta filiformia. Stylus subulatus, glaber; stigma obtusum. Legumen in calyce longius breviusve stipitatum, inflatum, uniloculare, sutura superiore seminifera saepe impressa. Sutura inferior in sect. II. intus in dissepimentum incompletum complicata.

Sect. I. CENANTRUM. Legumina complete unilocularia dissepimento in sutura inferiore nullo.

1. P. FRIGIDA (L. syst. nat. ed. 10. p. 1173.) *caule erecto simplicissimo, stipulis ovalibus foliaceis, foliis 4-5 junis*, foliolis ovato-oblongis, carina vexillo subaequali, leguminibus oblongis hirto-pubescentibus, stipite calycem superante. ♃. In pascuis al-

pium editiorum, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 166. St. h. 49. Ph. alpina L. sp. 1064. Ph. ochreata Crantz. a. 419. Colutea frigida. Poir. dict. suppl. 1. 561. Flores ochroleuci.

2. P. ALPINA (Jacq. misc. 2. p. 93. ic. rar. t. 151.) *caule erecto ramoso, stipulis lineari-lanceolatis, foliis 9-12 jugis*, foliolis ovali-oblongis, carina vexillo subaequali, leguminibus semiovatis, junioribus hirtis, adultioribus glabriusculis, stipite calycem superante. ♃. In alpium locis petrosis, (in d. Alpen d. südl. Schweiz, von Tyrol u. Kärnthen.) Jul. Aug. Flores lutei. St. h. 24. Colutea alpina Lam. dict. 1. 354.

Sect. II. HEMIPHRAGMIUM. Legumen e sutura inferiore (non seminifera) intus dissepimentum longitudinale angustum emittens. (Hanc sectionem forte rectius cum Astragalis combinaveris.)

3. P. AUSTRALIS (L. mant. p. 103.) caule diffuso, stipulis ovatis, fol. subquinquejugis, foliolis oblongo-lanceolatis ovalibusque, *alis emarginatis bifidisve, carina vexillo multo breviore*, leguminibus elliptico-oblongis glabris, stipite calycem superante. ♃. In pascuis et locis glareosis alpium editiorum graniticarum, (in der Schweiz, Tyrol, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. Aug. Jacq. misc. 2. t. 3. St. h. 49. Ph. Halleri Vill. delph. 4. 473. Colutea australis Lam. dict. 1. p. 354. Flor. albi vel raro ochroleuci, carina atroviolacea. Variat herba cano-hirsuta et fere glabra.

4. P. ASTRAGALINA (DeCand. astrag. 52.) *caulo procumbente, stipulis ovatis, fol. octo-duodecemjugis*, foliolis oblongo-lanceolatis ovalibusque, alis integris carina brevioribus, carina vexillum subaequante, leguminibus oblongis hirsutis, stipite calycem superante. ♃. In pascuis alpium, (in d. Schweiz, in Tyrol, Kärnthen, Salzburg.) Jul. Aug. Astragalus alpinus L. sp. 1070. St. h. 19. Flores odorati; vexillum caerulescens, venis saturatioribus; alae albae, carina breviores, carina antice pulchre violacea. — Ab hac differt simillima, Norvegiae vero et Lapponiae indigena, Phaca oroboides DC. pr. 2. 274., Astragalus oroboides Hornem. fl. dan. t. 1396. Wahlenb. suec. p. 464., A. leontinus Wahlenb. lapp. p. 191., non Wulfen.: magnitudine paulo maiore, pedunculis folio duplo longioribus, floribus inodoris concoloribus pallide caeruleis, vexillo carina duplo longiore et stipite leguminum ovatorum calyce multo breviore. — Astragalus leontinus Wulf. flores in capitulo subcernuo sessiles, carinam vexillo multo breviorem, alas carina longiores, legumina sessilia erecta exhibet; et similis A. montanus L. carinam mucronatam habet et ad Oxytropis genus pertinet.

21. OXÝTROPIS (DeCand. astrag. n. IV. ed. maior. p. 19 et 53.) Cal. 5 dentatus. Carina antice, infra apicem obtusum, in mucronem rectum desinens. Stamina monadelpha, filamenta filiformia. Stylus subulatus glaber, stigma obtusum. Legumen inflatum vel cylindricum, subbiloculare vel biloculare, sutura superiore impressa vel intus magis minusve conduplicata; dissepimentum vero e sutura inferiore nullum. (Oxytropis a prima sectione generis Phacae differt mucrone carinae.)

§. 1. Acaules, stipulae fere ad medium usque petiolo adnatae. Legumina, marginibus seminiferis intus conduplicatis dissepimentum incompletum vel fere completum constituentibus, semibilocularia, vel fere bilocularia.

1. O. URALENSIS (DeC. astr. n. 3.) acaulis villoso-sericea, foliis sub 12 jugis, foliolis ovato-lanceolatis acutis, *pedunculis* folio longioribus *calycibusque hirsuto-lanatis*, spicis capitatis ovatis, bracteis calycem subaequantibus, *leguminibus erectis in calyce sessilibus ovatis inflatis* acuminatis *bilocularibus*. ♃. In glareosis alpium et reg. subalpinarum, (in dem Wallis, in Tyrol, u. Oberkärnthen bei Pregratten.) Mai.-Jul. Astragalus uralensis L. sp. 1071. Jacq. ic. rar. 1. t. 135. Phaca uralensis Wahlenb. carp. p. 223. Flores pulchre lilacini. Indumento sericeo-lanato et leguminibus complete bilocularibus a varietatibus O. campestris, de floribus caeruleis praeditis, potissimum differt. Variat magis lanato-villosa: Astragalus velutinus Sieb. herb. fl. a. 229.

2. O. CAMPESTRIS (DeC. astr. n. 10.) acaulis, sparse pilosa vel subvillosa, foliis sub 12 jugis, foliolis lanceolatis acutis, *pedunculis* folio longioribus *calycibusque pilosis, pilis erectis subadpressis*, spicis capitatis ovatis, bracteis calycem aequantibus brevioribusque, *leguminibus erectis in calyce sessilibus ovatis inflatis* acuminatis *semibilocularibus*. ♃. In locis glareosis apricis inferalpinis, inque alpibus ad nives perennes, (in d. Schweiz u. v. da durch Tyrol, Salzburg, Kärnthen u. Steyermark.) Jul. Aug. St. h. 19. Phaca campestris Wahlenb. helv. p. 130. Astragalus campestris L. sp. 1072. Flores ochroleuci vel pallide lutescentes, macula saturate violacea ante apicem carinae. Variat:

β. *sordida;* corolla sordide flavescente, vexillo ad medium usque colore viridi et violaceo suffuso, carina macula utrinque atro-violacea: Oxytropis sordida Gaud. helv. 6. p. 360. Phaca campestris β sordida Wahlenb. suec. p. 461. Astragalus sordidus Willd. spec. 3. 1313. A. uralensis L. suec. p. 257, (nec Willd., neque Jacq.,) A. tyrolensis Sieb. herb. fl. austr. n. 230.

γ. *caerulea;* corolla caerulea, vexillo medio macula livido-flava caeruleo-striata. A. sordidus v. Spitzel in litt. In valle Fuscherthal alpium Salisburgensium altitudine 5-7000 ped. ubique, cis Taurerorum catenam solummodo hanc varietatem, ultra non nisi varietatem floribus flavis vidit diligentissimus inventor.

3. O. FOETIDA (DeC. astrag. n. 11.) *acaulis, subpilosa glandulisque sessilibus viscosa*, foliis subvigintijugis, foliolis lineari-lanceolatis, pedunculis folia aequantibus superne dense pilosis, spicis capitatis paucifloris, bracteis calyce brevioribus, *leguminibus erectis in calyce sessilibus* oblongis inflatis semibilocularibus. ♃. In locis glareosis alpium altissimarum, (in d. Schweiz, auf den Alpen am Matterhorn, auf d. Staffel im Nicolaithale, u. andern in d. südl. Kette d. Wallis.) Jul. Aug. Astragalus foetidus Vill. delph. 3. p. 465. t. 45. A. Halleri All. ped. n. 1276. Flores lutescentes. H.

§. 2. Caulescentes stipulae basi tantum petiolo adnatae. Legumina, marginibus seminiferis usque ad suturam inferiorem protensis, bilocularia.

4. O. PILOSA (DC. astr. n. 27.) *caulescens, erecta*, villosa, foliolis foliorum inferiorum oblongis, superiorum lanceolatis, pedunculis axillaribus folio longioribus, spicis ovato-oblongis, *legumini-*

bus erectis linearibus bilocularibus villosis. ♃. In arenosis et rupestribus, collibus siccis, (in d. südl. Schweiz, Tyrol bis nach Oestreich, von da durch Böhmen, nach Thüringen, u. vereinzelt bei Nohrheim a. d. Nahe, in der Rheinpfalz, bei Berlin u. Frankf. a. d. O.) Astragalus pilosus L. sp. 1065. Jacq. a. t. 51. St. h. 49. Flores flavi.

§. 3. Stipulae basi tantum petiolo adnatae. Legumina unilocularia, sutura superiore impressa quidem, sed neutiquam in dissepimentum complicata.

5. O. LAPPONICA (Gaud. fl. helv. 4. p. 543.) subcaulescens, adscendens, pilosa, foliolis sublanceolatis acutis, *pedunculis denique folio duplo longioribus*, *racemis* abbreviatis *6-12 floris*, vexillo carina sesquilongiore, *leguminibus pendulis* lineari-cylindricis, stipite calycis tubo dimidio breviore. ♃. In alpibus helveticis, (sehr selten auf den Alpen d. Cant. Wallis, bei Zermatten u. Tesch im Nicolaithale, auch bei Nufenen, Gaud.) Jul. Phaca lapponica Wahlenb. helv. 131. P. montana Wahlenb. lapp. p. 189. t. 12. f. 3. Astragalus valesiacus Thom. exsicc. Flores dilute rubicundi, exsiccati caerulei. H.

6. O. MONTANA (DeC. prodr. 2. p. 275.) subacaulis, *pilosa vel glabriuscula*, foliolis ovatis oblongisve acutis, *pedunculis longitudine foliorum*, *racemis* abbreviatis *6-12 floris*, vexillo carina sesquilongiore, leguminibus erectis ovali-oblongis, *stipite tubum calycis aequante*. ♃. In pascuis alpium, (in d. Schweiz u. v. da durch die ganze Alpenkette.) Jul. Aug. Astragalus montanus L. sp. 1070. Jacq. a. t. 167. St. h. 49. Phaca montana Crantz a. 422. Wahlenb. helv. p. 130. Flores ex purpureo eleganter rosei, exsiccati caerulescentes.

7. O. CYANEA (Bieberst. fl. taur. cauc. 3. p. 502.) subacaulis, *cinereo-pilosa*, foliolis ovatis oblongisve acutis, *pedunculis longitudine foliorum*, *racemis* abbreviatis *6-12 floris*, vexillo carinam bis superante, leguminibus erectis oblongis, *stipite calycis tubum dimidium aequante*. ♃. In alpium pascuis, (sehr selten, u. zwar bis jetzt nur im Nicolaithale über dem Dorfe Zermatten.) Jul. Aug. Simillima antecedenti, sed pilis patulis dense obtecta et hinc cinereo-hirta, et insuper vexillo, si carinae conferas, longiore, et leguminibus breviter stipitatis diversa. H.

8. O. TRIFLORA (Hoppe apud St. h. 49.) acaulis, pilosiuscula, foliolis ovatis oblongisve acutis, *pedunculis longitudine foliorum*, *racemis trifloris*, vexillo carinam bis superante, leguminibus erectis oblongis, stipite calycis tubum dimidium aequante. ♃. In alpium locis glareosis petrosis, (auf dem Tauern u. der Fleifs bei Heiligenblut, Hoppe; auf d. Krainer Alpen, Fleischer.) Jul. Aug. G.

22. ASTRÁGALUS (L. gen. n. 892.) Cal. quinquedentatus. Carina obtusa, mutica. Stam. diadelpha. Filamenta filiformia. Legumen biloculare vel semibiloculare, sutura inferiore intus in dissepimentum completum vel incompletum dilatata.

Sect. I. GLYCYRRHIZI. Stipulae basi tantum petiolo adhaerentes, vel a petiolo toti liberi.

Series. I. *Purpurascentes*. Flores purpurascentes.

§. 1. Stipulae inter se coalitae, et sic stipulam solitariam oppositifoliam referentes.

1. A. LEONTINUS (Wulfen in Jacq. misc. 2. p. 59.) *diffusus, pilosus, pilis adpressis centro affixis*, stipulis concretis oppositifoliis, foliis 6-9 jugis, foliolis oblongo-ovatis obtusis, *spicis capitatis ovatis* sub anthesi cernuis, pedunculis folio longioribus, vexillo ovato emarginato alis sesquilongiore, *leguminibus erectis ovali-oblongis in calyce sessilibus hirsutis.* ♃. In locis petrosis alpium, (in Krain, Hladnik; bei Lienz in Tyrol, Wulfen; Windaualpe daselbst, Sieber; im Thale St. Nicola, Bagnes u. Anniviers; in d. Schweiz, Gaud.) Jul. Aug. Jacq. ic. rar. t. 154. St. h. 24. Flores dilute caerulei. Sub anthesi primo intuitu Oxytropi montanae similis, pilis medio adnatis, ut in Cheirantho Cheiri, stipulis connatis, defectu mucronis in carina, statim dignoscitur; legumina insuper dissimilia sunt.

2. A. HYPOGLOTTIS (L. mant. 264.) diffusus, pilosus, pilis accumbentibus, stipulis superioribus concretis oppositifoliis, foliis 8-10 jugis, foliolis lanceolatis, foliorum inferiorum ovatis emarginatis, spicis capitatis ovatis, pedunculis folio longioribus, vexillo ovato profundo emarginato, alis sesquilongiore, *ovario stipitato, stipite ovarium dimidium aequante, leguminibus erectis subrotundo-ovatis in calyce stipitatis hirsutis.* ♃. In pascuis et pratis siccis, (in Mähren, von da durch Böhmen nach Thüringen, ferner bei Frankf. a. d. Oder u. Stettin, u. auf der Rheinfläche bei Strasburg u. von Mannheim bis Mainz.) Mai. Jun. DC. astrag. t. 14. A. epiglottis L. syst. nat. p. 199, excl. syn. A. arenarius Pall. astr. t. 34. Fl. dan. t. 614. Gmel. bad. 3. 216. A. danicus Retz. obs. 2. p. 41. A. Onobrychis Poll. pal. 2. p. 327. A. microphyllus Willd. sp. pl. 3. 1277. (Specimen fructiferum a Cl. Floerkio lectum, in specieb. plant. l. c. descriptum, in herbario Willdenowiano adhuc asservatur. Astragalus microphyllus Linnaei, planta sibirica, caule erecto, stipulis subulatis minimis, floribus horizontalibus et calycibus glabris absque dubio diversus est.) Flores violacei. G.

3. A. ONOBRYCHIS (L. sp. 1070.) *diffusus, pilosus, pilis accumbentibus*, stipulis superioribus concretis oppositifoliis, foliis 8-12 jugis, foliolis lanceolatis, foliorum infimorum ovatis emarginatis, *spicis capitatis oblongo-ovatis*, pedunculis folio longioribus, vexillo lineari-oblongo truncato alis triplo longiore, ovario sessili, *leguminibus erectis ovatis acuminatis in calyce sessilibus hirsutis.* ♃. In pratis et pascuis siccis, in alpes adscendens, (in der südl. Schweiz, Tyrol, Krain, Unteröstreich.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 70. Variat vexillo cum mucrone truncato et foliolis augustioribus, foliorum superiorum linearibus. Flores ex caeruleo purpurascentes.

4. A. ARENARIUS (L. sp. 1069.) diffusus, pilis adpressis incanus, stipulis superioribus concretis oppositifoliis, foliis 3-4 jugis, foliolis linearibus obtusis, racemis 4-8 floris, pedunculis folio paulo brevioribus, pedicellis bracteam superantibus, leguminibus lineari-oblongis cinereo-pilosis stipitatis, *stipite calycis tubum aequante.* ♃. In campis et pinetis arenosis, (von Böhmen u. Schlesien durch die Lausitz nach Thüringen, Brandenburg, Pommern u. das südli-

che Mecklenburg u. nach Preussen; vereinzelt bei Nürnberg.) Jun. Jul. St. h. 19. Flores carnei. G.

§. 2. Stipulae liberae.

5. A. AUSTRIACUS (L. sp. 1070.) diffusus, glaber, stipulis ovatis liberis, foliis 7-10 jugis, foliolis linearibus emarginatis, foliorum infimorum obovatis, *racemis* pedunculatis *folio longioribus laxis*, bracteis pedicello brevioribus, *alis bifidis*, *leguminibus pendulis* linearibus subtriquetris pubescentibus in calyce sessilibus. ♃. In collibus, campis, pratis, (Unteröstreich u. Böhmen.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 195. A. dichopterus Pall. astr. t. 39. Flores caerulescentes carina pallida, apice macula violacea. G.

6. A. SULCATUS (L. sp. 1065.) *erectus glaber*, stipulis e dilatata basi lanceolatis, foliis 7-10 jugis, foliolis lineari-lanceolatis, *racemis* pedunculatis *folio longioribus laxis*, bracteis pedicello longioribus, alis integris, leguminibus erectis linearibus subtriquetris in calyce breviter stipitatis glabriusculis. ♃. In locis herbidis humidis, ad lacus et paludes, (in Unteröstreich, Host.) Jun. Jul. Jacq. h. vind. 3. t. 40. Flores pallide violacei, lineis saturatioribus. G.

7. A. ARGENTEUS (Visiani.) *diffusus*, *albido-canus*, *pilis adpressis centro affixis*, caulibus simplicibus stipulis ovatis liberis, foliis 5-7 jugis, foliolis linearibus lanceolatisque, foliorum inferiorum saepe ovalibus, *racemis* pedunculatis folio longioribus *laxis*, bracteis pedicello brevissimo longioribus, pilis calycis adpressis, *leguminibus calyce duplo longioribus linearibus rectis* subtriquetris *incanis*. ♃. In apricis saxosis, (auf den Inseln Cherso, Osero u. Veglia.) Mai. A. Mülleri Steud. et Hochst.! A. virgatus Reichenb. fl. exc. p. 510. A. subulatus Koch bot. ztg. (Ex speciminibus florigeris fructu destitutis denominatus). Conformatione leguminum utique A. virgato simillimus, sed habitu valde diversus. Caules basi procumbentes, dein erecti, simplices, apice spica solitaria, modice multiflora, terminati, atque pili calycis et leguminum adpressi. In A. virgato caulis erectus, superne in ramos plurimos, elongatos, virgatos, maxime multifloros, divisus, et spicae ob pilos calycis et rachis albos patulos hirsutae; forte tamen nil nisi huius varietas? Demtis leguminibus similior est A. subulato et A. corniculato; ille vero differt pedicellis paulo longioribus, bracteam aequantibus vel ea longioribus, et leguminibus subarcuatis calyce triplo longioribus erectiusculis; hic floribus paucioribus subumbellatis, pedicellis paulo longioribus, calycis pilis patulis et leguminibus subarcuatis, calyce triplo longioribus, et, observante Biebersteinio, denique patentissimis differt. Flores caerulei. J.

8. A. VESICARIUS (L. sp. 1071.) *diffusus*, *canus*, *pilis adpressis centro affixis*, stipulis lanceolato-subulatis liberis, foliis 5-7 jugis, foliolis oblongis ellipticisve, spicis subcapitatis, pedunculis folio longioribus, *calycibus* hirsutis pube nigra adpressa et pilis albis patulis, *fructigeris inflatis*, *leguminibus oblongis calyce paulo longioribus hirsutis in calyce sessilibus*, semibilocularibus. ♃. In montibus siccis calcareis, (auf dem Berge Nanas im Innerkrain, auf dem Monte Spaccato u. am Karste bei Triest.) Mai. Jun. A. albi-

dus W. K. t. 40. A. glaucus MB. taur. cauc. 2. p. 186. A. dealbatus Pall. astr. t. 23. f. 1. Flores violacei. G.

— 9. A. SESAMEUS (L. sp. 1068.) diffusus, villosus, stipulis ex ovata basi lanceolatis, foliis 9-10 jugis, foliolis elliptico-oblongis, *capitulis axillaribus sessilibus, leguminibus stellato-capitatis* lanceolatis in dorso sulco exaratis. ⊙. In locis aridis, (im südl. Istrien, Biasoletto.) Mai. Jun. In culta planta capitula saepe breviter pedunculata. Flores caerulescentes. Rivin. t. 105. J.

Series II. *Ochroleuci.* Flores flavescentes vel flavi.

§. 1. Stipulae in unam oppositifoliam coalitae.

— 10. A. CICER (L. sp. 1067.) diffusus, pilosus, pilis accumbentibus, stipulis superioribus concretis oppositifoliis, foliis 8-12 jugis, foliolis oblongo-lanceolatis ovalibusque, spicis capitatis ovatis, pedunculis folio longioribus brevioribusque, vexillo ovato emarginato alis longiore, ovario brevissime stipitato, *stipite ovario sexies breviore, leguminibus erectis subrotundis inflatis in calyce subsessilibus hirsutis.* ♃. In pratis et pascuis montanis collibusque arenosis, (fast durch ganz D., aber stellenweise; in der südwestlichen Schweiz.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 251. St. h. 49. Flores ochroleuci. A. microphyllus Schübl. et Mart. fl. würtemb. p. 473, et reliq. auct. germanic. est eadem planta, et vix varietate sejungendus.

§. 2. Stipulae liberae.

— 11. A. HAMOSUS (L. sp. 1067.) procumbens, pubescens, pilis adpressis, foliis subduodecimjugis, foliolis cuneatis emarginatis supra glabris, *spicis* subsexfloris *laxis*, pedunculis folium aequantibus brevioribusque, *leguminibus teretibus patentibus in hamum curvatis* apice subulatis in dorso sulco exaratis, junioribus pubescentibus. ⊙. In locis herbidis, (Istrien, Biasoletto; Veglia, Noë.) Mai. Jun. Clus. hist. 2. 234. J.

— 12. A. GLYCYPHYLLOS (L. sp. 1067.) *procumbens, fere glaber*, stipulis ovalibus mucronatis acuminatisve, fol. 5-6 jugis, foliolis ovatis, pedunculis folio brevioribus, *spicis ovato-oblongis, leguminibus linearibus* subtriquetris *arcuatis glabris erectis denique conniventibus.* ♃. In sylvaticis et pratis montanis. Jun. Jul. Fl. dan. 1108. Flores ochroleuci.

— 13. A. DEPRESSUS (L. sp. 1073.) procumbens vel subacaulis, *stipulis ovatis membranaceis caule triplo latioribus longe ciliatis*, foliis 9-11 jugis, foliolis subrotundo-obovatis obtusissimis emarginatisve supra glabris subtus adpresse pubescentibus subincanis, pedunculis folio brevioribus, *leguminibus linearibus* subteretibus rectis *patenti-deflexis* adultis glabratis. ♃. In asperis et apricis, (in der südl. Schweiz auf den Alpen von Wallis u. Aelen.) Mai. Jun. Allion. ped. t. 19. f. 3. Flores ochroleuci, carina apice utrinque macula violacea. A. leucophaeus Smith., act. soc. linn. 1. p. 250, mihi tantum diversus videtur floribus denique pallide et sordide lilacinis. H.

— 14. A. ASPER (Jacq. misc. 2. p. 335., ic. rar. t. 152.) *erectus, strictus, pubescenti-scaber, pilis adpressis centro affixis*, stipulis lanceolatis, foliis 12-15 jugis, foliolis lanceolatis linearibusque,

spicis elongatis densis, *floribus erectis*, pedunculis folio multo longioribus, leguminibus oblongo-linearibus pubescentibus rachi adpressis. ♃. In pratis et locis herbidis, (Unteröstreich, Host.) Mai. Jun. A. chloranthus Pall. astrag. t. 25. Flores pallide flavi. G.

15. A. ALOPECUROIDES (L. sp. 1064.) erectus, villosus, stipulis ovatis acuminatis, foliis multijugis, foliolis ovato-lanceolatis, *spicis axillaribus sessilibus ovato-oblongis densissimis* folio brevioribus, dentibus calycis subulato-setaceis carinam aequantibus, leguminibus ovatis villosis calyce brevioribus. ♃. In alpibus helveticis rarissimus, (im Thale Cognes, einem Nebenthale des Aostathales, zu Savoyen gehörig?) H.

Sect. II. TRAGACANTHAE. Stipulae ad medium fere petiolo adnatae. Petioli persistentes, spinescentes.

16. A. ARISTATUS (L'Heritier stirp. 170.) villosus, *petiolis persistentibus apice spinosis* 6-10 jugis, foliolis oblongis mucronatis, pedunculis axillaribus folio multo brevioribus 5-8 floris, calycis dentibus setaceo-subulatis carinam aequantibus, leguminibus calyce brevioribus ovatis villosis unilocularibus. ♄. In alpibus helveticis australioribus non rarus, (im Cant. Waadt u. Wallis.) Mai. Jun. A. sempervirens Lam. enc. 1. 320. Phaca Tragacantha All. pedem. n. 1257. H.

Sect. III. PODOCHREATI. Stipulae ad medium fere petiolo adnatae. Petioli non spinosi, nec persistentes.

17. A. EXSCAPUS (L. mant. 275.) acaulis, villosissimus, stipulis petiolo adnatis, foliis 12-15 jugis, foliolis ovatis, *floribus ad radicem congestis*, pedunculo communi brevissimo, pedicellis calycis tubum subaequantibus, dentibus calycinis subulatis, corollis glabris, *leguminibus ovatis* acuminato-mucronatis *villosis*. ♃. In pratis et sylvis arenosis regionum humiliorum et subalpinarum, (in dem Cant. Wallis, Gaud.; bei Glurus in Tyrol, Sieber; am See von Czeiz in Mähren, Carl; im Mittelgebirge, bei Prag in Böhmen; bei Frankenhausen, Halle u. einigen andern Orten in Thüringen.) Mai. Jun.

18. A. MONSPESSULANUS (L. sp. 1072.) *subacaulis*, incano-pubescens vel subglaber, *stipulis petiolo adnatis*, foliis 12-20 jugis foliolis ovatis lanceolatisve, extimis minoribus, pedunculis folia superantibus, dentibus calycis linearibus, *leguminibus linearibus subteretibus arcuatis 12-20 ovulatis*, *adultis glabris*. ♃. In locis graminosis montanis tam siccis quam humidis, solo argillaceo, (bei Triest, in Istrien u. auf d. Inseln; in d. südl. Schweiz, bei Aelen, in Menge im untern Wallis u. a. mehreren Orten.) April. Mai. St. h. 49. A. Polygala Pall. astr. n. 115. t. 83. Flores saturate purpurei. Varietas in siccis nascens, magis cano-pubescens, est: *A. incanus* Wulf. in Jacq. collect. 1. p. 320, secundum specimen in collectione Froelichiana e manu ipsius auctoris; a qua Wulfeniana planta prorsus differt A. incurvus Desf., leguminibus multo brevioribus, subclavatis, 8 lineas longis, et superne duplo crassioribus, quam in A. monspessulano. Conf. pulchram iconem in fl. atl. t. 203.

Trib. II. *HEDYSAREAE.* DC. prodr. 2. p. 507. Legumen in loculos articulosve transversim divisum, et saepe in articulos dissiliens. Cotyledones planiusculae, per germinationem in folia stomatibus praedita conversae.

Subtrib. I. *Coronilleae.* DC. prodr. 2. p. 308. Flores umbellati. Legumina teretia aut compressa.

23. SCORPIÚRUS (L. gen. n. 886.) Cal. brevis, campanulatus, 5 dentatus, dentibus 2 superioribus ultra medium connatis subbilabiatus. Carina acuminato-rostrata. Stam. diadelpha, filamenta alterna apice in patellulam dilatata. Legumen elongatum circinato-revolutum longitudinaliter sulcatum, ex articulis constans 3-6, monospermis.

1. S. subvillosa (L. sp. 1050.) costis interioribus leguminis glabri laevibus, exterioribus 6-8 spinas rigidulas subconfertas apice subuncinatas gerentibus. ⊙. Ad vias et margines agrorum, (Istrien, Biasoletto! Veglia, Noé!) Mai. Jun. Schk. t. 208. J.

24. CORONÍLLA (L. gen. 883.) Cal. brevis, campanulatus, 5 dentatus, dentibus 2 superioribus ultra medium connatis subbilabiatus. Carina acuminato-rostrata. Stam. diadelpha, filamenta longiora superne dilatata. Legumen elongatum, rectum, vel arcuatum, teretiusculum vel tetragonum, vel subquadrialatum, ad genicula, (quandoque tenuiter annulata) contractum; articuli monospermi.

Sect. I. Emerus. Tournef. inst. t. 418. Petalorum ungues calyce triplo longiores; legumen aegre in articulos secedens, subteres, striatum.

1. C. Emerus (L. sp. 1146.) fruticosa, erecta, stipulis liberis lanceolatis, foliolis 7-9 obovatis, pedunculis subtrifloris, *unguibus petalorum calyce triplo longioribus*, leguminibus teretiusculis. ♄. In dumetis, collibus virgultis, et montanis, in subalpina usque adscendens, (in der Schweiz, im Oberelsafs, im Oberbadischen, durch Vorarlberg, Tyrol, bis Oestreich u. bis an das adriatische Meer.) Mai.-Jul.

Sect. II. Coronilla. Tournef. inst. t. 419. Petalorum ungues calyce subaequales. Legumen facile in articulos secedens, tetragonum vel quadrialatum.

* Flores flavi.

2. C. vaginalis (Lam. dict. 2. p. 121.) suffruticosa, prostrata, *stipulis ovatis in unam oppositifoliam connatis magnitudine foliorum*, foliis 3-4 jugis, foliolis obovatis, pari infimo a basi petioli remoto, umbellis 6-10 floris, pedicellis calycis tubum aequantibus, dentibus calycis inferioribus minimis obsoletis, leguminibus quadrialatis. ♃. In pascuis montanis et alpinis, (in d. Schweiz u. durch die ganze Alpenkette bis nach Oestreich, und von da durch Böhmen nach Thüringen.) Mai.-Jul. C. minima Jacq. a. t. 271., et plurim. auctor. St. h. 49. — Cum b. Gaudinio quatuor distinguo affines species, et quidem: 1. C. vaginalem, supra memoratam. 2. C. minimam L. mant. p. 444. DeC. fl. fr. 4. p. 608. 3. C. coronatam L. sp. ex descriptione, DeC. fl. fr. 4 p. 608. 4. C. montanam Jacq. en. pl. agr. vindob. 1760. 134. C. coronatam Jacq. austr. 1.

p. 59. t. 95. C. coronatam L. sp. e synonymis; haec ultima C. montana Scopolii, qui nomen primarium retinuerit, appellanda.

3. C. CORONATA (DeCand. fl. fr. 4. p. 608.) suffruticosa, diffusa, *stipulis minutis in unam oppositifoliam connatis*, folio tri-quadrijugis, foliolis oblongo-cuneatis, pari infimo basin petioli occupante, *umbellis 5-8 floris*, *pedicellis tubo calycis sesquilongioribus*, dentibus calycis inferioribus triangularibus quartam tubi partem aequantibus, leguminibus tetragonis. ♄. In Helvetiae collibus apricis rarissime, (bisher bloſs bei Varona im mittlern Wallis, Gaud.) C. coronata L. sp. 1047, exclus. synon. C. coronata Reichenb. icon. 1. f. 66. 67. C. minima Reichenb. fl. exc. p. 543, forma major. — *Coronilla minima* DeCand. fl. fr. 4. p. 608. Reichenb. fl. g. exsicc. n. 772., „suffruticosa diffusa, stipulis minutis in unam oppositifoliam connatis, foliis subquadrijugis, foliolis obovatis, pari infimo basin petioli occupante, umbellis 5-8 floris, pedicellis tubum calycis aequantibus, dentibus calycis inferioribus minimis obsoletis, leguminibus tetragonis" Galliam australiorem et Sabaudiam inhabitans, in ditione fl. nostrae nondum observata est. G.

4. C. MONTANA (Scop. carn. ed. 2. p. 72. t. 44.) herbacea, erecta, *stipulis minutis in unam oppositifoliam connatis*, foliis subquinquejugis, foliolis ovalibus obovatisque, pari infimo basin petioli occupante, *umbellis 15-20 floris*, *pedicellis tubo calycis triplo longioribus*, leguminibus compresso-tetragonis rectis. ♃. In montosis calcareis, (auf dem Jura u. dem Jurakalk d. Schweiz, u. von da mit diesem Gebirge durch die schwäbische Alp und bis Regensburg; sodann in Thüringen bei Halle, Jena; in der Gegend von Würzburg; ferner in Unteröstreich u. v. da durch Krain nach dem Littorale.) Jun. St. h. 49. C. coronata Jacq. austr. t. 95. Linn. spec. 1047, ex synonymis.

5. C. SCORPIOIDES, herbacea, stipulis minutis in unam oppositifoliam connatis, *foliis ternatis sessilibus*, *impari maximo*, leguminibus arcuatis tetragonis striatis. ⊙. In vineis, arvis et inter segetes, (im östreichischen Littorale; ziemlich häufig bei Triest, Tommasini.) Mai. Jun. Ornithopus scorpioides L. sp. 1049. Rivin. t. 95. Omnes characteres Coronillae exhibet. G.

** Flores purpurascentes vel albi.

6. C. CRETICA (L. sp. 1048.) herbacea, adscendens, *stipulis* lanceolatis *liberis*, foliis 6-8 jugis, foliolis oblongo-obovatis retusis, pedunculis folio brevioribus, *umbellis 3-6 floris*, *pedicellis calycem aequantibus*, leguminibus tetragonis. ⊙. In herbidis, ad vias, (Istrien, Biasoletto; Osero, Noé; Fiume, Müller.) Mai. Jun. Jacq. hort. vind. 1. t. 35. Flor. albidi, vexillo striis purpureis, carina atro-purpurea. C. parviflora Moench. non Willd. J.

7. C. VARIA (L. sp. 1038.) herbacea, procumbens, *stipulis* lanceolatis *liberis*, foliis subdecemjugis, foliolis oblongis obtusis, pedunculis folio longioribus, *umbellis subvigintifloris*, *pedicellis calycis tubo triplo longioribus*, leguminibus tetragonis. ♃. In collibus apricis, campis, pratis siccis, (im ganzen Gebiete stellenweise.) Jun. Jul. St. h. 49. Vexillum roseum, alae et carina albae, haec apice atropurpurea. Radix maxime repens.

25. ORNITHOPUS (L. gen. n. 884.) Cal. elongatus, tubulosus, 5 dentatus, dentibus 2 superioribus basi connatis. Carina rotundato-obtusa. Stam. diadelpha; filamenta alterna superne dilatata. Legumen elongatum, rectiusculum vel arcuatum, compressum, ad genicula utrinque contractum, articuli monospermi. (A Coronilla differt calyce longo, tubuloso, carina rotundata, et legumine compresso, nec tetragono. Ornithopus ebracteatus, leguminibus teretibus ad genicula non contractis, proprium genus, Arthrolobium, constituit; O. repandus generi Hippocrepidis, et quidem juxta H. glaucam, inserendus; O. durus mihi haud notus est.

1. O. PERPUSILLUS (L. sp. 1049) pedunculis folio longioribus, calycis dentibus ovatis tubo triplo brevioribus, rostro articulum leguminis aequante. ⊙. In campis arenosis, (von Basel durch die ganze Rheinfläche bis nach Westphalen, u. von da durch das ganze nördl. Deutschland bis Preufsen, Sachsen u. Schlesien; einzeln in Schwaben u. Bayern.) Mai. Jun. Schk. t. 206. Vexillum albidum roseo-striatum, alae dilute roseae vel albidae, carina flavescens. Ornithopus intermedius Roth. tent. fl. g. 1. p. 319. 2. 2. p. 215., ab ipso auctore! eadem planta est, solo fertiliore paulum aucta. — *O. sativus Broter.*, *O. roseus Dufour.* alia planta est, bonam speciem constituens, calycis dentibus subulatis tubum subaequantibus, rostro legumen dimidium aequante, et corolla triplo majore diversam.

26. HIPPOCRÉPIS (L. gen. n. 885.) Cal. brevis, campanulatus, quinquedentatus et, dentibus 2 superioribus ad medium connatis, subbilabiatus. Carina acuminato-rostrata. Stam. diadelpha; filamenta alterne apice dilatata. Legumen elongatum, compressum, articulatum, ad suturam superiorem sinuato-excisum lobatumque. Sem. circulariter curvata vel arcuata.

§. 1. Legumina sinuata, nempe articulis tantum curvis sinus late apertos efficientia.

1. H. COMOSA (L. sp. 1050.) caulibus herbaceis diffusis, *pedunculis* folio longioribus, apice *umbelliferis*, leguminibus subarcuatis, articulis curvatis scabris, geniculis impressis glabris. ♃. In apricis montosis et pratis siccis, praecipue solo calcareo; in alpes, etiam altissimas adscendens, (in der Schweiz u. durch die ganze Alpenkette gemein, auf d. Gebirgen des mittlern Deutschlands stellenweise.) Mai.-Jul. Jacq. a. t. 431. Flores flavi.

§. 2. Legumina orbiculariter excisa, nempe articulis sinus subrotundos auguste apertos efficientibus.

1. H. UNISILIQUOSA (L. sp. 1050.) *floribus* axillaribus *solitariis* brevissime pedicellatis, leguminibus in parte media articulorum muriculato-scabris. ⊙. In apricis lapidosis, (Istrien, Host.) Mai. Jun. Lam. illustr. t. 630. Flores flavi. J.

27. SECURÍGERA (DeC. fl. fr. 4. p. 609.) Cal. brevis, campanulatus, 5 dentatus et, dentibus 2 superioribus ultra medium connatis, subbilabiatus. Carina acuminato-rostrata. Stam. diadelpha; filamenta alterne apice dilatata. Legumen elongatum plano-com-

pressum, margine utroque prominulum, inter semina isthmis notatum, in articulos non secedens.

1. S. Coronilla (DC. l. c.) In agris, (Istrien, Biasol.; Fiume, Noé; Veglia, Müller.) Mai. Jun. Coronilla Securidaca L. sp. 1048. Securidaca lutea Mill. dict. n. 1. Securidaca legitima Gärtn. fruct. 2. t. 153. Flores 3-6, umbellati, flavi. J.

Subtrib. II. *Euhedysareae*. DC. prodr. 2. p. 313. Flores racemosi. Legumina compressa.

28. HEDÝSARUM (L. gen. n. 887, excl. spec.) Cal. 5 fidus, laciniis subaequalibus. Carina oblique truncata, alas superante. Stam. diadelpha; filamenta subulata. Legumen articulatum ad utramque suturam crenatum; articulis plurimis, compressis, monospermis, subrotundis.

1. H. obscurum (L. sp. 1057.) caule erecto, foliis 5-9 jugis, foliolis ovato-oblongis ellipticisve, stipulis in unam oppositifoliam bifidam concretis, bracteis pedicello longioribus, leguminibus pendulis. ♃. In pascuis alpium irriguis et ad latera torrentium, (durch d. ganze Alpenkette von d. Schweiz bis Oestreich; auf d. Sudeten.) Jul. Aug. H. alpinum Jacq. a. t. 168. St. h. 19. H. controversum Crantz. a. p. 425. Flor. speciosi, purpurei.

29. ONÓBRYCHIS (Tournef. inst. t. 211.) Cal. 5 fidus, laciniis subaequalibus. Carina oblique truncata, alas superante. Stam. diadelpha, filamenta subulata. Legumen uniarticulatum, compressum, indehiscens, monospermum, lacunoso-reticulatum, margine superiore seminifero crassiore recto, inferiore tenuiore curvato, dentato, spinoso, vel lobato.

1. O. sativa (Lam. fl. fr. 2. p. 652.) caule adscendente, alis calyce brevioribus, carina vexillum superante vel eo paulo breviore, leguminibus margine anteriore carinatis disco elevato-reticulatis, margine discoque spinoso-dentatis, *dentibus carina dimidio brevioribus*, areolis reticuli mediis maioribus. ♃. In collibus et pratis montosis, solo calcareo, (durch das mittlere u. südl. D. u. d. Schweiz.) Mai.-Jul. Jacq. a. t. 352. St. h. 19. O. viciaefolia Scop. carn. 2. p. 76. Hedysarum Onobrychis L. sp. 1059. Variat:

β. *montana*, caulibus magis diffusis, foliolis brevioribus latioribus: O. montana DC. fl. fr. 4. p. 611. In pratis alpinis, etiam in collibus calcareis planitiei Rheni. Notas, e longitudine vexilli et carinae desumptas, in varietate α et β valde inconstantes, et non raro in uno eodemque racemo variabiles inveni.

2. O. arenaria (DC. prod. 2. p. 345.) caule adscendente, alis calyce brevioribus, carina vexillum superante vel eo paulo breviore, leguminibus margine anteriore carinatis, disco elevato-reticulatis, margine discoque spinoso-dentatis, *dentibus marginalibus intermediis subulatis latitudinem carinae aequantibus*, areolis reticuli mediis maioribus. ♃. In montosis apricis calcareis, (im östr. Littorale, Triest, Biasoletto; in der südl. Schweiz.) O. supina Gaud. helv. 4. p. 570. O. carnea Schleich. cat. 1821. Hedysarum arenarium Kit. ap. Willd. en. suppl. 31. H. pallidum Schl. secundum

specimen ab ipso auctore. H. angustifolium Thom. exs. — An varietas O. sativae sit, in loco natali ulterius inquirendum est.

Ab Onobrychi arenaria differunt: 1. *O. gracilis* Besser! en. pl. volh. p. 74, leguminibus quadruplo minoribus, areola unica in medio reticuli maxima, et reliquis circa hanc quasi radiantibus. 2. *O. supina* DC. fl. fr. 5. p. 612., Hedysarum supinum Vill. delph. 3. 1. 394, caulibus prostratis, multo humilioribus, carina vexillo dimidio breviore, spinis leguminum omnibus subulatis, latitudinem carinae superantibus. 3. *O. saxatilis* DC. prodr. 2. p. 345. (Allionii? cuius icon saltem non optima dicenda,) Hedysarum saxatile Vill. delph. 3. p. 393., caule brevi, alis calyce longioribus, et leguminibus inermibus. — *O. petraea*, Desv., Hedysarum petraeum Bieberst. taur. cauc. 1. 180, alas calyce longiores quoque exhibet, sed planta erecta est et fructus spinosi sunt, ut in O. sativa.

Trib. III. *VICIEAE.* Bronn. diss. p. 133. DC. prodr. 2. 353. Legumen uniloculare vel septis transversis mollibus et e tela cellulosa laxa spumosa confectis divisum. Cotyledones crassae, farinosae, per germinationem immutatae sub terra remanentes. Folia, excepto Cicere, abrupte pinnata, petiolo communi in setulam vel cirrhum terminato; radicalia nulla, vel ad squamas reducta.

30. CÍCER (L. gen. n. 1189.) Cal. quinquefidus, laciniis acuminatis, 2-4 superioribus vexillo incumbentibus. Stam. diadelpha; filamenta apice dilatata. Stylus glaber. Legumen inflatum membranaceum, 1 loculare, bivalve, dispermum. Sem. angulato-corrugata acuminata.

1. C. ARIETINUM (L. sp. 1040.) fol. omnibus impari-pinnatis, foliolis ovalibus. ⊙. Colitur in provinciis australioribus ibidemque inter segetes occurrit. Jun. Jul. Dod. pempt. p. 525. f. 1. — C. physodes et sativum, quae Cl. Reichenb. distinguit, nondum vidi. Colitur.

31. VÍCIA (L. gen. n. 873.) Cal. 5 fidus aut 5 dentatus. Stam. diadelpha; filamenta subulata. Stylus filiformis, superne undique pilosus vel latere inferiore, suturae inferiori respondente, barbatus, et simul glaber pilosusve. Legumen bivalve, 1 loculare, di-polyspermum. Hilum seminis ovale vel lineare, ante maturitatem arillo conformi tectum. (Fol. impari-pinnata.)

Sect. I. ERVILIAE. Stylus superne undique aequaliter pilosus.

§ 1. Pedunculi elongati pauciflori.

1. V. HIRSUTA, *pedunculis 2-6 floris folium subaequantibus, foliis* superioribus cirrho terminatis *subsexjugis*, foliolis linearibus obtusis retusisve, stipulis lanceolatis inferioribus semihastatis, dentibus calycis tubum suum aequantibus, *leguminibus oblongis dispermis pubescentibus.* ⊙. In agris, hortis, ad ripas arenosas. Jun. Jul. Ervum hirsutum L. sp. 1039. St. h. 32. Flores albido-caerulescentes.

2. V. TETRASPERMA, *pedunculis unifloris muticis foliis subaequantibus*, foliis superioribus cirrho terminatis 3-4 jugis, foliolis linearibus obtusis, stipulis semihastatis, dentibus calycis tubo suo

brevioribus, *leguminibus linearibus tetraspermis glabris.* ⊙. In agris, locis cultis, campis arenosis. Jun.-Jul. Ervum tetraspermum L. sp. 1039. St. h. 32. Vicia gemella Crantz. a. 389. Vexillum lilacinum caeruleo-striatum, alae et carina albae, posterior macula violacea.

3. V. GRACILIS (Loiseleur! fl. gall. p. 460. f. 12.) *pedunculis uni-quadrifloris aristatis folio denique duplo longioribus*, foliis superioribus 3-4 jugis, foliolis linearibus acutis, stipulis semihastatis, dentibus calycis tubo suo brevioribus, *leguminibus linearibus hexaspermis glabris.* ⊙. In agris et locis cultis, (bisher blofs auf der Rheinfläche zwischen Speyer u. Mainz; sodann um Waltersdorf bei Weissensee in Thüringen, von Hornung entdeckt.) Jun. Jul. Ervum gracile DC. cat. hort. monsp. 109. E. tenuifolium Lagasc. nov. gen. p. 22. E. tenuissimum Pers. syn. 2. 309. E. longifolium Tenor. prodr. p. 59, ex auct. DC. Flores duplo fere maiores, quam in antecedente, hilum seminis autem duplo brevius et ovale. G.

4 V. MONANTHA, pedunculis unifloris folium subaequantibus, foliis subseptemjugis, foliolis linearibus obtusis retusisve, *stipulis diformibus, altera lineari integra sessili, altera semilunari setaceo-dentata petiolata*, dentibus calycis tubo suo longioribus, leguminibus lato-oblongis subtrispermis. ⊙. In agris et cultis, (am mittlern Rheine auf dem Meienfelde bei Andernach u. um Coblenz häufig, Wirtgen; ausserdem hin u. wieder, wo die Pflanze kultivirt wird.) Jun. Jul. V. articulata Willd. en. p. 764, (non V. monantha Willd. sp. 1109.) V. multifida Wallr. ann. bot. p. 85. Ervum monanthos L. sp. 1040. St. h. 32. Lathyrus monanthos Willd. sp. 1083. Flores triplo fere maiores, quam in antecedentibus, semina lenticulari-compressa magna. G.

5. V. ERVILIA (Willd. sp. 3. 1103.) pedunculis bifloris folio brevioribus, foliis subduodecimjugis mucrone terminatis, foliolis oblongis retusis, stipulis conformibus semihastatis dentatis, dentibus calycis subulatis tubo suo longioribus, *leguminibus lineari-oblongis sinuato-torosis submoniliformibus.* ⊙. In agris inter segetes, (Istrien, Biasoletto; bei Muhlheim am Oberrheine, Lang; in dem Glahnthale der Rheinpfalz bei Odenbach und Meisenheim! in der Schweiz, wo die Pflanze kultivirt wird.) Jun. Jul. Ervum Ervilia L. sp. 1040. St. h. 32. Flores albidi, vexillo violaceo-striato; sem. angulato-globosa.

§. 2. Pedunculi elongati, multiflori.

6. V. PISIFORMIS (L. sp. 1034.) racemis multifloris folio brevioribus, foliis subquinquejugis, *foliolis* ovatis obtusis venosis, *infimis cauli contiguis stipulas semisagittatas dentatas occultantibus, stylo a medio aequaliter villosulo.* ♃. In nemoribus et sylvaticis praecipue montanis; in subalpina adscendens. Mai. Jun. St. h. 31. Flores ochroleuci.

7. V. SYLVATICA (L. sp. 1035.) racemis multifloris folio longioribus, foliis suboctojugis, foliolis ovatis obtusis venosis, *stipulis* semilunaribus *inciso-multidentatis*, dentibus setaceo-cuspidatis, *stylo a medio aequaliter villosulo,* leguminibus lineari-oblongis. ♃. In

In sylvis montanis, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jul. Aug. St. h. 31. Wiggersia sylvatica Fl. wett. 3. p. 33. Flores albidi, vexillum venis caeruleis pulchre pictum. Hilum duas tertias partes seminis ambitus occupans.

8. V. CASSUBICA (L. sp. 1035.) racemis multifloris folio brevioribus, pedicellis calycis tubum aequantibus, foliis multijugis cirrho trifido convoluto terminatis, *foliolis* ovato-oblongis lanceolatisque obtusis *venosis*, *stipulis* semihastatis *integerrimis*, *stylo superne undique pubescente*, leguminibus subrhombeis, radice repente. ♃. In sylvis, praecipue montanis, (stellenweise durch d. g. Gebiet.) Jun. Jul. St. h. 31. V. multiflora Poll. pal. 2. p. 307. V. Gerardi Jacq. a. t. 229., non DeCand. V. militans Crantz. a. p. 388. t. 1. f. 2. Flores violacei. Hilum tertiam partem seminis cingens. Radix longe lateque repens, caulibus subsolitariis. — Vicia Gerardi DC. fl. fr. 4. p. 591, et V. galloprovincialis Poir. suppl. 5. p. 471. Gerard. fl. gallopr. p. 497. n. 5. t. 19, mihi ignotae sunt.

9. V. OROBUS (DC. fl. franc. 5. p. 577.) racemis multifloris folium denique superantibus, *foliis* multijugis *cirrho simplici mucroniformi terminatis*, foliolis ovato-oblongis lanceolatisque obtusis venosis, stipulis semihastatis basi subdentatis, *stylo superne undique pubescente*, leguminibus lineari-oblongis, radice multicipite. ♃. Rarissimam Germaniae plantam detexit Antonius Hoffmann., Würceburgensis, (am Fufse des Winterberges bei Orb im Spessart auf Wiesen u. neben Gebüsch.) Mai. Jun. V. cassubica Fl. dan. t. 98. V. cassubica β. Sering. in DC. prodr. 2. p. 356. Flores albi, vexillum venis violaceis amoene pictum, alae striola una alterave notatae, carina apice dilute violacea. Hilum fere longitudine seminis plerumque oblongi. Radix ramosa multiceps, stolonibus repentibus destituta. Vera Vicia! G.

Sect. II. VICIAE. Stylus in latere inferiore apicis barbatus, ceterum glaber, vel simul apice undique villosus.

§. 1. Pedunculi elongati multiflori, folio fulcrante longiores brevioresve.

10. V. DUMETORUM (L. sp. 1035.) racemis subsexfloris folium subaequantibus, foliis subquinquejugis, foliolis ovatis obtusis venosis, infimis a caule remotis, *stipulis* semilunaribus *inciso-multidentatis*, dentibus cuspidatis, *stylo barbato*. ♃. In nemoribus, praecipue montanis et subalpinis, (stellenweise im ganzen Gebiete, doch in einzelnen Provinzen selten.) Jul. Aug. St. h. 31. Flores rubroviolacei, venis saturatioribus.

11. V. CRACCA (L. sp. 1035.) racemis multifloris confertis folium aequantibus longioribusque, foliis subdecemjugis, *foliolis* oblongis lanceolatisque *nervoso-venosis* pubescentibus, stipulis semihastatis integerrimis, *lamina vexilli longitudine unguis*, calycis dentibus superioribus e lata basi subito subulatis brevissimis, leguminibus lineari-oblongis. ♃. In pratis dumetis, ad ripas. Jun.-Aug. St. h. 31. Variat foliolis latioribus, fere ovalibus obtusis, et angustis fere linearibus acutis; h. l. est: V. Kitaibeliana Reichenb. f. g. exsicc. n. 768, excl. syn. Kitaib. Variat praeterea:

α. vulgaris; pili caulis et foliorum adpressi; (longitudo dentis infimi calycis variat, nunc paulo longior, nunc brevior est:) V. CRACCA I. vulgaris Gaud. helv. 4. p. 505.

β. *Gerardi;* V. Cracca II. Gerardi Gaud. helv. 4. p. 506. Pili caulis et foliorum patentes, hinc planta villosa; foliola ovali-oblonga. (Pedunculi in meo specimine, in valle Orlich prope Tergestum a Cl. Biasolett. lecto, folia paulum superant, quales quoque in diagnosi Viciae Gerardi in DC. prod. 2. p. 357. describuntur. Cl. Poiret. ab hac distinguit Viciam, a b. Gerardo t. 19. delineatam, eamque sub nomine V. Galloprovincialis proponit: DC. prod. 2. p. 356. n. 13. — Varietati nostrae Viciae Craccae β. maxime affinis est V. polyphylla Desfontainii, in herbario illustr. viri asservata, observante cl. Gayo in litteris ad amicum Alex. Braun., differt vero pedunculis folio multo longioribus et lobis stipularum praelongis, inferiore fere longitudine superioris.

12. V. TENUIFOLIA (Roth. tent. fl. germ. 1. p. 309.) racemis multifloris confertis folio longioribus, foliis subdecemjugis, *foliolis* lanceolatis *nervoso-venosis* subtus patulo-pilosis, stipulis semihastatis integerrimis, *lamina vexilli ungue suo duplo longiore,* calycis dentibus superioribus e lata basi subito subulatis brevissimis, leguminibus lineari-oblongis. ♃. In pratis et pascuis sylvaticis, (stellenweise durch das ganze Gebiet.) Jun.-Aug. St. h. 31. (Vexillum in hac icone aut male depictum est, aut tota icon ad Viciae Craccae modificationes angustifolias referenda est.) V. tenuifolia unice differt a V. Cracca, vexillo elongato ungue suo duplo longiori; omnes reliqui characteres, ab auctoribus propositi, variabiles sunt, sed. et haec nota mihi non satis constans esse videtur.

13. V. VILLOSA (Roth. tent. fl. germ. 2. 2. p. 182.) racemis multifloris confertis longitudine folii longioribusque, pedicellis calycis tubo dimidio brevioribus, foliis suboctojugis, *foliolis* lanceolatis *nervoso-venosis* patenter pubescentibus villosisque, stipulis semihastatis integerrimis, *lamina vexilli ungue suo duplo breviori*, leguminibus elliptico-subrhombeis, hilo ambitu seminis octuplo breviore. ⊙. Inter segetes, (von Holstein durch d. ganze nördl. Deutschl. nach Preussen u. Schlesien, sodann bei Würzburg u. in Oestreich.) Mai.-Jul. St. h. 31. V. polyphylla Waldst. Kit. pl. r. h. t. 254., non Desfont. Flores saturatius dilutiusve violacei, alis albidis vel saltem pallidioribus. Variat:

β. *glabrescens*, caule subglabro, foliolis glabriusculis vel minus pillosis, pilis magis adpressis: V. polyphylla Koch in d. bot. ztg. 13. 1. p. 114, non Desfont. Haec praecipue in Franconia et Bavaria. H. l. est: V. tenuifolia Tenor. ex specimine ab auctore, et V. Cracca Bertolon. in herbario Alex. Braunii. — V. Pseudocracca Bertolon. amoen. ital. p. 90, in ditione fl. nostrae nondum observata, a varietate nostra β differt: pinnulis paucioribus 3-4 jugis; stipulis dimidio brevioribus et respectu longitudinis duplo latioribus; floribus maioribus, saepe 3-4 in racemo, primo erectis, dein horizontaliter patentibus, vel deflexis, laxis, lilacinis cum alis ochroleucis; leguminibus lineari-oblongis, dimidio angustioribus, hilo seminis paulo breviore. G.

14. V. ONOBRYCHIOIDES (L. sp. 1036.) racemis 6-12 floris folio longioribus, *floribus remotis horizontaliter patentibus*, pedicellis calycis tubo triplo brevioribus, foliis 6-8 jugis, foliolis lanceolatis linearibusque nervosis subtus pubescentibus, stipulis semihastatis

subdentatis, leguminibus lineari-oblongis, *hilo tertiam partem seminis cingente.* ♃ vel ⊙. Inter segetes, (im untern Wallis, Gaud.; in Istrien, Tommas.) Mai.-Jul. St. h. 31. Flores violacei, magnitudine florum V. angustifoliae. H.

§. 2. Pedunculi elongati uni, pauciflori.

15. V. BITHYNICA (L. sp. 1038.) *pedunculis axillaribus uni-bifloris folium dimidium aequantibus longioribusque, foliis* cirrho terminatis, superioribus *bijugis, foliolis ellipticis lanceolatisque utrinque acutis*, vexillo glabro, dentibus calycis lanceolato-subulatis subaequalibus porrectis tubum suum aequantibus, *leguminibus* lineari-oblongis *villosis.* ⊙. In graminosis, ad agrorum margines, (bei Triest, Kützing; bei Fiume, Noé.) Mai. Jun. Jacq. h. vind. 2. t. 147. St. h. 32. Lathyrus bithynicus Lam. dict. 2. p. 706. n. 10. L. turgidus Lam. l. c. n. 8. L. tumidus Willd. sp. 3. 1082. Flores purpurei. Est vera Vicia, nec Lathyrus. G.

§. 3. Pedunculi breviter racemosi, 4-6 flori, flore breviores vel eos vix superantes. Sem. oblonga, hilum in angustiore latere gerentia. Faba DC. fl. fr. 4. 598.

16. V. FABA (L. sp. 1039.) *racemis axillaribus 2-4 floris brevissimis, foliis mucrone terminatis*, superioribus bijugis, *foliolis* ellipticis *obtusis*, vexillo glabro, dentibus calycis inaequalibus, tribus inferioribus lanceolatis, duobus superioribus brevioribus conniventibus, leguminibus subteretibus coriaceis puberulis. ⊙. Coluntur ad usum oeconomicum plures varietates. Jun. Jul. St. h. 32. Flores albi, macula alarum nigra. Colit.

§. 4. Pedunculi uni-biflori, vel 4 6 flori et breviter racemosi, pedunculis racemisve flore brevioribus. Sem. globosa vel oblonga, hilum non in latere angustiore gerentia.

17. V. NARBONENSIS (L. sp. 1038.) racemis axillaribus 2-4 floris brevissimis, foliis superioribus bijugis, foliolis ovalibus obtusis subdentatis integerrimisque, vexillo glabro, dentibus calycis ovato-lanceolatis inaequalibus, superioribus dimidio-brevioribus, *leguminibus compressis, pilosis pilis basi bulbosis, margine muricato-ciliatis.* ⊙. In cultis, im östr. Littorale, bei Triest, Biasoletto! Fiume, Noé!) Mai. Jun. Dod. pempt. p. 516. — V. serratifolia, Jacq. a. app. t. 8., St. h. 32, intra fines fl. nostrae nondum lecta, differt: foliolis a medio ad apicem dentatis et leguminibus, margine excepto, glabris. G.

18. V. OROBOIDES (Wulf. in Jacq. collect. 4. p. 323.) *racemis tri-sexfloris brevissimis, foliis mucrone terminatis* bijugis, *foliolis* ovatis *acuminatis*, vexillo glabro, dentibus calycis lanceolato-subulatis patenti-recurvatis, leguminibus linearibus glabris. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (Steyermark, Krain u. Kärnthen.) Jun. Jul. St. h. 31. Orobus Clusii Spreng. syst. veg. 3. p. 259. O. vicioides DeC. prodr. 2. p. 377. Planta habitu quidem orobi, genuina tamen vicia est. Flores dilute flavi. G.

19. V. SEPIUM (L. sp. 1038.) *racemis axillaribus subquinquefloris brevissimis*, foliis cirrho terminatis subquinquejugis, foliolis ovalibus oblongisque obtusis, *vexillo glabro*, dentibus calycis e basi

latiore subulatis inaequalibus, superioribus duobus conniventibus, leguminibus lineari-oblongis glabris. ♃. In nemoribus, ad dumeta, sepes. Apr.-Jun. St. h. 31. Wiggersia sepium fl. wett. 3. 34. Flores dilute et paululum sordide violacei, vexillo venis saturatioribus. Variat:

α. *vulgaris*, foliolis ovatis, foliorum infimorum subrotundis.

β. *montana*, foliolis ovato-oblongis vel ovato-lanceolatis. V. montana v. Frölich. in litt.

20. V. PANNONICA (Jacq. fl. austr. t. 34.) *racemis axillaribus 2-4 floris brevissimis*, foliis 5-8 jugis, foliolis oblongis obovatisque obtusis vel retusis, *vexillo piloso*, dentibus calycis subulato-setaceis tubum subaequantibus, leguminibus oblongis hirsutis pilis simplicibus. ⊙. In agris, (Oestreich, Jacq.; Istrien, Biasoletto!) Mai.-Jul. St. h. 31. Flores albidi, vexillum in dorso fuscescens, antice fuscostriatum. Variat:

β. *purpurascens*, floribus purpurascentibus calyce minus villoso; in meis speciminibus calyx et corolla ejusdem longitudinis ut in var. α: V. purpurascens DC. hort. monsp. 155. V. striata Bieberst. taur. cauc. 2. p. 162. V. uncinata Reichenb. fl. g. excurs. p. 530, sed minime Vicioides uncinata Moench. meth. p. 136, quae „stipulis non notatis, floribus geminis subsessilibus erectis, calyce laevi, dentibus longitudine fere corollae, et leguminibus linearibus subvillosis" longe alia est. G.

21. V. HYBRIDA (L. sp. 1037.) *floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis*, foliis cirrho terminatis 5-7 jugis, foliolis oblongis obovatisque retusis, *vexillo piloso*, calycis dentibus subulatis inaequalibus porrectis, leguminibus elliptico-oblongis hirsutis, pilis simplicibus. ⊙. In cultis et herbidis, (Triest, Istrien, Fiume, südl. Schweiz, aber hier selten.) Mai. Jun. Flores ochroleuci. Variat foliolis brevibus obcordatis St. h. 32., et

β. foliolis oblongis, vix retusis.

22. V. LUTEA (L. sp. 1037.) *floribus axillaribus solitariis* geminisque breviter pedunculatis, fol. 5-8 jugis, foliolis linearibus oblongisque obtusis, *vexillo glabro*, dentibus calycis lanceolatis acuminatis inaequalibus, superioribus duobus dimidio brevioribus conniventibus, infimo tubo longiore, *leguminibus* elliptico-oblongis *hirsutis*, *pilis basi bulbosis*. ⊙. Inter segetes, (in der südl. Schweiz selten; auf der Rheinfläche bei Strasburg, zwischen Darmstadt u. Frankfurt, bei Fechheim u. Offenbach u. a. O. der Flora der Wetterau; am Unterrheine auf dem Meyenfelde bei Andernach, Wirtgen! im Gebiete der Fl. v. Spa, Lej.) Jun. Jul. St. h. 31. Wiggersia lutea Fl. wett. 3. p. 36. Flores dilute flavi. Varietatem pulcherrimam, vexillo alisque roseis, et illo quidem purpureo striato, e semine speciei primariae eduxi. Variat porro:

β. *hirta*, caule crassiore, erectiore et tota planta magis piloso-hispida, floribus quandoque, non semper, pallidioribus: V. hirta Balb. misc. alt. ex Pers. syn. 2. p. 308.

23. V. GRANDIFLORA (Scop. carn. 2. p. 65.) *floribus axillaribus solitariis* geminisque breviter pedunculatis, foliis 4-7 jugis, foliolis obovatis vel oblongo-linearibus retusis, *vexillo glabro alis duplo longiore*, *dentibus calycis* lanceolato-subulatis *tubo dimidio bre-*

vioribus subaequaliter porrectis, leguminibus lineari-oblongis puberulis glabrisve. ⊙. In agris et locis graminosis, (im östr. Littorale bei Triest, Istrien, Fiume!) Flores pallide flavi, vexillo in dorso basin versus livido. Hilum duas tertias partes totius seminis ambit, in V. lutea sextam tantum partem ambitus cingit. Variat:

α. *Scopoliana*, foliolis brevibus obcordatis Scop. t. 42. St. h. 32.

β. *Kitaibeliana*, foliolis, foliorum infimorum exceptis, oblongo-cuneiformibus: V. sordida WK. pl. rar. h. t. 133. St. h. 31.

γ. *Biebersteiniana*, foliolis foliorum superiorum linearibus: V. Biebersteinii Besser. en. pl. volhyn. p. 29. V. sordida M. Bieberst. t. c. 3. p. 472. In horto certissime annua, nec perennis. G.

24. V. SATIVA (L. sp. pl. 1037., var. α.) *floribus axillaribus subgeminis* breviter pedunculatis, foliis sub 7 jugis foliolis obovatis vel oblongo-obovatis omnibus emarginato-retusis, vexillo glabro, *dentibus calycis* lanceolato-subulatis *tubum suum subaequantibus porrectis, leguminibus erectis oblongis pubescentibus, seminibus globoso-subcompressis.* ⊙. In agris inter segetes. Mai Jun. V. sativa α obovata Ser. in DC. prodr. 1. 360. V. sativa St. h. 31. Planta plus minusve villosa. Vexillum caeruleum, alae purpureae. Legumina testaceo-fusca.

25. V. ANGUSTIFOLIA (Roth. tent. fl. g. 1. p. 310.) *floribus axillaribus subgeminis* breviter pedunculatis, foliis subquinquejugis, foliolis foliorum inferiorum obovatis emarginato-retusis, superioribus lanceolato-linearibus linearibusque obtusis truncatisve, vexillo glabro, *dentibus calycis* lanceolato-subulatis *tubum suum subaequantibus porrectis, leguminibus patentibus linearibus maturis glabris, seminibus globosis.* ⊙. In agris et arvis. Mai. Jun. Flores purpurei. Legumina matura atra. Folia 4-5 juga, in speciminibus luxuriantibus 6-7 jugis. Variat:

α. *segetalis*, foliolis foliorum superiorum lanceolato-linearibus. V. sativa β. Ser. in DC. prodr. 2. p. 361. V. segetalis Thuill. fl. par. ed. 2. p. 367. St. h. 32. V. angustifolia Forster. in trans. linn. soc. 16. p. 439. V. lughanensis Schleich. ex herb. Balb. DC. l. c.

β. *Bobartii*, foliolis foliorum superiorum linearibus. V. Bobartii Forster. l. c. V. angustifolia Smith. engl. bot. 3. 282. Roth. tent. 1. 310. St. h. 31. V. sativa δ. Ser. in DC. prodr. 2. 361. V. lughanensis Schl. ex herb. DC. Ludit seminibus testaceis, fusco-maculatis et atris.

26. V. CORDATA (Wulfen. ex Hopp. ap. Sturm. h. 32.) *floribus axillaribus subgeminis* breviter pedunculatis, foliis subseptemjugis, *foliolis* foliorum inferiorum obcordatis, superiorum lineari-cuneatis *bilobo-emarginatis, vexillo glabro, dentibus calycis lanceolato-subulatis porrectis*, leguminibus linearibus. ⊙. Inter segetes, (im Littorale u. Krain.) St. h. 32. Dignoscitur foliolis profunde emarginatis apice quasi bilobis; an varietas V. angustifoliae?

27. V. PEREGRINA (L. sp. 1038.) *floribus axillaribus solitariis* breviter pedunculatis, foliis 4-7 jugis, foliolis linearibus retusis, *vexillo glabro, dentibus calycis* lanceolatis acuminatis *subaequalibus, superioribus quatuor sursum curvatis*, leguminibus deflexis oblongis puberulis. ⊙. Inter segetes et in locis cultis, (Istrien, Biasol.! Fiume, Noe; Veglia, Fleischer.) Mai. Jun. Similis varie

tatibus maxime angustifoliis V. angustifoliae, sed dentibus calycis sursum curvatis statim dignoscitur. Hilum ovale, duplo brevius quam in illa. J.

28. V. LATHYROIDES (L. sp. 1037.) *floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliis mucrone terminatis* 2-3 jugis, foliolis obovatis retusis, dentibus calycis subulatis rectis subaequalibus, leguminibus linearibus glabris, seminibus cubicis granulato-scabris, ⊙. In pascuis, collibus tenui gramine tectis et pratis siccis, (stellenweise im ganzen Gebiete.) April. Mai. Flores minuti. St. h. 31.

32. ERVUM (L. gen. n. 874.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Stam. diadelpha, filamenta subulata. Stylus filiformis, latere superiore apicem versus longitudinaliter pilosus, latere inferiore glaber. Legumen uniloculare 1-polyspermum. Hilum seminis ut in Vicia. Fol. impari-pinnata*).

1. E. LENS (L. sp. 1039.) pedunculis 1-2 floris folium subaequantibus aristatis, *foliis* superioribus cirrho terminatis *subsexjugis*, *stipulis* lanceolatis *integerrimis*, calycibus corollam aequantibus, *leguminibus* subrhombeis dispermis *glabris*. ⊙. Colitur et occurrit hinc inde quasi sponte. Jun. Jul. St. h. 32. Cicer Lens Willd. sp. 3. p. 1114. Colit.

2. E. NIGRICANS (M. Bieberst. fl. taur. cauc. 2. p. 164.) pedunculis 1-2 floris folio longioribus aristatis, *foliis* mucrone terminatis, superioribus *trijugis*, *stipulis* semihastatis *denticulatis*, calycibus corollam aequantibus, *leguminibus* subrhombeis dispermis *glabris*. ⊙. In locis sterilibus, (Istrien, Müller! Monfalcone, Brignoli.) April. Mai. G.

3. E. LENTICULA (Schreber in Sturm's D. fl. heft 32.) pedunculis unifloris folio longioribus muticis, foliis mucrone terminatis, superioribus trijugis, stipulis semihastatis integerrimis, calycibus corolla brevioribus, *leguminibus* subrhombeis dispermis *pubescentibus*. ⊙. In locis lapidosis sterilibus, (in Kärnthen, Wulfen; Fiume, Noé.) St. h. 32. E. uniflorum Tenor. prod. suppl. 2. p. 68. Cicer erveides Brignol. pl. rar. foroj. p. 27. Flores caerulei. G.

33. PISUM (L. gen. n. 870.) Cal. 5 fidus. Stam. diadelpha; filamenta subulata. Stylus latere inferiore complicato-carinatus, superiore superne barbatus. Legumen uniloculare, polyspermum. Hilum seminis ut in Vicia. Fol. impari-pinnata.

1. P. ARVENSE (L. sp. 1027.) *stipulis ovato-semicordatis* basi dentatis, foliis bi-trijugis, foliolis ovatis crenulatis, pedunculis subbifloris, *seminibus angulato-impressis*. ⊙. Coluntur plures varietates, ut sequentis. Mai. Jul. Pisum arvense Schübl. et Mart. fl. v. Würtemb. p. 479. St. h. 4. *Vexillum dilute violaceum*, *alae purpureae*. Sem. cinereo-viridia, fusco-punctata. Colit.

---

*) Omnes apud auctores sub Ervi genere comprehensae species, mihi quidem notae, stylum sub stigmate pilosum gerunt; in solo Ervo hirsuto L. pili in apice styli perpauci quidem apparent, nec tamen deficiunt. Species stylo undique piloso, quibus etiam Ervum hirsutum adnumerandum est, nullo charactere a Viciis primae sectionis distingui possunt, qua de causa his conjunxi.

2. P. SATIVUM (L. sp. 1026.) *stipulis ovato-semicordatis* basi dentatis, foliis trijugis, foliolis ovatis integerrimis margine undulatis, pedunculis bi-multifloris, *seminibus globosis*. ⊙. Colitur. Mai. Jul. Schübl. et Mart. l. c. Flores *semper albi*. Sem. non impressa, concolora, dilute colorata. Colit.

3. P. MARITIMUM (L. sp. 1027.) *stipulis hastatis*, foliis quadrijugis, foliolis ellipticis integerrimis, pedunculis multifloris, caule angulato. ♃. In littore maris, (in Mecklenburg bei Warnemünde u. Rostock u. hin u. wieder an der Ostsee von Pommern u. Preussen; in Istrien.) Jun. Aug. Flor. purpurei, vexillo venis saturatioribus recto. Fl. dan. t. 338. G.

34. LÁTHYRUS (L. gen. n. 872.) Cal. quinquefidus aut quinquedentatus. Stam. diadelpha; filamenta subulata. Stylus linearis, vel sursum dilatatus, latere superiore planus, ibidemque sub stigmate recto vel recurvo deorsum pilosus. Legumen bivalve, uniloculare, di-polyspermum. Hilum seminis ut in Vicia. (Folia imparipinnata; petiolus communis foliorum superiorum, L. Nissolia excepto, in cirrhum simplicem vel ramosum desinens.

§. 1. Folia nulla, petiolus cirrhiformis aut foliiformis.

1. L. APHACA (L. sp. 1029.) pedunculis unifloris, *petiolis* filiformibus *aphyllis* cirrho terminatis, *stipulis maximis* ovatis basi auriculato sagittatis. ⊙. In agris planitierum, (stellenweise durch das mittlere u. südl. Deutschl. u. d. Schweiz.) Jun. Jul. Dod. pempt. 545. Flores flavi. Sem. laevia.

2. L. NISSOLIA (L. sp. 1029.) pedunculis uni-bifloris, *petiolis foliiformibus lanceolatis cirrho destitutis*, stipulis subulatis basi semihastatis. ⊙. In agris planitierum, (von der westlichen Schweiz durch d. Rheingebiet bis nach den Niederlanden stellenweise; sodann in Schlesien u. in Krain bei Görz.) Mai.-Jul. Dod. pempt. 529. f. 1. Flor. purpurei. Sem. tuberculato-scabra.

§. 2. Folia uni-bijuga. Pedunculi uni-biflori. Radix annua.

* Semina laevia.

3. L. INCONSPICUUS (L. sp. 1030.) *pedunculis unifloris* petiolo brevioribus basi articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, *ovario sericeo-villoso*, leguminibus elongatis linearibus 8-10 spermis turgidis puberulis striato-venosis, seminibus ovalibus utrinque truncato-obtusis laevibus. ⊙. In maritimis, (Istrien, Host.) Jun. Jul. Flores dimidio minores quam in sequente, et legumina, etiam adulta, pubescentia. Jacq. h. vind. 1. t. 86. L. parviflorus Roth. cat. 1. p. 88. J.

4. L. SPHAERICUS (Retz. obs. 3. p. 39.) *pedunculis unifloris* petiolo brevioribus basi articulatis aristatisque, foliis unijugis, *ovario glabro*, leguminibus elongatis linearibus 8-10 spermis turgidis glabris striato-venosis, venis prominulis, *seminibus globosis laevibus*. ⊙. In agris et locis graminosis, (im Wallis; bei Botzen im südl. Tyrol; Istrien.) Mai. Jun. Flores laete purpurei. DC. ic. pl. rar. gall. t. 32. L. coccineus All. ped. 1. p. 330, sed flores non sunt coccinei. L. axillaris Lam. dict. 2. p. 706.

5. L. Cicera (L. sp. 1030.) *pedunculis unifloris* folio brevioribus superne articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, *leguminibus* (maturis) oblongis compressis reticulato venosis glabris subtetraspermis, *margine superiore recto anguste bialato*, *seminibus angulatis laevibus*. ⊙. In agris et cultis, (in der Schweiz, in der Gegend des Genfersees; im Littorale bei Triest, sehr selten, Tommasini; Istrien, Biasoletto! Fiume, Noé.) April-Jun. Flores rubri. Sem. rubicunda, immaculata.

6. L. sativus (L. sp. 1030.) *pedunculis unifloris* folio brevioribus superne articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, *leguminibus* elliptico-oblongis plano-compressis reticulato-venosis glabris subtetraspermis, *margine superiore curvato bialato*, *seminibus angulatis laevibus*. ⊙. In agris inter segetes, (in d. südlichern Gegenden; auch hin u. wieder im Grofsen gebauet.) Mai. Jun. Variat corolla caerulea, rosea et alba. Calycis laciniae patentes, quae in L. Cicera erectae sunt. Sem. testacea, fusco-maculata.

** Semina tuberculato-scabra.

7. L. setifolius (L. sp. 1031.) *pedunculis unifloris* folio brevioribus superne articulatis minute bracteolatis, foliis unijugis, *leguminibus* oblongis plano-compressis reticulato-venosis glabris *bitrispermis*, *seminibus globosis tuberculato-scabris*. ⊙. In vineis, locis lapidosis, (Istrien, Biasol.! Fiume häufig, Noé.) April.-Jun. Flores purpurei. J.

8. L. annuus (L. sp. 1032.) *pedunculis uni-bifloris* folio brevioribus ad pedicellos bracteolatis, foliis unijugis, leguminibus lineari-oblongis compressis reticulato-venosis glabris *hexaspermis*, *seminibus globosis tuberculato-scabris*. ⊙. In locis cultis, (auf d. Insel Osero, Noé!) Mai. Jun. Flores flavi. Caulis alatus. J.

9. L. angulatus (L. sp. 1031.) *pedunculis unifloris* folio longioribus apice articulatis aristatisque, foliis unijugis, leguminibus anguste linearibus laevibus aveniis glabris subdecaspermis, *seminibus cubicis tuberculato-scabris*. ⊙. In vineis et inter segetes, (im östreichischen Littorale, um Triest u. Görz, Tommas.) Flores purpurei. G.

10. L. hirsutus (L. sp. 1032.) *pedunculis bifloris*, folio longioribus, foliis unijugis, *leguminibus* lineari-oblongis *hirsutis*, *pilis basi bulbosis*, seminibus globosis tuberculato-scabris. ⊙. Inter segetes, (auf einzeln sehr zerstreuten Standorten: in Schlesien; Thüringen; Franken; im Rheinthale bei Basel; im Oberelsafs gemein; in der Rheinpfalz bei Otterbach hinter Kaiserslautern; bei Würzburg; Frankfurt; Spa; in Istrien.) Jun. Jul. Rivin. t. 41. Flores caerulei.

§. 2. Folia uni-plurijuga. Pedunculi multiflori. Radix perennis.

* Caulis angulosus, apterus.

11. L. tuberosus (L. sp. 1033.) pedunculis multifloris folio longioribus, foliis unijugis, leguminibus lineari-oblongis glabris reticulato-venosis, seminibus obsolete tuberculatis, *calycis dentibus*

superioribus breviter triangularibus, caulibus angulosis apteris. ♃. In agris, solo calcareo et argillaceo. Jul. Aug. Riv. t. 42.

12. L. PRATENSIS (L. sp. 1033.) pedunculis multifloris folio longioribus, *floribus undique patentibus*, foliis unijugis, *stipulis sagittatis*, leguminibus lineari-oblongis oblique venosis, venis prominulis, seminibus globosis laevibus, *calycis dentibus ovario brevioribus, omnibus lanceolato-subulatis, caulibus angulosis apteris.* ♃. In pratis, ad sepes, ripas. Jun. Jul. Flores flavi. Scopolius in fl. carn. 2. p. 64, a suo Lathyro pratensi, qui absque dubio planta nostra et Linnaeana et ubique vulgatissima est, „folia villosula, flores racemosi," Scop. l. c., aliam affinem speciem cis alpes nondum lectam distinguit, „foliis glabris, floribus secundis, et calycis dentibus fere aequalibus, nec duobus supremis incurvis," bene convenientem cum L. Hallersteinii Heufelii, quam ob rem hunc recipio, licet specimen carniolicum nondum viderim. Stipulas Lathyri pratensis e ramo descripsit Scopolius; in caule semper duos hamos habent ut in sequente.

13. L. SEPIUM (Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 64.) pedunculis multifloris folio longioribus, *floribus secundis*, foliis unijugis, *stipulis hastatis* hamis fere rectangulis, leguminibus ....., *calycis dentibus omnibus lanceolato-subulatis, inferiore ovarium aequante, caulibus angulosis apteris*, (an Hecken bei Görz, Scopoli.) Mai. Jun. L. Hallersteinii Baumg. fl. trans. 2. p. 334. G.

** Caulis evidenter alatus.

14. L. SYLVESTRIS (L. sp. 1033.) pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis unijugis, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus rugulosis, *hilo dimidium semen cingente, caulibus petiolisque lato-alatis.* ♃. In sylvaticis et dumetis montanis. Jul. Aug. Vexillum dorso virens, dilute in carneum vergens, interne basi purpureum, ceterum carneum venis suturatioribus, alae antice et carina apice purpureae. L. latifolius et heterophyllus flor. suec. sunt, observante cl. Friesio, varietates huius speciei.

15. L. LATIFOLIUS (L. sp. 1033.) pedunculis multifloris folio longioribus, *foliis unijugis*, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus tuberculato-rugosis, *hilo vix tertiam seminis partem cingente, caulibus petiolisque lato-alatis.* ♃. In dumetis et sepibus, (wird in vielen Floren angeführt, ich selbst habe ihn noch nicht wild beobachtet.) Jul. Aug. Flores maiores, quam in praecedente, pulchre rosei. — L. ensifolius Badarr., Monspelii lectum possideo, L. latifolio respectu florum proximus, differt foliis linearibus angustissimis.

16. L. HETEROPHYLLUS (L. sp. 1034.) pedunculis multifloris folio longioribus, *foliis superioribus bi-trijugis*, leguminibus oblongo-linearibus glabris, seminibus tuberculato-scabris *hilo vix tertiam seminis partem cingente, caulibus petiolisque lato-alatis.* ♃. In dumetis et sylvaticis, (hin u. wieder von Westphalen u. Holstein an durch Pommern nach Preussen u. durch Niedersachsen nach Thüringen, Sachsen, dem Baireuthischen, Schlesien u. Böhmen; auf den höhern Bergen u. d. Alpen der Schweiz nicht selten.) Jul. Aug. L. intermedius Wallr. sched. p. 386, ob „foliola bijuga."

17. L. PALUSTRIS (L. sp. 1034.) pedunculis multifloris folio longioribus, *foliis bi-trijugis*, auricula stipularum lanceolata acuminata, leguminibus lineari-oblongis rectis glabris, seminibus . . . ., *caulibus alatis*, *petiolis apteris* anguste marginatis. ♃. In pratis paludosis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. Flores caerulei. — L. incurvus, a Cl. Hochstetter. in Moravia lectus, ex recentioribus observationibus inventoris, varietatibus L. palustris adnumerandus est, quod etiam specimen benevole communicatum confirmat.

35. ÓROBUS (L. gen. n. 871.) Cal. 5 fidus, vel 5 dentatus. Stam. diadelpha; filamenta subulata. Stylus linearis, vel sursum dilatatus, latere superiore planus, ibidemque sub stigmate recto vel recurvo deorsum pilosus. Legumen bivalve, uniloculare, polyspermum. Hilum seminis ut in Vicia. Folia impari-pinnata; petiolus communis mucrone herbaceo terminatus. (Praeter defectum cirrhorum genus Orobi a Lathyro non differt.)

1. O. VERNUS (L. sp. 1028.) caule angulato, fol. bi-trijugis, *foliolis oblongo-ovatis ovatisque longe acuminatis ciliatis subtus nitidis*, pedunculis axillaribus rectis subquadrifloris folium subaequantibus, *leguminibus glabris*. ♃. In sylvis planitierum et montium; in alpes adscendens. April. Mai. Flores purpurei, mox azureo-micantes, denique e caeruleo virentes. Sem. laevia; hilum tertiam seminis partem cingit. St. h. 7.

2. O. VARIEGATUS (Tenor. prodr. suppl. 1. p. 62.) caule angulato, fol. bi-trijugis, *foliolis lato-ovatis, acuminatis basi oblique rotundatis ciliatis subtus nitidis*, pedunculis axillaribus incurvis multifloris folium subaequantibus, *leguminibus junioribus subtiliter glanduloso-scabris*. ♃. In sylvis montanis, (bei Triest, Biasol.! Görz, Scop.; Krain, Hladnik! bei Botzen am Wege nach Surethal, Sieber.) Apr. Mai. — O. multiflorus Sieb. bot. ztg. 1821. 97. O. rigidus Lang.! O. vernus b. latifolius Roch. bann. f. 36. O. pyrenaicus Scop. carn. 2. p. 60, non L. O. venetus Reichenb. fl. exc. p. 536. Venetiis non crescit, sed ex hac urbe Clusio semina missa fuerunt. — Flor. dimidio minores, quam in O. verno, alae et carina roseae substriatae, vexillum purpureum lineis saturatioribus dense pictum. G.

3. O. TUBEROSUS (L. sp. 1028.) *caule alato*, fol. bi-trijugis, foliolis lanceolato-oblongis linearibusve subtus glaucis opacis, stylo lineari, rhizomate repente ad articulos tuberoso. ♃. In sylvis planitierum et montium humiliorum. Apr. Mai. — St. h. 21. O. prostratus Host. fl. a. 2. 322. Occurrit: foliolis oblongis, semunciam latis, et lanceolatis, et

β. *tenuifolius*, foliolis linearibus et lineari-angustissimis dimidiam lineam tantum latis: O. linifolius Reichard. herbar. ex. fl. wett. 3. 25. O. tenuifolius Roth. tent. 3. 171. O. gracilis Gaud. helv. 4. p. 500. O. setiformis Schleich. exs. Ex semine huius varietatis planta vulgaris mihi enata est.

4. O. ALBUS (L. fil. suppl. 327.) *caule angulato* simplici superne anguste alato, foliis bi-trijugis, *foliolis lineari-lanceolatis linearibusque* glabris, stipulis basin foliolorum inferiorum attingen-

tibus brevioribusque, *stylo lineari*, *radice fasciculata*, *fibris clavatis*. ♃. In pratis montanis et locis asperis, (von Böhmen durch Mähren u. Oestreich bis nach Triest u. Fiume; sodann am südl. Abhange des Hirschauer u. Wurmlinger Berges im Würtembergischen.) O. pannonicus Kramer. elench. 213. Jacq. a. t. 39. O. austriacus Crantz. a. 374. O. asphodeloides Gouan. illustr. 48. Flores albi, vexillum in dorso saepe colore roseo superfusum. Legumen reticulato-venosum, venis obliquis. Sem. perfecte matura ovalia, maculata. — O. lacteus M. Bieberst. taur. cauc. 2. 152, est O. albi varietas, Besser. in litt.; caule scilicet subramoso et foliis superioribus tri-quadrijugis. G.

5. O. VERSICOLOR (Gmel. syst. nat. 2. p. 1108.) *caule angulato* ramoso, superne anguste alato, foliis bi-trijugis, *foliolis lineari-lanceolatis linearibusque* glabris, stipulis basin foliolorum inferiorum attingentibus brevioribusque, *stylo lanceolato*, *radice fasciculata*, *fibris clavatis*. ♃. In locis lapidosis, (bei Triest, Kutzing!) April. Mai. O. varius Soland. in Sims. bot. magaz. t. 675. Vexillum roseum, alae et carina flavae. — Huic et antecedenti valde similes sunt 1. O. alpestris W. et Kit. pl. r. hung. p. 133. t. 126, et 2. O. canescens L. fil. suppl. p. 327., O. filiformis Lam. fl. fr. 2. p. 568. Cum O. albo convenit O. alpestris caule, foliis, magnitudine florum et stylo lineari; distinguitur vero floribus purpureis, radice non filipendula, (radix enim formatur rhizomate brevi, fibris longis filiformibus terrae infixo,) et, ex descriptione Kitaibelii, leguminibus oblique striatis et seminibus subrotundis, unicoloribus; ab O. tuberoso, cui O. alpestris respectu florum valde similis, hic differt, caule non alato; ab O. versicolore radice non filipendula, colore florum et stylo lineari. (Legumen et semina O. alpestris nondum vidi. — Ab omnibus his recedit O. canescens, cuius specimen germanicum adhuc non vidi, petiolo communi ita abbreviato, ut stipulae saepe basin foliorum supremorum attingant, et stylo apice in figuram rhombeam dilatato. O. canescentis varietas floribus sulphureis est: O. pallescens M. Bieb. t. c. 2. p. 153. G.

7. O. LUTEUS (L. sp. 1028.) *caule angulato-subsimplici*, foliis subquadrijugis, *foliolis ellipticis acutiusculis subtus glaucis opacis*, stylo lineari apice barbato, *rhizomate horizontali*, fibris filiformibus, hornotinis simplicibus, senioribus fibrillosis, hilo quartam seminis partem cingente. ♃. In sylvis montanis editioribus inque alpibus, (von der Schweiz durch Tyrol und Salzburg nach Krain.) Mai. Jun. O. montanus Scop. carn. 2. p. 60. O. laevigatus W. K. pl. r. hung. t. 243. (Ab O. luteo nulla nota essentiali differt.) Flores ochroleuci, siccati fulvi.

2. O. NIGER (L. sp. 1028.) *caule angulato ramoso*, fol. subsexjugis, *foliolis ovato-oblongis obtusis subtus glaucis opacis*, *stylo lineari a medio ad apicem barbato*, radice ramosa. ♃. In sylvis planitierum et montium humiliorum. Jun. Jul. Flores purpurei, vexillo venis saturatioribus. — Quae hucusque vidi specimina O. tristis Lang., ab O. nigro diversa non fuerunt.

Trib. IV. *PHASEOLEAE*. Bronn. diss. p. 133. DC. prodr. 2. 381. Legumen uniloculare, vel septis laxe cellulosis inter semina

transversim divisum. Cotyledones crassae, per germinationem immutatae, vel in folia crassa conversae. Folia primordialia opposita.

36. PHASEOLUS (L. gen. n. 866.) Cal. bilabiatus, labio superiore 2, inferiore 3 dentato. Stylus superne barbatus, cum staminibus et carina spiraliter contortus. Ovarium basi vaginula cinctum. Legumen bivalve, isthmis laxe cellulosis subseptatum. Arillus linearis hilum tegens.

2. P. MULTIFLORUS (Willd. spec. 3. 1030.) foliolis ovatis acuminatis, *racemis* pedunculatis *folio longioribus*, pedicellis geminis, leguminibus pendulis subfalcatis. ⊙. Colitur varietas floribus puniceis: Ph. vulgaris β. coccineus L. sp. 1016. Ph. coccineus Lam. dict. 3. 70; et floribus albis. Jul. Aug. Colit.

2. P. VULGARIS (L. sp. 1016.) foliolis ovatis acuminatis, *racemis* pedunculatis *folio brevioribus*, pedicellis geminis, leguminibus pendulis rectiusculis. ⊙. Coluntur multae varietates: caule volubili elato, P. vulgaris α. Linn. l. c.; et caule humili, vix volubili, P. nanus L. sp. 1017. Colit.

Ord. XXXII. CAESALPINIEAE. R. Brown gen. rem. p. 19. DC. prodr. 2. 473.

Cal. 5 dentatus vel bilabiatus, *deciduus vel marcescens*. *Cor. irregularis*, papilionacea vel subrosacea, imo calyci inserta, 5 petala. Pet. libera, perigyna. Stam. inaequalia, cum petalis inserta, libera, (in exoticis etiam coalita.) *Ovarium* liberum, *placenta unilaterali*. Sem. exalbuminosa. *Embryo rectus*. Folia alterna, stipulata.

1. CERCIS (L. gen. n. 510.) Cal. 5 dentatus, inferne gibbus. Cor. 5 petala, papilionacea. Stam. 10, libera, inaequalia, declinata. Legumen 1 loculare, compressum, polyspermum.

1. C. SILIQUASTRUM (L. sp. 1. 534.) foliis obtusissimis glaberrimis. ♄. In locis lapidosis, (im südl. Tyrol, Host.) April. Mai. D. fl. 3. 84. Flores rosei. Schk. t. 112. G.

Ord. XXXIII. AMYGDALEAE. Juss. gen. 340, exclus. gen. Drupaceae DC. fl. fr. 4. p. 479.

Cal. 5 dentatus, intus lamina subcarnosa nectarifera obductus. Pet. 5. *Stam. 20, libera, cum petalis calycis margini inserta*, aestivatione incurvata. *Ovarium liberum, uniloculare, biovulatum*, ovulis pendulis. Styl. 1; stigma simplex. Drupa seminibus 1, 2. Embryo rectus, exalbuminosus, endopleura tumida inclusus, radicula ad hilum versa. Frutices et arbores, *foliis* alternis, *stipulatis*.

1. AMYGDALUS (L. gen. n. 619.) Drupa exsucca, muturitate irregulariter rumpens.

1. A. COMMUNIS (L. sp. 676.) foliis lanceolatis glanduloso-serratis, *petiolo* superne glanduloso, *longitudine diametrum transversalem folii aequante vel superante*, calycis tubo campanulato, putamine foraminulis pertuso. ♄. Colitur in regionibus calidioribus. Febr.-April. Flores pallide rosei vel albi. Lam. illustr. t. 430. 2. D. fl. 3. p. 402. Colit.

2. A. NANA (L. sp. 677.) *foliis* lanceolatis *in petiolum brevem attenuatis* eglandulose serratis basi integerrimis glaberrimis, calycis tubo cylindrico, putamine sublaevi foraminulis destituto. ♄. In rupestribus, (bei Wien, Sauter; an der Donau hinauf bis gegen Baiern, Zuccarini.) April. Schk. t. 131. D. fl. 3. p. 403. G.

2. PERSICA (Tournef. inst. t. 400.) Drupa succosa, indehiscens. Putamen sulcis irregulariter exaratum, et foraminulis pertusum.

1. P. VULGARIS (Mill. dict. ed. germ. 3. p. 465.) ♄. Colitur in regionibus calidioribus fl. nostrae. Mart. April. Amygdalus Persica L. sp. 676. D. fl. 3. p. 404. Foliis acute et saepe duplicato-serratis, et *petiolo brevi, dimidium diametrum transversalem folii non aequante*, eo etiam tempore, quo flores et fructus non fert, ab Amygdalo communi distinguitur. Variat fructibus tomentosis: P. vulgaris DC. prodr. 2. 531, et

β. laevis, fructibus glabris. P. laevis DC. l. c. — Ceterum dispositio florum et gemmarum Persicae exacte ut in Amygdalo, quod in M. et K. Deutschl. flora corrigendum. Colit.

3. PRUNUS (L. gen. n. 620.) Drupa succosa, indehiscens. Putamen laeve vel sulcatum, foraminulis destitutum. (Genera: Armeniaca et Cerasus, nullis certis limitibus circumscripta, non admisi; Cerasus Padus putamen rugosissimum habet.) Flores albi.

Sect. I. ARMENIACA. TOURNEF. Drupa velutina. Flores solitarii vel gemini, laterales, ante folia e gemmis propriis evoluti. Folia juniora convolutiva.

1. P. ARMENIACA (L. sp. 679.) *floribus* lateralibus *solitariis geminisque* breviter pedicellatis, *pedicellis inclusis*, *foliis* ovatis *subcordatis* acuminatis duplicato-serratis glabris, petiolo glanduloso. ♄. Mart. April. Colit.

Sect. II. PRUNI GENUINAE. Drupa glabra, pruina caesia vel albida, facile detergenda, afflata. Flores solitarii vel gemini, laterales, ante folia e gemmis propriis evoluti. Folia juniora convolutiva.

2. P. SPINOSA (L. sp. 681.) *gemmis floriferis unifloris* solitariis geminis ternisve, *pedunculis glabris*, ramulis pubescentibus, foliis ellipticis vel lato-lanceolatis, *fructibus* globosis *erectis*. ♄. In collibus apricis, dumetis, locis sylvaticis. April. Mai. St. h. 9. Occurrit raro floribus coaetaneis: P. spinosa *β.* coaetanea Wimm. et Grab. fl. siles. 2. 1. p. 10. P. fruticans Weihe bot. ztg. 9. 2. p. 748.

3. P. INSITITIA (L. sp. 680.) *gemmis floriferis subbifloris*, *pedunculis pubescentibus*, *ramulis velutinis*, foliis ellipticis, fructibus globosis nutantibus. ♄. In sepibus, pomariis. April. Mai. Germanis: Haferschlehen, Spilling. Flores nivei, petala subrotunda. Fructus atroviolacei; variant rubicundi, flavi et virides. Varietates

prunorum cultas, fructibus globosis vel subrotundis praeditas, ex hac specie ortas esse, vix est, quod dubitemus. Colit.

4. P. DOMESTICA (L. sp. 680.) *gemmis floriferis subbifloris, pedunculis pubescentibus, ramulis glabris*, foliis ellipticis, fructibus oblongis. ♄. Colitur et occurrit hinc inde quasi spontanea. April. Mai, serius antecedente. Germ. Zwetschen. Petala oblongo-ovata, alba, in colorem virentem vergentia. Haec species est mater prunorum oblongorum, et in hortis variat, ut antecedens, eodem colore fructus. Plures varietates cultas hybridas esse proles inter utrasque, facile observabis. Linnaeus nonnullas varietates antecedentis speciei cum hac non recte conjunxit. Colit.

5. P. CERASIFERA (Ehrh. beitr. 4. p. 17.) *gemmis floriferis unifloris, pedunculis* ramulisque *glabris*, foliis ellipticis, *fructibus* globosis *pendulis*. ♄. Colitur sub nomine Kirschpflaume. April. Mai. Fructus rubri, succulenti. Colit.

Sect. III. CERASI. Drupa glabra, pruina destituta. Flores e gemma gemini, vel umbellati, cum foliis evoluti, vel paulo praecociores; umbellae congestae vel sparsae. Folia juniora conduplicata.

6. P. AVIUM (L. sp. 680.) *umbellis aggregatis* sparsisque *sessilibus*, squamis gemmarum floriferarum aphyllis, *foliis* ellipticis acuminatis *subrugosis subtus pubescentibus*, petiolo biglanduloso, radice non stolonifera. ♄. In sylvis montanis et subalpinis. April. Mai. Germanis Süfskirsche. Cerasus dulcis Fl. wett. 2. p. 181. Rami arboris iunioris verticillati, adscendentes. Fructus plantae sylvestris rubri. Germ. Wilde Süfskirsche, Gallis Merise. Culta variat fructibus minoribus nigris: P. nigricans Ehrh.; et albido rubroque variegatis: P. varia Ehrh.; et

β. *juliana*, fructibus maioribus cordiformibus nigris, rubris et flavescentibus, carne molli non acida. Cerasus Juliana DC. prodr. 2. 536. Molkenkirschen Germanis, Guigne Gallis.

γ. *duracina*, fructibus maioribus cordiformibus, carne duriuscula, fragili. Cerasus Duracina DC. prodr. 2. 535. Krach- oder Knorpelkirschen Germanis, Bigarreau Gallis.

7. P. CERASUS (L. sp. 679, exclus. plurib. varietat.) *umbellis* aggregatis sparsisque *sessilibus*, squamis gemmarum floriferarum interioribus foliiferis, *foliis planis glabris nitidis* subcoriaceis ellipticis, *omnibus acuminatis*, petiolo eglanduloso, radice stolonifera. ♄. Ex Oriente allata, nunc ubique colitur et, spontanea facta, occurrit in sepibus et pomariis. April. Mai. Germanis Sauerkirschen, Weichsel. Cerasus acida Fl. wett. 2. 185. C. Caproniana DC. prodr. 2. p. 536. Fructus dilutius et saturatius rubri et atropurpurei. Variat:

α. *acida*, pedunculo breviore, succo hyalino. Prunus acida Ehrh. beitr. 7. p. 139. Glaskirschen Germanis, Gobet Gallis.

β. *austera*, pedunculo longiore, succo colorato. Prunus austera Ehrh. beitr. 7. p. 129. Morellen Germanis, Griotte Gallis.

Planta sylvestris efficit arborem humilem, ramis pendulis; varietates autem coluntur trunco altiore, ramis iunioribus verticillatis, adscendentibus, denique patulis, et fructibus grato-acidulis, quae

hybridae ex hac et praecedente specie esse videntur; huc pertinet:

γ. aproniana, Schübl. et Mart. fl. würtemb. p. 313. C. caproniana *α.* montmorencyana DC. prodr. 2. 536. Süfse Weichsel Germanis. — Varietas Pruni acidae Ehrh. est:

δ. semperflorens, axi umbellae elongato, basi foliis, superne floribus instructo, per totam aestatem flores fructusque proferens: P. semperflorens Ehrh. beitr. p. 132. P. serotina Roth. cat. 1. p. 85, non Willd.

8. P. Chamaecerasus (Jacq. collect. 1. p. 133. ic. rar. t. 90.) *umbellis* solitariis *sessilibus*, squamis gemmarum floriferarum interioribus foliiferis, foliis *planis glabris nitidis* subcoriaceis, superioribus oblongis lanceolatisve acuminatis, *gemmarum lateralium* obovatis *rotundato-obtusis*, petiolo eglanduloso, radice stolonifera. ♄. In montium declivibus, ad aggeres, vias, (in Unteröstreich am Kahlenberge u. Leopoldsberge bei Wien; in Böhmen!; um Halle; in der Rheinpfalz zwischen Oppenheim u. Mainz!) April. Mai. Fruticulus plerumque sesquipedalis, saepe spithameus tantum, et nihilo tamen minus umbellis florum ubique tectus. Floribus triplo minoribus quam in P. Ceraso, dignoscitur praeter characteres memoratos. G.

Sect. IV. Padi. Drupa glabra absque pruina. Flores racemosi, foliis evolutis demum explicati.

9. P. Padus (L. sp. 677.) *racemis pendulis*, foliis deciduis ellipticis subduplicato-serratis subrugosis, petiolo biglanduloso. ♄. In nemoribus humidis, ad ripas, inque dumetis; in subalpina adscendens. Mai. D. fl. 3. 406. Cerasus Padus DC. prodr. 2. p. 538. Drupa nigra, raro albido-viridis vel rubra, acerbissima.

10. P. Mahaleb (L. sp. 678.) *corymbis pedunculatis convexis* simplicibus, foliis deciduis subrotundo-ovatis subcordatis obtuse serratis. ♄. In sylvis locisque montosis petrosis, in subalpina adscendens, (in d. südl. Schweiz u. durch Südtyrol u. Krain nach d. Littorale; bei Wien aus Ungarn herauftretend; im Rheingebiete von Basel durch Oberbaden u. durch Elsass bis in das Nahe- u. Moselgebirg, wo die Pflanze häufig vorkommt.) Mai. Jun.

Ord. XXXIV. ROSACEAE. Juss. gen. 334. DC. prodr. 2. p. 525. excl. Amygdaleis, Pomaceis et Sanguisorbeis.

Cal. 4-5 fidus, laciniis saepe duplicatis, exterioribus alternantibus. *Cor. regularis, 4-5 petala. Stam. 20, plura, libera, cum petalis calyci inserta*, aestivatione incurvata. *Ovaria plurima, libera*, unilocularia, stylo laterali. Sem. exalbuminosa. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Folia alterna, stipulata.

Trib. I. *SPIRAEACEAE.* DC. prodr. 2. p. 541. Carpella plurima, 2-4 ovulata, matura capsularia, introrsum dehiscentia.

1. SPIRÁEA (L. gen. n. 630.) Cal. 5 fidus. Pet. 5. Carpella, unicum, plura, capsularia, 2-4 sperma.

Sect. I. Chamaedryon. Ser. in DC. prodr. 2. 542. Flores hermaphroditi. Stipulae o.

1. S. salicifolia (L. sp. 700.) *fol. oblongo-lanceolatis* inaequaliter subduplicato-serratis glabris, *racemis confertim paniculatis.* ♄. In nemoribus et dumetis humidis, et ad ripas, (Kärnthen, Krain, Steyermark, Böhmen.) D. fl. 3. p. 432. Flores rosei. G.

2. S. ulmifolia (Scop. carn. 1. p. 349.) *foliis ovatis* acutis inaequaliter subduplicato-serratis basi rotundatis integerrimis utrinque glabris, iunioribus margine subtusque pubescentibus, *ramulis anguloso-striatis*, *corymbis* terminalibus, subhemisphaericis *simplicibus*, staminibus petala superantibus. ♄. In locis saxosis, rupestribus, (in Krain bei Idria u. in d. Wochein; bei Görz.) Mai. Jun. D. fl. 3. 433. St. h. 62. S. chamaedryfolia Jacq. hort. vind. 2. p. 66. t. 140. Flores albi. Frutex 4-5 pedalis. G.

3. S. decumbens (Koch in Sturm. flora h. 62.) *foliis obovatis* oblongisve obtusis inaequaliter subduplicato-serratis basi integerrimis in petiolum angustatis glaberrimis, *ramulis teretibus laevibus*, *corymbis* terminalibus compositis, staminibus petala aequantibus. ♄. (Im östreichischen Friaul von Schiede entdeckt u. von da lebend in d. Münchener bot. Garten verpflanzt.) Mai. Jun. D. fl. 3. 433. St. h. 62. Spiraea flexuosa Reichenb. fl. germ. exc. p. 672. (non Cambassedis, quae dissimilis.) Frutex repens, palmaris, vix spithameus, floribus albis. G.

Sect. II. Aruncus. Ser. l. c. p. 545. Flores polygamo-dioici. Stipulae o.

4. S. Aruncus (L. sp. 702.) *foliis supradecompositis*, spicis paniculatis, floribus dioicis. ♃. In nemorosis humidis ad rivulos et fontes, in subalpina adscendens, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 3. 434.

Sect. III. Ulmaria. Cambass. in annal. sc. nat. 1. p. 378. Flores hermaphroditi. Folia stipulata, stipulis petiolo adnatis.

5. S. Ulmaria (L. sp. 702.) *foliis interrupte pinnatis*, *foliolis* ovatis *indivisis*, *terminali maiore palmato* 3-5 fido, corymbis paniculatis proliferis, capsulis glabris contortis. ♃. In pratis humidis, ad fossas, in salicetis. Jun. Jul. D. fl. 3. 435. St. h. 18. Flores albi. Variat:

α. foliis subtus glabris: S. denudata Hayn. arzn. gew. 8. t. 31.

β. *discolor*, foliis subtus cinereo-vel albo-tomentosis. S. glauca Schultz fl. starg. suppl. 26.

6. S. Filipendula (L. sp. 436.) *foliis interrupte pinnatis*, *foliolis* oblongis *pinnatifido-incisis*, lobis serratis, corymbis paniculatis proliferis, capsulis pubescentibus parellele sibi adpressis. ♃. In pratis pascuis, (fast in allen Provinzen, aber nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 3. 436. St. h. 18. Flores albi, rarius rubicundi.

Trib. II. *DRYADEAE.* Carpella 2, plurima, uniovulata, nucamentacea vel drupacea, indehiscentia, receptaculo sicco vel carnoso insidentia. Cal. fructifer herbaceus, vel induratus.

2. DRYAS

2. DRYAS (L. gen. 637.) Cal. 8-9 fidus, planus, laciniis uniserialibus. Pet. 8-9. Carpella stylo persistente plumoso terminata. (Calycis laciniis aequalibus, non alternatim minoribus, differt a Geo.)

1. D. OCTOPETALA (L. sp. 717.) foliis crenato-serratis obtusis. ♄. In pascuis alpinis; cum fluviis in convalles descendens, (durch d. ganze Alpenkette, nach Moench auch auf d. Meisner in Hessen.) Jul. Aug. D. fl. 3. 555. St. h. 20. Geum chamaedryfolium Crantz. a. p. 70. Flores albi.

3. GEUM (L. gen. 636.) Cal. decemfidus, laciniis biserialibus, exterioribus 5 minoribus, patentioribus. Pet. 5. Carpella stylo persistente hirsuto vel glabro terminata. Receptaculum siccum cylindricum.

Sect. I. CARYOPHYLLATA. Caulis pluriflorus. Stylus medio uncinato-articulatus, articulo superiore deciduo.

1. G. URBANUM (L. sp. 716.) carpellis pilosis, arista biarticulata glabra, articulo inferiore superiorem quater superante, superiore basi pubescente, floribus erectis, *calyce fructifero recurvato*, petalis obovatis, *carpophoro nullo*. ♃. In nemoribus, dumetis subhumidis. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 549. St. h. 5. Flores lutei. Caryophyllata urbana Scop. carn. 1. 364. C. officinalis Moench. meth. 660.

2. G. INTERMEDIUM (Ehrh. beitr. 6. 143.) carpellis pilosis, arista biarticulata glabra, articulo inferiore superiorem quater superante, superiore basi piloso, floribus nutantibus erectisve, *calyce fructifero patente*, petalis subrotundis, basicuneatis, *carpophoro nullo*. ♃. In nemoribus et dumetis humidis, (von Schlesien durch Brandenburg, Pommern, Mecklenburg u. Hanover nach Holstein; im Gebiete d. Flora v. Spa.) D. fl. 3. 551. Willd. hort. berol. t. 69. Differt a G. urbano, floribus paulo maioribus, saepe nutantibus, calyce rubicundo horizontali, nec peracta anthesi statim reflexo, petalis latioribus, subito in unguem, quamvis brevem, contractis; pilisque ad basin articuli primi aristae longioribus; a G. rivali, floribus dimidio minoribus, calyce petalisque horizontaliter patentibus, ungue petalorum brevissimo, carpophoro deficiente, et articulo aristae superiore basi tantum piloso. Petala lutea. Variat etiam

β. petalis fulvis: G. rubifolium Lej. rev. p. 103.

3. G. RIVALE (L. sp. 717.) carpellis pilosis, arista biarticulata, articulo superiore villoso inferiorem subaequante, inferiore basi piloso, floribus nutantibus, *petalis lato-obovatis* emarginatis *longe unguiculatis sepala erecta aequantibus*, *carpophoro fere longitudine calycis*, fol. radicalibus lyrato-pinnatis, caulinis ternatis. ♃. In pratis humidis, ad rivulos; in subalpina et alpes adscendens; (in allen Provinzen, doch nicht an allen Orten, in manchen Gegenden dagegen aber auch in grofser Zahl.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 552. St. h. 8. Caryophyllata rivalis Scop. carn. 1. 365. C. aquatica Lam. dict. 1. 399. Flores aureo-fulvi, rarissime lutei vel albi. Specimen monstrosum sepalis in folia mutatis: G. hybridum Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 33. Jacq. ic. rar. t. 94.

4. G. PYRENAICUM (Ramond bull. philom. n. 42. t. 10. f. 3.) carpellis pilosis, arista biarticulata, articulis villosis, inferiore supe-

riorem bis superante, floribus nutantibus, *petalis subrotundis brevissime unguiculatis sepala erecta aequantibus receptaculo carpellorum subsessili*, foliis radicalibus lyrato-pinnatis, caulinis ternatis. ♃. In pratis humidis, (an d. höchsten Abhängen d. Sudeten, Tausch! in der Schweiz, Schleich.!) Jun. Jul. D. fl. 3. 553. G. Tournefortii Lap. abr. p. 292. G. inclinatum Schleich. Flor. lutei.

Sect. II. Oreogeum. Ser. ap. DC. prodr. 2. 553. Siversia Willd. berl. mag. 1811. Caulis uniflorus. Stylus non articulatus.

5. G. reptans (L. sp. 717.) carpellis aristisque continuis (non articulatis) villosis, *caule unifloro*, *stolonibus prostratis*, foliis interrupte pinnatis superne latioribus, *foliolis inciso-serratis*, *serraturis acutis* subtrifidis, terminali 3-5 fido. ♃. In summarum alpium jugis, rupibus et locis glareosis, (in der Schweiz u. durch Tyrol, Salzburg, Kärnthen u. Steyermark.) St. h. 14. Flores lutei.

6. G. montanum (L. sp. 717.) carpellis aristisque continuis (non articulatis) villosis, *caule unifloro*, *stolonibus nullis*, foliis lyrato-interrupte-pinnatis, *foliolis inaequaliter crenatis*, terminali maximo subcordato obtuse lobato. ♃. In pascuis subalpinis et alpinis, (d. d. ganze Alpenkette u. in d. höhern Sudeten.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 554. St. h. 14. Caryophyllata montana Scop. carn. 1. 365. Siversia montana Bl. et Fing. comp. 1. 664.

Waldsteinia geoides, quam, in D. fl. 3. p. 437, montem Nanas in Carniolia inhabitare indicavimus, ibi non provenit secundum Tommasin. in litt.

4. RUBUS (L. gen. n. 632.) Cal. 5 fidus planiusculus persistens. Cor. 5 petala. Stamina indefinita, cum petalis calyci inserta. Ovaria plurima receptaculo hemisphaerico vel conico inserta; stylus sublateralis, stigma simplex. Carpella drupacea, in baccam spuriam, deciduam, supra convexam, subtus concavam, connata.

1. R. Idaeus (L. sp. 706.) caulibus erectis ramosis fruticosis, *foliis pinnatis*, superioribus ternatis, *petalis obovato-cuneatis erectis*, calyce patente. ♄. In sylvis et dumetis. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 490. Flores albi, fructus rubri, rarius albido-flavescentes.

3. R. fruticosus (L. sp. 707.) caulibus arcuato-recurvis vel prostratis ramosis fruticosis, *foliis quinatis* ternatisque, *petalis* ovalibus calyceque *patentibus*, *fructibus nitidis*, calyce fructus saepe reflexo. ♄. In sylvis, dumetis, agris. Jul.-Aug. D. fl. 3. 490. Distinguuntur: 1. R. *fruticosus*, foliis subtus albo-tomentosis; 2. R. *corylifolius* Smith. foliis subtus viridibus, pilosis; 3. R. *tomentosus* Borkhausen., fol. utrinque tomentosis; 4. R. *amoenus* Portenschl. foliis subtus tomentosis, caule tomento tenuissimo adpresso albido-cano. 5. R. *hybridus* Villars., (R. glandulosus Bellard.,) caule superne cum panicula setis copiosis glanduliferis obsesso. Flores albi vel rosei. Fructus nigri, nitidi.

3. R. caesius (L. sp. 706.) caulibus arcuato-recurvis vel prostratis ramosis fruticosis, *foliis quinatis* ternatisque, *petalis* ovalibus calyceque *patentibus*, *fructibus opacis caesio-pruinosis* calyce fructui incumbente. ♄. In dumetis, agris. Jul. Aug. D. fl. 3. 491.

Schk. t. 135. Folia inferiora rarius quinato-pinnata. Flores albi, fructus caesii, opaci.

4. R. SAXATILIS (L. sp. 708.) caule fertili erecto simplicissimo herbaceo, sterilibus prostratis stoloniformibus, foliis ternatis, *corymbo terminali 3-6 floro.* ♃. In sylvaticis et nemorosis, in alpes adscendens, (stellenweise durch das ganze Gebiet.) Jun. Jul. Flores albidi, fructus rubri. Putamen drupeolarum laeve, non foveolato-rugosum ut in antecedentibus.

5. R. CHAMAEMORUS (L. sp. 492.) *caule* erecto simplicissimo *unifloro*, foliis simplicibus cordato-reniformibus quinquelobis, floribus dioicis. ♃. In locis paludosis, turfosis, (im Riesengebirge, auf der Elb- u. Iserwiese daselbst; auf der Halbinsel Dars in Pommern; bei Königsberg in Preufsen; nach Rupp auf dem Meisner in Hessen) D. fl. 3. 492. Linn. fl. lapp. t. 5. f. 1. Flores albi, fructus rubri, denique fulvi. G.

De Rubis, a Cl. viris Weih. et Nees. ab Esenb. propositis, quorum limites nondum novi, conf. Deutschl. fl. 3. p. 493 et seq.

5. FRAGARIA (L. gen. n. 633.) Cal. decemfidus, laciniis biserialibus, exterioribus 5 minoribus, patentioribus. Pet. 5. Stam. 20 et plura. Ovaria plurima. Receptaculum post anthesin auctum, denique carnoso-succulentum, baccam spuriam constituens, saepe deciduam. Stylus lateralis, deciduus. Flores omnium albi.

1. F. VESCA (L. sp. 709, excl. var. β et γ.) *calyce fructus patentissimo* vel reflexo, *pubescentia* petiolorum patentissima, *pedunculorum adpressa.* ♃. In sylvis, collibus, incultis, dumetis. Mai. Jun. in alpibus serius floret et usque in autumnum. D. fl. 3. 511. St. b. 2. F. sylvestris Duchesn. in Lam. dict. 2. 531. Variat: 1. fructibus hemisphaericis et conicis in uno eodemque loco, 2. stolonibus brevibus vel nullis: F. efflagellis Duch. l. c. p. 532. 3. Fol. simplicibus, foliolis scilicet lateralibus deficientibus: F. monophylla Duch. l. c. p. 532., 4. semperflorens, per totam aestatem flores et fructus proferens, ut Prunus Cerasus semperflorens. Inter hanc varietatem et plantam vulgarem nullam differentiam detegere possum; posterior fructus conicos quoque non raro profert.

2. F. ELATIOR (Ehrhart beitr. 7. p. 23.) *calyce fructus patentissimo* vel reflexo, *pubescentia* petiolorum et *pedunculorum patentissima.* ♃. In sylvis praecipue montanis, (wahrscheinlich im ganzen Gebiete stellenweise, aber mit F. vesca verwechselt.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 512. Hayn. arzn. gew. t. 27. F. vesca β. pratensis L. sp. 707., var. γ. fl. suec. n. 450. Maior et robustior, quam antecedens, semper abortu dioica. Colitur sub nomine: Zimmterdbeere.

3. F. COLLINA (Ehrh. beitr. 7. p. 26.) *calyce fructui adpresso, pubescentia* petiolorum patentissima *pedunculorum adpressa*, foliis utrinque pubescentibus. ♃. In montosis et collibus incultis, virgultis, ad dumeta. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 512. Hayn. arzn. gew. 4. t. 30. F. vesca β. fl. suec. n. 450. Calyce post anthesin illico clauso et ovaria occultante, pedunculisque gracilibus et pilis eorum accumbentibus facile a. F. vesca dignoscitur.

4. F. GRANDIFLORA (Ehrh. beitr. 7. p. 25.) *calyce fructus adpresso, pubescentia petiolorum et pedunculorum erecta*, foliis

supra glabriusculis. ♃. Colitur in hortis sub nomine: Ananas-Erdbeere. Fructus maximi, folia intense viridia, grosse serrata. Duham. arb. 1. t. 6. Colit.

5. F. CHILOENSIS (Ehrh. beitr. 7. p. 26.) *calyce fructus erecto, pubescentia* petiolorum et *pedunculorum patentissima*, foliis utrinque villosis. ♃. Colitur in hortis, sed rarius, nomine: Chili-Erdbeere. Hirsutie maiore et serraturis brevibus latis dignoscitur, latitudo serraturarum longitudinem superat. Colit.

6. F. VIRGINIANA (Ehrh. beitr. 7. p. 24.) *calyce* fructus *patente, pubescentia petiolorum erecta* pedunculorum adpressa, foliis supra glabriusculis. ♃. Colit. in hortis sub nomine: Scharlach- oder Himbeer-Erdbeere. Carpella foveolis receptaculi inmersa hanc speciem distinguunt. Colit.

6. CÓMARUM (L. gen. n. 638.) Calyx, corolla, stamina et pistilla Fragariae. Receptaculum post anthesin auctum, carnosum, spongiosum.

1. C. PALUSTRE (L. sp. 718.) ♃. In locis paludosis turfosis, fossis, ad piscinas. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 514. Cal. interne obscure sanguineo-fuscus. Pet. minuta calyce triplo fere breviora, cum staminibus et stylis, saturate fusco-purpurea. Schk. t. 138. Potentilla palustris Scop. carn. 1. 359. P. Comarum Nestl. pot. p. 36.

7. POTENTILLA (L. gen. n. 634.) Calyx, corolla, stamina et pistilla Fragariae. Receptaculum convexum vel conicum, exsuccum, nec bacciforme, ut in Fragaria et Comaro.

Sect. I. POTENTILLAE GENUINAE. Carpella glabra, receptaculum pilosum, sed pili vix longitudine carpellorum.

§. 1. ACEPHALAE. Radix simplex, annua vel biennis, caulem unicum vel caulem a basi in plures divisum, sed nulla capita sterilia in futuro anno florigera proferens. Flores lutei.

1. P. SUPINA (L. sp. 711.) caule dichotomo, foliis pinnatis, foliolis oblongis inciso-serratis, superioribus decurrentibus, floribus solitariis, *pedicellis fructiferis recurvatis.* ⊙. In agris et locis arenosis subhumidis hyeme inundatis, ad vias et fimeta, (durch d. ganze Gebiet, aber zerstreut u. stellenweise; in d. Schweiz sehr selten.) Jun.-autumn. Jacq. a. .t 406. D. fl. 3. 544.

2. P. NORVEGICA (L. sp. 715.) caule dichotomo multifloro foliisque hirsutis, pilis patentibus basi bulbosis, *fol. ternatis*, foliolis oblongo-obovatis lanceolatisve grosse serratis, *radicalibus pinnatis bijugis*, floribus inferioribus alaribus, superioribus denique subracemosis, carpellis glabris. ⊙ et ⊙. In arenosis et nemorosis humidis, (in Holstein, der Mark Brandenburg, Schlesien, Böhmen, bei Dresden u. bei Königsberg; in Würtemberg nur an einer Stelle, in einem trocken gelegten Weiher bei Reipertshofen Oberamts Waugen.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 545. Fl. dan. t. 171. P. dichotoma Moench, meth. 659. P. ruthenica Willd. sp. 2. p. 1097. P. diffusa Willd. en. 1. 555. G.

§. 2. MULTICIPITES. Radix perennis, lignosa, multiceps, caules floriferos et simul fasciculos foliorum, nempe capita sterilia, in futuro anno florigera proferens.

* Folia pinnata, flores albi.

1. P. RUPESTRIS (L. sp. 711.) caule erecto superne dichotomo, *foliis inferioribus pinnatis superioribus ternatis*, *foliolis ovato-subrotundis* inaequaliter inciso-serratis pubescentibus, stipulis integris, petalis obovatis calyce longioribus. ♃. In rupium fissuris locis lapidosis, in subalpina adscendens, (im mittlern u. südl. D. u. d. Schweiz.) Mai.-Jul. D. fl. 3. 520. Jacq. a. t. 114.

** Folia pinnata, flores lutei.

2. P. MULTIFIDA (L. sp. 710.) caule adscendente, foliis pinnatis paucijugis, *foliolis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus* subtus tomentosis. ♃. In alpibus glacialibus, (auf der südlichen Alpenkette des Wallis sehr selten; auf d. Berge Stock, d. Matterhorn, d. Fineln, in dem Nicolai- u. Bagnesthale.) Jul. Aug. Gaud. helv. 3. 409. Sering. mus. helv. 1. t. 8. H.

3. P. ANSERINA (L. sp. 710.) caule sarmentoso repente, *foliis interrupte pinnatis multijugis*, foliolis oblongis argute serratis, pedunculis solitariis stipulis caulinis vaginantibus multifidis. ♃. In pascuis, ad vias, circa domos pagorum, ad ripas arenosas. Mai.-Jul. iterum autumno. D. fl. 3. 518. St. h. 4. Folia subtus albo-sericea. Variat:

β. sericea, foliis supra et subtus albo-sericeis. P. Anserina *γ.* concolor Sering. ap. DC. pr. 2. 582.

γ. viridis, foliis utrinque viridibus parce pilosis, vel etiam supra glabris.

δ. geminiflora, floribus geminis. P. anserina *β.* Nestl. pot. 35. Lehm. pot. 72.

*** Folia digitata, flores lutei.

4. P. RECTA (L. sp. 711.) *caule erecto* foliisque *hirsutis* scabriusculis, *pilis elongatis* tuberculo-insidentibus *brevibusque glanduliferis*, foliis quinatis septenatisque, foliolis oblongis basin versus cuneato-angustatis grosse inciso-serratis, *carpellis elevato-rugosis margine membranaceo-cinctis.* ♃. In sylvaticis, locis lapidosis, collibus apricis, (in Oberelsass, d. südlich. Schweiz, durch südl. Tyrol, Krain, Littorale u. Oestreich, von da nach Böhmen, Schlesien u. Sachsen; sodann bei Würzburg u. Werthheim, bei Lüttich, u. in Holstein.) Flores sulphurei. Variat:

β. obscura, floribus citrinis saepe paulo minoribus: P. obscura Willd. sp. 2. 1100, et modificatio foliolis latioribus, petalis calyce paulo brevioribus; P. pilosa Willd. sp. 2. 1100. Reichenb. ic. 4. 521. Ejusmodi varietates in speciebus affinibus reperiuntur, ut etiam sequens:

γ. laciniosa, foliis inciso-serratis, dentibus ultra medium disci folii penetrantibus et saepe iterum serratis; talem formam, floribus sulphureis instructam, e Silesia misit b. Günther.; forma alia floribus citrinis est: P. laciniosa Kit. Lehm. monogr. t. 7.

5. P. HIRTA (L. sp. 712.) *caule erecto* vel e basi decumbente adscendente *hirsuto* scabriusculo, *pilis elongatis* tuberculo insidentibus *et brevioribus eglandulosis*, foliis quinatis septenatisque, foliolis inciso-serratis, foliorum radicalium obovato-cuneatis ex apice latiore obtuso sensim basin versus attenuatis, caulinorum lineari-

cuneatis, *carpellis elevato-rugosis margine membranaceo cinctis.* ♃. In locis graminosis, (im Littorale um Triest u. Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 3. 521. All. ped. t. 71. f. 1. Foliola utrinque dentibus 2-3. Variat:

β. *angustifolia*, foliolis angustioribus, stipulis bifidis: P. angustifolia DC. fl. fr. 5. p. 540.

γ. *pedata*, caule purpurascente altiore, foliolis fere ad basin usque serratis, dentibus utrinque 6-8: P. pedata Willd. en. suppl. 38. P. pilosa DC. fl. fr. suppl. p. 540. P. rubens All. ped. 2. 58. Nestl. pot. t. 7. G.

6. P. INCLINATA (Vill. delph. 3. 567.) *caulibus erectis vel e basi decumbente adscendentibus molliter villosis et simul tomentosis apice corymbosis*, foliis quinatis, *foliolis oblongo-lanceolatis* basin versus attenuatis *inciso-serratis, subtus tenuiter canescenti-tomentosis* pilisque patentibus adspersis ciliatisque, carpellis rugulosis immarginatis. ♃. In collibus apricis siccis, (in Oestreich u. v. da durch Mähren, Böhmen u. Schlesien, in d. Erzgebirge; Schweiz selten; ausserdem im Elsass, bei Würzburg, im Lüttichischen u. in Westphalen.) Mai.-Jul. D. fl. 3. p. 522. P. canescens Bess. galic. 1. 330. P. adscendens Willd. en. p. 554. P. intermedia Wahlenb. carp. 154. P. recta Jacq. a. t. 38. Variat ut P. recta petalis calyce duplo longioribus et calyce brevioribus foliisque laciniosis i. e. duplicato-inciso-serratis.

7. P. ARGENTEA (L. sp. 172.) *caulibus adscendentibus tomentosis apice corymbosis, foliis quinatis, foliolis* e basi integerrima angustata *obovatis* profunde inciso-serratis vel pinnatifido-laciniatis, *margine revolutis subtus tomentosis, dentibus patentibus acutis*, carpellis rugulosis immarginatis. ♃. In locis apricis, sylvaticis, ad vias. Jun. Jul. D. fl. 3. 523. St. h. 17. Variat foliis supra viridibus et saepe nitidis, subtus albo-tomentosis, vel etiam supra tomentosis, tomento tamen tenuiore, quam in pagina inferiore; vel subtus cinereo-tomentosis; vel

β. *sordida*, folia subtus tomento levissimo tecta et viridia: P. argentea β. sordida Fries. nov. ed. 2. p. 164.

γ. *impolita*, foliola apicem versus minus dilatata, margine utrinque dentibus subsex notata, et basi spatio breviore integerrima. P. argentea β. Lehm. monogr. p. 95. P. impolita Wahlenb. carp. p. 155.

8. P. COLLINA (Wib. werth. p. 267.) *caulibus adscendentibus hirto-tomentosis apice corymbosis*, foliis quinatis, *foliolis* obovato-cuneatis *margine planis subtus tomentosis apice obtuse inciso-dentatis, dentibus porrectis*, carpellis rugulosis immarginatis. ♃. In collibus apricis, (bei Werthheim, Wibel!) Jun. Jul. P. collina Fries. nov. ed. 2. p. 162. P. canescens Hartm. handb. i skand. flor. ed. 1. p. 200, ex specimine ab ipso auctore. Planta rarissima, mihi ex paucis tantum speciminibus siccis nota. G.

9. P. GUENTHERI (Pohl. tent. fl. bohem. 2. 185.) *caulibus undique decumbentibus, a medio diffuse paniculatis villoso-tomentosis, foliis* quinatis *radicalibus in cespitem centralem densum congestis*, foliolis obovato-cuneatis planis subtus tenuiter tomentosis inciso-serratis, serraturis porrectis acutis, ultima saepe breviore,

carpellis rugulosis immarginatis. ♃. In locis arenosis graminosis siccis, ad aggeres, (in Schlesien bei Neuscheitnich am Oderdamme, bei Grüneiche, Karlowitz, Wildschütz u. a. O.; in Böhmen.) Mai. floret praecocius P. argentea. Wimm. et Grab. fl. sil. 2. p. 65. P. Wiemanniana Günth. in cent. siles. 5. Simillima P. argenteae, sed habitus plantae vivae, etiam cultae, plane diversus; caules debiles, saepe supra basin in ramos tenues soluti, in orbem expansi, et cespes foliorum radicalium centralis, in morem Potentillae albae formatus, optimam distinctionis notam praebent. Praeterea foliorum dentes magis porrecti apparent, nec anteriores eorum adeo patent, ut in illa, qua nota etiam sicca specimina cognosci possunt. Dentes acuti, nec rotundato-obtusi, ut in P. collina, cui ceterum valde similis. G.

10. P. PATULA (Waldst. et Kit. plant. rar. hung. 2. p. 218. t. 199.) caulibus e basi adscendente erectis vel decumbentibus petiolisque hirsutis, pilis erectis subadpressis, foliis quinatis septenatisque, *foliolis* lineari-cuneatis inciso-serratis, *subtus concoloribus nervo medio hirsutis*, *serraturis caulinorum utrinque binis ternisve*, carpellis rugulosis. ♃. In collibus apricis, (Czeiz in Mähren, u. Leobschütz in Schlesien.) Mai. *Calycis laciniae interiores lato-ovatae* acutae *glabrae* margine ciliatae, rarius pilis sparsis obsitae, exteriores cum basi calycis hirsutae. G.

11. P. INTERMEDIA (L. mant. p. 76.) *caulibus undique patentibus adscendentibusque a medio dichotome paniculatis hirsutis*, *pilis* patentibus eglandulosis *tuberculo insidentibus*, panicula corymbosa laxa foliosa, foliis radicalibus cespitosis septenatis, foliolis obovato-cuneatis, superioribus ternatis, foliolis oblongo-cuneatis, omnibus concoloribus subtus hirsutis inciso-dentatis, *dentibus utrinque 5-10 patentibus*, ultimo minore, carpellis rugulosis. ♃. In locis rupestribus glareosis Helv. occidentalis, (bei Rossiniers im Thale Champe über Martinach.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 527, excl. Pot. thuringiaca, chrysantha et variante. P. intermedia Nestl. pot. p. 50. t. 8, heptaphylla Mill. gärtnerlex. n. 9. „Fol. inciso-serrata serraturis novem" Linn. l. c. H.

12. P. THURINGIACA (Bernhard. ap. Link. en. 2. p. 64.) *caulibus undique patentibus adscendentibusque a medio dichotome paniculatis hirsutis*, *pilis* patentibus eglandulosis *tuberculo insidentibus*, panicula laxa foliora, foliis subtus hirsutis concoloribus, radicalibus cespitosis septenatis serratis, *serraturis porrectis* ovatis *utrinque 9-12*, foliis superioribus lineari-lanceolatis remote serratis, serraturis subadpressis, carpellis rugulosis. ♃. In collibus sylvaticis lapidosis, (am südlichen Abhange d. Thüringer Waldes bei Suhl, am Gleichberge bei Römhild, hinter Eisfeld, bei Schleusingen.) Mai. Jun. Ab hac differt P. chrysantha Treviran. in ind. sem. h. vratisl. 1818.: statura maiore, foliolis elliptico-obovatis, foliorum radicalium numerum quinarium non excedentibus, foliorum superiorum non remote serratis. G.

13. P. REPTANS (L. sp. 714.) *caulibus flagelliformibus prostratis* simplicibus, foliis quinatis, foliolis oblongo-obovatis profunde serratis supra glabris subtus sparse pilosis, pilis adpressis, pedunculis solitariis, *carpellis granulato-scabris*. ♃. In pascuis humi-

dis, ad vias, fossas, agrorum versuras Jun. Aug. D. fl. 3. 528. Schk. t. 136.

14. P. AUREA (L. sp. 712.) caudiculis prostratis subradicantibus, caulibus e basi arcuata erectis petiolisque pilosis, pilis erectis subadpressis, foliis radicalibus quinatis, *foliolis* oblongis glabris *margine venisque subtus argenteo-sericeis, apice acute serratis, serraturis utrinque subtribus*, ultima minore, carpellis obsolete rugosis glabris. ♃. In locis graminosis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz u. durch Tyrol nach Salzburg, Kärnthen, Steyermark u. Oestreich; sodann auf d. Feldberg in Baden u. auf d Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 3. 629. St. h. 17. P. Halleri Ser. mus. helv. 1. p. 75. DC. prodr. 1. 576. Gaud. helv. 3. p. 403.

15. P. SALISBURGENSIS (Haenke in Jacq. collect. 2. p. 68. 1788.) *caudiculis prostratis subradicantibus*, caulibus e basi adscendente erectis pubescentibus, foliis radicalibus quinatis, *foliolis* obovatis *glabris margine venisque subtus patenti-pilosis* superne inciso-serratis, dentibus porrectis utrinque subtribus, ultimo subaequali, *stipulis omnibus ovatis*, carpellis obsolete rugosis. ♃. In alpibus editioribus graniticis, nunquam in calcareis, v. Spitzel, (im Wallis selten, in Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Steyermark u. Krain; auf d. Babia Gora im Riesengebirge; in Menge auf dem Hoheneck d. Vogesen.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 531. St. h. 17. Descriptio Haenkeana l. c. totam speciem, nec varietatem solummodo designat. P. crocea Hall. fil. in Schl. cat. 1807., P. rubens Vill. delph. 3. 566. (1789.), P. aurea Sm. brit. 2. 549., P. alpestris Hall. fil. in Ser. mus. p. 53., Sm. engl. fl. 2. 418., P. dubia Sut. helv. 1. 308., Fragaria villosa Crantz. austr. f. 2. p. 75. t. 1. f. 2. Flores flavi, basi crocei, quandoque fere toti crocei. Folia supra interdum pilis sparsis obsita. Variat:

α. *firma*, caule firmiore, erectiore, foliolis subrotundo-obovatis marginibus invicem se tegentibus, dentibus latioribus: P. aurea β. firma Gaud. helv. 3. 395., P. sabauda DC. fl. fr. 4. p. 458., Schleich.! exsicc., P. affinis Host. fl. austr. 2. 41., ex specimine a cl. Hladnik. communicato.

β. *gracilior*, caule graciliore, foliolis obovatis paulum dissitis, dentibus linearibus: P. aurea α crocea Gaud. helv. 3. p. 393.; P. filiformis DC. fl. fr. suppl. p. 542. F. alpestris Host. fl. austr. 2. 41. Formis intermediis transit in varietatem α.

γ. *debilis*, caule tenui debili, foliolis oblongo-obovatis, dentibus profunde incisis. Schleich. pl. exs., Gaud. helv. 3. 400. Quae mihi misit Schleicherus specimina, certissime modificationibus P. salisburgensis adnumeranda sunt.

P. salisburgensis differt primo intuitu a P. aurea: foliolis in margine et venis paginae inferioris hirtis, nec sericeis; a P. verna, cui propius accedit magnitudine maiore, caulibus erectis, vel e basi adscendente erectis, virore laetiore, pilis mollioribus et praecipue stipulis omnibus, radicalibus itidem, ovatis; in P. verna stipulae foliorum radicalium in auriculas elongato-lineares transeunt et pili rigidiores setulosi sunt.

16. P. AMBIGUA (Gaud. helv. 3. p. 391.) caulibus adscendentibus petiolisque pubescentibus, foliis radicalibus caulinisque inferioribus

quinatis, *foliolis* obovatis *supra sparse-subtus in venis densius subsericeo-pilosis antice ultra medium subdigitato-incisis*, dentibus linearibus utrinque subtribus, ultimo subaequali, stipulis omnibus ovatis carpellis . . . . . ♃. In alpibus Valesiae, (bisher blofs über Zermatten.) Jul. P. intermedia Hegetsch. Reis. 158. n. 5. f. 70. P. alpestris var. Hall. fil. in Ser. mus. helv. 1. p. 53. P. aurea γ. pectinata Ser. in DC. prodr. 2. p. 576. n. 30. P. geranioides Schleich.! pl. exs. Planta dubia, ulteriori examini subjicienda; a P. salisburgensi differt dentibus foliorum fere ad costam mediam penetrantibus: tamen huius varietas mihi videtur. Primo intuitu cum P. argentea similitudinem quandam gerit, sed folia subtus in meis, a Schleichero acceptis speciminibus, nec tomentosa nec incana sunt, venas subtus pilis rectis densius obtectas tantum observo. H.

17. P. VERNA (L. sp. 712.) *caudiculis prostratis saepe radicantibus*, caulibus adscendentibus petiolisque hirsutis, pilis erecto-patulis, folioliis inferioribus quinatis septenatisque, foliolis oblongo-obovatis obovatisque retusis *glabris margine subtusque vel supra subtusque pilosis* profunde serratis, serraturis utrinque subquatuor, ultima breviore, *stipulis infimis anguste linearibus*, carpellis obsolete rugosis. ♃. In locis apricis siccis, in ericetis, ad sylvarum oras ubique. April. Mai. D. fl. 3. p. 533. St. h. 17. Variat:

β. *crocea*, petalis basi macula crocea: P. verna aestiva Gaud. helv. 3. p. 398.

γ. *pusilla*, minor, foliola obovata antice serraturis tantum 2 utrinque instructa: P. pusilla Host. fl. a. 2. p. 39, ex specimine a cl. Hladnik communicato. In subalpinis, et montibus humilioribus.

18. P. CINEREA (Chaix. ap. Villars. fl. delph. 3. p. 567, in descriptione P. opacae.) *caudiculis prostratis saepe radicantibus, caulibus* adscendentibus *petiolis foliisque cano-tomentosis* pilosisque, pilis erecto-patulis, foliis inferioribus quinatis, foliolis oblongo-obovatis obovatisque retusis profunde serratis, serraturis utrinque subquatuor, ultima breviore, stipulis infimis anguste linearibus, carpellis obsolete rugosis. ♃. In arenosis siccis et rupestribus apricis, (durch d. ganze Gebiet, aber stellenweise; südlich der Alpen die Var. β.) P. opaca Vill. l. c. p 566. Poll. pal. 2. 68. P. arenaria Borkhausen. in Fl. wett. 2. p. 248. P. incana Moench. meth. 249. P. ovata Poir. dict. 5. p. 601, ex Lehm. Variat:

β. *trifoliata*, foliis omnibus ternatis, raro quaternatis quinatisve: P. subacaulis Wulf. in Jacq. collect. 2. 145., ic. rar. t. 491. Linn. sp. 715, ex specimine a Linnaeo ipso determinato in collectione Lehmanniana. — Ab hac differt P. velutina Lehm. monogr. p. 170, P. subacaulis L. ex descriptione in sp. pl. l. c., foliolis longioribus oblongo-cuneatis, apice tantum 3-5 dentatis, ceterum integerrimis, et tomento crassiore.

19. P. OPACA (L. sp. 713.) caudiculis prostratis saepe radicantibus, caulibus adscendentibus petiolisque hirsutis, *pilis elongatis horizontaliter patentibus*, foliis quinatis septenatisque, foliolis oblongo-cuneatis profunde serratis retusis, serratura ultima breviore, carpellis . . . . . ♃. In collibus dumetosis, locis rupestribus, (durch d. ganze Gebiet, aber stellenweise u. nicht überall.) Mai. Jun. St.

h. 17, non bona. Jacq. ic. rar. t. 91, huc, nec ad Pot. intermediam pertinens.

20. P. GRANDIFLORA (L. sp. 715.) *caulibus* e basi adscendente *erectis* subquinquefloris petiolisque villosis, pilis brevibus horizontaliter patentibus, *foliis ternatis*, *foliolis* obovatis *profunde serratis* supra pubescentibus, *subtus villosis*, carpellis glabris. ♃. In alpibus altioribus, (in d. Schweiz, vorzüglich im südl. Theile; im südl. Tyrol, auf den Schlehern, Timpeljoch, Wormserjoch u. a.) Jul. Aug. D. fl. 3. 536. Hall. helv. t. 31.

21. P. NIVEA (L. sp. 715.) *caule erecto* paucifloro, foliis radicalibus ternatis, *foliolis* oblongis inciso-serratis, supra glabris vel hirsutis *subtus niveo-tomentosis opacis* margine planis, carpellis glabris. ♃. In locis gramineis summarum alpium graniticarum, (im Wallis auf dem Matterhorn, Lötscherberg u. a.; Tyrol bei Kitzbichel auf d. Geisstein u. d. kleinen Röthenstein, v. Spitzel!) Jun. D. fl. 3. 537. Fl. dan. t. 1035.

22. P. MINIMA (Haller. fil. in Schl. pl. exsicc. cent. 1. n. 59. 1794.) *caulibus* adscendentibus pubescentibus *subunifloris*, *foliis ternatis*, foliolis obovatis rotundato-obtusis vix retusis *glabris margine et subtus in venis pilosis*, pilis erecto-patulis, *antice inciso-serratis*, dentibus utrinque subquatuor et terminali subaequali. ♃. In pascuis et rupestribus alpium, ad nives aeternas adscendens, (in d. Schweiz u. durch die ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 537. P. brauniana Hoppe bot. taschenb. 1800. p. 137. St. h. 17. P. verna α. alpestris Wallr. sched. p. 228. — Differt a P. verna, foliis ternatis, foliolis latioribus, laetius viridibus, dente terminali reliquis non minore, stipulis foliorum radicalium ovatis et pilis mollioribus; a P. salisburgensi, magnitudine multo minori et foliis semper ternatis.

23. P. FRIGIDA (Villars. fl. delph. 3. p. 563.) *ubique villosissima*, caulibus adscendentibus subunifloris, *foliis ternatis*; foliolis obovatis *obtuse dentatis dentibus margine sese tegentibus*, carpellis subrugulosis glabris. ♃. In summis alpibus, (im Wallis auf d. Bernhard, am Matterhorn über Zermatten, im Bagnesthal, im C. Glarus auf d. Zutreibestock u. Sandgrath; in Tyrol auf d. Wormserjoch u. auf d. Windalpe.) Jul. Aug. D. fl. 3. 538. P. glacialis Hall. fil. in Sering. mus. helv. 3. t. 7. opt. P. helvetica Schleich. cat. 1797. Variat, uti affines, petalis calyce brevioribus et duplo longioribus.

Sect. II. FRAGARIASTRUM. DC. prodr. 2. 583. Carpella vel in tota superficie, vel saltem ad umbilicum pilis obsita. Receptaculum valde hirsutum.

24. P. ALBA (L. sp. 713.) caule debili adscendente subtrifloro, foliis radicalibus quinatis, *foliolis* oblongo-lanceolatis basin versus attenuatis supra glabris *subtus margineque sericeis antice serratis*, *serraturis* acutis *conniventibus*, terminali angustiore, *filamentis* carpellisque *glabris*, his ad hilum pilosis. ♃. In sylvis, (durch d. ganze Gebiet, aber stellenweise, an vielen Orten gar nicht.) Mai. Jun. D. fl. 3. 539. St. h. 4. P. nitida Scop. carn. 2. p. 362.

25. P. PETIOLULATA (Gaud. helv. 3. p. 374.) caule erectiusculo multifloro, fol. radicalibus quinatis ternatisque, *foliolis petiolulatis obovato-oblongis* basi cuneatis superne acute serratis glabriusculis margine ciliatis, *filamentis hirsutis*, carpellis ubique villosis. ♃. In rupium fissuris, (auf d. Saleve in d. Schweiz.) Gaud. helv. 3. p. 374. P. caulescens β. petiolulata Ser. in DeC. prodr. 1. 2. 584. Non absque dubitatione propono hanc speciem, quae facile in sequentem transeat. Flores albi. H.

26. P. CAULESCENS (L. sp. 713.) caule adscendente multifloro, foliis radicalibus quinatis, *foliolis subsessilibus oblongo-lanceolatis*, basi cuneatis superne acute serratis subvillosis margine subsericeo-ciliatis, *filamentis hirsutis*, carpellis ubique villosis. ♃. In rupium fissuris reg. subalpinarum, in montes humiliores descendens, (durch d. ganze Alpenkette; an den Stadtmauern von Salzburg.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 540. Jacq. a. t. 220. St. h. 1.

26. P. CLUSIANA (Jacq. fl. austr. 2. p. 10. t. 116.) caule adscendente subtrifloro, foliis radicalibus quinatis, *foliolis* oblongo-lanceolatis basi cuneatis *supra glabriusculis*, subtus villosis margine subsericeo-ciliatis, *apice tridentatis, dentibus porrectis, filamentis glabris*, carpellis ubique villosis. ♃. In fissuris rupium summarum alpium, (Tyrol, durch Salzburg nach Steyermark u. Oestreich.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 541. Flores albi, filamentis saepe purpureis. G.

27. P. NITIDA (L. sp. 114.) caule subunifloro, foliis ternatis, *foliolis* ellipticis *utrinque sericeo-tomentosis apice tridentatis*, dentibus porrectis, filamentis glabris, carpellis ubique villosis. ♃. In rupibus summarum alpium, (Krain; Kärnthen; Tyrol auf d. Kirschbaumeralpe, d. Schlehern.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 542. St. h. 22. Flores rosei. G.

28. P. FRAGARIASTRUM (Ehrhart. herbar. 146., Pers. syn. 2. 56.) caulibus debilibus procumbentibus subbifloris sub anthesi folia subaequantibus longioribusque, *foliis radicalibus ternatis*, *foliolis subrotundo-ovatis serratis retusis supra glabriusculis* subtus villosis, junioribus sericeis, *caulino-ternato*, carpellis ad umbilicum pilosis, caudiculis repentibus. ♃. In collibus dumetosis, ad sylvarum oras, viarum margines graminosas, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) April. Mai. D. fl. 3. 543. Sering. mus. 1. t. 4. f. 2. Schk. t. 135. P. Fragaria Sm. brit. 546. P. fragarioides Vill. delph. 3. 561. P. fragariaefolia Gmel. bad. 2. 453. Fragaria sterilis L. sp. 709. Comarum fragarioides Roth. tent. 2. 577. Flores albi. Variat: foliolis ovalibus: P. hybrida Wallr.! sched. p. 247, ex specimine ab ipso cl. auctore in collectione amici Hornung.

29. P. MICRANTHA (Ramond. in DeCand. fl. franc. 4. p. 468.) caulibus debilibus procumbentibus subbifloris sub anthesi folia haud aequantibus, *foliis radicalibus ternatis*, *foliolis ovalibus serratis subretusis supra glabriusculis*, subtus villosis, junioribus sericeis, *caulino-simplici*, carpellis ad umbilicum pilosis, caudiculis repentibus nullis. ♃. In locis montosis, lapidosis, dumetosis, (in Untersteyermark besonders auf dem Donatiberge; in d. Schweiz bei Nyon.) April. Mai. D. fl. 3. p. 543. P. breviscapa Vest. bot. ztg. 1821.

p. 157. Petala calyce nunc paulo breviores, nunc paulo longiores, uti in antecedente.

8. TORMENTILLA (L. gen. n. 635.) Cal. octofidus, laciniis biserialibus, exterioribus 4 minoribus, patentioribus. Pet. 4. Stam. 16, vel plura. Ovaria plurima, stylo laterali. Receptaculum convexum, exsuccum. — Hoc genus, antiquitate sacrum, retinui; a Potentilla omnino non differt, nisi defectu quintae florum partis, sed in aliis ordinibus apprime naturalibus, v. g. in Crassulaceis, Compositis, Gramineis, genera saepius notis non maioris momenti sejungi debent, nec Sibbaldia alia nota separatur. Ceterum Tormentillam, petalis quinque variantem, ego quidem nunquam vidi.

1. T. ERECTA (L. sp. 716.) *foliis* ternatis, *caulinis sessilibus*, stipulis digitato-incisis. ♃. In sylvaticis, ericetis, pascuis, in alpes adscendens. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 546. St. h. 31. T. officinalis Smith. brit. 552. Potentilla sylvestris Neck. delic. 1. 222. P. Tormentilla Sibth. oxon. p. 162. P. tetrapetala Hall. fil. in mus. helv. Caulis rarius stricte erectus; plerumque procumbens, et saepe terrae penitus adpressus. Hinc nomen non aptum; tamen mutare nolui.

2. T. REPTANS (L. sp. 716.) *fol. caulinis petiolatis* ternatis, infimis quinatis, stipulis lanceolatis integris bi-trifidisque. ♃. In sylvis umbrosis, locis muscosis, (von d. Niederlanden durch Westphalen, Niedersachsen nach Mecklenburg, Brandenburg, Sachsen, Schlesien u. Böhmen; südlich vom Thüringer Walde an noch nicht aufgefunden; für d. Schweiz zweifelhaft.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 548. Differt ab antecedente stipulis minoribus, integris, vel parum incisis, foliis petiolatis, et floribus duplo maioribus. Caulis procumbit quidem, sed radices non agit. Potentilla reptans praeter numerum floris quinarium facile distinguitur foliis ad genicula pluribus et carpellis tuberculis subrotundis obsitis; in Tormentilla reptante folia solitaria et carpella striato-rugosa sunt.

9. SIBBALDIA (L. gen. n. 393.) Calyx, corolla, et pistillorum et receptaculi conformatio Potentillae, sed stamina 5 et pistilla 5, rarius 10.

1. S. PROCUMBENS (L. sp. 307.) foliis ternatis, foliolis supra subglabris, subtus pilosis, floribus corymbosis, petalis lanceolatis. ♃. In declivibus et rupestribus alpium altissimarum, (in d. Schweiz u. von da bis Steyermark u. Krain; an einer Stelle in d. Vogesen, nämlich in einer Schlucht auf d. Mittagsseite des Hoheneck, Mougeot.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 504. St. h. 17. Petala lutea.

10. AGRIMÓNIA (L. gen. n. 607, exclus. spec.) Cal. turbinatus, limbo quinquefido, deflorato sursum connivente; sub limbo spinis numerosis hamatis mollibus, fructus maturitate auctis et induratis armatus. Pet. 5. Stamina 15, cum petalis ante annulum glandulosum, faucem coarctantem, inserta. Ovar. 2, stylo terminali. Carpella 2, abortu 1, calyce indurato inclusa. (Flores lutei. Pedunculus brevis, apice geniculatus, et ad geniculum utrinque bracteola instructus.)

1. A. EUPATORIUM (L. sp. 643.) spicis evolutis elongatis virgatis, calycibus fructus remotis *obconicis ad basin usque profunde*

sulcatis, spinis exterioribus patentissimis, foliis interrupte pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis serratis subtus cano-hirtis, interjectis minoribus ovatis dentatis, impari pedicellato. ♃. In pratis sicciori-bus, collibus incultis, dumetosis; in subalpina adscendens. Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 375. Schk. t. 128.

2. A. ODORATA (Aiton. kew. ed. 1. v. 2. p. 130.) spicis evolutis elongatis virgatis, calycibus fructus remotis *hemisphaerico-campanulatis ad medium usque leviter sulcatis*, spinis exterioribus refractis, foliis impari-pinnatis foliolis oblongo-lanceolatis serratis subtus hirtis glandulisque minutis adspersis, interjectis minoribus ovatis dentatis, impari pedicellato. ♃. In graminosis, (an dem Lachensee in d. Gegend von Bonn? N. v. Esenbeck! im Gebiete d. Fl. v. Spa, Lej.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 376. Tubo calycis fructiferi hemisphaerico, crassiore et breviore, leviter ad medium tantum sulcato facile ab antecedente distinguitur. Folia subtus glandulis minutis copiosis adspersa odorem terebinthaceum fortem spargentibus. Bona species, sed dubia hucusque civis. Planta ad lacum Lachensee lecta, mecum a Cl. N. ab Esenb. communicata, ex mea sententia ad modificationem elatiorem A. Eupatoriae pertinet; fructus in specimine desunt. Plantam e ditione fl. spad. nondum vidi. — Ab A. odorata multum differt A. repens Linn. (sp. 643, cum descriptione,) Aiton. kew. ed. 1. v. 2. p. 130, spicis, etiam fructiferis densis et brevibus, foliolis fere inodoris basi integerrimis, impari sessili, vel vix petiolato, interjectis minoribus oblongis integerrimis vel apice tantum 2-3 fidis, caule humili, superne stipulis magnis, interstitia aequantibus, totus obtectus. Haec in ditione fl. nostr. nondum observata est. Conf. de hac et antecedente Mill. dict. n. 3 et 4.

11. AREMONIA (Neck. elem. n. 768.) Cal. oblongus, limbo quinquefido, deflorato sursum connivente; sub limbo denticuli 5, minuti, cum laciniis limbi alternantes, fructu maturescente elongati, subulati, indurati, erecti, laciniis limbi applicati. Pet. 5, cum staminibus 5 vel 10 ante annulum glandulosum, faucem coarctantem, inserta. Ovaria 2, stylo terminali. Carpella 2, abortu 1, calyce indurato subgloboso inclusa. (Flores lutei, singuli involucro 6-10 fido, e bracteolis 2 connatis facto, cincti.)

1. A. AGRIMONIOIDES (Neck. l. c.) ♃. In montosis sylvaticis asperis, (in Unterkrain, Scop., Graf.!) Mai. Jun. D. fl. 3. 379. Column. ecphr. p. 144. Agrimonia agrimoniodes L. sp. 643., Amonia agrimonioides Nestl., Spalanzania agrimonioides Pollin. G.

Trib. III. *ROSEAE*. DC. prodr. 2. 596. Carpella plurima, uniovulata, nucamentacea, indehiscentia, calycis tubo carnoso et maturitate succulento inclusa.

12. ROSA (L. gen. n. 631.) Cal. unceolatus, quinquefidus; tubus carnosus, apice constrictus: faux annulo vel disco glanduloso coarctata; limbus marescens, persistens vel deciduus. Pet. 5, cum staminibus, viginti et pluribus, ante discum inserta. Ovaria plurima, calycis tubo inclusa. Styli emersi. Bacca spuria e calycis tubo facta.

Sect. I. PIMPINELLIFOLIAE. Ovaria in centro calycis breviter stipitata, stipite dimidium ovarium non attingente, vel subsessilia. *Flores solitarii, ebracteati,*

vel bractea unica, e folio ad stipulam reducto orta, fulti. *Stipulae subconformes.* Trunci juniores aculeatissimi, aculeis gracilibus rectis vel reversis, sed non recurvatis, inaequalibus, intermixtis tenuioribus setulosis. (Stipulae in omnibus florae nostrae speciebus petiolo longitudinaliter ita adnatae, ut pars libera, auricula, plerumque conspicue brevior sit, quam pars adnata. In Rosis banksianis et aliis speciebus extraneis stipulae cum angusta basi adnatae et fere liberae sunt. Fructus aut sero autumno et hyeme, aut jam Augusto et Septembri molles et pulposi fiunt; hos praecociores *pulposos*, et illos seriores, qui usque ad finem Septembris duri inveniuntur, *coriaceos et cartilagineos* appellavi.

1. R. LUTEA (Miller. dict. n. 11.) aculeis caulium hornotinorum rectis confertis inaequalibus maioribus subulatis, minoribus setaceis, ramorum sparsis validioribus subarcuatis, foliolis 5-9 subrotundis ellipticisve concoloribus duplicato-serratis, stipulis omnibus conformibus planis margine reflexis lineari-cuneatis, auriculis lanceolatis acuminatis divergentibus, laciniis calycis appendiculatis corolla brevioribus, fructibus erectis depresso-globosis calyce persistente patentissimo vel reflexo coronatis. ♄. Patria secundum DeC. ignota; in ditione fl. nostr. hinc inde in sepibus quasi sponte provenit. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 444. R. Eglanteria L. sp. p. 703, excl. synonymis ad R. rubiginosam et pimpinellifoliam pertinentibus, (non Mill. et plurim. flor.) R. chlorophylla Ehrh. beitr. 2. 69. R. foetida Herrm. diss. 18. nec Bast. R. vulpina Wallr. ros. p. 301. *Flores* pulchre *vitellini, antherae basi hastatae*, fructus luteo-coccinei. Variat:

β. *punicea*, floribus puniceis: R. punicea Mill. dict. n. 12. R. bicolor Jacq. h. vind. 1. t. 1. R. lutea β. bicolor. Willd. sp. 2. 1064.

2. R. PIMPINELLIFOLIA (DeCand. prodr. 2. p. 608.) *aculeis inaequalibus subulatis setaceisque rectis*, truncorum hornotinorum confertis, ramorum sparsis, foliolis 5-9 subrotundis ovalibusve simpliciter vel duplicato-serratis, serraturis patulis, stipulis lineari-cuneatis, auriculis lanceolatis acuminatis subdivergentibus, ramulorum florentium latioribus, *laciniis calycis integris corolla dimidia brevioribus lineari-acuminatis*, pedunculis unifloris, fructiferis rectis, *fructibus depresso-globosis coriaceis calyce persistente connivente coronatis.* ♄. In collibus incultis, montium declivibus petrosis, ad vias et agrorum margines et ad littora maris arenosa, (stellenweise durch d. ganze Gebiet, jedoch nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 445. R. spinosissima Smith. engl. fl. 2. 375. R. campestris Wallr. ros. 110. R. Eglenteria C. Bauh. bei Tabernaem. krtb. p. 1495. n. 9. Dignoscitur laciniis calycis lineari-lanceolatis, apice non foliaceo-dilatatis, nec appendiculatis, longitudine dimidiae corollae, in fructu persistentibus et sursum conniventibus, et fructibus globosis atris vel atro-sanguineis erectis. Variat:

α. floribus albis, pedunculis glabris: R. pimpinellifolia L. sp. 1. 703, et (foliolis simpliciter serratis) R. spinosissima β. Lindl. monogr. p. 50.

β. *spinosissima*, eadem, pedunculis hispidis: R. spinosissima L. sp. 1. 705. (non fl. lapp.)

γ. *myriacantha*, eadem, foliis subtus glandulosis, pedunculis glabris vel hispidis: R. myriacantha DC. fl. fr. 4. 439. Lindl. monogr. p. 55.

δ. *leiostyla*, eadem, stylis elongatis basi tantum villosis, quae varietas etiam aliis speciebus propria est: R. microcarpa Bess. en. pl. volh. p. 81. (nec Lindl.) R. melanocarpa Link. en. h. berol. 2. 57.

ε. *mitissima*, eadem, aculeis evanidis: R. mitissima Gmel. bad. 4. p. 358.

Aliam foliis glaucescentibus, R. *poteriifoliam* distinguit Besser.; alteram foliolis oblongis, R. *sanguisorbifoliam* Donn.

ζ. *rosea*, floribus dilutius vel intensius roseis: R. pimpinellifolia Willd. berl. Baumz. ed. 2. p. 384; et floribus roseo-striatis. R. spinosissima β. ciphiana Sm. brit. 2. 537.

η. *affinis*, floribus roseis, caule inermi: R. affinis Sternb. bot. ztg. 1826. beil. p. 80, non Rau.

Ab hac differt R. involuta Smith.: laciniae calycis longitudine corollae, apice in appendicem lanceolatam dilatatae, et saepe margine appendiculis angustis instructae, calycis tubus maior, setis fortioribus adspersus, foliola paulo majora et subtus in venis vel in tota superficie, quandoque etiam supra pilis patulis obsita, stipulae latiores, auriculis ovatis, fructus coccinei. Habitus R. pimpinellifoliae robustioris, sed ad R. tomentosam quodammodo etiam inclinat. Flores albi.

3. R. GENTILIS (Sternberg. bot. ztg. 1826. beil. p. 79.) *aculeis subulatis setaceisque rectis*, truncorum hornotinorum confertis, ramorum sparsis, foliolis 9-11 subrotundis ovalibusque serratis, serraturis patulis, *stipulis* lineari-cuneatis *explanatis*, auriculis ovato-lanceolatis acutis ramulorum florentium ovatis, *laciniis calycis integris corolla dimidia brevioribus lanceolato-acuminatis, pedunculis* bractea fultis unifloris, *fructiferis cernuis*, *fructibus subrotundo-ovatis ellipticisve calyce persistente connivente coronatis coriaceis*. ♄. In asperis montosis, (auf d. Monte Maggiore in Istrien, Graf v. Sternb.; bei Triest, Biasoletto!) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 451. Foliola glabra, pedunculi et calycis tubus glanduloso-hispidi. Flores rosei, fructus coccineus et magis minusve ovatus, qui in R. pimpinellia depresso-globosus et ater. H. l. R. rubella Lindl. in monogr. ex spec. ab am. Martio ex Anglia allato, sed Smithii planta cognomina tubum calycis globosum habet. Conf. engl. fl. 3. p. 375. G.

4. R. REVERSA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. p. 293. t. 264.) *aculeis subulatis setaceisque rectis*, truncorum hornotinorum confertis, ramorum sparsis, foliolis 5-7 ovatis serratis, *stipulis* ramulorum florentium dilatatis basi cuneatis *canaliculato-complicatis*, auriculis ovatis acutis, *laciniis calycis integris corolla brevioribus lanceolato-acuminatis, pedunculis* bractea fultis unifloris, *fructiferis deflexis*, *fructibus ovatis calyce persistente connivente coronatis coriaceis*. ♄. In montosis rupestribus, (auf dem Berge Slavnik bei Triest, Tommasini!) Mai. Foliola maiora quam in duabus antecedentibus, subtus plerumqne pilis adspersa, 5-7, („bi-trijuga cum impari" Waldst. et Kit. p. 293.) raro 9; a R. pimpinellifolia differt primo intuitu fructibus oblongis pendulis; a R. gentili fructibus nigris; a R. alpina hac nota, foliolis brevioribus, laciniis calycis corollae longitudinem non attingentibus et truncis ramisque, etiam adultis, aculeatis, qui in R. alpina vulgo inermes. G.

5. R. ALPINA (L. sp. 703.) *truncis adultis inermibus*, hornotinis confertim aculeatis, aculeis setaceis rectis eglandulosis, foliolis 7-11 oblongo-ellipticis duplicato-simpliciterve serratis, stipulis ramulorum florentium dilatatis basi cuneatis, reliquis linearibus apice

latioribus, *apicibus* liberis ovato-acuminatis *divergentibus*, *laciniis calycis integris lanceolato-acuminatis corollam superantibus*, *pedunculis fructiferis recurvatis*, *fructibus nutantibus* ellipticis oblongisve, *calyce persistente connivente coronatis*. ♄. In locis saxosis alpium et montium subalpinarum, (in d. Alpen, d. höhern Vogesen u. d. Sudeten, auch auf d. Feldberge im Oberbadischen.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 451. Jacq. a. t. 279. R. rupestris Crantz. a. p. 85. R. inermis Mill. dict. nr. 1. Variat:

α. foliis glabris vel in nervo medio tantum pilosis, et

β. pubescens, foliis subtus in tota superficie pilis adspersis: R. reversa Presl. cech., non W. K.

γ. pyrenaica, pedunculis et tubo calycis, vel pedunculis tantum, glanduloso-hispidis: R. pyrenaica Gouan. ill. p. 31. t. 19; eadem, foliis simul profunde duplicato-serratis: R. monspeliaca Gouan.

δ. turbinata, floribus plenis et calycis tubo turbinato: R. alpina *π.* turbinata DC. prodr. 2. 612. R. venusta Waiz. ex Wallr.

R. pendulina Ait. et herbarii Linnaeani est R. alpina, cultura paulum aucta, R. alpina *ι* latifolia DC. prod. 2. 612. Citatum vero in spec. plant. ex horto elthamensi ad R. strictam Mühlenb. pertinet.

Sect. II. CINNAMONEAE. *Ovaria* in centro calycis *breviter stipitata*, *stipite dimidio ovario breviore*. Flores in apice ramulorum 3-5, pluresque, corymbosi, omnes, intermedio excepto, bractea fulti; si flos solitarius ramulum terminat, bractea una alterave cum rudimento floris secundi vel tertii apparet. *Stipulae in ramulis florentibus conspicue latiores*, quam in sterilibus. Trunci juniores, ut in sectione prima.

6. R. CINNAMONEA (L. sp. 703.) aculeis truncorum hornotinorum rectis confertis inaequalibus, maioribus subulatis, minoribus setaceis eglandulosis, ramulorum stipularibus validioribus arcuatis, foliolis quinis septenisve ovali-oblongis simpliciter serratis subtus cinereis pubescentibus, *stipulis ramulorum sterilium lineari-oblongis marginibus tubuloso-conniventibus*, florentium superne dilatatis, auriculis ovatis acuminatis patentibus, laciniis calycis corollam aequantibus integris lanceolato-acuminatis, pedunculis fructiferis rectis, *fructibus* globosis *calyce persistente connivente coronatis pulposis*. ♄. In dumetis, collibus incultis, sylvaticis, (die Hauptart mit einfacher Blüthe echt wild im Donauthale u. von da bis an die Alpen, an vielen Orten sehr gemein; ausserdem in Deutschland nur verwildert u. halbgefüllt; in d. Schweiz, Gaud.) Mai. Jun. D. fl. 3. 455. R. collincola Ehrh. beitr. 2. p. 70. R. majalis Herm. diss. p. 8. R. spinosissima Wahlenberg ups. 171. R. mutica Fl. dan. t. 688., et R. fluvialis Fl. dan. t. 868. Stipulis ramulorum non florentium in tubulum fere convolutis et basi sua plus quam dimidium ramulum amplexantibus ab omnibus speciebus fl. n. differt. Pedunculi et calycis tubus semper glabri. Corolla rosea. Stipulae R. turbinatae eodem modo plus quam dimidium ramulum amplectuntur, sed explanatae et antice valde dilatatae sunt. Variat:

β. foecundissima, floribus semiplenis et plenis, quo facto calycis tubus superne in formam cyathi dilatatur. R. foecundissima Münchh. hausv. 5. 279.

7. R. TURBINATA (Ait. kew. 2. p. 206.) aculeis truncorum hornotinorum confertis inaequalibus, maioribus e basi dilatata subulatis subfal-

subfalcatis, minoribus setaceis intermixtis setis glanduliferis, omnibus aetate evanescentibus, *ramis inermibus*, foliolis ovatis grosse serratis, *stipulis foliorum floralium elliptico-dilatatis*, reliquis oblongis planiusculis, *auriculis* ovatis acuminatis *porrectis*, laciniis calycis subappendiculatis corollam aequantibus, *pedunculis fructiferis rectis*, *fructibus* ellipticis oblongisve *calyce patentissimo coronatis*. ♄. In dumetis circa pagos hinc inde quasi sponte, et quidem varietas floribus plenis vel semiplenis. Jun. Species primaria, ovario praedita ovato vel subrotundo et apice in collum contracto, figura ovarii R. caninae, nondum descripta, mihi e seminibus varietatis semiplenae, terrae macrae immersis, enata est, et in horto nostro viget. Nomen specificum ad hanc primariam speciem nunc non aptum quidem est, tamen mutare nolui. Pedunculi hispidi vel glabri. Cor. rosea. Ad varietatem:

β. *plenam*, floribus plenis et ovario turbinato vel cyathiformi instructam pertinet: R. campanulata Ehrh. beitr. 6. p. 97. R. francofurtana Münchhaus. hausv. 5. p. 24. R. Chamaerhodon turbinata Wallr. ros. p. 293. Ovarium eodem modo comparatum est in varietatibus plenis R. pimpinellifoliae, alpinae, cinnamomeae, et in quibusdam R. gallicae.

8. R. RUBRIFOLIA (Villars. fl. delph. 3. 549) caesio-pruinosa, aculeis truncorum inaequalibus, maioribus subfalcatis basi compressis, minoribus gracilibus, foliolis 5-7 ellipticis simpliciter argute serratis, serraturis superioribus conniventibus, *stipulis planis*, foliorum floralium *elliptico-dilatatis*, reliquis oblongis basi cuneatis, *auriculis* ovatis acuminatis *divergentibus*, laciniis calycis integris vel anguste appendiculatis lanceolato-acuminatis corollam superantibus post anthesin conniventibus de fructu maturo deciduis, pedunculis fructiferis rectis, *fructibus* globosis *maturis pulposis*. ♄. In convallibus et rupestribus subalpinis, nec non in montibus humilioribus regionum australiorum, (durch d. ganze Alpenkette hin u. wieder und auch auf niedrigern Bergen an Waldsäumen bei Kolbingen im Würtembergischen, Rösler; im Oberelsass, Kirschleger; im Littorale, Biasoletto.) Jun. D. fl. 3. p. 460. R. glaucescens Wulf. in Röm. arch. 3. 376. R. glauca Desf. cat. h. paris. 175. R. rubicunda Hall. fil. in Röm. arch. 1. 2. p. 6. Rose multiflore Reyn. act. laus. 1. 70. t. 6. Folia iuniora purpurascentia. Pedunculi glabri vel glanduloso-hispidi. Cor. rosea. Ovaria centralia stipitata, stipitibus longitudinem dimidii ovarii attingentibus. Variat:

β. *livida*, folia tota supra livida, subtus pallida et plus minusve purpura suffusa: R. livida Host. fl. a. 2. p. 25. R. rubrifolia Jacq. fragm. p. 70. t. 108. R. gutensteinensis Cat. h. vindob.

γ. *pubescens*, fol. subtus pilosis, (Triest, Biasoletto.)

9. R. GLANDULOSA (Bellard. in act. taur. 1790. p. 230.) aculeis truncorum paucis subfalcatis basi compressis, ramulorum gracilioribus substipularibus, foliolis 7 subrotundis duplicato-argute-serratis, serraturis superioribus conniventibus, *stipulis foliorum floralium elliptico-dilatatis* reliquis oblongis basi cuneatis, *auriculis ovatis* acuminatis *divergentibus*, *laciniis calycis appendiculatis* acumine lanceolato (corollam superantibus?) pedunculis fructiferis erectis, fructibus subglobosis. ♄. In subalpinis, (Steyermark, v. Vest!

Oberelsass nach Kirschleger; Schweiz, Gaud.) Jun. D. fl. 3. p. 462. R. Reynieri Hall. fil. in Röm. arch. 1. 2. p. 7. R. glabrata Vest. in Tratt. ros. 2. p. 220. R. montana Murr. bot. val. 91., non Villarsii, cuius planta stylos elongatos connatos habet, ut R. arvensis.) R. rubrifolia β. montana Gaud. helv. 3. p. 248. R. rubrifolia ρ. glandulosa Ser. in DC. prodr. 2. p. 620. Flores rosei, pedunculi et calycis tubus valde hispidi.

Sect. III. Caninae. *Ovaria in centro calycis longe stipitata, stipite ovarium aequante.* Flores in apice ramulorum 3-5, pluresque, corymbosi, omnes, intermedio excepto, bractea fulti. *Stipulae*, ut in sectione praecedente, in foliis superioribus *ramulorum florentium dilatatae.* Aculei maiores validi.

10. R. canina (L. sp. 704.) *aculeis validis falcatis, basi dilatatis compressis subaequalibus*, truncorum sparsis, ramorum substipularibus, foliolis 5-7 ellipticis ovatisve argute serratis, *serraturis superioribus conniventibus*, stipulis foliorum floralium ellipticis dilatatis, reliquis oblongis planiusculis, auriculis ovatis acuminatis porrectis, *laciniis calycis pinnatifidis* corollam subaequantibus reflexis de fructu maturescente deciduis, pedunculis fructiferis rectis, *fructibus* ellipticis vel subrotundis *cartilagineis*, carpellis in fructu pedicellatis. ♄. In sepibus, dumetis, sylvaticis. Jun. D. fl. 3. 463. St. h. 18. R. Cynorrhodon Wall. ros. p. 206. Frutex erectus, aculeis validis basi dilatatis et compressis subito in acumen contractis et falcatis. Carpella in centro calycis, ut in tribus sequentibus speciebus huius sectionis, stipitata, stipitibus sub anthesi longitudine ovarii, sub fructus maturitate carnosis, ut substantia fructus ipsius, et eodem modo rubro tinctis. Varietates nonnullae, Rosae gallicae similes, et cum hac saepe confusae, carpellis centralibus stipitatis certo dignoscuntur; in ea enim carpella omnia semper sessilia sunt.

Variat foliis laete viridibus lucidis: R. canina nitida Fries. nov. 1. 34. R. nitens Merat.; glauco-viridibus opacis, pruina glauca detergenda afflatis: R. canina opaca Fries l. c. R. senticosa Ach.; et simpliciter et duplicato-serratis, et:

α. *canina vulgaris:* petioli, foliola, pedunculi et calycis tubus glabra, petioli saepius glandulis remotis adspersi et quandoque basi subpilosi; h. l. sunt: R. venosa Sw. R. sarmentacea Sw. R. dumalis Bechst. R. surculosa, R. nuda et R. sarmentacea Woods. R. glaucescens Lej. R. balsamica Willd. en. suppl. R. calycina Bieberst. R. malmundariensis Lej.; forma inermis, R. glauca Schott. et elegans varietas microphylla et micrantha: R. aciphylla Rau! en. cum icone.

β. *canina dumetorum*: petioli ubique pilosi, foliola subtus in venis primariis, vel in tota superficie vel etiam in superficie superiore pilis tecta, pedunculi non setoso-hispidi. H. l. R. dumetorum Thuill. R. collina DC. fl. fr. 4. 441., non Jacq. R. corymbifera Borkh. R. agrestis et R. sepium Sw. R. caesia, R. Borreri, R. dumetorum, R. collina, R. bractescens et R. hibernica Woods., sed cl. auctor formas pedunculis hispidis et glabris non sejunxit. R. Forsteri Sm. R. platyphylla, R. sepium, R. affinis et R. dumetorum Rau., R. frutetorum, R. solstitialis, R. uncinella Besser., R. umbellata, R. collina, R. fastigiata, R. dumetorum, R. leucantha Lej., R. sylvestris Schultz.

γ. *canina collina:* pedunculi glanduloso-hispidi, folia glabra vel pilosa; calycis tubus glaber vel glanduloso-hispidus, petioli glandulis rarius vel densius adspersi, et simul pilosi vel pilis destituti. H. l.

1. *sempervirens* Rau., non L., R. Ravi Tratt., R. andegavensis Bast. folia glabra, foliola simpliciter serrata, pedunculi hispidi. R. ambigua Lej. fol. duplicato-serratis.

2. *collina* Jacq. et Rau., petioli et foliola subtus pubescentia, haec simpliciter serrata. Jacq. austr. t. 197. H. l. R. campestris Sw. R. saxatilis Stev. R. Boreykiana, R. Ratomsciana et R. humilis Bess. R. caucasica Bieberst.

3. *psilophylla* Rau., foliola duplicato-serrata subtus glabra.

4. *trachyphylla* Rau., foliola subtriplicato serrata glabra, et

5. *flexuosa* Rau., foliola subtriplicato-serrata, subtus pilis adspersa; ad tres ultimas pertinent: R. nitidula, R. Jundzilliana et R. glandulosa Bess. (non Bellard.) R. Andrzejowsciana Stev. R. fastigiata Bast. R. leucantha Bieberst., (floribus fere albis.)

Omnium varietatum pulcherrima est:

Rosa alba, L. sp. 705, quae inumeris modificationibus in hortis colitur, etiam floribus dilute carneis. Certissime varietas est R. caninae collinae floribus plenis, et, praeter hanc notam, ne minima alia reperitur.

δ. *canina sepium*, petioli et foliola subtus vel etiam utrinque glandulis viscosis adspersa, pedunculi et calycis tubus glabri. Formis intermediis in antecedentes varietates transit. Proxima est R. rubiginosae, quam conferas.

Forma maior, foliolis saepe basin versus attenuatis: R. glutinosa Schultz. (non Sm.) R. Kluckii Bess. R. stylosa γ. glandulosa DC. prodr. 2. 599.

Forma minor, microphylla et saepe micrantha: R. sepium Thuill. R. myrtifolia Hall. fil. R. rubiginosa o sepium DC. prodr. 2. 617., excl. syn. Ravi.

R. coriifolia Fries nov. ed. 1. p. 33, ed. 2. 147, in ditione fl. nostrae nondum lecta, a R. canina dumetorum „fructu depresso-globoso, praecociori, iam initio Septembris maturo et molli, et, dum vivit, habitu proprio diversa.“ Cl. auctor in litt.

11. R. RUBIGINOSA (L. mant. 2. 564.) *aculeis validis falcatis basi dilatatis compressis, truncorum sparsis inaequalibus*, minoribus rectioribus gracilioribus, ramulorum substipularibus, foliolis 5-7 ellipticis acute duplicato-serratis, *serraturis patulis*, stipulis foliorum floralium ellipticis dilatatis, reliquis oblongis planiusculis, auriculis ovatis acuminatis porrectis, *laciniis calycis pinnatifidis* corollam subaequantibus reflexis de fructu maturescente deciduis, pedunculis fructiferis rectis, *fructibus* subrotundis *cartilagineis*. ♄. In dumetis et sylvaticis. Jun. D. fl. 3. 472. Jacq. a. t. 50. R. Eglanteria Mill. dict. n. 4. R. suavifolia Lightf. scot. 262. Virgultum densius, quam R. caninae, eminus ferrugineo-viride, folia rotundiora, dentes patentiores, flores minores intensius purpurei, aculei trunci magis inaequales et multis minoribus mixti; his notis a varietatibus R. caninae foliis glandulosis differt, quae insuper habitu Rosae caninae sunt, foliola oblongo-elliptica, quandoque lanceolata, odore tere-

binthaceo praedita, flores pallidiores, saepe albos, et aculeos minus inaequales exhibent. A. R. tomentosa, cuius folia non raro aequali glandularum copia inspersa sunt, differt foliis gramineo-viridibus et aculeis aduncis.

Variat pedunculis glabris et hispidis; ad hanc pertinet: R. agrestis Savi ex DC.; pedunculis valde hispidis et ramulis superne aculeis subulatis dense tectis: R. umbellata Leers. herb. 119. R. sempervirens Roth. tent., non L., R. tenuiglandulosa Merat. ex DC. In solo macro et rupestri saepe minor est et microphylla et micrantha: R. rubiginosa var. γ. parvifolia Willd., var. ι DC. prodr. 2. 617., R. micrantha DC. fl. fr. 5. 539., R. resinosa Lej. fl. d. spa., haec aculeis tenuibus longioribus; in umbra sylvarum elatior et laxior evadit et foliola maiora adquirit: R. nemorosa Libert. R. Libertiana Tratt., R. micrantha Sm.

12. R. TOMENTOSA (Smith. brit. 2. 539.) *aculeis validis rectis basi compressis*, truncorum sparsis inaequalibus, minoribus gracilioribus, ramulorum subfalcatis stipularibus, foliolis ellipticis ovatisve cinerascentibus acute duplicato-serratis, serraturis patulis, *stipulis foliorum floralium elliptico-dilatatis*, reliquis oblongis planiusculis, *auriculis* ovatis acuminatis *porrectis*, laciniis calycinis pinnatifidis corollam aequantibus subpersistentibus, *fructibus* subrotundis *cartilagineis*, petalis margine glabris. ♄. In dumetis et sylvaticis. Jun. D. fl. 3. 474. Aculei longi, plerumque horizontaliter patentes, graciliores, fere recti, et color foliorum cinereus, nec detergendus, neque a pilis ortus, characterem distinctivum huius speciei in hac sectione efficiunt. Folia pilosa, et ob colorem foliorum cinereum tomentosa apparent, quamvis non sint, saltem adultiora; haec, rarissime quidem, etiam decalvata: R. marginata Wallr. ex citato auctoris. Flores amoene rosei. Variat 1. foliis villosis eglandulosis tactu mollissimis, 2. fol. villosis glandulosis tactu scabriusculis, et 3. fol. glabriusculis. Praeterea fructibus globosis, R. mollissima Willd. prodr. nec Sp. pl., et ovatis, R. hispida Borkhaus. forstbot., R. Borkhausenii Tratt., R. villosa Poll. palat., fructibus pedunculisque hispidis vel glabris; haec ultima varietas pedunculis glabris rarissime occurrit: R. farinosa Bechst. forstbot. Praeter has formas species sequentes huc referendae sunt: R. dimorpha et terebinthacea Besser., R. cuspidata Bieberst., R. pseudorubiginosa Lej., R. scabriuscula, R. villosa, R. heterophylla, R. pulchella et R. tomentosa Woods., R. mollis et R. subglobosa Sm., R. dubia Wib.

13. R. POMIFERA (Herrmann. diss. 17.) *aculeis validis e basi dilatata compressa subulatis rectis*, truncorum hornotinorum sparsis inaequalibus, minoribus setaceis, ramulorum substipularibus, foliolis 5 7 ellipticis cinerascentibus duplicato-serratis, serraturis patulis, stipulis foliorum floralium elliptico-dilatatis, reliquis oblongis planiusculis, *auriculis* ovatis *porrectis*, laciniis calycis pinnatifidis corollam glanduloso-ciliatam aequantibus, *fructibus* globosis *maturitate pulposis nutantibus calyce persistente connivente coronatis*. ♄. In subalpinis, (Sagriz u. Döllach in Kärnthen, Wulf.; im Fassathal d. südl. Tyrols, Elsm.; Alpen bei Lofer, v. Spitzel; Buchberg in Steyermark, v. Vest; im Münsterthale d. Oberelsass, Kirschleger, im Aarthale am Unterrheine, Nees v. Esenb.) Jun. D.

f. 3. 478. R. villosa Wulf. Röm. arch. 3. 377. Lindl. monogr. 74. DC. prodr. 2. 618. R. cretica Vest. ap. Tratt. ros. 2. 83. R. ciliatopetala Bess. en. pl. volh. p. 9 et 66. Nomen R. villosae ambiguum factum; nomen R. pomiferae vero omnibus notum est et confundi nequit. Linnaeus sub sua R. villosa et hanc et antecedentem speciem combinavit.

14. R. SYSTYLA (Bastard. suppl. d. l. fl. d. Maine et Loire. 31.) aculeis validis falcatis basi compressis subaequalibus, *trunci erecti* sparsis, ramorum saepius substipularibus, foliolis 5-7 ellipticis argute simpliciter serratis, serraturis superioribus conniventibus, stipulis oblongis, auriculis ovatis acuminatis porrectis, foliorum floralium latioribus, laciniis calycis pinnatifidis corollam subaequantibus, *stylis glabris connatis.* ♄. In subalpinis, (in Steyermark, Sauter, Steud. et Hochstetter; wird auch von Kirschleger unter d. Gewächsen d. Oberelsass angeführt.) Jun. Habitu R. caninae vulgaris. Columna stylorum nunc elongata, nunc brevis vel vix exserta. Flores dilute rosei, albi vel lutescentes. Stipes ovariorum in centro calycis brevior, quam in ceteris speciebus sectionis. Variat secundum DC. pr. 2. p. 599.

α. *Devauxiana* Ser. foliis pubescentibus, pedunculis calycibusque glabris: R. stylosa Desv. journ. 1813. 2. p. 113. t. 14. R. collina Sm. engl. bot. t. 1895, non Jacq.

β. *leucochroa*, foliis subglabris, pedunculis glabris: R. leucochroa Desv. journ. 1809. 2. p. 316. R. brevistyla DC. fl. fr. 5. p. 537, si styli breves vel non emersi sunt.

Sect. IV. ROSAE NOBILES. *Ovaria* omnia penitus *sessilia*, stipite destituta. *Stipulae conformes*, ramulorum florentium vix latiores; hinc bracteae, e stipulis diminutis aphyllis factae, angustiores. (R. systylae sectionem propriam constituere nequeunt, styli enim in his non raro liberi, in R. hybrida contra elongati et non unquam connati etiam occurrunt.)

15. R. ARVENSIS (Hudson. angl. ed. 2. p. 219.) aculeis sparsis validis falcatis basi compressis, ramis elongatis flagelliformibus decumbentibus, foliolis 5-7 subrotundo-ellipticis crenato-serratis discoloribus subtus opacis deciduis, stipulis omnibus conformibus oblongo-linearibus planis, auriculis ovatis acuminatis porrectis, laciniis calycis subpinnatifidis acumine alabastrum non attingentibus, de fructu maturescente deciduis, *stylis connatis stamina aequantibus*, fructibus erectis ellipticis vel subglobosis. ♄. In nemoribus et dumetis, in subalpina adscendens, (stellenweise durch d. ganze Gebiet) Jun. D. fl. 3. 482. R. sylvestris Herrm. diss. p. 19. R. repens Wib. werth. p 265. R. scandens Wall. ros. pro parte. — R. herporrhodon Ehrh. ob stylos pubescentes ad R. gallicae varietatem δ. infra memoratam pertinere videtur. — Flores albi. Folia glabra. Pedunculi hispiduli, rarius glabri. Variat petiolis foliolisque subtus pubescentibus, porro petalis albis, caule atropurpureo et quandoque cum pedunculis calycibusque caesio-pruinoso: R. glauca Dierb. fl. heidelb. 2. p. 140.

16. R. SEMPERVIRENS (L. sp. 704.) aculeis sparsis validis falcatis basi compressis, ramis elongatis flagelliformibus decumbentibus, foliolis 5-7 ellipticis acuminatis subadpresso-serratis concoloribus utrinque nitidis sempervirentibus, stipulis omnibus conformibus ob-

longo-linearibus planis, auriculis lanceolatis acuminatis porrectis, laciniis calycis integris vel subpinnatifidis de fructu maturescente deciduis, *stylis connatis stamina subaequantibus*, fructibus erectis subrotundis. ♄. In asperis, (im Littorale, um Triest nicht selten.) Jun. D. fl. 3. 484. R. scandens Mill. dict. n. 8. R. balearica Pers. syn. 2. 49. R. atrovirens Viv. fl. ital. 4. t. 6., ex Lindl. R. scandentis var. Wall. ros. p. 196. Foliis utrinque nitidis, hyeme non decidentibus, ab antecedente differt; stipulas recurvatas et in hac observavi. Styli villosi. Variat autem:

β. lejostyla, stylis glabris. An h. l. R. prostrata Desv. journ. bot. 1813. p. 113., DC. cat. h. monsp. p. 138.? Variat porro in modum aliarum specierum:

γ. microphylla et micrantha, foliola et flores dimidio minores. R. sempervirens β. microphylla DC. l. c. Specimen huius varietatis valde memorabile, stylis omnino liberis, misit Salzmann.

17. R. GALLICA (L. sp. 704. Lindl. monogr. p. 68.) aculeis truncorum hornotinorum confertis inaequalibus, majoribus e basi dilatata compressa subulatis subfalcatis, minoribus setaceis, *setis glanduliferis intermixtis numerosis*, foliolis ellipticis subrotundisve rigidiusculis coriaceis subsimpliciter serratis, *stipulis lineari-oblongis, planis*, *auriculis* ovato-lanceolatis acutis *divergentibus*, foliorum floralium *conformibus*, *laciniis calycis* pinnatifidis corolla brevioribus *reflexis denique deciduis*, *carpellis omnibus sessilibus*, fructibus erectis subglobosis cartilagineis. ♄. In nemorosis, ad sylvarum oras, et hinc inde in agris, (stellenweise durch d. ganze Gebiet, an vielen Orten jedoch gar nicht.) Jun. D. fl. 3. p. 485. R. Chamaerrhodon Wallr. ros. p. 257. R. austriaca Crantz. a. 2. p. 86. — Frutex humilis radice longe lateque repente. Flores magni, plerumque saturate purpurei. Occurrit 1. trunco erecto, foliolis ovatis: R. gallica sylvestris auctorum; foliolis subrotundis: R. austriaca Jacq. a. t. 198.; floribus albicantibus vel dilute roseis: R. agrestis Gmel. bad. 2. p. 416. R. arvina Rau. en. 106. R. germanica Märklin., R. centifolia simplex auct. german. 2. trunco prostrato: R. geminata Rau. en. 98. Variat:

β. stylis elongatis, longitudine staminum, glabris: R. hybrida K. et Z. cat. pl. pal. p. 10. R. Czackiana Bess. en. pl. volh. p. 66.

γ stylis elongatis, longitudine staminum, pilosis, liberis: R. hybrida Schleicher.!

δ. eadem, stylis in columnam elongatam pilosam connatis: R. Axmanni Gmel. bad. 3. p. 367.

Ultimae tres varietates forte plantae hybridae e R. gallica et arvensi. — Varietates hortenses sunt:

ε. *plena*, flore pleno concolore: R. gallica Linn. et auct.; flore dilute rosea, striis intense purpureis: R. basilica Rössig.

ζ. *plena micrantha:* R. parvifolia Ehrh. beitr. 6. 97. R. remensis DC. fl. fr. 4. 3768. R. burgundica Rössig. Ab omnibus hisce differt

Rosa centifolia L. sp. 704, omnium florum princeps, radice multo minus repente, truncis altioribus, aculeis magis inaequalibus, maioribus validioribus, foliolis tenuioris substantiae, non adeo siccis et duris, floribus carneis, tubo calycis graciliore eiusque laciniis

longioribus et angustioribus. Fructum nondum vidi. Colitur quoque varietas pygmaea et micrantha. (R. provincialis Ait.) Tota species vero apud nos nullibi spontanea provenit.

Ord. XXXV. SANGUISORBEAE. Lindl. syn. 102. DC. pr. 2. 583.

Cal. 3-4-5 fidus, *laciniis per aestivationem valvatis;* tubus apice contractus, ovaria libera fovens; faux annulo coarctata. *Cor. nulla. Stam.* 4, vel abortu pauciora, vel indefinita, *ante annulum faucis inserta.* Ovaria, unicum, duo, quatuor, stylum ex apice vel e basi emittentia, uniovulata, ovulo pendulo vel adscendente. Stigma capitatum, vel penicilliforme, vel barbatum. Nux in calyce saepe indurato inclusa. Semen exalbuminosum. Folia stipulata. Flores hermaphroditi vel unisexuales.

1. ALCHEMÍLLA (L. gen. n. 168.) Cal. tubus subcampanulatus; limbus 8 partitus, laciniis alternis minoribus. Stam. 1-4, annulo faucis inserta, laciniis minoribus opposita. Stylus e latere ovarii egrediens, stigma capitatum. Nux in calyce persistente inclusa. (Flores virides, fauce luteoli.)

* Flores in corymbis terminalibus.

1. A. VULGÀRIS (L. sp. 178.) *foliis* radicalibus reniformibus *ad tertiam partem 7-9 lobis*, lobis subsemiorbiculatis *circumcirca serratis.* ♃. In pratis et pascuis; in alpes adscendens. Mai.-Jul. D. fl. 1. 829. St. h. 2. Variat glabra et hirsuta, foliorum lobis rotundatis brevioribus et magis ovatis longioribus, et foliis basi minus cordatis, truncatis: A. truncata Tausch. Varietas:

β. *subsericea*, foliis subsericeo-hirsutis: A. montana Willd. en. 170. A. vulgaris γ. hybrida Willd. sp. 1. 698. A. alpina β. hybrida L. sp. 179. Pluk. phyt. 240. f. 1.

2. A. PUBESCENS (MBieberst. fl. taur. cauc. 1. 114.) *foliis* radicalibus reniformibus *ad tertiam partem 7-9 lobis*, *lobis* breviter obovatis *truncatis* antice acute serratis *margine integerrimis.* ♃. In pascuis alpium altissimarum, (auf der Pasterze in Kärnthen, Hoppe, u. auf d. Seiseralpe in Südtyrol, Zuccarini.) Jun. Jul. G.

3. A. FISSA (Schummel. in Wimm. et Grab. fl. siles. 1. p. 136.) *foliis* radicalibus reniformibus *ad medium 7-9 fidis, lobis* obovatis antice inciso-dentatis *margine integerrimis.* ♃. In pascuis humidis alpium editiorum, (in d. Schweiz gemein, auf d. Nassfelder Alpe! in Salzburg, d. Geisstein bei Lofer in Tyrol, d. Pasterze in Kärnthen, vermuthlich auf d. ganzen Alpenkette; sodann in d. Sudetea.) Jul. Aug. D. fl. 1. 830. St. h. 56. A. minor Tausch. pl. exs. select. Host. fl. austr. 1. 219. A. pyrenaica Dufour. ex Steud. et Hochst. Plerumque praeter foliorum cilias glabra, rarius pilis sparsis obsita.

4. A. ALPINA (L. sp. 179, excl. var. β.) *foliis* radicalibus *digitato-5-7 partitis*, laciniis lanceolato-cuneatis obtusis apice adpresso-serratis *subtus sericeis.* ♃. In locis rupestribus et glareosis alpium, regionum subalpinarum et montium editiorum alpes comi-

tantium, (auf d. Rotabac u. Rossberg in d. Vogesen; in d. Schweiz u. von da durch Tyrol, Salzburg, Kärnthen u. Krain.) Jun.-Aug. D. fl. 3. 831. St. h. 51.

5. A. PENTAPHYLLEA (L. sp. 179.) *foliis* radicalibus *ad basin quinquepartitis*, laciniis tribus intermediis obovato-cuneatis *antice inciso-4-6 dentatis*, lateralibus bifidis uni-pluridentatis, dentibus porrectis. ♃. In locis uliginosis frigidis alpium glacialium, (auf d. höchsten Alpen d. Schweiz; in Tyrol auf d. Wormser Joch u. d. Madritsch-Gletscher zwischen Rabbi u. Martel, Funk.) Jul. Aug. Boccon. mus. p. 18. t. 1.

** Flores axillares, glomerati.

6. A. ARVENSIS (Scop. car. 1. 115.) *foliis palmato-trifidis basi cuneatis*, laciniis antice inciso-tri-quinquedentatis. ☉. In agris planitierum et montium humiliorum. Mai. - in autumn. D. fl. 1. p. 831. A. aphanes Leers. herb. 54. Aphanes arvensis L. sp. 179. Schk. t. 26.

2. SANGUISORBA (L. gen. n. 146.) Cal. tubus quadrangularis, bracteis tribus cinctus; limbus quadripartitus. Stam. 4, laciniis limbi oppositis, filamenta superne latiora. Ovarium unicum, stylus filiformis, stigma capitato-penicilliforme. Nuces 1-2, calycis tubo persistenti indurato inclusae. Flores polygami.

1. S. OFFICINALIS (L. sp. 169.) spicis ovato-oblongis, staminibus calycis lacinias subaequantibus, foliolis cordato-oblongis. ♃. In pratis planitierum et montium humiliorum. D. fl. 1. pr. 816. Schk. t. 24. Stipellae ovatae serratae ad foliolorum basin saepe occurrunt, conf. D. fl. 1. p. 816.

Sanguisorbam auriculatam Scop. (fl. carn. 2. p. 110.) copiose in pratis Vipacensibus (Wippach in Krain) provenientem, nondum vidi. Scopolius eam spicis cylindricis, quae vero neque in Bocconii, neque in Clusii citatis figuris conspiciuntur, et floribus polygamis distinguit. Folia ceterum non sunt interrupte pinnata, sed, ut e figuris dictis jam patet, stipellis, quales in nostra vulgari specie non raro inveniuntur, ad foliolorum basin praedita.

3. POTERIUM (L. gen. n. 1069.) Cal. tubus basi bracteis 2-3 cinctus, apice coarctatus; limbo 4 partito. Pet. o. Stam. 20-30. Ovaria 2-3; stylus filiformis, stigmate penicilliformi. Nuces 2-3 calyci persistenti indurato vel subbaccato inclusae. Flores polygami.

1. P. SANGUISORBA (L. sp. 1411.) herbaceum, caulibus angulatis, *calycibus fructiferis* osseo-induratis reticulato-rugulosis *quadrangularibus, angulis obtusis*. ♃. In pratis et pascuis, praecipue montanis; in subalpina adscendens. Jun. Jul. Schk. t. 300. Pimpinella Sanguisorba Gärtn. fruct. 1. p. 162. Variat glabrum et inferne hirtum; ad hoc: P. guestphalicum v. Bönningh., educatum ex seminibus ab ipso auctore acceptis; praeterea foliolis rotundioribus vel magis ovalibus, basi truncatis vel cordatis, laetius viridibus et glaucescentibus; ad hoc ultimum: P. glaucescens Reichenb. fl. exc. p. 610. Flores plerumque polygamos observavi.

2. P. POLYGAMUM (Walst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 217. t. 198.) herbaceum, caulibus angulatis, *calycibus fructiferis* osseo-induratis lacunoso-rugosis *quadrangularibus*, *angulis alatis*, rugis elevatis dentatis. ♃. In montosis reg. austral., (in Krain, bei Laibach, Dr. Graf! Fiume, Noé!) Fructibus descriptis, statura altiore, et capitulis magis ovalibus ab antecedente differt. Variat glabrum et hirtum.

Ord. XXXVI. POMACEAE. Lindl. trans. 13. 93. Rosacearum tribus Pomaceae DC. prodr. 2. p. 626.

Calycis tubus ovario adnatus, limbo 5 dentato, vel 5 fido, marcescente. Pet. 5. *Stam. 20, cum petalis annulo, calycis faucem cingenti*, *inserta*, *aestivatione incurvata.* Discus epigynus, saepe nectariferus apicem ovarii tegens. Ovarium 2-5 loculare, loculis 2-pluri-ovulatis, ovulis erectis; *placentae centrales.* Styl. 5, vel pauciores. Fructus carnosus, loculis membrana tenuissima molli et vix visibili, vel chartacea et subcartilaginea, vel ossea vestitis; hinc fructus vel baccatus, vel pomaceus, vel drupaceus, drupa pleiopyrena. Sem. exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. *Folia stipulata*, alterna, ad ramorum latera fasciculata.

1. CRATAEGUS (L. gen. n. 622.) Cal. 5 fidus. Pet. 5. Styli tot, quot ovarii loculi. Ovarium 2-5 loculare, loculis biovulatis. Drupa disco contracto, diametro drupae transversali angustiore, terminata, mono-pentapyrena, pyrenis di- vel abortu monospermis.

1. C. OXYACANTHA (L. sp. 683.) foliis obovatis tri-quinquelobis incisis serratisque basi cuneatis ramulis *pedunculisque glabris*, laciniis calycis e basi ovata acuminatis eglandulosis, drupis ovalibus mono-tripyrenis. ♄. In dumetis planitierum et montium humiliorum. Mai. Jun. D. fl. 3. 417. Schk. t. 132. Jacq. a. t. 292. fig. 2. Mespilus Oxyacantha Gärtn. fr. 2. p. 43. M. oxyacanthoides Thuill. par. 1. 245.

2. C. MONOGYNA (Jacq. fl. austr. t. 292. f. 1.) foliis obovatis profunde tri-quinquefidis incisis serratisque basi cuneatis, *ramulis glabris*, *pedunculis villosis*, laciniis calycis lanceolatis acuminatis eglandulosis drupis subglobosis monopyrenis. ♄. In dumetis et sylvaticis cum praecedente, floret vero quatuordecim diebus serius. D. fl. 3. 417. Mespilus monogyna Willd. en. 524. M. Oxyacantha Scop. carn. 1. p. 345. DC. fl. fr. 4. 434. in prodromo tanquam varietatem cum antecedente conjungit. C. kyrtostyla Fingerh. in Linnaea 4. 372. Cl. Fingerhuth distinguit aliam C. monogynam, ulterius inquirendam, stylo recto, calycibus glabris, laciniis reflexis, aliisque notis a sua C. kyrtostyla, quae calycibus hirsutis et laciniis patentibus praedita, et vera C. monogyna Jacquinii est. De commutatione descriptionum in Jacq. fl. austr. conf. Deutschl. fl. l. c.

3. C. AZARÓLUS (L. sp. 683.) foliis obovatis 3-5 fidis basi cuneatis laciniis integris vel 1-3 dentatis, *ramulis junioribus tomen-*

tosis, pedunculis calycibusque crispo-villosis, calycis laciniis triangularibus acutis eglandulosis. ♄. In collibus inter dumeta, (in Krain, im Littorale, Scop.; südl. Tyrol, Elsmann.) Mai. D. fl. 3. p. 118. Cam. epit. p. 153. opt. G.

2. COTONEÁSTER (Medikus. Lindl. trans. linn. soc. 13. p. 101.) Drupa, pyrenis 3-5, inter se cohaerentibus, et calyce carnoso adnatis, apice nudis liberis, nec carni immersis. Cetera ut in Crataego.

1. C. VULGARIS (Lindl. l. c.) foliis subrotundo-ovatis basi rotundatis acutis emarginatisve, *calyce glabro margine pedunculisque subpubescentibus.* ♄. In montosis saxosis, rupibus; in subalpina adscendens, (in d. Schweiz u. von da durch die ganze Alpenkette dies- u. jenseits; auch stellenweise in d. Gebirgen d. mittlern D.) Apr. Mai. D. fl. 3. p. 420. Fl. dan. t. 112. Mespilus Cotoneaster L. sp. 686. Pet. erecta, rosea. Fructus nutantes, sanguinei; in Suecia etiam flavi et nigri occurrunt.

2. C. TOMENTOSA (Lindl. l. c.) foliis ovalibus rotundato-obtusis, *calycibus pedunculisque tomentosis.* ♄. In declivibus et praeruptis petrosis subalpinis et alpinis, (Oestreich, Salzburg, Tyrol; in d. Schweiz nicht selten.) Mai. Fructus coccinei, plerumque erecti.

3. MESPILUS (L. gen. n. 625, excl. speciebus.) Drupa apice area dilatata, fere latitudine drupae, terminata; cetera ut in Crataego.

1. M. GERMANICA (L. sp. 684.) foliis lanceolatis indivisis subtus tomentosis, floribus solitariis. ♄. In montosis inter virgulta, in sepibus, (im südlichen D. u. d. südl. Schweiz, ausserdem wohl blofs verwildert.) Mai. D. fl. 3. p. 419. Schk. t. 333. M. vulgaris Reichenb. fl. exc. p. 630. Variat foliis subduplicato-serratis, serrulatis et integerrimis; culta spinas deponit.

4. CYDÓNIA (Tournef. instit. 632. t. 405.) Loculi fructus polyspermi, cetera ut in Pyro.

1. C. VULGARIS (Pers. syn. 2. 40.) foliis ovatis basi obtusis integerrimis subtus calycibusque tomentosis. ♄. In rupestribus, dumetis et sepibus, (am Ufer der Donau in Oestreich; im Littorale u. bei Fiume, in d. südl. Schweiz, im übrigen Gebiete nur verwildert u. kultivirt.) Mai. D. fl. 3. 431. Pyrus Cydonia L. sp. 687. Jacq. a. t. 342. Variat fructibus subglobosis: Cydonia maliformis Mill.; ovato-oblongis: C. oblonga Mill.; et fol. latioribus: C. lusitanica Mill.

5. PYRUS (L. gen. n. 626.) Cal. 5 fidus. Pet. 5. Styli tot, quot ovarii loculi. Pomum 2-5 loculare, loculis 2 spermis. (A genere Cydoniae differt loculis fructus dispermis vel abortu monospermis; a Crataego, Cotoneastro et Mespilo loculis, membrana chartaceo-cartilaginea, neque ossea vestitis.

Sect. I. PYRI GENUINAE. Styli liberi. Fructus subrotundus vel turbinatus, basi non umbilicatus. Flores albi.

1. P. COMMUNIS (L. sp. 686.) *foliis* ovatis *petiolum subaequantibus* serrulatis, adultioribus ramulis gemmisque glabris, corymbis simplicibus, *stylis liberis.* In sylvis et dumetis. April. Mai. D.

fl. 3. 421. Pyrus Achras Gärtn. fruct. 2. p. 44. t. 87. Nusquam hanc speciem foliis omnibus integerrimis vidi; denticuli foliorum saepius tomento paginae inferioris marginisque occultantur ideoque deesse videntur. Variat:

α. *glabra:* indumento foliorum tenui, arachnoideo, cum ipsorum evolutione evanescente.

β. *tomentosa:* tomento foliorum denso, fere in autumnum usque persistente: P. Pollveria Lej.! fl. d. spa. 2. 311. — A Cl. Wallroth. distinguuntur: 1. P. communis α. Achras, spinosa, pomis basi productis, fol. iunioribus lanatis; et 2. P. communis β. Pyraster, spinosa, pomis basi rotundatis, fol. iunioribus glabris, aliisque notis, quas non semper consociatas observavi. Arbor culta, Pyrus communis γ. sativa DC. prodr. 2. 634., innumeris modificationibus ludens, spinas deponit.

Pyrus Pollveria L. mant. 1. p. 244. P. Bollwylleriana DC. fl. fr. suppl. p. 530, P. Polvilla Gmel. bad. 2. p. 386., nullibi in ditione fl. nostrae sponte proveniens et nullibi in usum oeconomicum culta, differt foliis profunde inaequaliter serratis, serraturis acuminatis eglandulosis et corymbo composito. Fructus pyriformis parvus fructum Sorbi domesticae non multum superat.

2. P. NIVALIS (Jacq. a. 2. p. 4. t. 107.) *foliis obovatis ellipticisve* breviter acuminatis *apice obsolete serrulatis* subtus tomentosis *petiolo triplo quadruplove longioribus*, corymbis simplicibus. ♄. „Ad margines sylvarum montosarum et ad vineas Austriae, Jacq. l. c.“ „Non crescit in alpinis; colitur in pomariis, vineis, propagatur a ruricolis insitione, ut aliae hortenses varietates propagantur. Hi fructum Schneebirne vocant, quia sub initio hyemis, dum plerumque horti, vineae, prata nive tecta sunt, mollescit, et commedi potest, hinc nominis trivialis origo.“ Host. P. nivalis forte per culturam ex P. amygdaliformi orta est. Mai. D. fl. 3. 423. St. h. 34. Colit.

3. P. AMYGDALIFORMIS (Villars. cat. hort. argentorat. 322.) *foliis oblongo-lanceolatis* breviter acuminatis *apice obsolete serrulatis* subtus tomentosis, *petiolo triplo quadruplove longioribus*, corymbis simplicibus. ♄. In apricis siccis, (in Istrien, Müller.) April. G.

Sect. II. MALUS. Malus Tournef. inst. t. 406. Styli basi connati. Fructus ad insertionem pedunculi umbilicatus.

4. P. MALUS (L. sp. 686.) *foliis ovatis* obtuse *serratis* breviter acuminatis glabris vel subtus tomentosis, *petiolis dimidio folio brevioribus*, corymbis simplicibus, *stylis basi connatis*. ♄. In sylvis et dumetis planitierum et montium humiliorum. Mai. D. fl. 3. 424. Variat stylis glabris et basi lanatis, et

α. *glabra*, foliis iunioribus germinibusque glaberrimis. P. Malus α austera Wallr. sched. p. 215. Malus acerba Merat. fl. par. p. 187. Pyrus acerba DC. prodr. 2. p. 635.

β. *tomentosa*, foliis subtus germinibusque lanatis. P. Malus β. mitis Wallr. sched. p. 215. P. Malus DC. prodr. 2. p. 635? Utramque varietatem, indumento excepto, simillimam, nec ulla alia nota distinguendam, in locis natalibus naturalissimis, in praeruptis petrosis montium altiorum observavi, ibidemque indumentum valde

variabile inveni. In sepibus autem dumetisque circa pagos et domos varietas alia occurrit, e seminibus varietatum cultarum orta, quae inermis, nec vero tanquam planta mere sylvestris habenda est. Forte ad hanc P. Malus DC. l. c. referenda.

6. ARÓNIA (Pers. synops. 2. p. 39, exclusis speciebus.) Cal. 5 fidus. Pet. 5. Ovarium 5 loculare, loculis dissepimento incompleto bifidis, biovulatis. Bacca abortu ovulorum 3 - 5 sperma. — Differt a Pyro loculis bifidis et membrana, loculos investiente, tenuissima, molli, in statu maturo vix observabili, nec cartilaginea.

1. A. ROTUNDIFOLIA (Pers. l. c.) foliis ovalibus obtusis subtus tomentosis aetate glabrescentibus, petalis lanceolato-cuneatis. ♄. In declivibus montium, rupium fissuris, (in d. Schweiz u. auf beiden Seiten der Alpenkette bis nach Krain u. d. Littorale, u. bis nach Oestreich; ferner von d. Schweiz durch d. Gebirge auf beiden Seiten d. Rheines bis nach Coblenz; sodann bei Bleicherode in Thüringen, Wallroth!) D fl. 3. 426. Jacq. a. t. 300. Mespilus Amelanchier L. sp. 685. Pyrus Amelanchier Willd. sp. 2. p. 1014. Amelanchier vulgaris Moench. meth. Flores albi. Variat in iisdem locis:

β. *tomentosa*, pedunculis et calycis tubo dense lanato-tomentosis; an A. cretica Auctor. germanicorum? Ex alpibus nostris hucusque hanc varietatem tantummodo accepi.

7. SORBUS (L. gen. n. 633.) Cal. 5 fidus. Pet. 5. Ovarium 5 loculare, loculis integris, biovulatis. Bacca abortu 1-5 sperma. Differt ab Aronia loculis, septo incompleto destitutis; a Pyro membrana, loculos investiente, tenuissima et molli, nec cartilaginea.

* Petala patentia, alba.

1. S. DOMESTICA (Linn. sp. 684.) *foliis* junioribus villosis adultioribus glabris *pinnatis*, foliolis acute serratis, *gemmis glabris* glutinosis, fructibus pyriformibus. ♄. In montosis, (echt wild in Oestreich, Krain u. im Littorale; aber in d. Jura d. Schweiz u. in d. Rheingebirgen hin u. wieder, wie es scheint, verwildert.) Mai. Jun. D. fl. 3. 430. Jacq. a. t. 447. Pyrus domestica Sm. brit. 532. Pyrus Sorbus Gärtn. fruct. 2. p. 43. t. 87.

2. S. AUCUPARIA (L. sp. 684.) *foliis* iunioribus villosis adultioribus glabris *pinnatis*, foliolis acute serratis, *gemmis tomentosis*, fructibus globosis. ♄. In sylvis et nemorosis. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 429. Schk. t. 332. Pyrus aucuparia Gärtn. fruct. 2. p. 45. t. 87. Variat, licet rarius, iam sub anthesi, fere glabra; planta vulgaris autem in gemmis, ramulis iunioribus, petiolis, pagina inferiore foliorum, pedunculis calycibusque tomento densiore vel luxiore, versus autumnum tamen plerumque evanescente, obducta est, et ad hanc vulgarem formam specimina S. lanuginosae Kit., a me visa, pertinent.

3. S. HYBRIDA (L. sp. 684.) *foliis* subtus tomentosis oblongis apice duplicato-serratis *basi pinnatis* vel profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-oblongis integerrimis apice serratis. ♄. In sylvis

montosis, rupibus praeruptis, (auf dem südlichen Abhange Thüringens, u. zwar auf dem Singer u. Willinger Berge im Schwarzburg-Rudolstädtischen, Schönheit; bei Coburg, Hornung.) Mai. Fl. d. t. 301. Pyrus hybrida Smith. brit. 534., non Willh. P. pinnatifida Sm. engl. fl. 2. 365. — A S. Aria facile dignoscitur foliis, basi profunde ad costam mediam usque incisis, ibidemque in pinnas lanceolatas, 2-4, distinctas, divisa; in S. Aria lobuli minuti basin versus decrescunt. Fructus S. aucupariae. Planta hybrida certissime non est. G.

Intermedia quasi inter S. hybridam et S. Ariam est: S. *scandica* Fries. fl. halland p. 83. Pyrus intermedia Ehrh. beitr. 4. p. 20. Crataegus Aria α scandica L. amoen. ac. 2. p 190. Foliis ovato-oblongis inciso-lobatis inaequaliter serratis subtus tomentosis, lobis parallelis antrorsum versis rotundatis dente intermedio mucronatis, mediis profundius penetrantibus basi integerrimis, definienda. Baccae maiores, quam in S Aria, a qua differt foliorum venis remotis, margine evidenter lobato, lobis maioribus, medium marginis foliorum occupantibus; in S. Aria lobuli a medio folii basin versus decrescunt atque mox in serraturas et marginem baseos integerrimum transeunt. In Deutschl. flora 3. p. 428, cum hac specie, quam tum nondum videram, nunc vero liberalitati Cl. Friesii debeo, S. latifoliam confudi, quae diversam efficit speciem. S. scandica in Germania, quantum scio, hucusque non lecta est. Ariam Hostii Jacq. fil., forte ad hanc referendam, nondum vidi.

4. S. Aria (Crantz. austr. fasc. 2. p. 46.) *foliis* ovato-oblongis ovatisve duplicato-serratis, vel margine minute lobatis *subtus tomentosis*, *serraturis lobulisve a medio folii basin versus decrescentibus*, petalis patentibus. ♄. In sylvis montanis, in alpes humiliores adscendens. Mai. D. fl. 3. p. 427. Crataegus Aria α. L. sp. 681. β. Fl. suec. p. 167. Aria nivea Host. fl. a. 2. p. 8. Tomentum paginae inferioris foliorum, nunc niveum, nunc cinereum, characterem distinguentem non suppeditat. Baccae rubrae vel flavicantes.

5. S. latifolia (Pers. synops. 2. p. 38.) *foliis* lato-ovatis *subtus tomentosis* margine *lobatis*, *lobis* triangulari-ovatis acuminatis serratis, *infimis tribus maioribus* patulis. ♄. In sylvis frondosis, (auf der Neudinger Höhe bei Ludwigsthal im Würtembergischen, Rösler.) Mai. Crataegus latifolia Lam. dict. 1. p. 93. C. dentata Thuill. fl. par. 1. 245. Lobis triangulari-ovatis, duobus posterioribus infra medium folii sitis et patulis, a S. scandica differt. Venae remotae, nec adeo approximatae sunt, quam in S. Aria. Baccae rubrae. G.

6. S. torminalis (Crantz. austr. p 85.) *foliis* ovatis lobatis, adultis *glabris*, *lobis* acuminatis inaequaliter serratis, *inferioribus maioribus* patentibus. ♄. In sylvis montanis. Mai. D. fl. 3. 429. Crataegus torminalis L. sp. 681. Jacq. a. t. 443. Pyrus torminalis Ehrh. beitr. 6. p. 92. Baccae ovales, testaceo-fuscae.

** Petala erecta, rosea.

7. S. Chamaemespilus (Crantz. austr. p. 83.) foliis ellipticis lanceolatisve duplicato-serratis glabris vel subtus tomentosis, *petalis*

erectis. ♄. In alpium declivibus rupestribus, (durch die ganze Alpenkette stellenweise; sodann auf d. Rotabac u. d. Hohneck d. Vogesen.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 426. Mespilus Chamae-Mespilus L. sp. 685. Pyrus Chamae-Mespilus DC. prodr. 2. 637. Aria Cham. Host. fl. a. 2. p. 8. Variat foliis glabris et

β. subtus tomentosis; specimen ex alpibus (d. Vorarlbergs) a vulgari planta, indumento excepto, non differt.

Ord. XXXVII. GRANATEAE. Don. in Jameson. edinb. phil. journ. 1826. p. 134. DC. prodr. 3. p. 3.

Cal. tubus ovario adnatus, limbus 5-7 fidus, *laciniis per aestivationem valvatis. Pet. 5-7.* Stam. cum petalis fauci calycis inserta 20 et plura. *Ovarium pluriloculare: loculis multiovulatis, superpositis, biserialibns;* 3 inferioribus, 5 superioribus. Styl. 1; stigma capitatum. Bacca corticata, calyce persistente coronata. Sem. arillo succulento inclusa, exalbuminosa. Embryo radicula recta, ad hilum versa, cotyledonibus convolutis. Folia exstipulata, opposita, non punctata, nec vena marginata.

1. PÚNICA (L. gen. n. 618.) Character generis idem ac ordinis.

1. P. Granatum (L. sp. 676.) foliis lanceolatis, caule arboreo. ♄. Colitur in Littorali, Tyroli australi, ibidemque in incultis et sepibus quasi sponte provenit. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 401. Schk. t. 131.

Ord. XXXVIII. ONAGRARIAE. Juss. ann. mus. 3. p. 315., exclus. gen. DC. pr. 3. p. 35.

Calycis tubus ovario adnatus, vel totus, vel ultra ovarium elongatus; limbus 2-5, saepius 4 fidus, *laciniis aestivatione valvatis. Pet.* tot, quot laciniae calycis, iisque alterna, *aestivatione contorta vel imbricata*, ad faucem tubi inserta. *Stam.* cum petalis inserta, *petalorum numero aequalia, nunc dupla, nunc dimidio pauciora. Ovarium* 2-pluriloculare *placentis centralibus. Stylus 1*, stigma capitatum aut fissum. Sem. exalbuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa.

Trib. I. *ÓNAGRAE.* DC. prodr. 3. p. 40. Calycis tubus ovario longior; pars libera cum limbo decidua.

1. EPILÓBIUM (L. gen. n. 471.) Cal. limbus 4 partitus, cum tubo, ad ovarii apicem circumscisso, deciduus. Pet. 4. Stam. 8. Styl. filiformis; stigmata 4, in crucem patentia, vel in clavam coalita. Caps. linearis, 4 locularis, 4 valvis polysperma; semina comosa.

Sect. I. CHAMAENERION. Tausch. DC. prodr. 3. p. 40. Folia sparsa. Flores explanati. Calycis tubus subnullus. Stamina ex basi connivente reflexa, declinata. Stylus denique uncinato-recurvus.

1. E. ANGUSTIFOLIUM (L. sp. 493.) *fol.* sparsis *lanceolatis* integerrimis vel obsolete glanduloso-serrulatis *venosis*, petalis unguiculatis obovatis, stylo denique declinato. ♃. In sylvis praecipue caeduis; in subalpina adscendens. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 9. Schk. t. 106. E. spicatum Lam. dict. 2 p. 373. E. Gesneri Vill. prosp. p. 45. Chamaenerion angustifolium Scop. car. 1. p. 271. Flores racemosi, nec spicati, pulchre purpurei, raro albi. Varietas fol. latioribus, (vel potius specimen e solo pingui, fol. elliptico-lanceolatis): E. angustifolium β. L. sp. 494. E. latifolium Roth. tent. 2. 1. p. 434., non Linn.

2. E. DODONAEI (Vill. prospect. p. 45. 1779.) *foliis* sparsis *linearibus* utrinque attenuatis integerrimis vel obsolete denticulatis *aveniis*, petalis sessilibus ellíptico-oblongis basin versus attenuatis, *stylo basi pubescente stamina aequante* denique recurvato. ♃. In locis glareosis alpium, (durch d. ganze Alpenkette, besonders auf d. südlichen Abhängen u. von da in die Thäler hinabsteigend.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 12. E. Dodonaei Gaud. helv. 3. p. 8. E. rosmarinifolium Haenke in Jacq. collect. 2. p. 50. (1788.) DC. prodr. 3 p. 40. E. angustissimum Ait. kew. ed. 2. IV. p. 345. E. angustifolium γ. L. sp. 1. 494. E. angustifolium Lam. dict. 2. p. 370. Chamaenerion palustre Scop. 1. p. 271. Variat foliis integerrimis et denticulatis, caule erecto et decumbente, simplici et ramosissimo.

3. E. FLEISCHERI (Hochstetter. bot. ztg. 1826. p. 85.) *foliis* sparsis *linearibus* vel lineari-lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis vel obsolete denticulatis *aveniis*, petalis sessilibus elliptico-oblongis basin versus attenuatis, *stylo ultra medium pubescente*, *staminibus dimidio breviore* denique recurvato. ♃. In convallibus alpinis altioribus, (in d. Suldenthale am Fufse des Ortels in Tyrol, Fleischer, Funk; in d. Schweiz, wenn die var. β des E. Dodonaei Gaud. hieher gehört.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 13. E. denticulatum Wender. cat. sem. hort. Marb. 1826., non Ruiz. et Pav. E. angustissimum Reichenb. ic. 1. t. 342. ?, stylus enim aeque longus, ac stamina depictus est.

Sect. II. LYSIMACHION. Tausch. hort. canal. f. 1. Folia inferiora opposita, superiora alterna. Flores infundibuliformes. Calycis tubus brevis, tamen conspicuus. Stamina erecta.

* Caulis teres, laevis.

4. E. HIRSUTUM (L. sp. 494.) *foliis* oppositis *amplexicaulibus basi foliacea paulum decurrentibus* lanceolato-oblongis *cuspidatis denticulato-serrulatis*, superioribus alternis, *serraturis inflexis*, caule tereti ramosissimo, pilis simplicibus longioribus et glandulosis brevioribus villoso, stigmatibus patentibus, radice stolonifera. ♃. In paludosis sylvaticis, ad ripas, in dumetis humidis. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 13. E. grandiflorum All. ped. 1. 279. E. ramosum Huds. angl. 162. E. amplexicaule Lam. enc. 2. p. 374. E. aquaticum Thuill. par. 1. 191. Flores magni, purpurei. Caulis villis et pilis brevibus glanduliferis obsitus. Variat:

β. *subglabrum*, caulis pilis brevibus tantum praeditus, folia supra glabra, subtus in nervo pilosa; et

γ. *villosissima*, caulis pars superior, pedunculi et calyces dense lanato-villosa: E. hirsutum β. intermedium DC. prodr. 3. p. 43. E. intermedium Merat. fl. par. 147.

5. E. PARVIFLORUM (Schreber. spicileg. p. 146. 1771.) *foliis sessilibus lanceolatis acutis denticulatis*, inferioribus oppositis breviter petiolatis, caule tereti subsimplici pilis simplicibus villoso vel pubescente, *stigmatibus patentibus*, stolonibus nullis. ♃. In pratis paludosis, ad ripas, in salicetis; in subalpina adscendens. Jun. Jul. E. molle Lam. dict. 1. 475. E. hirsutum β. L. sp. 494. E. hirsutum All. ped. n. 1017. E. pubescens Roth. tent. 1. p. 167. E. villosum Ait. kew. 2. p. 5. Flores dilute violacei vel albidi. Variat floribus dimidio minoribus, ut omnes sequentes species, et

β. *subglabrum*, pili pauci breves adpressi, et adeo dispersi, ut planta glabra videatur: E. rivulare Wahlenb. ups. 4. 245; huius varietas grandiflora: Reichenb. ic. f. 301.

6. E. MONTANUM (L. sp. 494.) *foliis ovatis vel ovato-oblongis inaequaliter dentato-serratis* margine venisque pubescentibus, inferioribus oppositis petiolatis, caule tereti pubescente, stigmatibus patentibus, stolonibus nullis. ♃. In sylvis et dumetis. Jun.-Aug. D. fl. 3. p 15. Reichenb. ic. 2. t. 189. Variat:

β. *verticillatum*, folia terna; haec varietas, inter vulgarem plantam hinc inde occurrens, ab E. trigono differt caule tereti, lineis elevatis destituto.

γ. *lanceolatum*, folia ovato-oblonga, obtusiora, longius petiolata, et ramuli foliati breves in foliorum axillis; tota planta saepe colore rubro suffusa. Seminibus propagata in formam vulgarem abit: E. lanceolatum Sebastian. et Maur. fl. rom. E. roseum Fries. fl. halland. p. 64. E. montanum β. Wahlenb. fl. suec. p. 232. E. nutans Lej. rev. p. 76. E. nitidum Host. a. 1. 469. („caulis pubescens, folia setulis consita, stigma quadripartitum" Host. l. c.)

δ. *collinum*, minutum, folia quadruplo minora, magis ovata et approximata, brevius quidem, tamen conspicue petiolata, quandoque omnia alterna: E. collinum Gmel. bad. 4. 265. E. montanum β. ramosissimum DC. fl. fr. 4. 423. β. minus Wimm. et Grab. fl. siles. 1. 371.

7. E. HYPERICIFOLIUM (Tausch. h. canal. fasc. 1, cum icon.) *foliis ovatis acuminatis integerrimis* venis et margine pubescentibus, inferioribus oppositis petiolatis, caule tereti pubescente, stigmatibus patentibus, stolonibus nullis. ♃. In sylvaticis montosis, (bisher blofs in Böhmen.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 17. Simile E. montano, sed foliis integerrimis facile distinguitur. Flores primum albi, deinde dilute rosei. G.

8. E. PALUSTRE (L. sp. 495.) *foliis lanceolatis* apicem versus sensim attenuatis *integerrimis vel obsolete denticulatis basi cuneata sessilibus*, inferioribus oppositis, caule tereti subpubescente, *stigmatibus in clavam coalitis*, stolonibus filiformibus. ♃. In pratis turfosis, paludosis, ad fossas. Jul. Aug. D. fl 3. p. 17. Fl. dan. t. 1574. Pubescentia caulis crispula et adpressa, interdum in lineas decurrentes disposita, quae vero lineae e solis pilis, neque ex angulo caulis formantur. Variat:

β. *pilosum*, caulis pilis brevibus horizontaliter patentibus obsitus: E. simplex Tratt. obs. p. 37. tabular. 63.

** Caulis

** Caulis teres quidem, sed lineis elevatis quatuor, vel duabus oppositis decurrentibus notatus.

9. E. VIRGATUM (Fries. novit. flor. suec. p. 115.) *foliis lanceolatis a basi sensim angustatis remote denticulatis basi rotundata subsessilibus vel breviter petiolatis*, inferioribus oppositis, caule subpubescente lineis 2-4 elevatis decurrentibus, stigmatibus in clavam coalitis vel subpatentibus. ♃. In pratis sylvisque humidis, ad fontes, rivulos German. boreal., (im Lauenburgischen, Hornemann; Pommern, Rostkov.; auf d. Unterharz, Hampe; Schlesien, Wimmer.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 18. E. obscurum Reichenb. fl. g. exsicc. n. 358. — Flores dilute rosei. „Stigma semper integrum, nunc inordinate 2-4 fidum, nunquam vero cruciatum vel regulariter quadrifidum, folia satis nitida," Hartman, (auctor fl. scandinav.) in literis. — Epilobio palustri inter affines maxime simile, differt: caule lineis 4 vel 2 decurrentibus elevatis, quae non e pilis solis formatae sunt, notato, foliis evidentius denticulatis et basi rotundatis; (infima folia, ut omnium affinium, basin attenuatam habent;) in E. palustri omnia folia, etiam superiora in basin cuneatam abeunt et raro denticulis conspicuis instructa reperiuntur. E. alpinum multo minus est, et folia in modum E. palustris basi attenuata, apice plerumque obtusa et multo obsoletius serrata habet. Varietas foliis paulo evidentius petiolatis, quo modo omnes species affines variant, est: E. Schmidtianum Rostkov. in fl. sedinensi p. 172, ex specimine ab ipso auctore. G.

10. E. TETRAGONUM (L. sp. 494.) *foliis lanceolatis* a basi ad apicem sensim angustatis denticulato-serratis, intermediis *basi foliacea decurrenti-adnatis*, inferioribus subpetiolatis, caule ramosissimo subglabro, lineis 2-4 elevatis decurrentibus, stigmatibus in clavam coalitis. ♃. In locis paludosis, ad rivulos, fossas et fontes. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 19. Reichenb. ic. t. 198. Chamaenerion obscurum Schreb. spic. fl. lips. p. 147. (foliis decurrentibus satis clare definitum, nam praeter E. hirsutum nulla alia huius generis species folia decurrentia habet.) C. ramosissimum Moench. meth. p. 678. In caule plerumque lineae utrinque duae decurrunt, quae rarius in unam confluunt; h. l. E. obscurum Reichenb. ic. 2. t. 199, (nec fl. g. exsicc.) Ab omnibus huius sectionis speciebus haec foliis caulinis intermediis, substantia sua foliacea adnato-decurrentibus, facile distinguitur.

11. E. ROSEUM (Schreber. spic. fl. lips. 147.) *foliis longius petiolatis oblongis* utrinque *acutis dense inaequaliter denticulato-serratis*, margine venisque puberulis, inferioribus oppositis, caule ramosissimo multifloro, lineis 2-4 elevatis decurrentibus, superne pubescente, stigmatibus in clavam coalitis vel denique patentibus. ♃. In fossis ad rivulos et loca paludosa. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 20. E. roseum purpureum Fries. nov. ed. 2. p. 114. E. purpureum Fries. halland. p. 55. E. nudum Schum. saell. 1. p. 122. Reichenb. ic. 2. t. 190. Flores rosei.

12. E. TRIGONUM (Schrank. baier. flor. 1. p. 644.) *foliis* oppositis *ternis quaternisve sessilibus subamplexicaulibus* oblongo-ovatis acuminatis inaequaliter denticulato-serratis glabris venis margineque puberulis, superioribus alternis, caule subsimplici superne lineisque

2-3-4 elevatis decurrentibus puberulis, stigmatibus in clavam coalitis. ♃. In pascuis subhumidis alpium et reg. subalpinarum, (von d. Schweiz durch die g. Alpenkette; sodann auf d. Hohneck in d. Vogesen, auf d. Feldberg im Oberbadischen u. auf d. Sudeten.) Jul. Aug. E. alpestre Reichenb. ic. 2. t. 200. (non Schmidt.) E. montanum β. alpestre Jacq. en. stirp. agr. vindob. 8. p. 64., et observ. annexa n. 35. p. 239. E. roseum γ. trigonum DC. pr. 3. p. 41. Jacq. pro varietate E. montani, DC. pro varietate E. rosei declarant; ex mea sententia bona species est, foliis oppositis quoque, quamvis rarius, occurrens.

13. E. ORIGANIFOLIUM (Lamarck. dict. 2. 376. 1786.) *foliis oppositis subpetiolatis ovatis acuminatis remotiuscule repando-denticulatis glabris*, infimis obtusis, superioribus alternis, caule simplici paucifloro, lineis 2 elevatis puberulis, stigmatibus in clavam coalitis. ♃. Ad rivulos et fontes in subalpinis et alpibus, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette, auf d. Feldberge im Badischen u. auf d. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 22. Reichenb. ic. 2. f. 314. E. alsinefolium Vill. delph. 3. 511. (1789.) E. alpestre Schmidt. boh. n. 377. Planta humilis, 8-12 pollicaris, foliis similis specimini minori E. montani, sed caule glabro, lineis 2 elevatis puberulis, et foliorum denticulis minutis obtusis remotiusculis diversa; inferiora folia glabra.

14. E. ALPINUM (L. sp. 495.) *fol. oppositis subpetiolatis oblongis vel oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis vel obsolete denticulatis basi attenuatis*, superioribus lanceolatis alternis, rosularum non florentium obovatis, caule simplici paucifloro, lineis 2 elevatis puberulis, stigmatibus in clavam coalitis. ♃. In locis uliginosis et ad rivulos alpium et regionum subalpinarum, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette, auf d. Feldberge im Badischen, auf d. Sudeten.) Jul. Aug. Fl. d. t. 322. E. anagallidifolium Lam. dict. 2. p. 376. Caulis 3-4 pollicaris, etiam cultae plantae vix sexpollicaris. Foliis caulinis oblongis obtusis vel acutiusculis, (nec ovatis et acuminatis,) ab antecedente specie differt. Fol. superiora lanceolata et saepe acuta; capsulae glabrae; variant:

(β. *nutans*,) cano-pubescentes: E. nutans Tausch. bot. ztg. 1828. p. 461. Schmidt. boh. n. 380. (non Hornemann.) E. nutans Hornem. folia caulina linearia et flores constanter albos habet.

2. OENOTHÉRA (L. gen. 469.) Semina apice calva, cetera ut in Epilobio.

1. OE. BIENNIS (L. sp. 492.) foliis ovato-lanceolatis planis denticulatis, caule scabriusculo subpiloso, *petalis stamina superantibus* tubo calycis fere dimidio brevioribus. ⊙. In glareosis fluminum, in salicetis, in pascuis, ad vias arenosas. Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 7. St. h. 5. Onagra biennis Scop. carn. 1. p. 269.

2. OE. MURICATA (L. syst. nat. 2. p. 263.) foliis lanceolatis planis denticulatis, caule pubescente pilisque basi bulbosis adsperso, *petalis stamina aequantibus* tubo calycis triplo brevioribus. ⊙. In glareis fluminum, ad ripas, (am Treisam bei Freiburg im Breisgau; an d. Elbe in Mecklenburg u. Holstein.) Fl. d. t. 1752. Oe. parviflora Gmel. bad. 4. 263. G.

Trib. II. *JUSSIEAE.* DC. prodr. 3. p. 52. Cal. tubus ultra ovarium non productus, limbus 4-6 fidus, persistens. Fructus capsularis, debiscens.

3. ISNARDIA (L. gen. n. 469.) Cal. limbus 4 partitus, persistens. Pet. 4, vel nulla. Stam. 4. Stylus a basi filiformis, deciduus, stigma capitatum. Caps. 4 valvis, 4 locularis, polysperma, loculicido-debiscens.

1. I. PALUSTRIS (L. sp. 175.) caule basi radicante glabro, foliis oppositis ovatis acutis in petiolum attenuatis, floribus axillaribus solitariis sessilibus apetalis. ♃. In fossis et aquis lente fluentibus, (in d. Schweiz selten, bei Genf, Neufschatel, Basel; auf der Rheinfläche bis Mannheim hinab; im Hengster im Gebiete d. Fl. d. Wetterau; in Westphalen; sodann in Kärnthen.) Jul. Aug. Planta submersa erecta est, sed nunquam floret; extra aquam procumbit, et flores fructusque profert.

Trib. III. *CIRCAEEAE.* DC. prodr. 2. p. 61. Cal. tubus ultra ovarium non productus, limbus 2-4 fidus, deciduus.

4. CIRCÁEA (L. gen. n. 24.) Cal. limbus 2 partitus. Pet. 2, obcordata. Stam. 2, petalis alterna. Fruct. nucamentaceus, 2 locularis; loculi monospermi, seminibus erectis. (Flores albi, vel dilute rosei.)

1. C. LUTETIANA (L. sp. 12.) foliis ovatis subcordatis repando-denticulatis, *bracteolis nullis.* ♃. In nemoribus umbrosis et humidis. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 358. St. h. 23. Variat caule pubescente et glabro.

2. C. INTERMEDIA (Ehrh. beitr. 4. 42.) foliis ovatis cordatis repando-dentatis, *bracteolis setaceis, fructibus subgloboso-obovatis.* ♃. In nemoribus humidis umbrosis, humo abundantibus, ad rivulos montosos umbrosos. Jul. Aug. C. alpina β. intermedia DC. prodr. 3. p. 63. Magnitudo et folia suboblongo-cordata, atque flores ut C. lutetianae; habitus, foliorum dentes et bracteolae ut C. alpinae.

3. C. ALPINA (L. sp. 12.) foliis lato-ovatis profunde cordatis repando-dentatis, *bracteolis setaceis, fructibus oblongo-clavatis.* ♃. In sylvis montanis umbrosis; in subalpina adscendens. Jun. Jul. D. fl. 1. 359. St. h. 23.

Trib. IV. *HYDROCARYES.* Link. enum. hort. berol. 1. p. 141. Cal. tubus adnatus, limbus persistens. Fructus nucamentaceus, osseus.

5. TRAPA (L. gen. n. 63.) Cal. limbus 4 partitus, persistens. Cor. 4 petala. Stam. 4. Styl. 1; stigma capitatum. Ovarium calyci ad medium adnatum, 2 loculare: loculis 1 ovulatis; ovulis pendulis. Nux dura, calycis laciniis auctis et induratis quadrispinosa, 1 sperma. Cotyledones inaequales.

1. T. NATANS (L. sp. 175.) fructibus quadrispinosis, spinis apice retrorsum scabris. ⊙. In stagnis, lacubus et aquis lente fluentibus, (durch d. ganze Gebiet stellenweise.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 622. St. h. 30. Flores albi.

Ord. XXXIX. HALORAGEAE. Rob. Brown. gen. rem. p. 17. DC. prodr. 3. p. 65.

Cal. tubus ovario adnatus, limbus 4 partitus. Pet. tot, quot laciniae calycis, iisque alterna, ad faucem tubi inserta. *Stam. petalis numero dupla, vel aequalia.* Ovarium uni-pluriloculare loculis 1 ovulatis, ovulis pendulis, placentis centralibus. *Styl. nullus.* Stigmata tot, quot ovarii loculamenta, sessilia, papulosa vel penicilliformia. Fructus nucamentaceus vel drupaceus. Sem. albuminosa, embryo rectus centralis, radicula ad hilum versa. Flores in nostris unisexuales.

1. MYRIOPHYLLUM (L. gen. n. 1066.) Mas. Cal. limbus quadripartitus. Pet. 4 valde caduca. Stam. 8. Fem. Calycis tubus tetragonus, limbus quadripartitus, minor, quam in flor. masc. Pet. minima, in apice angulorum ovarii inserta, reflexa, denticulum referentia. Stigmata 4, villosa. Ovarium quadriloculare, loculis uniovulatis. Drupa exsucca, matura in 4 pyrenas secedens. Sem. pendula, albumine subnullo. Flores rosei.

1. M. VERTICILLATUM (L. sp. 1410.) foliis verticillatis pinnatipartitis, laciniis setaceis, *floribus verticillatis*, verticillis axillaribus spicatisve, *bracteis omnibus pectinato-pinnatifidis.* ♃. In lacubus, stagnis, fossis. Jul. Aug. Variat:

α. pinnatifidum, bracteis flores multoties superantibus, pinnis remotiusculis: M. verticillatum γ. pinnatifidum Wallr. sched. p. 489.

β. intermedium, bracteis floribus triplo longioribus, pinnis approximatis: M. verticillatum β. pinnatum Wallr. l. c.

γ. pectinatum, bracteis flores subaequantibus, pinnis fere contiguis: M. verticillatum γ. Wallr. l. c. M. pectinatum DC. fl. fr. 5. p. 529. Fl. dan. t. 1046. Haec varietas a M. spicato differt bracteis omnibus pinnatifidis.

2. M. SPICATUM (L. sp. 1410.) foliis verticillatis pinnatipartitis, laciniis setaceis, *floribus verticillatis*, verticillis spicatis, spicis virgineis erectis, *bracteis inferioribus incisis* verticillum aequantibus vel paulo superantibus, *reliquis omnibus integris* verticillo brevioribus. Jul. Aug. Schk. t. 296.

3. M. ALTERNIFLORUM (DC. fl. fr. suppl. p. 529.) foliis verticillatis pinnatipartitis, laciniis capillaceis, *floribus masculis alternis spicatis, spicis subsexfloris*, virgineis nutantibus, floribus femineis subtribus axillaribus in verticillum ad basin spicae masculae dispositis. ♃. In piscinis sylvaticis, aqua pura frigida repletis, (in d. Rheinpfalz, aber bisher blofs in d. Gebirgsweihern zwischen Kaiserslautern u. Schopp, im Moosalber Thale u. in d. Breitenau von mir aufgefunden; sodann bei Bentheim in Westphalen u. nach d. Holländischen Grenze hin, v. Bönninghausen.) G.

Ord. XL. HIPPURIDEAE. Link. en. h. berol. 1. p. 5. Haloragearum trib. III. DC. prodr. 1. p. 71.

Cal. limbus integer, minimus, obsolete bilobus, *tubus ovario adnatus. Pet. o. Stam. 1*, calycis margini ad basin lobi anterioris insertum: filamentum breve, anthera birimosa. *Ovarium 1 loculare, 1 ovulatum*, ovulo pendulo. Styl. filiformis, antherae sulco receptus. Drupa carne tenui, putamine crasso, cartilagineo, monosperma, calycis margine coronata. Sem. albuminosum; embryo rectus.

1. HIPPÚRIS (L. gen. n. 11.) Character generis idem atque ordinis.

1. H. VULGARIS (L. sp. 6.) foliis linearibus verticillatis, verticillis pleiophyllis. ♃. In fossis, piscinis, rivulis, (durch d. ganze Gebiet, jedoch nicht überall.) Jul. Aug. St. h. 44. In rivulis fluitans, folia elongata, pellucida acquirit. Variat:

β. *maritima*, foliis quaternis senisve sublanceolatis. H. vulgaris β. maritima Wahlenb. fl. suec. p. 2. H. maritima Hellen. diss. de Hipp. c. tab. Reichenb. ic. f. 182. H. lanceolata Retz. obs. 3. p. 7. t. 1. H. tetraphylla L. fl. suppl. p. 81.

Ord. XLI. CALLITRICHINEAE. Link. en. hort. berol. 1. p. 7. Haloragearum trib. II. DC. pr. 3. p. 70.

Flores hermaphroditi vel saepius unisexuales. *Bracteae 2, oppositae, petaloideae*, hyalinae, ad basin floris. *Calyx nullus*, vel inferus, minimus, diphyllus. (Conf. Kützing. ap. Reichenb. ic. 9. f. 1200. A.) *Cor. o.* Stam. 1, anthera reniformi, uniloculari, sutura transversali dehiscente. Ovarium 1, quadriangulare, angulis binis magis approximatis, quadriloculare, loculis uniovulatis. *Styli 2, subulati*, stigmate indiviso. *Drupa exsucca, denique in carpella 4 non dehiscentia secedens.* Embryo inversus, in axi albuminis carnosi. Herbae aquaticae.

1. CALLÍTRICHE (L. gen. n. 13.) Character idem atque ordinis.

1. C. STAGNALIS (Scop. carn. 2. p. 251. Kützing. in linnaea VII. p. 178.) *foliis omnibus obovatis*, bracteis falcatis apice conniventibus, stylis persistentibus denique recurvis, angulis fructus alato-carinatis. ♃. In aquis tam stagnantibus, quam fluentibus. Floret a vere in autumnum. Reichenb. ic. 9. f. 1184—1186. Dignoscitur facile *foliis omnibus, etiam inferioribus, ramorum obovatis.*

2. C. PLATYCARPA (Kützing. l. c.) *foliis ramorum inferioribus linearibus*, superioribus obovatis, *bracteis falcatis apice rectiusculis* et decussantibus, *stylis persistentibus denique recurvatis*, angulis fructus alato-carinatis. ♃. Cum antecedente. Reichenb. ic. 9. f. 1187—1199. Dignoscitur foliis ramorum inferioribus linearibus, bracteis arcuatis, sed apice non hamatis, et stylis denique reflexis.

3. C. VERNALIS (Kützing. l. c. p. 175.) *foliis ramorum inferioribus linearibus*, superioribus obovatis, bracteis subarcuatis, *sty-*

lis erectis fugacibus, angulis fructus acute carinatis. ♃. In aquis. Floret cum praecedentibus. Reichenb. ic. 9. f. 1179—1183. — Differt a C. platycarpa stylis brevioribus, erectis, et ala angulorum fructus, per paria magis approximatorum, angustissima. Var. fructibus longe pedunculatis: C. pedunculata DC. fl. fr. 4. p. 415, ex specimine a Cl. Salzmann. accepto.

4. C. HAMULATA (Kützing. in litteris.) *foliis ramorum inferioribus linearibus*, superioribus obovatis, *bracteis circinato-falcatis apice hamatis*, stylis longissimis divaricatis, angulis fructus alato-carinatis. ♃. In aquis. Floret cum praecedentibus. C. autumnalis Kütz. l. c. p. 186. Dignoscitur bracteis valde falcatis, apice hamatis. — C. verna Linn. et C. pallens MBieberstein. comprehendunt species omnes antecedentes. Sub C. aquatica Huds. et Sm. iis addunt etiam sequentem. — C. minima Hoppe, C. cespitosa Schultz, est forma terrestris specierum antecedentium; C. stellata Hopp. forma aquatica fol. superioribus ovalibus, minus emarginatis; C. intermedia Hopp. forma aquatica foliis evidentius emarginatis; C. angustifolia Hopp. forma foliis omnibus linearibus.

5. C. AUTUMNALIS (L. sp. 6.) *foliis omnibus linearibus basi latioribus* apicem versus angustioribus, angulis fructus alato-carinatis. ♃. In fluviis lente fluentibus et lacubus sub aqua, (in Mecklenburg u. zwar am Rande des Sees hinter dem Hofgarten bei Neubrandenburg, Schultz.) „suprema folia confertiora, non in rosulam congesta, fructus creberrimi, axillares" Schultz. l. c. G.

Ord. XLII. CERATOPHYLLEAE. Gray. brit. pl. arr. 2. p. 554.

Flores monoici. Masc. Perigonium 12 phyllum, phyllis linearibus truncatis bispinulosis. *Antherae* 12-16, *sessiles*, perigonio paulo longiores, obovatae, apice incisura semilunari utrinque in spinulam abeunte emarginatae, biloculares, *loculis dissepimento incompleto semibifidis. Fem. Perigonium nullum.* Ovarium liberum, ovatum, 1 loculare, uniovulatum, ovulo pendulo; stylus subulatus. Nux stylo apiculata. *Embryo* rectus, *cotyledonibus 4 verticillatis*, duabus latioribus oppositis; plumula valde composita.

1. CERATOPHYLLUM (L. gen. 1055.) Character idem atque ordinis.

1. C. SUBMERSUM (L. sp. 1409.) foliis ter dichotome in lacinias setaceas 5-8 divisis, fructibus ovalibus apteris basi nudis apice *spina* mucronatis *fructu pluries breviore*. ♃. In lacubus, piscinis, fossis, multo rarius specie sequente, (bei Schwetzingen, Bischoff! in Oldenburg, Roth; Holstein, Nolte) Jun. Jul. Vaill. hist. d. l'acad. 1719. t. 2. f. 2. sinistra. C. muticum Cham. linnaea 5. t. 4. A. B. Folia laete viridia, in lacinias capillares fissa. Fructus in meis speciminibus, tuberculis minutis adspersi, quales Cl. Nolt. describit.

2. C. DEMERSUM (L. sp. 1409.) *foliis* dichotome *in lacinias lineari-filiformes 2-4 divisis, fructibus* ovalibus *apteris* trispinosis, spinis ad basin 2 recurvatis, *terminali fructum aequante* vel superante. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus. Jul. Aug. Gärtn. fruct. t. 44. C. oxyacanthum Cham. linnaea. 4. p. 504. t. 5. f. 6. b. — Herba obscure viridis, folia, praecipue superiora, duplo crassiora, quam in antecedente. Spinas baseos saepe in tubercula minuta abbreviatas inveni; an h. l. C. apiculatum Cham. l. c. f. 6. e.?

3. C. PLATYACANTHUM (Chamisso in linnaea v. 4. p. 504. t. 5. f. 6. a.) foliis dichotome in lacinias lineari-filiformes *2-4 divisis, fructibus* obovatis trispinosis utrinque inter spinas *alatis*, ala subdentata, spinis baseos complanatis, *terminali fructum superante.* ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus, (bei Berlin, Chamisso.). Jul. Aug.

Ord. XLIII. LYTHRARIEAE. Juss. dict. sc. nat. 27. p. 453. DC. prodr. 3. p. 75.

Cal. monophyllus, dentatus, dentibus aestivatione valvatis vel distantibus, sinubus interdum in lobulos conicos dentesve exteriores productis, persistens. *Pet. summo calycis tubo inter lobos inserta*, interdum o. Stam. tubo calycino infra petala inserta, libera. *Ovarium liberum, 2-4 loculare, multiovulatum, placentis centralibus.* Styl. 1; stigm. simplex. Capsula membranacea, calyce cincta, 2-4 locularis, vel, dissepimentis evanidis, 1 locularis. Sem. exalbuminosa. Embryo rectus. Folia exstipulata.

1. LYTHRUM (L. gen. n. 604.) Cal. tubulosus, cylindricus, 8-12 dentatus: dentes 4-6 erecti, petalis alterni; exteriores 4-6 patuli, petalis oppositi; interiores, subulati, (in exoticis) quandoque minimi. Pet. 4-6, apici tubi inserta. Stamina petalis numero aequalia, vel dupla, in basi, vel in medio calycis tubi inserta. Styl. filiformis; stigm. capitatum. Cap. bilocularis, polysperma; placentae crassae, dissepimento adnatae.

1. L. SALICARIA (L. sp. 640.) *foliis cordato-lanceolatis*, inferioribus oppositis verticillatisque, *floribus* dodecandris *verticillato-spicatis*, calycibus basi ebracteatis, dentibus interioribus subulatis exteriores bis superantibus. ♃. In paludosis, salicetis, ad ripas, fossas. Jul.-Sept. D. fl. 3. 370. Fl. dan. t. 671. Variat α stylo calyce breviore apice nutante, et

β. *longistylum*, stylo calyce duplo longiore: L. Salicaria β. gracile DC. prodr. 3. 83.

γ. *canescens*, foliis pilis crispulis subtomentosis: L. Salicaria γ. tomentosum DC. cat. h. monsp. 123. Ab hoc differt L. tomentosum Mill. dict. n. 2. „foliis 1 pollicem longis, ¾ pollicis latis" latoovatis, et secundum Cl. Reichenb. dentibus exterioribus calycis patentissimis; hoc nondum vidi.

2. L. VIRGATUM (L. sp. 642.) *foliis* lanceolatis, inferioribus oppositis *basi rotundatis*, superioribus utrinque attenuatis, *floribus*

dodecandris, *inferioribus verticillatis*, superioribus alternis, *calycibus basi ebracteatis*, dentibus aequalibus alterne subulatis. ♃. In humidis, ad fossas, (in Oestreich, Böhmen, Steyermark, hin u. wieder; bei Verviers im Geb. d. Fl. v. Spa.) Jun. Jul. D. fl. 3, p. 372. Jacq. a. t. 7. L. acuminatum Willd. sp. 2. 866., secundum b. Bieberst. G.

3. L. Hyssopifolia (L. sp. 642.) foliis linearibus oblongisve, *floribus* hexandris *solitariis* axillaribus, *calycibus basi bracteatis*, bracteis 2 brevissimis subulatis, dentibus subulatis alterne longioribus. ⊙. In locis hyeme inundatis et pascuis humidis. Jul.-Sept. D. fl. 3. 373. Jacq. a. t. 135.

2. PEPLIS (L. gen. n. 446.) Cal. campanulatus, subcompressus, 12 dentatus, dentibus 6 brevioribus reflexis. Pet. 6, fauci inserta, fugacia, saepe nulla. Stam. 6, ante calycis dentes latiores inserta. Stylus brevissimus; stigma orbiculare. Caps. bilocularis, polysperma. Calyce brevi campanulato differt a Lythro.

1. Portula (L. sp. 474.) foliis oppositis obovatis petiolatis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus. ⊙. In locis hyeme inundatis, in pascuis humidis et ad ripas. Jun.-Sept. D. fl. 3. 605. St. h. 1.

Ord. XLIV. TAMARISCINEAE. Desv. diss. in ann. sc. nat. 4. 344. DC. prodr. 3. p. 95.

Cal. 5 partitus, aestivatione subimbricatus. Pet. tot, quot sepala, iis alterna, basi calycis inserta, *aequalia*, marcescentia. Stam. numero petalorum, aut dupla; filamentis basi monadelphis vel fere liberis. *Ovarium liberum*, trigonum, 1 loculare, multiovulatum; *placentae in linea media vel in basi valvularum.* Caps. 3 valvis. *Sem. comosa.* Albumen o. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Frutices foliis parvis, cum ramulis denique deciduis.

1. TÁMARIX (L. gen. n. 375, excl. spec.) Cal. 4, 5 fidus vel partitus. Pet. 4-5. Stam. numero petalorum, vel dupla, annulo perigyno inserta. Styli 3, patentes, in stigma superne dilatati. Sem. in basi capsulae affixa; coma in apice seminis sessilis. (Flores rosei.) Species huius generis nondum satis clare expositae sunt.

1. T. gallica (L. sp. 386.) glabra, glauca, foliis ovatis acuminatis, spicis lateralibus, *bracteis acuminato-cuspidatis.* ♄. In sabulosis ad littora maris, (am adriatischen Meere bei Monfalcone im Littorale, Biasol.!) Jul. D. fl. 2. p. 481. T. pentandra Pall. ross. t. 77. Tamariscus pentandra Lam. fl. fr. 3. p. 73. T. gallicus All. ped. n. 1597. Variat staminibus corolla brevioribus et evidenter longioribus. G.

2. T. africana (Poir. voy. 2. p. 189.) glabra, subglauca, fol. ovatis acuminatis apice ipso obtusis, spicis lateralibus, *bracteis ex ovata basi oblongis lanceolatisve obtusis.* ♄. In arenosis humidis

et ad mare, (auf d. Insel Osero, Biasolett.!) Spicae duplo crassiores, quam in antecedente. J.

2. MYRICÁRIA (Desvaux. ann. sc. nat. 4. p. 349.) Cal. 5 partitus. Pet. 5. Stam. 10, alterne breviora, ultra medium monadelpha. Stigma sessile, capitatum, subtrilobum. Placentae valvularum medio longitudinaliter adnatae. Seminum coma stipitata. (Flores rosei.)

1. M. GERMANICA (Desv. l. c.) fruticosa, glabra, foliis lineari-lanceolatis sessilibus, spicis terminalibus solitariis, bracteis pedicello longioribus, capsulis erecto-patulis. ♄. In glareosis ad ripas torrentium et fluviorum, (in d. Schweiz u. durch die ganze Alpenkette bis Oestreich, in den Thälern der Alpen u. bis in die Ebenen hinab; mit dem Rheine bis Pforzheim; sodann in Oberschlesien am Ufer d. Weichsel.) D. fl. 3. 482. Tabernaem. kräutb. 1354. f. 1. Tamarix germanica L. sp. 367. Tamariscus germanicus Scop. carn. 1. p. 224. Frutex 4-5, saepe 8 pedalis. Flores profert Maio, et quidem in ramorum apice et in ramulis lateralibus superioribus, per quos panicula terminalis densa formatur. Aestate autem, ramis vernalibus jam induratis, secunda vice floret, ramosque florigeros novos sub panicula fructifera promit, foliis plerumque longioribus instructos. Haec forma aestivalis, quod locum natalem germanicum attinet, est Myricaria squamosa Reichenb. fl. exc. p. 5781. Zuccar. in litt.

Ord. XLV. PHILADELPHEAE. Don. DC. prodr. 3. p. 205; Myrtacearum genera Juss.

Cal. tubus turbinatus, ovario adhaerens; limbus 4-10 partitus, persistens. Pet. laciniis calycis alterna, et iis numero aequalia, aestivatione convoluta. *Stam. 20, plura*, cum petalis fauci calycis inserta. Stigmata plurima. *Caps. calyci semiadnata, 4-10 locularis, polysperma. Sem.* subulata, *in angulis loculorum centralibus* ad placentam angulatam *cumulata*; arillo laxo membranaceo; *albumine carnoso.* Embryo inversus, radicula ab hilo remota. *Folia* opposita, impunctata, *exstipulata, vena marginali nulla.*

1. PHILADELPHUS (L. gen. n. 614.) Cal. tubus turbinatus, limbus 4-5 partitus. Pet. 4-5. Stylus 1, vel plures et basi connati; stigmata plura. Caps. 4-5 valvis, 4-5 locularis. Seminum arillus ad umbilicum fimbriatus.

1. P. CORONARIUS (L. sp. 671.) foliis ellipticis acuminatis serrato-denticulatis supra glabris subtus hirtis, floribus racemosis, calycis laciniis acuminatis, stylo profunde quadrifido staminibus breviore. ♄. In sepibus et dumetis hinc inde, quasi spontaneus. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 399. St. h. 3. Flores albi.

Ord. XLVI. MYRTACEAE. R. Brown. gen. rem. p. 14. DC. prodr. 3. p. 207. Myrti Juss. gen. 323.

Calycis tubus ovario adhaerens, limbus 5 fidus, rarius 4, 6 fidus. Pet. tot, quot calycis laciniae, et iis alterna. *Stam.* cum petalis fauci calycis inserta, duplicia, quam petala vel *indefinita:* filamenta nunc libera, nunc polyadelpha, aestivatione incurvata; antherae ovatae, rima duplici dehiscentes. *Ovarium pluriloculare, placentis centralibus.* Styl. 1, stigmate simplici. *Sem. exalbuminosa.* Embryo rectus, cotyledonibus non convolutis; radicula ad hilum versa. Arbores aut frutices, *folia exstipulata*, integerrima, glanduloso-punctata, *venis* transversalibus *in unicam margini parallelam conflatis.*

1. MYRTUS (L. gen. n. 617.) Cal. tubus subglobosus, limbus 5 partitus. Pet. 5. Stam. libera. Bacca 2-3 locularis, calycis limbo coronata, loculis pleiospermis. Sem. reniformia.

1. M. COMMUNIS (L. sp. 673.) pedunculis solitariis uniflorís folio paulo brevioribus, bracteolis 2 linearibus deciduis flori subjectis, calyce quinquefido, foliis ovatis lanceolatisve acutis. ♄. In apricis rupestribus, (im östr. Littorale bei Triest, Duino, Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 400. Lam. ill. t. 419. G.

Ord. XLVII. CUCURBITACEAE. Juss. gen. p. 393. DC. prodr. 3. p. 297.

Cal. superus, 5 dentatus. *Cor. 5 fida, vel 5 partita*, basi sua calyci adnata. Stam. 5, triadelpha, vel triadelpha antheris connatis, rarius libera. Antherae sursum et deorsum plicato-flexae. Styl. 1; stigmata 3-5, biloba. *Ovarium* 3-5 loculare; *placentis parietalibus*, angulis exterioribus loculorum affixis. Fructus carnosus, loculis saepe evanidis, (Pepo). Embryo rectus, radicula ad hilum versa. Albumen o. Flores plerumque unisexuales. Herbae scandentes, cirrhis spiralibus.

1. CUCÚRBITA (L. gen. n. 1091.) Cal. 5 dentatus. Cor. 5 fida. Mas. Stam. 5. Filamenta triadelpha, superne coalita; antherae 5, in cylindrum connatae. Stigma abortivum. Fem. Filamenta 3, abortiva, in annulum coalita. Styl. trifidus; stigmata bifida. Ovarium triloculare, loculis bipartitis; ovula in quoque loculo biseriata. Bacca corticata, clausa, indehiscens. Sem. obovata, compressa, margine tumido cincta.

1. C. PEPO (L. sp. 1435.) caule hispido scandente, cirrhis ramosis, foliis cordatis quinquelobis asperis, *fructibus* subrotundis ovalibusque *laevibus*. ⊙. Colitur in provinciis calidioribus in usum oeconomicum cum specie sequente. Jun.-Aug. Flores lutei. Colit.

2. C. Melopepo (L. sp. 1435.) caule hispido scandente, cirrhis ramosis, foliis cordatis quinquelobis asperis, *fructibus* orbicularibus depressis *ante apicem margine prominente nodoso cinctis*. ⊙. Praeter hic enumeratas in hortis, ornamenti gratia, multae aliae species et varietates coluntur. Colit.

2. CÚCUMIS (L. gen. n. 1092.) Cal. 5 dentatus. Cor. 5 partita. Mas. Stam. 5: Filamenta triadelpha; antherae conniventes. Stigma abortivum. Fem. Filamenta 3 abortiva. Stylus brevis trifidus; stigmata bifida. Ovarium triloculare, loculis bipartitis; ovula in quoque loculo biseriata. Bacca corticata, clausa, indehiscens. Sem. obovata, compressa, margine acuto.

1. C. sativus (L. sp. 1437.) caule hispido, scandente, cirrhis simplicibus, *foliis* cordatis quinquangulatis, *angulis acutis*, fructibus oblongis tuberculatis. ⊙. Colitur ubique in usum oeconomicum. Mai.-Aug. Flores lutei. Colit.

2. C. Melo (L. sp. 1436.) caule hispido scandente, cirrhis simplicibus, foliis cordatis 5 angulatis denticulatis, *angulis rotundatis*, fructibus globosis ovalibusque laevibus nodulosis reticulatisve. ⊙. Colitur in provinciis australibus ditionis fl. n., in reliquis vaporario eget. Colit.

3. BRYONIA (L. gen. n. 1093.) Cal. 5 dentatus. Cor. 5 partita. Mas. Stam. 5, triadelpha. Fem. Styl. trifidus. Bacca globosa, trilocularis, loculis di-oligospermis.

1. B. alba (L. sp. 1438.) foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-asperis, floribus racemoso-corymbosis monoicis, *calycibus femineis corollam aequantibus*. ♃. In sepibus et dumetis, (hin u. wieder, nicht in allen Gegenden.) Jun. Jul. Schk. t. 316. Baccae nigrae, neque unquam rubrae. G.

2. B. dioica (Jacq. a. 2. p. 59. t. 199.) foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-asperis, floribus racemoso-corymbosis dioicis, *calycibus femineis corolla dimidio brevioribus*. ♃. In sepibus et dumetis, (durch d. ganze Gebiet, in d. südlichern Gegenden häufiger.) Jun. Jul. Baccae rubrae. Flores feminei duplo maiores, quam in antecedente, corymbi eorum brevius pedunculati, saepe subsessiles.

4. ECBÁLLION (Richard. dict. class. d'hist. nat. vol. 6. p. 19.) Cal. 5 dentatus. Cor. 5 partita. Mas. Stam. 5; filamenta triadelpha. Fem. Styl. trifidus; stigmata bifida. Ovarium triloculare, loculis multiovulatis. Bacca matura, a petiolo soluta, semina succumque e foramine basilari, elastice se contrahens, cum vehementia ejaculat.

1. E. Elaterium (Rich. dict. class. l. c. 1824.) cirrhis nullis, fructibus hispidis. ⊙. Ad vias et sepes, (im östr. Littorale, Host.) Jul-in autumn. Momordica Elaterium L. sp. 1434. Schk. t. 313. Elaterium cordifolium Moench. meth. 563. Ecbalium agreste Reichenb. fl. exc. p. 294. 1830. G.

Ord. XLVIII. PORTULACEAE. Juss. gen. p. 313., excl. gen.

Cal. 2 sepalus, vel bifidus, rarius 3, 5 sepalus, *aestivatione imbricatus.* Pet. 5, imo calyci inserta, vel in corollam monopetalam plus minusve connata. *Stamina numero petalorum, vel pauciora et petalis opposita, iisque adnata, vel indefinita, libera,* omnia fertilia. *Ovarium* liberum, vel basi calycis adnatum *unilocular*e, tri-multiovulatum, *placenta centrali libera.* Styl. 1 vel o. Stigmata plurima. Capsula circumscissa, vel trivalvis. Sem. albuminosa, embryone peripherico. *Folia exstipulata*, rarius stipulis scariosis instructa, ex anomalia ordinis, ut Spergula in Alsineis, Oxalidis species in Oxalideis, et Helianthemi species in Cistineis.

1. PORTULÁCA (L. gen. n. 603, exclus. spec.) Cal. bifidus, deciduus, basi circumscissa remanente. Pet. 4-6, calyci inserta, libera, vel basi coalita. Stam. 8-15, in fundo calycis inserta, filamenta libera, vel petalis basi coalitis adhaerentia. Ovarium subrotundum; stylus apice in stigmata 3-6 fissus, vel partitus. Caps. circumscissa.

1. P. OLERACEA (L. sp. 638, excl. var. β.) caule ramisque prostratis, foliis oblongo-cuneatis carnosis, floribus alaribus solitariis geminis ternisve sessilibus, *laciniis calycis obtuse carinatis.* ⊙. In locis cultis, ad vias. Jun.-Sept. D. fl. 3. p. 369. Schk. t. 130. P. oleracea α. sylvestris DC. pr. 3. p. 353. Flores lutei. Genicula ramorum ad foliorum insertionem annulo pilorum brevium cincta.

2. P. SATIVA (Haw. syn. plant. succul. p. 121.) caule erecto, ramis diffusis adscendentibus, foliis obovatis, floribus alaribus solitariis pluribusque sessilibus, *laciniis calycinis in dorso alato-compressis.* ⊙. Colitur ad usum oeconomicum. P. oleracea β. L. sp. 639. P. oleracea β. sativa DC. prodr. 3. p. 353. D. fl. 3. p. 370. P. latifolia Hornem. h. hafn. 2. 491. Ab antecedente differt „statura plus duplo maiore, ramis ramulisque erectis vel erectiusculis, nec prostratis humi depressis" (Haw.) et praecipue carina calycis alata. Colit.

2. MÓNTIA (L. gen. n. 101.) Cal. disepalus, persistens. Cor. infundibuliformis: tubus ad basin usque fissus, fissura unica, limbus (nec tota corolla,) quinquepartitus, laciniis tribus minoribus. Stam. 3, fauci ad basin laciniarum minorum inserta, et his opposita. Ovarium turbinatum; stylus brevissimus; stigmata 3, puberula. Capsula calyce persistente cincta, 3 valvis.

Corolla apud omnes auctores male descripta est.

1. M. FONTANA (L. sp. 129.) Variat:

α. *minor*, caules rigidiusculi adscendentes. Willd. sp. 1. p. 415. Michel. gen. t. 13. f. 2. St. h. 11. M. fontana β. erecta. Pers. syn. 1. p. 111. M. minor Gmel. bad. 1. p. 301. In locis humidis, praecipue arenosis, et in fossis exsiccatis.

β. *major*, caules flaccidi, in aqua fluitantes elongati, folia intensius viridia. Michel. gen. t. 13. f. 1. M. repens Gmel. bad. 1. p. 302. M. fontana β. repens Pers. syn. 1. p. 111.

Ord. XLIX. PARONYCHIEAE. St. Hil. mem. plac. lib. p. 56. DC. prodr. 3. p. 365.

Cal. 5 partitus, *aestivatione imbricatus*, persistens. Pet. totidem, saepe parva et staminum sterilium aemula, calyci inserta, laciniis alterna. *Stam. libera, numero laciniarum vel pauciora, perigyna*, ante lacinias calycis inserta. *Ovarium* liberum, *uniloculare*, ovulis *placentae centrali* liberae affixis, vel uniovulatum, ovulo ex apice funiculi elongati, e fundo loculi orti, pendulo. Styli 2-3 distincti, vel basi concreti. Fructus siccus, trivalvis vel indehiscens. Sem. albuminosa. Embryo lateralis vel periphericus, radicula ad hilum versa. *Folia stipulata*, stipulis scariosis.

Trib. 1. *TELEPHIEAE.* DC. prodr. 3. p. 366. Bartling. in Wendl. beitr. 2. p. 157. Folia alterna, rarius opposita, stipulata. Petala magnitudine sepalorum, imo calyci inserta, ope annuli obscure perigyni.

1. TELÉPHIUM (L. gen. n. 377.) Cal. 5 partitus. Pet. 5, imo calyci inserta, calycis lacinias aequantia. Stam. 5. Styl. 3, patenti-recurvi. Caps. trivalvis, basi trilocularis, apice septis non productis uni-locularis. Sem. plurima, placentis centralibus affixa.

1. T. IMPERATI (L. sp. 388.) foliis alternis, floribus racemoso-corymbosis subcongestis. ♃. In rupestribus apricis, (in Südtyrol im Vinschgau, v. Frölich; im Wallis bei Sitten u. Gonthey, Gaud.) Jul. Schk. t. 85. Flores albi.

2. CORRIGÍOLA (L. gen. n. 378.) Cal. 5 partitus. Pet. 5, imo calyci inserta, calycis lacinias aequantia. Stam. 5. Stigmata 3, sessilia. Caps. 1 sperma, indehiscens. Semen funiculo, e fundo capsulae orto, suspensum.

1. C. LITTORALIS (L. sp. 388.) corymbis foliatis, floribus pedicellatis, foliis caulinis lineari-cuneatis. ☉. In locis glareosis fluminum, ad vias arenosas humidas, (d. d. ganze Gebiet stellenweise, in manchen Gegenden jedoch gänzlich fehlend.) Jul. Aug. Schk. t. 85. D. fl. 3. p. 483. Flores albi.

Trib. II. *ILLECEBREAE.* DC. prodr. 3. p. 367. Bartling. in Wendl. beitr. 2. p. 156. Folia opposita, stipulata. Pet. nulla, vel minima, subulata, staminum sterilium aemula, annulo perigyno inserta. Stam. 5, raro pauciora, 3 vel 1. Fructus utricularis, monospermus. Semen e funiculo, e basi fructus orto, elongato, pendulum. (Petala huius tribus potius stamina castrata sunt, annulo perigyno ipso, nec ante annulum inserta; conf. Bartling. l. c.)

3. HERNIÁRIA (L. gen. n. 308.) Cal. 5 partitus, laciniae plano-concavae, intus subcoloratae. Stam. 10, 5 sepalis alterna, castrata. Ovarium globosum. Stylus brevissimus, vel o; stigmata 2, obtusa. Caps. calyce tecta, membranacea, indehiscens, monosperma; rudimentum operculi nullum.

1. H. GLABRA (L. sp. 317.) caulibus prostratis, *foliis* ellipticis oblongisve basin versus attenuatis *glabris*, glomerulis axillaribus subdecemfloris, calyce glabro. ♃. In campis arenosis, glareosis, pascuis siccis, ericetis. Jul. in autumn. D. fl. 3. p. 292. Schk. t. 56.

2. H. HIRSUTA (L. sp. 317.) caulibus prostratis *foliis* calycibusque *hirtis*, foliis ellipticis oblongisve basin versus attenuatis, glomerulis axillaribus subdecemfloris, *calycis laciniis seta longiore mucronatis*. ♃. In campis arenosis, (durch d. ganze Gebiet, seltner als d. vorhergehende.) Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 293. Engl. bot. 1379.

3. H. INCANA (Lam. dict. 3. p. 124.) caulibus prostratis *foliis* calycibusque *hirtis*, fol. oblongis lanceolatisque basin versus attenuatis, glomerulis axillaribus subtrifloris laxis, *pilis laciniarum calycis aequalibus*. ♃. In apricis siccis, (bei Fiume, Noé!; Istrien, Biasol.! Veglia, Mull.! für d. Schweiz zweifelhaft.) Mai. Jun. D. fl. 2. 293., in nota. J.

4. H. ALPINA (Vill., delph. 2. 256.) caulibus prostratis, *foliis* obovatis oblongisve *ciliatis*, glomerulis axillaribus uni-paucifloris, ad ramulorum apicem congestis, calycibus hirtis, *pilis aequalibus*. ♃. In rupibus alpium altissimarum Valesiae, (auf d. Tzermontanaz; auf d. Gries über Bagnes, auf d. Stock, Torrent und Gex, Gand.) Jul. Aug. H.

4. ILLÉCEBRUM (L. gen. n. 290., excl. spec.) Cal. 5 partitus, laciniae incrassatae, a latere compressae, superne oblique truncatae et in cuspidem terminatae; superficies interior angusta, subconcava. Stam. 10, 5 sepalis alterna, castrata. Stylus brevissimus; stigmata 2, obtusa. Capsula calyce tecta, unilocularis, longitudinaliter sulcata, secundum sulcos in laciniias plurimas dehiscens, monosperma.

1. I. VERTICILLATUM (L. sp. 280.) in terra denudata humida, praecipue solo arenoso turfoso, ad fossas, in agris hyeme inundatis, (vom Niederrheine durch Westphalen u. d. nördl. D. nach Schlesien, Sachsen, Böhmen u. das daran grenzende Oestreich; in Oberbaden; südl. Schweiz.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 279. Schk. t. 50. Flores nivei.

5. PARONÝCHIA (Tournef. t. 288. DC. prodr. 3. p. 370.) Cal. 5 partitus, laciniae plano-concavae. Stam. 10, 5 sepalis alterna castrata. Stylus bifidus, stigmata obtusa. Caps. calyce tecta, membranacea, operculo adnato instructa, non dehiscens, monosperma.

1. P. CAPITATA (Lam. fl. fr. 3. p. 230.) caulibus procumbentibus adscendentibusque, foliis lanceolatis ellipticisve obtusiusculis ciliatis, bracteis lato-ovatis breviter mucronatis argenteo-scariosis in capitula terminalia congestis flores occultantibus, calycis laciniis muticis. ♃. In apricis siccis, (Fiume, Noé; Osero, Biasol.) Mai. P. serpyllifolia Deutschl. fl. 2. p. 756. Illecebrum capitatum L. sp. 299.

I. serpyllifolium Vill. Schrad. journ. 1801. 1. t. IV. figura dextra. Illecebrum cephalotes MBieb. taur. cauc. suppl. p. 169, (ex speciminibus caucasicis non differt.) Variat:

β. *serpyllifolia*, foliis latioribus ovatis vel obovatis: P. serpyllifolia DeCand. dict. enc. 5. p. 24. Illecebrum serpyllifolium Vill. in Schrad. journ. 1801. 1. t. IV. fig. sinistra. Praeter folia latiora differentiam non video inter varietatem β et α. J.

Trib. III. *POLYCARPEAE*. DC. prodr. 3. p. 373. Folia opposita stipulala. Pet. 5, vel o. Caps. 1 locularis, polysperma.

6. POLYCARPON (L. gen. n. 105.) Cal. 5 partitus, laciniis concavis carinatis. Pet. 5, emarginata, vel integra. Stam. 3, 5. Styl. 3, brevissimi. Caps. 1 locularis, trivalvis, polysperma.

1. P. TETRAPHYLLUM (L. fil. suppl. 116.) triandrum, petalis emarginatis, foliis caulinis quaternis, rameis oppositis. ⊙. In arenosis, (bei Graben u. Hockenheim, Waghäusel u. andern Orten zwischen Carlsruh u. Schwetzingen, von Engelmann entdeckt; bei Mannheim, Succ.; im Littorale, Biasol.; in Schlesien um Breslau u. Ohlau in Gemüfsfeldern, vielleicht eingewandert; im Veltlin, ausser d. Gebiete d. Schweiz.) Aug. Sept. Barrel. t. 534. D. fl. 1. p. 726. G.

Ord. L. SCLERANTHEAE. Link. en. h. berol. 1. 417. DC. prodr. 3. 377, tribus Paronychiarum.

Cal. persistens, frutiger cum incluso pericarpio deciduus: tubus campanulatus, faux annulo glanduloso coarctata; limbus 4-5 partitus, aestivatione imbricatus. Pet. nulla. *Stam. ante annulum faucis inserta, 5, calycis laciniis opposita, vel 10,* 5 plerumque fertilia et laciniis opposita, vel 1. Ovar. liberum, uniloculare, biovulatum, ovulis ex apice funiculi, e basi ovarii orti, pendulis; altero abortiente. Styl. 1-2, stigmatibus capitatis, vel 1 emarginatus. Utriculus membranaceus calycis tubo indurato inclusus. Embryo periphericus. Albumen farinaceum. *Folia opposita, exstipulata.*

1. SCLERÁNTHUS (L. gen. n. 562.) Cal. 5 fidus. Stam. 10, rarius 5 aut. 2. Styl. 2.

1. S. ANNUUS (L. sp. 580.) floribus subdecandris, *laciniis* calycis ovatis acutiusculis *tenuissime membranaceo-marginatis* tubum aequantibus, *fructiferis patulis.* ⊙. In agris et cultis ubique. Jun. in autumn D. fl. 3. p 173. Fl. d t. 504. Variat humilior, floribus dense corymbosis; et altior, ramis floriferis laxioribus, floribus inferioribus in dichotomia ramorum remotis: h. l. S. verticillatus Tausch. Reichenb. fl. exc. p. 565.

2. S. PERENNIS (L. sp 580.) floribus decandris, *laciniis calycis* oblongis rotundato-obtusis, *margine lato membranaceo* cinctis, *fructiferis clausis.* ♃. In campis arenosis, pascuis siccis, ericetis,

locis montosis rupestribus. Mai. in autumn. Schk. t. 120. D. fl. 3. 175. Variat, ut antecedens, floribus dense et laxe corymbosis; ad posteriorem: S. perennis β. fallax v. Bönningh. prod. p. 123. S. fastigiatus Hochst. in bot. ztg., si folia simul elongata sunt.

Ord. LI. CRASSULACEAE. DC. bull. philom. 1801. n. 49. p. 1. prodr. 3. p. 381.

Cal. fissus vel partitus. Cor. regularis: petala tot, quot calycis laciniae, iisque alterna, libera vel in corollam monopetalam connata. *Stam.* cum petalis *calyci inserta*, nunc *iis numero aequalia* et cum iisdem alterna, *nunc dupla. Ovaria tot, quot petala*, iis opposita, libera, vel inferne connexa, basi squama hypogyna fulta. Sem. suturae interiori carpellorum affixa, albuminosa. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Folia exstipulata. Herbae succulentae.

1. TILLAEA (L. gen. n. 177., excl. spec.) Cal. 3-4 partitus. Cor. 3-4 petala. Stam. 3-4. Carpella 3, 4, capsularia, disperma, inter semina constricta.

1. T. muscosa (L. sp. 186.) caulibus basi decumbentibus, ramis adscendentibus, floribus axillaribus sessilibus trifidis. ⊙. In campis arenosis humidis, (Westphalen bei Coesfeld hinter d. Klinke, bei Haltern u. bei Marienbaum zwischen Xanten u. Cleve, v. Bönningh.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 866. Reichenb. ic. 2. f. 330—332. G.

2. BULLIARDA (DC. bull. philom. n. 49. p. 1.) Flores hermaphroditi. Cal. 4 partitus. Cor. 4 petala. Stam. 4. Carpella 4, capsularia, polysperma.

1. B. aquatica (DC. l. c. n. 49.) foliis linearibus. floribus brevissime pedicellatis vel sessilibus. ⊙. In aquis stagnantibus et ad ripas, (am sandigen Ufer der Elbe bei Wittenberg, Schk.; bei Trebon in Böhmen, Presl.!) Aug. Sept. Tillaea aquatica L. sp. 187., excl. synon. plurim. „Planta minima: in aqua crescens angustior, erectior et viridior; extra aquam saepius prostrata, latior et magis rutilans.“ Wahlenb. suec. p. 110. Specimina postrata: Tillaea prostrata Schk. in Ust. ann. st. 2. p. 21. t. 3. Bulliarda prostrata D. fl. 1. 868. Fl. d. t. 1510. Flores albi. G.

2. B. Vaillantii (DC. pl. grass. t. 74.) foliis lineari-oblongis, pedunculis folio longioribus. ⊙. In humidis subumbrosis, (auf d. Donauinseln bei Nussdorf in Oestreich, Schultes; der Standort in Oberbaden irrig, die daselbst gefundene Pflanze war Peplis Portula, Zeyher.!) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 868. Tillaea aquatica Lam. ill. t. 90. (non L.) T. Vaillantii Willd. sp. p. 720. Vaill. par. t. 10. f. 2. Flores carnei. G.

3. RHODIOLA (L. gen. n. 1124.) Flores dioici. Masc. Cal. 4 partitus. Cor. 4 petala. Stam. 8. Squamae hypogyna 4 ad pistilli rudimentum. Fem. Cal. 4 partitus. Cor. o, vel petala 4, multo minora,

minora, quam in floribus masculis. Squamae hypogynae 4. Carpella 4, capsularia, polysperma.

1. R. ROSEA (L. sp. 1465.) ♃. In locis rupestribus alpium, (durch d. ganze Alpenkette u. auf d. Vogesen u. Sudeten.) Jul. Aug. Schk. t. 331. Sedum roseum Scop. carn. 2. n. 560. S. Rhodiola DC. pl. grass. t. 143. Cal. purpureus, petala lutescentia vel purpurascentia.

4. CRÁSSULA (L. gen. n. 392.) Cal. 5 partitus. Cor. 5 petala. Stam. 5. Squamae hypogynae 5. Carpella 5, capsularia, polysperma.

1. C. RUBENS (L. syst. nat. 2. 226.) caule erecto superne trifido-cymoso vel ramoso, ramis adscendentibus, *foliis* sparsis *patentibus* semicylindricis glabris obtusis, floribus solitariis secundis sessilibus, *ramis calycibusque glanduloso-pilosis.* ⊙. In vineis et arvis, (in der westlichen Schweiz, bei Genf, Nyon, Cobbet, Duilliers, aber selten, Gaud.; bei Basel; Riechen im Oberbadischen, Basel gegenüber, Gmel.!) Mai. Jun. D. fl. 3. 505. DeC. pl. grass. t. 55. Sedum rubens L. sp. 619, nec syst. nat. DC. prod. p. 405, (nec Haenk.) Pet. alba, carina valida, carnea. In supplemento Fl. taur. p. 314. Bieberst. cum Crassula rubente Sedum suum pallidum, Fl. taur. 1. p. 353, combinavit, quod vero evidenter differt foliis teretibus angustioribus, ramis cymae divaricatis, staminibus 10, et caule bienni; in Crass. rubente constanter stamina 5 inveni, ejusque radix stricte annua est.

2. C. MAGNOLII (DC. fl. fr. suppl. 522.) caule erecto superne bi-trifido cymoso paucifloro ramis foliis *calycibusque glabris, foliis* ovatis obtusis *imbricatis*, floribus solitariis secundis sessilibus. ⊙. In collibus apricis, (Istrien, Müll.!) April. D. fl. 3. p. 304. C. caespitosa Cav. ic. t. 69. f. 2., sec. DC. Tillaea rubra Gouan. hort. 77. Tillaea erecta Sauv. monsp. 129. Sedum caespitosum DC. prodr. 3. p. 405. Planta praecedente dimidio minor. Flores dilute carnei, carina petalorum purpurea. J.

5. SEDUM (L. gen. n. 579.) Cal. 5 partitus. Cor. 5 petala. Stam. 10. Squamae hypogynae 5. Carpella 5, capsularia, polysperma.

Genera: Bulliarda, Crassula, Sedum, et, si flores unisexuales excipias, Rhodiola, non differunt, nisi numero partium fructificationis; Semperviva vero ditionis florae nostrae omnia, excepto solo S. tectorum, petalis basi in corollam monopetalam connatis a Sedo et reliquis generibus memoratis recedunt.

Sect. I. TELEPHIUM. Radix valida, ramosa, multiceps, pluricaulis; caudiculi vero supra terram repentes nulli. (Radix autumno novas gemmas vel turiones, futuro anno progerminantes, agit, dum caules hornotini pereunt.)

1. S. MAXIMUM (Sut. flor. helv. 1. p. 270.) *foliis planis* ovali-oblongis obtuse dentatis *basi cordata amplexicaulibus* plerisque oppositis, corymbis terminalibus densis, petalis patentibus rectis apice cucullato-impressis, corniculo minuto compresso terminatis. ♃. In sylvis montanis rupestribus, ad aggeres, dumeta, in muris, (durch d. ganze Gebiet, doch nicht an allen Orten.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 8. f. 969. S. Telephium δ et ε Linn. sp. 616. S. latifolium Bertol. amoen. it. 366. D. fl. 3. p. 299. S. Telephium St. b. 6, minus bona. Telephium latifolium peregrinum. C. B. ap. Tabernaem.

kräutb. p. 1227. II. Anacampseros maxima Haw. synops. ed. germ. p. 121. Flores ochroleuci. Folia basi auriculato-cordata, *auriculis in turionibus cauli applicatis et infra folii insertionem productis;* in S. Telephio folia basi lata sessilia sunt, sed auricularum nullum vestigium invenitur.

2. S. Telephium (L. sp. 616, var. α.) *foliis planis* ovali-oblongis inaequaliter obtuse serratis *basi rotundata sessilibus plerisque oppositis* ternisve, corymbis terminalibus densis, petalis supra medium recurvo-patentibus apice planis subcanaliculatis. ♃. In montosis apricis sylvaticis, muris, ad aggeres et dumeta, (wie das vorige, jedoch an vielen Orten nicht, die var. β. auf dem linken Rheinufer gemein.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 299. Tabernaem. kräuterb. p. 1227. I. Flores albi vel ochroleuci. Variat:

β. *purpureum*, floribus purpureis: S. Telephium γ. Linn. sp. 616, ex synonymo C. Bauhini, qui specimen parvum montanum describit. Anacampseros triphylla Haw. syn. ed. germ. p. 121. S. Telephium Reichenb. ic. 8. f. 968.

3. S. Fabaria, *foliis planis* lanceolato-oblongis dentato-serratis *basi cuneatis alternis sparsisque, inferioribus petiolatis*, corymbis terminalibus densis. ♃. In montosis, (meine Exemplare von d. Babia Gora in d. Sudeten.) S. Telephium β. purpureum L. sp 616, ex synonymo C. Bauhini. S. purpureum Tausch. bot. ztg. 17. 2. p. 515, non Reichenb. fl. exc. S. Telephium Reichenb. fl. exc. p. 550, non Linn., nec iconogr. Anacampseros vulgaris Haw. synops. ed. germ. p. 122, in Germania haud vulgaris. Telephium purpureum maius C. Bauh. ap. Tabernaem. p. 1228. n. III. Flores purpurei. Nomen S. purpurei ob ambiguitatem mutavi.

4. S. Anacampseros (L. sp. 616.) *foliis planis obovatis integerrimis* obtusissimis glabris, caulibus decumbentibus, *corymbis terminalibus densis.* ♃. In rupibus alpinis, (in d. südwestlichen Schweiz auf d. Surchamp u. Richard, d. Aelener, u. auf d. Fouly Alesse u. andern der Walliser Alpen.) Jul. Tabern. krtb. p. 1228. f. 4. Flores purpurei vel albi, carina viridi. H.

Sect. II. Cepaea. Radix tenuis. Caulis solitarius, simplex, vel a basi in ramos caulesve secundarios divisus; caudiculi repentes nulli. (Radix annua, vel biennis, cum caule fructigero moriens, rarius ramo uno alterove radicali erecto instructa, et cum hoc in annum tertium perdurans.)

* Folia plana.

5. S. stellatum (L. sp. 617.) *foliis planis* subrotundis *angulato-crenatis* in petiolum attenuatis oppositis alternisve glabris, *cyma subbifida pauciflora*, floribus in axilla bractearum sessilibus, petalis lanceolatis acutis. ⊙. In montosis rupestribus, muris, (in d. südl. Schweiz.) Jun. Jul. Column. phytob. p. 42. icon. Pet. alba vel dilute rosea, carina viridi. H.

6. S. Cepaea (L. sp. 617.) *foliis planis integerrimis* obtusis, inferioribus petiolatis obovatis oppositis ternis quaternisve, superioribus lineari-cuneatis, *panicula oblonga*, petalis lanceolatis cuspide tenuissima terminatis. ⊙. In saxosis asperis umbrosis et sylvaticis, (in d. südl. Schweiz, Friaul u. im Gebiete d. Fl. v. Spa bei Mastricht, Lej.!) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 301. Camerar. epit. 673.

S. Cepaea et S. galioides All. 2. p. 117. S. paniculatum Lam. dict. 4. p. 630. S. spathulatum W. K. pl. r. h. t. 104. Flores dilute rosei, carina purpurea.

** Folia semiteretia vel teretia.

7. S. HISPANICUM (L. sp. 618.) foliis subteretibus linearibus acutiusculis patentibus basi aequali sessilibus, *cyma subglabra, floribus dodecandris hexapetalis*, petalis lanceolatis cuspidatis calyce quadruplo longioribus, caudiculis repentibus nullis. ⊙. In rupibus convallium alpinarum, (Schweiz im Cant. Glarus u. Schwiz; in Tyrol, Kärnthen, Krain u. Steyermark.) Jul. D. fl. 3. 305. St. h. 22. S. Guettardi Gmel.! bad. 2. p. 280. S. glaucum WK. pl. r. hung p. 198. t. 181. S. sexfidum MB. taur. cauc. 1. p. 354. Gregarie crescit, et plantae hornotinae non florentes cum biennibus et florentibus adeo mixtae occurrunt, ut cespitem plantarum perennium repraesentent. Pet. alba, nervo subtus roseo. — S. pallidum M. Bieberst. 1. p. 353, folia habet obtusiora, petala ovata abruptius in cuspidem contracta, capsulas dimidio angustiores acutas, lacinias calycis constanter quinque, totidem petala capsulasque et stamina decem. Crassula rubens ab hoc valde differt.

8. S. VILLOSUM (L. sp 620.) *foliis linearibus* obtusis subteretibus supra planisculis erectis basi aequali sessilibus *paniculaque glanduloso - pubescentibus*, panicula subracemosa, petalis ovatis acutis calyce duplo longioribus, caudiculis repentibus nullis. ⊙. In pratis humidis uliginosis turfosis, planitierum, montium et alpium. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 305. St. h. 6. Pet. rosea, stria dorsali purpurea.

9. S. ATRATUM (L. sp. 1674.) foliis tereti - clavatis basi aequali sessilibus, *corymbis terminalibus simplicibus densis glabris*, defloratis fastigiatis, floribus pedunculatis, petalis ovato - lanceolatis obtusiusculis cum brevi apiculo, calyce duplo longioribus, *caudiculis repentibus nullis*. ⊙. In locis alpium petrosis apricis, (von d. Schweiz durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 306. Jacq. a. t. 8. S. haematotes Scop. carn. 1. p. 323. Crassula rubens St. h. 22, mala. Pet. alba vel viridi - flavescentia, nervo virente.

10. S. ANNUUM (L. sp. 620, excl. citato Raii.) fol. linearibus obtusis teretibus supra planiusculis basi aequali sessilibus, *cymis glabris*, caule a basi ramoso, ramis plerumque bifidis denique elongatis flexuosis, floribus unilateralibus subsessilibus, petalis lanceolatis acutis calyce subduplo longioribus, *caudiculis repentibus nullis*. ⊙. In rupibus et muris in subalpinis; in alpes altissimas adscendens, (stellenweise durch d. ganze Alpenkette u. auf d. Vogesen; auch auf Sandhügeln bei Pretz in Holstein.) Jun. - Aug. D. fl. 3. p. 307. S. saxatile Wiggers. prim. p. 35, (non All.) S. aestivum All. ped. 2. 121. S. rupestre Oed. fl. d. t. 59. S. Oederi Retz. pr. p. 562. S. saxatile DC. prodr. 3. p. 409. (excl. syn. S. alpestris Vill. et S. saxatilis All.) — S. saxatile Willd. est species mixta; S. schistosum Lej. non differt a S. saxangulari. Petala flava.

Sect. III. SEDA GENUINA. E radice cespes caudiculorum repentium et ramorum adscendentium. Caules florigeri inter ramos foliatos emergentes. (Rami

foliati, non florigeri, perennant supra terram, caules florigeri autem quotannis pereunt.)

* Flores albi vel rosei.

11. S. ALBUM (L. sp. 619.) foliis oblongo-linearibus linearibusque obtusis subcylindricis superne planiusculis patentibus basi aequali sessilibus, *panicula subfastigiata glabra*, petalis lanceolatis obtusiusculis calyce triplo longioribus, *caudiculis repentibus*, caulibus sterilibus sparsim et patenter foliatis. ♃. In rupibus, locis asperis, muris. Jul. Aug. Fl. dan. t. 66. Petala alba vel dilute rosea, antherae fusco-purpureae.

12. S. DASYPHYLLUM (L. sp. 618.) *foliis* carnosis *breviter ellipticis* dorso gibbis basi aequali sessilibus, plerisque oppositis, *panicula glanduloso pubescente*, petalis ovatis obtusiusculis calyce duplo longioribus, caudiculis repentibus, ramis sterilibus dense foliatis. ♃. In rupibus humidiusculis vallium alpinarum, et ad muros planitierum, alpes comitantium, (auf d. Vogesen; in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 310. Jacq. h. vind. 2. t. 153. S. glaucum Lam. dict. 4. p. 630, non Kit. Pet. alba, dorso linea purpurea. Variat totum glanduloso-pubescens, (bei Lüttich, Lej.!)

Sedum anglicum in Deutschl. fl. 3. p. 311, auctoritate cl. Reichenbach. receptum, monente Dom. Burkhard., in Lusatia non crescit.

** Flores flavi.

13. S. ACRE (L. sp. 619.) *foliis* carnosis *ovatis* acutiusculis dorso gibbis basi obtusa sessilibus, *cyma glabra*, petalis lanceolatis acutis calyce duplo longioribus, *caudiculis repentibus*, caulibus sterilibus sexfariam foliatis. ♃. In campis arenosis, ericetis, montium declivibus, muris. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 312. Schk. t. 123.

14. S. SEXANGULARE (L. sp. 313.) *foliis* teretibus *linearibus* obtusis *basi deorsum apiculata sessilibus*, *cyma glabra*, petalis lanceolatis acutis calyce duplo longioribus, *caudiculis repentibus*, caulibus sterilibus sexfariam foliatis. ♃. In iisdem cum praecedente locis, sed minus frequens. Jun. Jul., serius tamen antecedente. D. fl. 3. p. 313. Fl. dan. t. 1644. S. sexangulare et schistosum Lej. spa. p. 206. S. Forsterianum Reichenb. ic. 9. f. 1135, defloratum, ramis cymae erectis. S. boloniense Reichenb. ic. 9. p. 18. — Folia in S. sexangulari minus evidenter sexfaria, quam in S. acri.

15. S. REPENS (Schleicher. in DC. suppl. fl. fr. p. 525.) *foliis linearibus* teretibus utrinque planiusculis *basi aequali sessilibus*, *cyma 2-5 flora glabra*, petalis ovato-oblongis obtusis calyce sesquilongioribus, *caudiculis repentibus*, caulibus sterilibus sparsim denseque foliatis. ♃. In rupibus alpium et summorum Sudetorum, (in d. Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen u. wahrscheinlich durch d. ganze Alpenkette; in d. Sudeten auf d. Schneekoppe, d. Altvater; auf dem Hohneck der Vogesen.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 314. S. repens DC. prodr. 3. p. 409. S. rubens Haenk. it. sud. p. 114. S. alpestre Vill. delph. 3. p. 684, ob radicem perennem. S. saxatile Allion. ped. 2. p. 121. Nomen antiquissimum Villarsii non praetuli,

quum in dubium vocari possit, num eandem plantam designet; et nomen Haenkeanum ob ambiguitatem — confundi enim potest cum Sedo rubente Linn. sp. pl. p. 619, (Crassula rubente L. syst. veg. p. 253,) — Schleicheriano postposui.

16. S. ANOPETALUM (DC. rapp. 2. p. 80.) *foliis* lineari-subulatis carnosis acutis mucronatis supra planiusculis, *basi productis subcalcaratis*, ramornm sterilium imbricatis, cyma glabra, calycis laciniis acuminatis, *petalis* calyce subduplo longioribus lanceolatis acuminatis *erectis*, caudiculis repentibus. ♃. In rupestribus calcareis apricis, (bei Triest, Biasoletto! in d. Schweiz, Schleich.!) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 319.

17. S. REFLEXUM (Linn. sp. 618.) *foliis* lineari-subulatis acutis breviter mucronatis carnosis utrinque convexis *basi productis subcalcaratis*, ramorum sterilinm imbricatis patentibus reflexisque, cyma glabra, calycis laciniis acutis, *petalis* calyce duplo longioribus lanceolatis *patentibus*, caudiculis repentibus. ♃. In locis apricis, campis arenosis, montosis rupestribus. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 317. S. collinum Wimm. et Grab. fl. siles. 1. p. 444. Variat foliis remotioribus, patentibus reflexisque, et dense imbricatis; tenuioribus et duplo crassioribus; atque

α. *viride*, foliis laete viridibus: S. reflexum L. sp. 618. Reichenb. ic. 3. f. 459. S. crassicaule Link. en. 1. 438. Haec varietas in montibus altioribus, praecipue porphyriis, crescit.

β. *glaucum*, foliis glaucescentibus, glaucis et caesiis: S. rupestre L. sp. 618., excl. syn. Dillen. S. reflexum Fries. halland. p 80. — S. rupestre Willd. en. suppl. p. 26., foliis erectis, cauli adpressis; S. collinum Willd. l. c. foliis patentibus; S. recurvatum Willd. l. c. S. reflexum Link. en. 1. 438, foliis recurvatis; S. glaucum Smith. engl. fl. 2. 321., foliis tenuioribus. — Omnes hae varietates formis innumeris invicem in sese transeunt; in horto plures species distinguas, investigatione montium alpiumque evanescentes.

18. S. ELEGANS (Lej. fl. d. spa. 1. 205.) *foliis* lanceolato-linearibus acutis breviter mucronatis carnosis utrinque planiusculis *basi productis subcalcaratis*, ramorum sterilium dense imbricatis, cyma glabra, *laciniis calycis rotundato-obtusis*, petalis oblongis calyce duplo longioribus patentibus, caudiculis repentibus. ♃. In rupibus et muris, (bei Mastricht, Lej.!) Jul. Aug. S. rupestre Smith. brit. 690. D. fl. 3. p. 318. Dill. h. elth. t. 256. — S. reflexum L. suec. et sp. pl., excl. synonymo Dillenii, est varietas S. reflexi, qua de causa, optime monente amic. Hornung., Lejeunianum nomen restitui. Nondum vivum vidi. G.

6. SEMPERVIVUM (L. gen. n. 612.) Cal. 6-20 partitus. Pet. 6-20, basi connexa. Squamae hypogynae et carpella tot, quot petala. (Petala in omnibus speciebus nostris, solo S. tectorum excepto, basi cum staminibus et inter se in corollam monopetalam connexa sunt.)

Sect. I. SEMPERVIVUM GENUINUM. Petala et calycis laciniae stellato-expansa; capsulae basi connatae, divergenti-adscendentes atque coniunctim spatium pelviforme includentes, superne oblique truncatae, margine exteriore in stylum abeuntes.

1. S. TECTORUM (L. sp. 664.) *foliis* rosularum oblongo-obovatis abrupte in mucronem acuminatis gramineo-viridibus *glabris margine ubique ciliatis*, petalis stellato-expansis lanceolatis acuminatis calyce duplo longioribus basi liberis, *squamis hypogynis brevissimis convexis glanduliformibus.* ♃. In rupibus alpium, (in d. Schweiz auf d. Gotthard u. andern hohen Gebirgen; in Krain auf d. Felsen des Isonzothales; auf Mauern u. Dächern häufig angepflanzt.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 384. Sedum tectorum Scop. carn. 2. 325. St. h. 23. Petala rosea, striolis purpureis adspersa, carina dorsali virente. In cespitibus huius speciei, muros et tecta inhabitantibus, stamina 12 interiora, vel etiam omnia, in ovaria pedicellata transformata sunt; conf. Sturmii figuram. In speciminibus spontaneis, alpium rupes occupantibus, normalia sunt *).

2. S. WULFENI (Hoppe in litt.) *foliis* rosularum oblongo-obovatis abrupte in mucronem acuminatis glaucis *glabris ciliatis*, margine apicis aetate decalvato, *petalis stellato-expansis* linearibus apice subulatis calyce triplo longioribus basi connexis, *squamis hypogynis erectis lamelliformibus subquadratis.* ♃. In rupibus summarum alpium, (Tyrol u. Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 386. St. h. 23. S. globiferum Wulfen. in Jacq. fl. a. 5. app. t. 40. Petala sulphurea vel dilute e viridi flavescentia. Propagines non globosae. G.

Sub suo Sempervivo globifero Linnaeus initio forte S. soboliferum intellexit, in speciebus plantarum autem hoc nomen plantae rossicae, a D. Gmelino sibi missae, et nuper a Bessero in en. pl. Volh. fusius descriptae, imposuit, („habitat in Rutheno. D. Gmelin.“ L. sp. 664.) Hoc, vivum a Cl. Bessero acceptum, sic definio: S. globiferum, (L. sp. 665, exclus. synonymis; synonyma enim nullius momenti sunt et non extricanda,) foliis rosularum obovato-cuneatis breviter acuminatis utrinque glanduloso-pubescentibus, setisque multo longioribus ciliatis, petalis stellato-expansis lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis calyce quadruplo longioribus, filamentis inferne compressis, ovariis oblique lanceolatis, squamis hypogynis brevissimis convexis glanduliformibus. — Caulis pedalis, petala ochroleuca, stria dorsali virente, basi connexa, filamenta ad basin

---

*) Semperviva ditionis florae nostrae, addito S. globifero rossico, sunt:

A. Petala 6, in formam campanae disposita.
  Folia caulina ciliata et simul utrinque pubescentia. *S. hirtum.*
  Folia caulina praeter cilias marginales glabra. *S. soboliferum.*

B. Petala 12, vel plura, stellato-expansa.
  Folia glabra, margine ciliata;
    laete viridia. Pet. purpurea; squam. hypog. brevissimae, convexae, glanduliformes, *S. tectorum;*
    glauca; pet. sulphurea; squam. hypog. lamelliformes, *S. Wulfeni.*
  Folia glanduloso-pubescentia, ciliata et apice pilis arachnoideis connexa. *S. arachnoideum.*
  Folia glanduloso-pubescentia, ciliata, pilis arachnoideis destituta.
    Squamae hypog. brevissimae, convexae, glanduliformes; petala ochroleuca, *S. globiferum.*
    Squam. hypog. lamelliformes, erectae, subquadratae.
      Ovaria lato-rhombea; cilia foliorum pilis reliquis validiora; flores purpurei. *S. Funkii.*
      Ovaria oblique-lanceolata; cilia reliquis pilis vix validiora.
        Flores purpurei; filamenta teretia, erecta. *S. montanum.*
        Flores ochroleuci; filamenta compressa, recurvata. *S. Braunii.*

conspicue compressa, initio albida, denique dilute rosea. S. globiferum Koch. bot. ztg. 18. p. 210. t. 1.

3. S. Funkii (Braun. Koch. in d. bot. zeit. 15. 1. p. 1. t. 1.) *foliis* rosularum oblongis breviter acuminatis utrinque *glanduloso-pubescentibus*, pilisque longioribus validis ciliatis, *petalis stellato-expansis* lanceolatis acuminatis calyce subtriplo longioribus, filamentis teretibus, *ovariis lato-ovatis subrhombeis*, squamis hypogynis erectis lamelliformibus subquadratis. ♃. In alpibus, (Tyrol, Kärnthen, Funk; Salzburg, am Malnitzer Tauern, Braun.) Jul. Aug. Petala rosea, stria media purpurea. Descriptio S. montani in D. fl. 3. p. 387. ad hanc speciem pertinet. St. h. 67. G.

4. S. montanum (L. sp. 665.) *foliis* rosularum oblongo-cuneatis breviter acuminatis utrinque *glanduloso-pubescentibus* pilisque paulo longioribus subciliatis, *caulinis oblongis erectis antice parum latioribus, petalis stellato-expansis* lanceolato-subulatis acutissimis calyce subquadruplo longioribus, filamentis teretibus, *ovariis oblique oblongis*, squamis hypogynis erectis lamelliformibus subquadratis. ♃. In altissimis alpibus, ad rupes aridas, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. 387., excl. descriptione. St. h. 67. Pet. lilacina, stria media violacea.

5. S. Braunii (Funk. Koch. ap. Sturm. h. 67.) *foliis* rosularum oblongo-cuneatis acutis utrinque *glanduloso-pubescentibus* pilisque paulo longioribus subciliatis, *caulinis superioribus e basi latiore ovata lanceolatis patentibus, petalis stellato-expansis* lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis calyce subtriplo longioribus, filamentis inferne compressis *ovariis oblique oblongis*, squamis hypogynis erectis lamelliformibus subquadratis. ♃. In rupibus alpium altissimarum, (auf d. Pasterze am Grosglockner in Kärnthen, Braun, Funk!) Petala ochroleuca, stria dorsali viridi. Filamenta alba, antheris luteis.

6. S. arachnoideum (L. sp. 665.) foliis rosularum obovatis oblongisve breviter acutis glanduloso-hirtis setoso-ciliatis *apice fasciculato-barbatis, pilis radiato-divaricatis* arachnoideis apices foliorum connectentibus, petalis oblongo-lanceolatis acuminatis calyce triplo longioribus. ♃. In alpium rupibus, (Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 388. St. h. 23. Pet. rosea, stria purpurascente.

Sect. II. Jovibarba. Petala et calycis laciniae erectae campanulatae, illa apice recurvata. Capsulae rectae, erectae, longitudinaliter dense congestae, sensim in stylum attenuatae. Propagines decidentes.

7. S. hirtum (L. sp. 665.) *foliis* rosularum oblongo-lanceolatis acutis, a medio ad apicem attenuatis glabris margine ciliatis, *caulinis* cordato ovatis acuminatis calycibusque margine *ciliatis supra subtusque hirtis, floribus campanulatis*. ♃. In rupibus et alpinis Austriae. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 391. Schmid. ic. t. 17. St. h. 30. G.

8. S. soboliferum (Sims. bot. mag. t. 1457.) *foliis* rosularum oblongo-cuneatis acutis, caulinis oblongis acuminatis, supremis ovatis, *omnibus* calycibusque *supra subtusque glabris margine ciliatis, floribus campanulatis*. ♃. In rupibus alpium, in muris et tectis, (an letztern Standorten wahrscheinlich mit S. tectorum an-

gepflanzt.) Jul. Aug. D. fl. 3. 390. S. globiferum Reichenb. fl. exc. p. 551.

7. UMBILÍCUS (DC. in bull. phil. 1801. 49. prodr. 3. 399.) Cal. 5 partitus. Cor. gamopetala, campanulata, 5 fida, laciniis erectis. Stam. 10, corollae inserta. Squamae hypogynae 5. Carpella 5.

1. U. PENDULINUS (DC. pl. grass. t. 156.) foliis inferioribus peltatis orbiculatis concavis, floribus racemosis pendulis, pedicellis bracteam integerrimam subaequantibus.

Ord. LII. CACTEAE. DC. prodr. 3. p. 457. Nopaleae DC. theor. elem. 216. Cacti Juss.

Cal. ovario adhaerens: laciniis indefinitis, apice liberis, pluriserialibus, in corollam polypetalam calyci insertam sensim transeuntibus. Pet. bi-multiserialia, libera, vel in tubum elongatum connata et apice tantum libera. *Stam. numerosa, indefinita,* disco apicem ovarii investienti inserta. Styl. 1; stigmata plurima. *Ovarium 1 loculare*, multiovulatum; ovula *placentis parietalibus*, in series verticales digestis, affixa. Bacca matura farcta. Semina in pulpa nidulantia, exalbuminosa: embryo curvatus aut spiralis; radicula ad hilum spectans. Frutices carnosi, aculeati, folia parva, succulenta.

1. OPUNTIA (Tournef. inst. 239. t. 122.) Sepala ovario adnata, foliiformia, summa plana, brevia. Petala indefinita libera. Styl. basi constrictus, stigmata plurima erecta. Bacca tuberculata.

1. O. VULGARIS (Mill. dict. n. 1.) diffuso-prostrata, repens, articulis obovatis, aculeis uniformibus brevissimis piliformibus numerosissimis. ♄. Ad rupes apricas in regionibus calidioribus; ex America allata, nunc vero indigena facta, (in d. südl. Schweiz, Südtyrol.) Jul. Cactus Opuntia L. sp. 698. D. fl. 3. 398. Flores sulphurei.

Ord. LIII. GROSSULARIEAE. DC. fl. franc. 4. p. 406. prodr. 3. p. 477.

Cal. limbus *superus*, subplanus, vel campanulatus, vel tubulosus, 4-5 fidus, regularis. Pet. 4-5, ad marginem faucis inserta, laciniis alterna, aequalia. *Stam. 4-5*, inter petala inserta, libera. Antherae longitudinaliter dehiscentes, biloculares. *Ovarium uniloculare*, multiovulatum; *placentis 2 parietalibus*, oppositis. Styl. 2-4 fidus. Fructus baccatus, calyce marcescente coronatus. Semina apice suo interiore latiore et obtuso ad funiculum elongatum affixa, albuminosa; integumentum exterius gelatinosum, interius membranaceum. Embryo minutus, ab hilo remotus, in apice seminis acuto locatus, cotyledones hilum spectantes.

1. RIBES (L. gen. n. 281.) Charaeter generis idem atque ordinis.

Sect. I. Grossularia. DC. prod. 3. p. 477. Pedunculi 1-3 flori. Caules (in nostris) spinosi, spinae ramulum fulcrantes.

1. R. Grossularia (L. sp. 291.) pedunculis 1-3 floris bi-tribracteatis, calyce campanulato, laciniis oblongis reflexis, petalis obovatis, *aculeis tripartitis*. ♄. In locis incultis, rupestribus, muris. April. Mai. D. fl. 2. p. 251. Sturm. h. 4. Baccae albido-virentes, rarius rubrae. Variat insuper:

α. glanduloso-setosum, ovaria et baccae setis glanduliferis obsita: R. Grossularia L. l. c., (seltner als d. var. β; am Weichselbache im Fuscherthale d. Salzb. Alpen jedoch sehr häufig, v. Spitzl.)

β. pubescens; ovaria pilis brevibus mollibus eglandulosis obsita, baccae denique glabrae: R. Uva crispa L. sp. 292; ubique vulgare.

γ. glabrum; ovaria, folia, petioli, pedunculi, bracteae et calyces glabra; margo foliorum, petiolorum, bractearum et laciniarum calycis ciliata: R. reclinatum L. sp. 291. Haec varietas, quae colitur, cultura orta videtur.

Sect. II. Ribesia. DC. prod. 3. p. 479. Flores racemosi, racemis 4-multifloris. Caules inermes.

2. R. alpinum (L. sp. 291.) racemis glanduloso-pilosis erectis, calyce glabro plano, laciniis ovatis, petalis spathulatis, *bracteis lanceolatis pedicello longioribus*. ♄. In montosis asperis rupestribus; in subalpina adscendens. Mai. Jun. D. fl. 2. 251. Jacq. a. t. 47. St. h. 51. Racemi masculi 20-30 flori, ovario nullo, antheris polline instructis, perfectis; feminei 2-5 flori, ovario perfecto et antheris polline destitutis. Flores flavescenti-virides, feminei magis virentes.

3. R. nigrum (L. sp. 291.) racemis pubescentibus pendulis, calyce pubescente glanduloso-punctato campanulato, laciniis limbi oblongis recurvatis, petalis oblongis, *bracteis subulatis* pedicello brevioribus, *foliis* subquinquelobis *subtus glanduloso-punctatis*. ♄. In locis humidis sylvaticis, in dumetis, ad paludes, rivulos, (im nördlichen Deutschl. an vielen Orten gemein; im mittlern u. südl. D. u. d Schweiz hin u. wieder; in manchen Gegenden gar nicht.) Apr. Mai. D. fl. 2. 250. Tabern. krtb. 1492. f. 2. Flores virentes, petala intus rubra.

4. R. rubrum (L. sp. 290.) racemis glabriusculis cernuis, defloratis pendulis, *calyce* glabro pelviformi *margine denudato*, laciniis petalisque spathulatis, *bracteis ovatis* pedicello brevioribus foliis subquinquelobis. ♄. In sylvarum locis humidiusculis, in fruticetis, ad margines pratorum, (im nördl. D. an vielen Orten in Menge, im mittlern nur um Dörfer u. Häuser verwildert, im südl. wieder in den Voralpen.) April. Mai. D. fl. 3. p. 248. Schk. t. 48. St. h. 4. Flores unicolores, flavescenti-virentes. Baccae rubrae, rarius carneae et albido-flavescentes. Variat:

β. sylvestre, calycis fundo fuscescente, vel punctis ejusdem coloris adsperso, petalis brevioribus, stylo breviore, filamentis latitu-

dinem antherarum non aequantibus. D. fl. l. c. Non est status sylvestris plantae cultae, sed varietas; conf. Wimm. et Grab. fl. siles. 1. p. 109.

5. R. PETRAEUM (Wulf. in Jacq. miscell. 2. p. 36.) racemis subvillosis primum erectis cernuisque, defloratis pendulis, calyce glabro campanulato, *laciniis* spathulatis *ciliatis* erecto-patulis, petalis spathulatis, *bracteis ovatis* pedicello brevioribus, foliis subquinquelobis. ♄. In rupestribus humidis reg. subalpin., (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnthen, Steyermark; in d. Sudeten u. Vogesen.) D. fl. 3. p. 249. Jacq ic. rar. t. 49. Floribus rubellis ciliatis et foliorum lobis acutioribus statim dignoscitur. Variat rarius floribus non ciliatis, (Zell am See, v. Spitzel.)

Ord. LIV. SAXIFRAGEAE. Vent. tabl. 3. 277. DC. prodr. 4. 1. Saxifragae Juss. gen. 308.

Cal. 4-5 fidus, vel 4-5 partitus, *persistens*, adhaerens vel liber, aestivatione imbricatus. Pet. 4-5, calyci inserta, laciniis ejusdem alterna, rarius o. *Stam. libera*, *petalorum numero aequalia*, *vel dupla*, calyci inserta, vel hypogyna. Discus epigynus vel hypogynus interdum obsoletus. *Ovarium* uni-vel biloculare, carpellis 2, margine semiferis constans: *loculis multiovulatis;* placentis parietalibus in uniloculari, centralibus in biloculari. *Styli 2*, (rarius 4-5,) *persistens*, stigmate oblique adnato. Fructus capsularis, saepe bilobus, intra stylos foramine, vel a basi ad apicem dehiscens. Embryo in axi albuminis, radicula ad hilum versa.

1. SAXÍFRAGA (L. gen. n. 764.) Cal. 5 fidus, vel 5 partitus, ovario adnatus vel liber. Cor. 5 petala. Styl. 2, persistentes. Caps. birostris, bilocularis, inter stylos foramine dehiscens, polysperma; spermophora in medio dissepimenti.

Sect. I. AIZOONIA. Tausch. hort. canal. fasc 1. DC. prodr. 4. p. 18. Caudiculi perennantes, foliati. *Folia ad marginem notata linea longitudinali punctorum impressorum*, *squama alba calcarea serius elabente tectorum*, alterna, omnia basi ciliis non articulatis obsita, inferiora emortua quidem, sed ceterum non mutata. Caulis annuus florifer foliis alternis obsitus. (Saxifraga mutata, eadem structura foliorum gaudens, biennis est.)

1. S. COTYLEDON (L. fl. lapp. ed. 2. p. 141.) *foliis* rosularum lingulatis secundum marginem serratum *multipunctatis*, punctis squamula calcarea foveolata tectis, *serraturis* apice cartilagineis *antrorsum acuminatis*, panicula pyramidali, *ramis a medio 5-15 floris*, petalis cuneatis. ♃. In alpibus graniticis, (bisher blofs in d. Schweiz im Ursern Thale, am Gotthard und auf der südl. Kette des Wallis.) Jul. Aug. D. fl. 3. 114. Pet. nivea concolora, vel ad unguem purpurea, aut, secundum Gaud., purpureo-venosa. St. h. 33. H.

2. S. AIZOON (Jacq. fl. austr. 5. p. 438. t. 438.) *foliis* rosularum lingulatis secundum marginem serratum *multipunctatis*, punctis squamula calcarea foveolata tectis, *serraturis* apice cartilagineis *antrorsum acuminatis*, caule superne racemoso, *ramis nudis uni-*

floris vel apice bi-trifloris, petalis subrotundis. ♃. In rupibus alpium et regionum subalpinarum, etiam in montibus humilioribus, (durch d. ganze südliche Alpenkette; in d. Vogesen; d. höhern Bergen des Schwarzwaldes; d. Sudeten; auch auf niedrigern Bergen in Böhmen, auf d. schwäbischen Alp., u. bei Creuznach in d. Rheinpfalz.) Jul. Aug. D. fl. 3. 114. S. Cotyledon ε L. sp. 524. Calyx plerumque glaber, interdum glanduloso-pilosus. Petala nivea vel viridi-alba basi purpureo-punctata, rarius impunctata; haec: S. intacta Willd. hort. berol. 1. p. 75. Variat insuper:

α. *maior*, folia oblongo-linearia, in apice non multum latiora: S. recta Lap.! abr. p. 225.

β. *minor*, folia oblongo-obovata, breviora: S. Aizoon β. minor brevifolia Sternb. rev. p. 4. S. Aizoon Lap. abr. p. 226.

3. S. ELATIOR (Mert. et Koch. D. fl. 3. p. 115.) *foliis* rosularum *lingulatis* secundum marginem crenatum *multipunctatis*, punctis squamula calcarea foveolata tectis, *crenis* cartilagineis *truncatis*, foliorum caulinorum truncatis denticulatisque, caule superne racemoso-paniculato, ramis elongatis nudis apice corymbosis 6-12 floris, petalis obovatis. ♃. In rupibus et locis petrosis, (in d. südlichsten Schweiz, am Fufse des Berges Umbrail bei Bormio; in den Alpen von Krain, Graf! im Isonzothale, Funk!) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 115. S. longifolia β. media Sternb. rev. t. 1. a. u. t. 1. b. f. 2. S. longifolia Host. a. 1. p. 499. (non Lap.) Sturm. h. 33. fig. a. b. fig. c. folium, quoad crenas, male depictum. Folia crenis brevibus latis truncatis, nec serraturis acuminatis antrorsum versis, cincta. Caulis saepe sesquipedalis; his notis evidenter ab antecedentibus differt. An h. l. S. Hostii Tausch. syllog. 2. p. 240? at folia neutiquam serrulata, sed truncato-crenata. G.

4. S. CRUSTATA (Vest. man. bot. p. 656.) *foliis* rosularum *linearibus* obtusis *integerrimis* margine *multipunctatis*, punctis squamula calcarea foveolata tectis, caule superne racemoso, ramis nudis unifloris, vel subpaniculato, ramis apice 3-6 floris, panicula erecta, *petalis obtusis obovatis* cuneatisve. ♃. In alpibus altissimis, (Tyrol, Kärnthen, Krain.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 117. S. longifolia St. h. 33. fig. d. e. S. longifolia γ. minor Sternb. rev. p. 1. t. 1. b., figura principalis et fig. c. Flores albi. — S. longifolia Lap. differt: caule a basi paniculato, panicula nutante, pyramidali, ampla, valde multiflora et ubique glanduloso-pilosa. Praeterea multo maior, quandoque tripedalis, foliisque multo longioribus instructa est. G.

5. S. MUTATA (L. sp. 570.) *foliis* rosularum *lingulatis*, *margine* cartilagineo postice dense fimbriato antice *integerrimo vel obsolete serrulato* cinctis, secundum marginem *multipunctatis*, caule racemoso-paniculato, *petalis lineari-lanceolatis acutis*. ♃. In rupestribus montium humiliorum, alpes comitantium, (in der nördl. Schweiz, Vorarlberg, Bayern, Salzburg, Kärnthen, Steyermark.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 117. St. h. 35. Petala calycis laciniis angustiora, aurantiaca.

6. S. BURSERIANA (L. sp. 572.) *foliis* caudiculorum dense congestis *subulatis acuminatis rigide mucronatis* triquetris argute cartilagineo-marginatis, supra *septempunctatis*, basi breviter ciliatis, iunioribus calcareo-crustatis, *caule subunifloro*, petalis patentibus

subrotundis crenulatis multinerviis, nervis rectis. ♃. In rupibus calcareis earumque fissuris, (Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Krain, Steyermark.) Jun. Jul. D. fl. 3. 118. St. h. 33. Flores nivei, 9 lineas lati. G.

7 S. Vandelli (Sternberg. rev. sax. 34. t. 10. f. 3.) *foliis* caudiculorum *dense imbricatis erectis ovato-lanceolatis acutis rigide mucronatis* triquetris cartilagineo marginatis, supra *quinquepunctatis*, basi fimbriatis, iunioribus tenuiter calcareo-crustatis, *caule paucifloro dense glanduloso-villoso*, calyce erecto, petalis calyce duplo longioribus campanulatis ovalibus quintuplinerviis, nervis rectis. ♃. In alpium rupibus, (auf d. Wormser Joch, Finke!, auf d. Corni di Canzo, Duby.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 119, in annot. Flores albi. Folia adeo dense imbricata, ut apices lato-subulati tantum in conspectum veniant; sicca valde rigida et pungentia.

8. S. diapensoides (Bellard. act. taur. 5. p. 277.) *foliis* caudiculorum *dense imbricatis erectis* vel apice subrecurvis lineari-oblongis *obtusis* dorso convexis obtuse carinatis supra *septempunctatis*, basi subciliatis, iunioribus calcareo-crustatis, *caule 2-5 floro dense viscido-piloso*, petalis obovatis basin versus attenuatis integerrimis multinerviis, nervis rectis ♃. In alpibus helveticis rarissima, (bisher bloſs in d. untern Wallis, entre le Mayen de Bornachi et le pont de Beauvoisin près de Lourquier, Gaudin.) Jun. Jul. D. fl. 3. p 121, in annot. Flores nivei. H.

S. aretioides Lapeyr fl. pyr p. 28. t. 13. St. h. 35, petalis aureis crenulatis a S. diapensoide primo intuitu distincta, in D. fl., auctoritate Cl Comit. d. Sternberg recepta, e numero plantarum indigenarum delenda est.

9 S. squarrosa (Sieb. bot. ztg. 4. 1. p. 99.) *foliis* caudiculorum *imbricatis* erectis *apice arcuato-patulis* lineari-lanceolatis *obtusis* submucronulatis angustissime cartilagineo marginatis, dorso convexis obtuse carinatis, supra *septempunctatis*, basi fimbriatis, iunioribus calcareo crustatis, *caule 2-6 floro sparse glanduloso-piloso*, petalis subrotundo obovatis quintuplinerviis, nervis rectis. ♃. In alpibus Tyrolis, (Schlehern, Funk! Ortlesspitze, Hargasser.) Jul. Aug. D fl. 3 121 Flores albi, vel ochroleuci. G.

10. S. caesia (L. sp. 571) *fol.* caudiculorum dense congestis *a basi arcuato recurvatis* lineari-oblongis acutiusculis supra *septempunctatis*, dorso convexis obtuse carinatis, a basi ad medium fimbriatis, iunioribus calcareo-crustatis, *caule* 2-6 floro *glabro vel sparse glanduloso-piloso*, petalis obovatis tripli-quintuplinerviis, *nervis lateralibus arcuatis*. ♃. In rupibus reg. subalpinarum et alpium usque ad nives perennes; cum fluviis in subalpina descendens, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 122. St. h. 33. S. recurvifolia Lap. pyr. p. 30. Flores albi.

11. S. patens (Gaud. helv. 3. p. 92) *foliis* caudiculorum imbricatis *patentissimis apice subrecurvis* lineari-oblongis acutis, supra *septempunctatis*, dorso convexis obtuse carinatis, a basi ad medium fimbriatis, iunioribus tenuiter calcareo-crustatis, *caule* bi-sexfloro *sparse glanduloso-piloso*, petalis oblongo-obovatis 3 nerviis, *nervis lateralibus arcuatis*. ♃. In rupibus alpium et convallium

alpinarum, (auf d. Fouly in d. Schweiz, Gaud.; bei Mittenwalde in Tyrol, Zuccar.) Folia dupla et quadruplo maiora, quam in S., caesia; petala oblonga, ochroleuca, nec lactea.

Sect. II. Porphyrion. Tausch. hort. canal. fasc. I. DC. prodr. 4. p. 17. Caudiculi perennantes, foliati *Folia opposita, in apice* crassiore retuso *punctis* 1-3 *impressis*, primum squamula calcarea tectis, deinde nudis, notata, ab apice retusa deorsum fimbriis, non articulatis, ciliata; interiora emortua quidem, sed ceterum non mutata. Caules annui floriferi abbreviati, pedunculiformes.

12. S. oppositifolia (L. sp. 575.) caudiculis prostratis ramosissimis, ramis erectis dense cespitosis, *foliis oppositis* quadrifariam imbricatis oblongis obtusis apice incrassatis unipunctatis et subtus triquetro-carinatis, *laciniisque calycis eglanduloso ciliatis*, floribus terminalibus subsessilibus solitariis. ♃. In rupibus alpium, (von d. Schweiz durch d. g. Alpenkette bis Steyermark u. Krain; auf d. Sudeten.) Mai. Jun. D. fl. 3 p. 125. S. caerulea Pers. syn. 1 486. S. retusa Sternb. ap. St. h. 35, non Gouan. Flores rosei, denique caerulei.

13. S. Rudolphiana (Hornsch. in litt.) caudiculis prostratis ramosissimis, ramis erectis dense cespitosis, *foliis oppositis* quadrifariam imbricatis obovatis obtusis apice subincrassatis unipunctatis dorso planis subcarinatis, *superioribus laciniisque calycis glanduloso-ciliatis, floribus* terminalibus *solitariis*. ♃. In summis alpibus, (auf d. Kalserthörl bei Heiligenblut, Hornschuch.) Jul. Aug. Cespites densi et folia dense imbricata ut S. oppositifoliae, et characteres ut S. biflorae, sed flores solitarii. Pet. obovata staminibus paulo longiora. S. oppositifolia Rein. et Hohenw. reis. t 3, St. h. 7, exactissime hanc speciem refert. G.

14. S. biflora (All. ped. 2 p. 71.) caudiculis prostratis ramosis, ramis adscendentibus, *fol. oppositis* remotiusculis obovatis spathulatisve apice subincrassatis unipunctatis dorso planis subcarinatis, *superioribus laciniisque calycis glanduloso-ciliatis*, *floribus* terminalibus 2-3 *capitatis*, *petalis* distantibus lanceolatis *stamina subaequantibus*. ♃. In alpium rupibus ad nives aeternas, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 3. 126. St. h. 35. Flores rosei vel albi.

15. S. Kochii (Hornung in d. bot. ztg. 1835. p. 465.) caudiculis prostratis ramosis, ramis adscendentibus, *foliis oppositis* laxe imbricatis obovatis spathulatisve apice subincrassatis unipunctatis dorso planis subcarinatis, *superioribus laciniisque calycis glanduloso-ciliatis, floribus* terminalibus 2-3 *capitatis*, *petalis* oblongis contiguis *stamina bis-terve superantibus*. ♃. In alpium rupibus, (in d. südlichern Alpen d. Schweiz auf d. Wege vom Leuker-Bade über d. Gletscher ins Lutschthal, v. Dachröder.) Habitu S. biflorae, etiam laxe cespitosa, sed robustior, folia approximata, et flores duplo maiores. H

Saxifraga retusa Gouan., auctoritate Cl. Comitis de Sternberg in Deutschl. flor. 3. p. 124 recepta, e numero civibum Florae delenda est: in locis enim ab eo memoratis non crescit; nec Helvetiae indigena est. Dignoscitur facile foliis dense imbricatis, antice triquetris et horizontaliter patentibus et in plano triangulari tripunctatis, caulibus florigeris remote foliatis, staminibus pistilloque petala superantibus.

Sect. III. TRACHYPHYLLUM. Gaud. helv. 3. p. 108. Caudiculi perennantes, foliati. *Folia alterna*, margine, saltem basin versus, ciliis non articulatis obsita, *ante apicem tuberculo notata, cui foveola parva nuda, nec iuventute squamula obtecta*, in medio vero saepius glandulam gerens, *impressa est.* Calyx erectus vel patens.

16. S. ASPERA (L. sp. 572.) *foliis lanceolato-linearibus spinuloso-aristatis ciliatisque* apice supra unipunctatis, caulinis remotis patentibus, caudiculis prostratis gemmiferis *gemmis folio fulcrante dimidio brevioribus*, caule plurifloro, *calycibus inferis* patulis, laciniis submucronatis. ♃. In alpium et convallium alpinarum locis petrosis humidis. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 127. St. h. 33. Flores albido-flavescentes.

17. S. BRYOIDES (L. sp. 572.) *foliis lanceolato-linearibus spinuloso-aristatis ciliatisque* apice supra unipunctatis, caulinis subapproximatis erectis cauli subadpressis, caudiculis prostratis, *glomeribus foliorum* dense compactis *folium fulcrans aequantibus*, caule unifloro, *calycibus inferis* patulis, laciniis submucronatis. ♃. In alpium altissimarum locis siccis petrosis et glareosis, (durch d. ganze Alpenkette u. auf d. Sudeten.) Jul. Aug. St. h. 33. S. aspera β. bryoides DC. prodr. 4. p. 46. D. fl. 3. p. 128. Flores albido-flavescentes. Caudiculi, vel potius totus cespes, e gemmis et foliis fulcrantibus compositus est, ut in antecedente, sed gemmae multo maiores et plerumque dense congestae sunt, et folia fulcrantia in oculos non incurrunt, quum gemmas longitudine non superent. Ab antecedente notis allatis iterum separavi, et botanicis alpes investigantibus commendo observandam.

18. S. TENELLA (Wulfen. Jacq. collect. 3. p. 144. t. 17.) caudiculis prostratis erectisve, *foliis lineari-subulatis cuspidato-aristatis setuloso-ciliatis* glabrisve apice supra unipunctatis, *calycibus superis*, *laciniis aristatis.* ♃. In rupestribus alpium, (Kärnthen, Wulfen; Krain in d. Vochein häufig, Host; auf Alpen um St. Lamprecht in Steyermark, Angelis!) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 128. St. h. 35. Flores albidi. G.

19. S. AIZOIDES (L. sp. 576.) caudiculis caulibusque adscendentibus foliosis, *foliis linearibus mucronatis setuloso-ciliatis*, subtus planis supra convexiusculis ante apicem unipunctatis, *calycibus semiinferis*, *laciniis* patentibus *muticis.* ♃. In glareis torrentium alpinorum et in humidis udisque reg. subalpinarum, (durch d. ganze Alpenkette u. auf d. Schwarzwalde.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 129. St. h. 35. Habitu Sedi reflexi. Pet. citrina, punctis croceis; in alpib. altioribus tota crocea: S. autumnalis St. h. 1. Varietas foliis rigide ciliatis, floribus intense aurantiacis: S. atrorubens Bert. am. it. p. 99. Varietas foliis non ciliatis: S. autumnalis L. sp. 576, ex diagnosi.

Sect. IV. HIRCULUS. Tausch. hort. canal. f. 1. DC. pr. 4. p. 44. Caudiculi perennantes; caulis annuus, foliatus. Folia plana: *Calyx refractus. Petala basi bicallosa. Filamenta subulata.*

20. S. HIRCULUS (L. sp. 675.) caudiculis prostratis filiformibus, caulibus erectis foliosis, *foliis lanceolatis planis* integerrimis, infimis in petiolum ciliatum attenuatis, calycibus inferis refractis, *petalis* multinerviis, *basi bicallosis.* ♃. In ericetis et pratis turfosis, (von Holstein durch Mecklenburg, Pommern u. Brandenburg nach

Preussen; in Oberschlesien; in den Mösern von Oberschwaben u. Oberbayern, in d. kalten Sümpfen des Jura in d. Schweiz.) Jul. Aug. D. fl. 3. 130. St. h. 35. Petala aurea, basi croceo-punctata.

Sect. V. Arabida. Tausch. hort. canal. fasc. 1. DC. prodr. 4. p. 40. Caudiculi perennantes, foliati; caules annui aphylli, (scapi.) *Cal. refractus, liber. Filamenta subulata. Petala ecallosa.* Cilia foliorum non articulata.

21. S. stellaris (L. sp. 572.) caudiculis rosulatis vel sparse foliatis, foliis obovato-cuneatis subsessilibus apice dentato-serratis, scapo apice corymboso, *calyce infero refracto*, *petalis* patentibus lanceolatis *omnibus in unguem attenuatis*, *filamentis subulatis.* ♃. In alpium locis irriguis et ad rivulos; in subalpina descendens, (durch d. ganze Alpenkette; auf d. Vogesen u. d. höhern Bergen d. Schwarzwaldes.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 131. St. h. 35. In alpibus altioribus quandoque variat *acaulis*, floribus in foliorum rosula sessilibus; in locis frigidissimis *comosa*, floribus in folia parva conglomerata transmutatis. Petala nivea, punctis 2 citrinis.

22. S. Clusii (Gouan. illustr. p. 28.) caudiculis rosulatis vel sparse foliatis, foliis oblongo-cuneatis petiolatis a medio dentatis, scapo apice corymboso, *calyce infero refracto petalis* horizontaliter patentibus inaequalibus, *tribus* ovato-lanceolatis *abrupte unguiculatis*, duobus lanceolatis in unguem attenuatis, *filamentis subulatis.* ♃. In alpium convallibus, locis udis, (in Tyrol im Oetzthale am wilden Kühkogel, Zuccarin.; auf dem Jufen, Sauter.) Jul. Aug. S. leucanthemifolia Lap. pyr. t. 25. Citatum Clusii ap. Gouan. non ad hanc, sed ad praecedentem speciem pertinet. Pet. nivea, 3 latiora basi maculis 2 citrinis, 2 concolora.

Sect. VI. Hydatica. Tausch. hort. canal. fasc. 1. DC. prodr. 4. 41. Caudiculi perennantes, foliati. Caules annui aphylli, (scapi.). Cal. refractus, liber. *Filamenta sursum latiora.* Cilia foliorum articulata, ad basin folii vero non articulata.

23. S. cuneifolia (L. sp. 574.) caudiculis rosulatis, foliis subrotundo-obovatis spathulatisve obtusissimis repando-crenatis glaberrimis margine cartilagineis, *petiolo* plano cuneato *glabro*, scapo paniculato, *calyce infero refracto*, *filamentis superne latioribus.* ♃. Ad rupes umbrosas alpium, (südl. Schweiz, Tyrol, Kärnthen u. Krain.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 134. St. h. 35. Petala lactea, maculis 2 coadunatis flavis.

24. S. umbrosa (L. sp. 574.) caudiculis apice foliosis, foliis obovatis subretusis crenatis glabris margine cartilagineis, *petiolo* dilatato plano lineari, margine *villoso-ciliato*, scapo paniculato, *calyce infero refracto*, *filamentis superne latioribus.* ♃. Ad rupes humidas, (am hohen Fall zwischen d. Altvater u. Peterstein in d. Sudeten, am Mönchberge bei Salzburg; im Schamserthal in Graubünden; aber alle diese Standorte bedürfen wohl noch d. Bestätigung.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 135. Reichenb. ic. 7. f. 841. Pet. dilute rosea, basi macula flava, medio purpureo-punctata.

Scopolius sub nomine S. Gei describit S. hirsutam L., in montibus liburnicis, (bei Fiume,) lectam. Haec foliis basi subcordatis, et petiolo dimidio angustiore, duplo autem longiore, et supra canaliculato, subtus semitereti, ibidemque in tota superficie hirsuto a

S. umbrosa diversa est. Cl. Hostius e montibus Carnioliae veram S. Geum L. describit, foliis reniformibus, basi profunde cordatis, et petiolo longo, ubique villoso, diversam; sed loci natales utriusque speciei etiamnunc adcuratius confirmandi sunt.

Sect. VII. Dactyloides. Tausch. DC. prodr. 1. p. 23. Caudiculi perennantes, foliati. *Folia* ad marginem vel apicem *non impresso-punctata*, inferiora emortua quidem, ceterum vero non mutata. Caules omnes foliati vel aphylli. *Cal. ovario adnatus erectus vel patens. Cilia foliorum omnia articulata.*

25. S. Pedemontana (All. ped. 2. p. 73. t. 21. f. 5. 6.) caudiculis caespitosis dense rosulatis, foliis (siccitate nervosis) cuneatis vel obverse triangularibus trifidis, laciniis lateralibus bifidis omnibusve inciso dentatis, lobulis porrectis muticis, caule nudo corymboso, *foliis floralibus inferioribus triangulari-cuneatis 5-7 fidis, petalis oblongis basi in unguem angustatis* calyce duplo longioribus. ♃. In alpibus altissimis, (auf d. Monte Rosa, die übrigen Standorte d. Schweiz zweifelhaft, in Deutschl. mit Sicherheit noch nicht gefunden.) Jul. D. fl. 3. p. 137. S. heterophylla Sternb. rev. p. 50. St. h 33. S. cymosa W. K. pl. rar. hung. 1. p. 91. t. 88. Dignoscitur laciniis calycis longis angustis, petalis in unguem angustum attenuatis lacteis, et stylis stigmate multo longioribus. H.

26. S. muscoides (Wulf. in Jacq. misc. 2. 123.) caudiculis caespitosis apice dense rosulatis, *foliis laevissimis* (siccitate subnervosis) *linearibus integris vel lineari-cuneatis trifidis, laciniis porrectis linearibus* foliisque integris *apice rotundato-obtusis* muticis surculorum omnibus indivisis, caule subunifolio, apice subtri-quinquefloro, *petalis* patentibus ovali-oblongis obtusis *sessilibus* calycem superantibus. ♃. In locis rupestribus alpium, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. S. caespitosa Scop. carn. 1. p. 293. t. 14., bona. S. pyrenaica Vill. delph. 3. 671., non Scop. Planta viva a tribus sequentibus speciebus facile distinguitur foliis laevissimis, et ne vestigio quidem sulci impressi notatis. Variat glabra, et pilis glanduliferis brevibus adspersa, et occurrit:

α. compacta, cespites parvi, densissimi, folia dense imbricata, rosulae non explanatae, caulis subuniflorus, saepe vix semipollicaris.

β. intermedia, cespites densi, sed folia superiora in rosulas expansa, caulis 2-3 pollicaris, pluriflorus.

γ. laxa, cespites laxi, folia remota, ad apicem ramorum rosulata, hinc caudiculi saepe quasi verticillati. St. h. 35. Praeterea variat:

δ. integrifolia, folia omnia integra, rudimento lobi alterius quandoque emarginata: S. pygmaea Haw. misc. nat. 168.

ε. moschata, ubique pilis copiosis glanduloso-viscidis tecta: S. moschata Wulf. in Jacq. misc. 2. 128. t. 21. f. 21. Sternb. rev. t. 11. f. 3., mala, St. h. 33., melior.

ζ. atropurpurea, flores croceo-rubri; ceterum obvenit glabra et glanduloso-pilosa. S. atropurpurea Sternb. ap. St. h. 35.

27. S. exarata (Vill. delph. 4. 674.) caudiculis cespitosis apice dense rosulatis, *foliis sulco triplici exaratis* siccitate elevato-nervosis *tri-quinquefidis*, rosularum cuneatis sessilibus, vel palmatis petiolatis, surculorum petiolatis trifidis, petiolo lineari plano, *laciniis* linearibus oblongisve *rotundato-obtusis* muticis, caule subuni-

folio

folio apice subtri-quinquefloro, *petalis* patentibus ovalibus oblongisve obtusis calyce duplo longioribus *sessilibus*. ♃. In alpium rupibus, (Tyrol u. wahrscheinlich in d. ganzen Alpenkette, aber mit S. muscoides verwechselt.) Jun. Jul. D. fl. 3 141. Viva facile dignoscitur a S. muscoide: foliis, quae sulcis 3-5 profunde exarata sunt; siccata aegrius: tamen petala ovalia alba, vel ochroleuca tantum, nec luteola, et calyce plerumque duplo longiora, folia nervis validioribus perducta et fere semper trifida characteres suppeditant. Occurrit:

α. *compacta* et quidem 1. folia omnia lato-cuneata, basi lata sessilia, in rosulis 3 lineas longa, sesquilineam lata, plura dentibus quinque instructa, in speciminibus minutis saepe aeque longa ac lata; caudiculorum angustiora, sed non longiora; sub hac forma S. muscoides nunquam apparet. 2. folia omnia, ut in caudiculis formae primae; haec S. muscoidi valde similis. Ad var. α: S. exarata DC. 4. p. 374. S. caespitosa Wahlenb. helv. p. 80, nec Wahlenb. in Fl. suec. et lapp. S. caespitosa Gaud. helv. 1. p. 123. (floribus albidis, siccatis ochroleucis.) S. hypnoides All. ped. 2. 72. t. 21. f. 4., non Linn. S. nervosa var. maior. Sternb. rev. p. 52.; S. exarata All. ped. 2. 73. t. 88. f. 2., flor. ochroleucis; S. intricata Lapeyr. pyr. t. 33. DC.! fl. fr. 4. p. 374. S. nervosa minor Sternb. rev. p. 52., floribus minoribus albis et fol. paulo longioribus. S. striata Hall. fil. Gaud. helv. 3. p. 129., specimen viscido-pubescens, petalis angustioribus.

β. *laxa*, folia rosularum, ut in var. α, caudiculorum semipollicaria, petiolo angusto insidentia, limbo palmato 3-5 fido, laciniis angustis linearibus: h. l. S. nervosa Lapeyr. ex specim. authentico. S. intermedia Gaud. l. c. p. 121, floribus albis; S. exarata Gaud. l. c. p. 123, floribus fere ochroleucis. Si folia omnia, etiam rosularum, comparata sunt, ut in caudiculis huius varietatis, oritur, ut opinor, S. pubescens Pourret., mixta Lapeyr. abr. p. 228., quam Cl. DC. pro propria specie habet.

28. S. CAESPITOSA (L. sp. 578.) caudiculis caespitosis apice rosulatis, lateralibus procumbentibus, *foliis* petiolatis *petiolo* plano *laeri vel obsolete unisulcato*, *rosularum palmato 5-9 fidis*, *laciniis* ellipticis lanceolatisve *obtusis* muticis breviterve mucronatis, surculorum cauliumque palmato-trifidis, caule paucifolio superne 3-9 floro, *petalis* patentibus ovalibus oblongisve obtusis calyce duplo longioribus *sessilibus*. ♃. In rupium fissuris et locis saxosis, (in Böhmen, Schlesien, dem Harze, im Gebirge zwischen Hessen u. Westphalen auf d. Scharfenberg, in d. Baireuther Bergen von Hersbruck bis Gösweinstein, in d. Vogesen hinter Wattwiller im Oberelsass.) Mai. Jun. S. decipiens Ehrh. beitr. 5. p. 47. S. palmata Sm. brit. 456. S. caespitosa Sm. engl. fl. 2. p. 273. S. petraea Roth. tent. 2. 1. p. 470. Haec species, cum varietatibus S. exaratae et S. hypnoidis saepe confusa, est certissime S. caespitosa Linn. in eius flor. suec., ut Wahlenbergii et omnium Suecorum. Dom. Hampe ex Hercynia specimina sesquipollicaria misit cum Grönlandicis et Suecicis exactissime congruentia. Ceterum in Suecia maiora speciminquoque occurrunt, et cl. Wahlenbergius talia legit, quae S. granulaa tam fere superent; fl. lapp. p. 120. In alpibus helveticis et germanicis nullibi crescit: S. caespitosa Helvetiorum est S. exarata, et S.

caespitosa Scopolii est S. muscoides. A S. muscoide differt S. caespitosa L.: statura robustiore; foliis rosularum 5-7 fidis, laciniis palmato-divergentibus lanceolatis vel ovatis, neque ad apicem usque fere aequalis latitudinis; pilis longis articulatis et petalis corolla duplo longioribus albis vel ochroleucis; a S. exarata laciniis foliorum (non linearibus vel aequalis latitudinis,) et nervis siccae plantae multo minus prominulis. Vivae facile dignoscuntur: in S. exarata enim laciniae foliorum sulco profundo exaratae sunt, qui sulci in petiolo in unum confluunt; in laciniis foliorum S. caespitosae sulci nulli vel obsoleti tantum adsunt, cum sulco obsoleto petioli non cohaerentes. Variat foliis glabris, ciliatis, et villosis, laciniis muticis vel breviter mucronulatis et insuper:

α. *compacta;* folia dense imbricata; et, si caulis tantum 1-2 pollicaris: S. groenlandica L. sp. 578, ex loco natali; conf. Wahlenb. fl. suec. p. 265, (non Lapeyr. nec DC.)

β. *laxa*, haec et varietas α occurrunt foliis glabris: S. palmata Panz. in St. h. 27., ex specim. ab ipso; foliis ciliatis: S. Sternbergii Willd. en. h. berol. 1. p. 462. S. media Tausch. ap. Link. en. h. berol. 1. p. 415, S. Steinmanni Tausch. in hort. canal. fasc. 1.; fol. villosis: S. villosa Willd. l. c. — S. uniflora Sternb. rev. p. 13. t. 9, est specimen varietatis β uniflorum. G.

29. S. SPONHEMICA (Gmelin. fl. bad. 2. p. 224. t. 9.) caudiculis caespitosis apice rosulatis, lateralibus procumbentibus, *foliis* petiolatis, *petiolo plano laevi vel obsolete unisulcato*, rosularum *palmato-5-9 fidis*, *laciniis* lanceolatis *acuminatis mucronatis*, caudiculorum cauliumque palmato-trifidis, caule superne 3-9 floro, petalis ovalibus oblongisve obtusis sessilibus calyce duplo longioribus. ♃. In rupibus montium humiliorum, (in der Rheinpfalz in den Gebirgen der Nahe u. zwischen Burgsponheim u. Winterburg, bei Niederalben u. Irzweiler; im Gebiete d. Flor. v. Spa.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 151. S. condensata Gmel. bad. 2. p. 226. t. 3., forma minor. S. palmata Lej. fl. spa. p. 191., et S. confusa Lej. rev. p. 80. S. bohemica Panz. in litt. S. flavescens Sternb. rev. suppl. p. 13. t. 9, modificatio floribus ochroleucis: S. hypnoides β. DC. prodr. 4. 31. — A S. caespitosa L. (S. decipiente Ehrh.) differt quidem foliorum laciniis acuminatis, sed vereor, ne sit mera huius varietas. G.

30. S. HYPNOIDES (L. sp. 1. 579.) caudiculis caespitosis apice rosulatis, lateralibus repentibus, *foliis* petiolatis, petiolo (in viva planta) subtus inflato-semitereti, rosularum *palmato-quinquefidis*, *laciniis* ellipticis lanceolatisve *acuminatis cuspidato-aristatis*, ramorum iuniorum cauliumque plerumque indivisis, *gemmarum saepe membranaceo-marginatis*, caule paucifolio apice 2-9 floro, petalis patentibus ovalibus lanceolatisve obtusis calyce duplo longioribus. ♃. In rupium fissuris, (im Luxemburgischen bei Dickrick u. Viandem, Lejeune.) Jun. D. fl. 3. p. 153. S. sponhemica Panz. non Gmel. S. aggregata Lej. rev. p. 81., specimina e loco natali memorato, imperfecta tantum vidi, hinc civis florae nostrae nondum satis confirmata; in Bohemia non crescit. Differt a S. caespitosa: caudiculis terrae contiguis radicantibus, foliis cuspidato-aristatis, terminalibus, et saepe etiam axillaribus caudiculorum in gemmam convolutis, saepe margine membranaceo cinctis et quandoque totis mem-

branaceis, nervo dorsali tantum herbaceo, at valido et in longam aristam excurrente notatis, et tempore florescendi seriore. G.!

31. S. STENOPETALA (Gaud. helv. 3. p. 132.) caudiculis sparse foliatis rosulatisque, *foliis cuneatis tri-quinquefidis* integrisve laciniis ovato-lanceolatis obtusis muticis, caulibus pedunculiformibus aphyllis unifloris, *petalis linearibus acuminatis lacinia calycis triplo angustioribus.* ♃. In alpibus altissimis, (Schweiz auf den Appenzeller u. Glarner Alpen, Tyrol, Algau, Salzburg, Steyermark u. Oberöstreich.) Jul. Aug. S. aphylla Sternb. rev. n. 59. D. fl. 3. p. 156. Petala linearia, acuta, uninervia, calycis laciniis triplo angustiora et paulo longiora, citrina.

32. S. SEDOIDES (L. sp. 572.) caudiculis sparse foliatis rosulatisque, *foliis lanceolatis acutis* mucronatis *indivisis* basi in petiolum dilatatum attenuatis siccitate trinervibus, *caule aphyllo 1-3 floro, petalis* ovatis acutis *lacinia calycis brevioribus angustioribusque.* ♃. In alpium rupibus, (Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Krain, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 157. St. h. 35. S. trichodes Scop. carn. 1. p. 295. t. 15. S. sedoides α flavida DC. prod. 4. 23. Petala ovata, vel oblonga, acuta, calycis laciniis angustiora, et breviora, vel aequalia, citrina. Variat glabra et sparse pilosa. G.

33. S. HOHENWARTII (Sternb. rev. n. 49.) caudiculis sparse foliatis rosulatisque, *foliis lanceolatis acutis* mucronatis *indivisis* basi in petiolum dilatatum attenuatis, siccitate trinervibus, *caule 1-3 floro folioso*, foliis alternis, *petalis* ovatis acutis *calycem subaequantibus.* ♃. In alpium rupibus, (Krain, Steyermark, Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 158. St. s. 33. Differt a S. sedoide caulibus ad flores fere foliatis. Cl. Seringe pro varietate antecedentis habet; S. sedoidis var. Hohenwartiana DC. prodr. 4. 23. Petala saepe apice atropurpurea. G.

34. S. PLANIFOLIA (Lapeyr. pyr. p. 31.) caudiculis dense foliatis, *foliis* imbricatis *lanceolatis rotundato-obtusis* muticis basi attenuatis, omnibus *indivisis, emortuis* trinerviis *apice cinereis, caule multifolio 1-5 floro, petalis obovatis calyce duplo longioribus.* ♃. In alpium altissimarum rupibus, (südl. Schweiz, Gaud.; Salzburg auf d. Rathhausberg u. zwar im Nassfelde über dem Stohlermundloch an Felsenwänden, Sternberg; auf d. Bockhart, Hoppe; Tyrol in der Zwing im Fuscherthale, v. Spitzel.) D. fl. 3. p. 159. St. h. 40. S. tenera Sut. helv. 1. p. 245. S. muscoides All. ped. 2. p. 70. t. 61. f. 2. A S. muscoide differt petalis calyce duplo longioribus albis, siccitate ochroleucis, et foliis emortuis apice cinereis. Variat secundum Gaud. quandoque foliis nonnullis trifidis; et

β. *atropurpurea*, caule brevissimo, unifloro, floribus duplo fere minoribus obscure purpureis. Auf d. Plattkofel d. Seiseralpe in Südtyrol. D. Car. Schultz. Androsacem alpinam fere refert haec varietas.

35. S. SEGUIERI (Spreng. cent. nov. pl. in mant. 1. fl. halens.) *foliis radicalibus caespitose aggregatis* petiolatis spathulato-lanceolatis in petiolum attenuatis obtusis integerrimis bicrenatisque *siccitate 5-7 nerviis, caule nudo* vel unifolio *subunifloro, petalis oblongo-linearibus obtusis lacinia calycis angustioribus.* ♃. In al-

pibus editissimis nivalibus, (in d. Schweiz auf d. Gotthard, Rossboden, Furka u. andern hohen Alpen in jener, sodann in der südlichen Kette d. Wallis; in D. auf d. Tyroler Alpen; Wormserjoch, Rosskogel u. Hochederer im Oberinnthale.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 160. S. planifolia γ. Seguieri Sternb. rev. t. 9. f. 4. Flores flavi.

36. S. ANDROSACEA (L. sp. 571.) *foliis radicalibus caespitose aggregatis* petiolatis spathulato-lanceolatis obovatisve in petiolum attenuatis apice tridentatis integerrimisve *siccitate 5 - 11 nerviis caule nudo* vel unifolio *subbifloro*, *petalis obovatis* emarginatis *calycis lacinia duplo latioribus longioribusque.* ♃. In alpium locis petrosis madidis, (Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 161. St. h. 33. Flores albi. Variat pygmaea, floribus in medio foliorum radicalium sessilibus, duplo minoribus, solitariis. Pedunculus vix bilinearis. Folia 2, 3 lineas longa. Hornung. in bot. ztg.

Saxifraga crocea Gaud. helv. 3. p. 133. Sabaudiae australioris, nec Helvetiae indigena est.

Sect VIII. NEPHROPHYLLUM. Gaud. helv. 3. p. 103. *Caudiculi* supra terram *nulli. Caulis foliatus.* Bractea gemina ad pedunculorum basin, altera minor. Cal. semiadnatus, lacinis erectis vel patulis, vel liber et patens.

37. S. CONTROVERSA (Sternberg. revis. p. 43. t. 16.) *caule solitario* erecto firmo *folioso*, ramis apice trifloris, *pedicellis bibracteatis*, fructiferis racemosis *fructum subaequantibus*, *foliis cuneatis antice 3 - 5 dentatis*, dentibus porrectis, caulinis alternis, radicalibus congestis, primordialibus spathulatis integris, radice simplici. ⊙. In locis asperrimis alpium, (stellenweise in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun. - Aug. D. fl. 3. p. 162. St. h. 33. S. adscendens L. sp. 379, ex mea sententia. S. petraea Gunn. norv. 2. p. 30. t. 9. f. 1 - 3., non Linn. Flores albi. — S. Bellardi All. ped. p. 72. t. 88. f. 1., caule nullo, floribus 2 - 3 in medio rosulae sessilibus est forma pygmaea.

38. S. TRIDACTYLITES (L. sp. 578.) *caule solitario* erecto simplici vel ramoso *folioso*, *pedunculis* unifloris *bibracteatis fructu multoties longioribus*, *foliis* radicalibus obovato - spathulatis indivisis trilobis trifidisve longe petiolatis, petiolo plano, *caulinis* alternis *palmato - trifidis*, radice simplici. ♃. In siccis apricis et muris. April. Mai. D. fl. 3. p. 164. St. h. 33. Flores albi. Specimina minuta, foliis omnibus integris: S. minuta Pollin. pl. nov. 1. 2. viagg. 122.

39. S. PETRAEA (L. sp. 578.) *caule solitario* decumbente laxe ramoso - paniculato *folioso*, *pedunculis* unifloris *bibracteatis fructu multoties longioribus*, *foliis palmato - trifidis laciniato - dentatis*, inferioribus subreniformibus, supremis basi cuneatis integris trifidisque, lobis acuminatis, petiolo inferiorum elongato semitereti canaliculato, petalis obovatis calyce duplo longioribus, radice simplici. ⊙. In locis petrosis, humidis, (im Innerkrain, in d. Grotte bei Haasberg, aus welcher der Unz hervortritt, Wulfen; in Oberkrain bei Krainburg häufig, Host.) Mai. Jun. S. Ponae Sternb. rev. p. 47. t. 11. f. 6. D. fl. 3. p. 165. St. h. 35. Jacq. ic. rar. t. 81. S. rupestris Willd. sp. 2. p. 650. S. geranioides Host. syn. p. 231. Flores albi. Descriptio Linnaeana hanc, neque aliam speciem designat. G.

40. S. GRANULATA (L. sp. 576.) *caule erecto superne ramoso-corymboso paucifolio, foliis radicalibus reniformibus lobato-crenatis* petiolatis, petiolo canaliculato, caulinis cuneatis 3-5 fidis calyce semisupero, petalis oblongo-obovatis calyce duplo longioribus, *radice granulata.* ♃. In pratis, collibus apricis, ad sylvarum oras. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 167. St. h. 6. Flores albi.

41. S. BULBIFERA (L. sp. 577.) *caule erecto simplicissimo multifolio apice cymoso*, cyma trifida 3-7 flora, foliis radicalibus reniformibus lobato-crenatis petiolatis, caulinis superioribus sessilibus oblongis basi incisis, summis linearibus integris, *axillis bulbiferis, calyce semisupero*, petalis oblongo-obovatis calyce duplo longioribus, radice granulata. ♃. In collibus graminosis et pascuis siccis, (Unteröstreich u. Mähren; im Wallis, um Branson u. Genroz.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 168. St. h. 33.

42. S. CERNUA (L. sp. 577.) *caule erecto simplici* vel subramoso *apice unifloro*, foliis radicalibus reniformibus palmato 5-7 lobis petiolatis, caulinis superioribus sessilibus basi incisis, summis lanceolatis integris, *axillis bulbiferis, calyce libero*, petalis oblongis retusis. ♃. Ad rupes alpinas irriguas, (in d. Schweiz, aber sehr selten; auf d. Berner Alpen bei Sanen, im Wallis über Lenz u. Bellalui.) Jul.-Aug. Gaud. helv. 3. p. 104. L. fl. lapp. t. 2. f. 4. H.

43. S. ROTUNDIFOLIA (L. sp. 576.) *caule erecto paniculato multifloro, foliis* radicalibus *cordato-reniformibus* inaequaliter *grosse crenatis* longe petiolatis, caulinis inciso-dentatis, *calyce libero patente*, petalis lanceolatis calyce duplo longioribus. ♃. In locis humidis alpium et regionum subalpinarum, (Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 168. Petala stellato-patentia, lactea, infra medium punctis flavis, supra medium rubris pulchre picta. Variat:

β. *repanda*, crenis foliorum obtusis breviter apiculatis: S. repanda Willd. in Sternb. revis. p. 17. t. 5.

44. S. ARACHNOIDEA (Sternb. revis. p. 23. t. 15.) *caulibus procumbentibus* foliosis, *foliis subrotundo-obovatis* in petiolum attenuatis *antice obtusissimis 3-5 lobis*, lobis brevissimis obtusis, floribus denique laxe racemosis longissime pedunculatis (semiinferis?) petalis ovatis calyce longioribus. ♃. In rupestribus umbrosis Tyrolis australis, (neben dem Wege, der im Thale Ampola von dem See Lodro zu dem Dorfe Store führt, v. Sternb.) Jul. Aug. Petala alba. G.

Sect. IX. MICRANTHES. Tausch. DC. prodr. 4. p. 38. *Caudiculi* supra terram *nulli. Caulis aphyllus*, (scapus.) Cal. semiadnatus.

45. S. NIVALIS (L. sp. 593.) *foliis omnibus radicalibus obovatis spathulatisve* in petiolum attenuatis *inaequaliter dentato-crenatis, scapo* aphyllo *capitato vel subcorymboso 5-8 floro*, calyce semisupero erecto, petalis oblongis obtusis breviter unguiculatis, calyce longioribus. ♃. In rupibus subalpinis, (in der kleinen Schneegrube der Sudeten.) Jul. D. fl. 3. p. 171. St. h. 35. Flores albi. G.

46. S. HIERACIFOLIA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 17. t. 18.) *foliis omnibus radicalibus ovato-oblongis oblongisve re-*

mote repando-dentatis in petiolum attenuatis glabris margine carinaque subtus villosis, scapo racemoso, racemo basi subcomposito, calyce semisupero denique reflexo, *petalis* ovatis *acutis calycem aequantibus.* ♃. In solo turfoso et ad rivulos, (des nordwestlichen steilen Abhanges der Lantscher Alpe bei Grätz.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 172. Petala patentia, pallide viridia, margine purpurea; stamina petalis incumbentia, antherae carneae. G.

2. ZAHLBRUCKNERA (Reichenb. fl. exc. p. 551.) Cal. semisuperus, quinquefidus. Cor. 5 petala. Stam. 10. Styl. 2. Caps. 2 locularis, polysperma, birostris, (post dehiscentiam tota aperta. Reichenb. l. c.)

Calycem 10 fidum, qualem Cl. Reichenb. describit, non reperio. Adsunt petala 5, lata quidem basi sessilia, sed intra marginem calycis et ad marginem disci, qui fundum calycis occupat, ovariisque partemque liberam cingit, inserta, non aliter, atque in Saxifraga stenopetala, aliisque. Genus ex fructu, quem perfectum non vidi, accuratius limitandum; floribus a genere Saxifragae non differt.

1. Z. PARADOXA (R. l. c.) ♃. In rupibus subhumidis, et ad rivulos, (Kärnthen im obern Lavanthale zwischen Wolfsberg u. Wiesenau an d. Strasse, D. Graf! in Steyermark, Vest.) Jul. Aug. Saxifraga paradoxa Sternb. rev. p. 22. n. 35. t. 14. St. h. 33.

3. CHRYSOSPLENIUM (L. gen. n. 558.) Cal. 4 fidus, semisuperus, coloratus, laciniis 2 oppositis minoribus. Cor. o. Stamina 8, circa discum glandulosum, partem liberam ovarii cingentem, inserta. Styli 2. Caps. birostris, unilocularis, ad medium in valvulas 2 dehiscens, et tum cyathum quadrilobum, in medio semina nitida gerentem, referens. (Rarius, monstrose magis, quem regulariter, calyx 10 lobus et stam. 10.) Flores cum foliis floralibus corymbum aureum exhibent.

1. C. ALTERNIFOLIUM (L. sp. 569.) *foliis alternis* reniformibus profunde crenatis, crenis emarginatis. ♃. In udis, ad fontes et rivulos, locis subumbrosis. Mart. Apr. D. fl. 3. p. 110. St. h. 12.

2. C. OPPOSITIFOLIUM (L. sp. 568.) *foliis oppositis* semiorbiculatis repando-crenatis basi truncatis. ♃. In rupibus humidis, umbrosis, ad rivulos et fontes, tum in montosis et subalpinis, tum in alpibus altioribus, (stellenweise im ganzen Gebiete, aber viel seltner als vorige.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 110. St. h. 4.

Ord. LV. UMBELLIFERAE. Juss. gen. 218. DC. prodr. 4. p. 55.

Cal. tubus ovario adnatus, limbo 5 dentato, vel obsoleto. Pet. 5, calyci inserta, laciniis ejusdem alterna. Stam. 5, cum petalis inserta, iisdem alterna, caduca, aestivatione incurvata. *Ovarium 2 loculare*, loculis 1 ovulatis, ovulis pendulis; rarissime 1 loculare. *Styl. 2, singuli basi in discum epigynum, dimidium apicis ovarii occupantem, (stylopodium,) dilatati.* Fructus constans mericarpiis 2, (carpellis 2 cum dimidia calycis parte concre-

tis,) ex apice axis bifidi vel bipartiti pendulis, a basi ad apicem solutis, rarius concretis. Semen pericarpio adnatum, rarius liberum. Albumen magnum. Embryo minutus, in apice albuminis, pendulus; radicula ad hilum versa. Folia alterna, raro opposita, basi vaginantia.

Subordo I. *ORTHOSPERMAE.* Albumen ad latus interius planum vel planiusculum, nec marginibus incurvatum, nec saccato-concavum.

Trib. I. *HYDROCOTYLEAE.* Spreng. in Schult. syst. veg. 6. p. XXXII. excl. gen. *Fructus a latere contractus vel planocompressus*, dorso convexo vel acuto. Albumen antice planiusculum. Petala patentia, integra, acuta, apice recto vel subinflexo. *Umbella imperfecta.*

1. HYDROCÓTYLE (L. gen. n. 325.) Calycis margo obsoletus. Pet. ovata, integra, acuta, apice recto. Fructus a latere planocompressus, biscutatus. Mericarpia evittata, jugis 5, filiformibus, carinali et lateralibus saepe obsoletis, intermediis 2 arcuatis. Semen carinato-compressum.

1. H. VULGARIS (L. sp. 338.) foliis peltatis orbiculatis duplicato-crenatis novemnerviis, petiolis apice pilosis, umbellis capitatis subquinquefloris, fructu basi subemarginato. ♃. In locis paludosis, ad lacuum et piscinarum ripas hyeme inundatas. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 475. Fl. dan. t. 90. Flores albi vel rubelli. Variat:

β. crenis foliorum obtusissimis: H. Schkuhriana Reichenb. fl. exc. p. 482. Schk. t. 59.

Trib. II. *SANICULEAE.* Koch. umb. 138. *Fructus sectione transversali subteres.* Mericarpia jugis primariis 5, aequalibus, secundariis nullis, vel jugis oblitteratis tecta squamis aculeisve. Alb. sectione transversali semiteres, antice planiusculum. Pet. erecta, a medio infracto-emarginata. *Umbellae fasciculatae aut capitatae, simplices vel irregulariter subcompositae, vel umbellulae capitatae.*

2. SANÍCULA (L. gen. n. 326.) Calycis margo 5 dentatus; dentes foliolosi. Pet. erecta, conniventia, obovata, emarginato-infracta in lacinulam longitudine petali Fructus subglobosus, aculeis uncinatis dense tectus, sponte non discedens. Mericarpia ejugata, multivittata; carpophoro distincto nullo. (Flores albi vel rubelli, polygami; tubus masculinorum non muricatus.)

1. S. VULGARIS (L. sp. 339.) foliis radicalibus palmato-partitis, laciniis trifidis inaequaliter inciso-serratis, floribus hermaphroditis sessilibus, masculis brevissime pedicellatis. ♃. In sylvis umbrosis, subhumidis. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 470. Schk. t. 60. S. officinalis Gouan. hort. 131. Astrantia Diapensia Scop. carn. 1. p. 186.

3. HACQUÉTIA (Neck. elem. n. 306.) Calycis margo quinquedentatus; dentes foliolosi. Pet. erecta, conniventia, obovata, a medio infracta in lacinulam longitudine petali. Fructus (perfecte ma-

turus et siccatus) a latere contractus, calyce persistente coronatus. Mericarpia gibbo-convexa, jugis 5, filiformibus, intus canali perfossis. (Fructus nondum siccati a latere compressi, non contracti, inferne laeves, superne valliculis angustissimis sulcati sunt, dum vero sicci et fusci fieri incipiunt, mox corticem exteriorem in strias quinque filiformes, juga, contrahunt.)

1. H. EPIPACTIS. DC. prodr. 4. 85. ♃. In sylvis subalpinis et montanis, (Kärnthen; Krain; Mähren bei Austerlitz; Schlesien, Landecke bei Hetschin gegen die Carpathen hin; nicht in d. Schweiz.) April. Mai. Astrantia Epipactis L. fil. suppl. 177. Scop. carn. 1. p. 185. Dondia epipactis Spreng. umb. prod. p. 21. D. fl. 3. p. 474. St. h. 24. Dondisia Epipactis Reichenb. in Mösl. handb. ed. 2. vol. 1. p. 493. G.

4. ASTRÁNTIA (L. gen. n. 327.) Cal. margo quinquedentatus, dentes foliosi. Pet. erecta, conniventia, oblongo-obovata, a medio infracta, in lacinulam longitudine fere petali. Fructus a dorso subcompressus. Mericarpia evittata, jugis 5 clevatis, obtusis, plicato-dentatis, inflatis, in cavitate juga minora fistulosa includentibus; carpophorum non distinctum.

1. A. MINOR (L. sp. 340.) *foliis radicalibus digitatis*, foliolis 7-9 lanceolatis acutis inaequaliter acute inciso-serratis, involucri foliolis integerrimis, dentibus calycinis oblongo-ovatis brevissime mucronatis, jugorum dentibus acutis. ♃. In alpibus altioribus, (in der südlichern Alpenkette d. Schweiz; in Südtyrol.) Jul. Aug. D. fl. 3. 469. St. h. 29. Flores et involucri foliola alba. — Astrantia pauciflora Bert. am. it. p. 96, in ditione fl. nostr. nondum observata, differt foliis linearibus, remote, aequaliter et minute serratis.

2. A. CARNIOLICA (Wulf. ap. Jacq. fl. austr. 5. p. 31. t. 10.) *foliis radicalibus palmato-quinquepartitis*, laciniis oblongo-obovatis acutis subtrifidis inaequaliter acute inciso-serratis, involucri foliolis integerrimis, *dentibus calycinis ovatis obtusis breviter mucronatis*, jugorum dentibus obtusis. ♃. In alpibus et convallibus subalpinis, (in Krain auf d. Loibel, d. Wocheiner Alpen u. a.; in d. Bayerischen Alpen, häufig bei Kreuth.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 468. St. h. 29. A. minor Scop. carn. 1. p. 187. Flores et involucri foliola semper alba. G.

3. A. MAIOR (L. sp. 330.) *foliis* radicalibus *palmato-quinquepartitis*, laciniis oblongo-obovatis acutis subtrifidis inaequaliter acute inciso-serratis, involucri foliolis integerrimis vel apice utrinque 1-2 dentatis, *dentibus calycis ovato-lanceolatis in mucronem acuminatis*, jugorum dentibus obtusis. ♃. In pascuis montanis et subalpinis, (von d. Schweiz durch Oberschwaben u. d. ganze Alpenkette; sodann in Böhmen, Mähren, Schlesien, im Erzgebirge, a. Harze u. bei Würzburg.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 467. St. h. 29. Variat:

α. *vulgaris*, involucri foliola longitudine umbellae; occurrit pallida et rosea, pedicelli nempe, calyces, et saepe involucrum rosea.

β. *involucrata*, involucri foliola umbella sesquilongiora, ad apicem rarius uno-alterove denticulo, nec vero in omnibus foliolis, neque in singulis regulariter, instructa. Occurrit quoque pallida et rosea. Ad illam pertinet: A. pallida Presl. ex specimine ab auctore

in collectione Mertensiana; ad hanc: A carinthiaca Hopp.! — Astr. intermedia MBieberst. taur. cauc. 3. p. 194. (A. caucasica Spreng. umb. rar. p. 17.) differt involucellis latioribus, a medio ad apicem serratis, serraturis utrinque 6-12, et squamis fructus superioribus subulatis acutis.

5. ERYNGIUM (L. gen. n. 324.) Calycis margo quinquedentatus, dentes foliolosi. Pet. erecta, conniventia, oblongo-obovata, emarginato-infracta in lacinulam longitudine petali. Fructus sectione transversali subteres, obovatus, squamatus tuberculatusve; mericarpiis, ejugatis, evittatis. Carpophorum bipartitum, per totam longitudinem mericarpiis adnatum.

1. E. CAMPESTRE (L. sp. 337.) *foliis ternato-bipinnatifidis reticulato-venosis* spinoso-dentatis, radicalibus petiolatis, *caulinis auriculato-amplexicaulibus, auriculis laciniato-dentatis*, caule paniculato divaricato, involucris capitula subrotunda superantibus, paleis integris, calyce corollam superante. ♃. In collibus sterilibus, campis, ad vias planitierum et montium humiliorum, (d. d. g. Gebiet, aber doch nicht überall.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 472. Jacq. a. t. 155. Flores dilute caesio-virentes.

2. E. AMETHYSTINUM (L. sp. 337. var. α.) *foliis duplicato-pinnatifidis nervoso-venosis* spinoso-dentatis, radicalibus petiolatis, *caulinis basi* vaginante *integerrima amplexantibus*, caule apice corymboso, involucris capitula subrotunda superantibus, paleis integris, corolla calycem superante. ♃. In apricis siccis, (im südl. Tyrol, Krain.) Flores, amethystini, ut totus corymbus. D. fl. 3. p. 473. W. K. pl. rar. h. t. 215. G.

3. E. MARITIMUM (L. sp. 337.) *foliis* spinoso-dentatis lobatisque albido-glaucis, *radicalibus indivisis* petiolatis cordato-reniformibus, superioribus amplexicaulibus subpalmato-lobatis, *involucri foliolis ovatis dentato-spinosis subtrilobis* capitulum subrotundum excedentibus, paleis tricuspidatis. ⊙. In locis arenosis, ad littora maris, (sowohl an d. nördlichen als südl. Küste.) Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 472. Fl. d. t. 875. Flores amethystini. G.

4. E. ALPINUM (L. sp. 337.) *foliis radicalibus indivisis* petiolatis profunde cordatis acutis serrato-dentatis, superioribus sessilibus palmato 3-5 fidis ciliato-serratis, *involucri foliolis multifido-pinnatifidis setoso-dentatis* capitulum oblongum paulo superantibus, caule uni-trifloro. ♃. In alpium pascuis, (in d. westlichen u. südl. Schweiz; in Oberkärnthen in d. Wochein.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 295. Jacq. ic. rar. t. 55. Involucrum caerulescens. Cor. alba.

5. E. PLANUM (L. sp. 337.) *foliis radicalibus indivisis* petiolatis ovali-cordatis obtusis crenato-serratis, caulinis mediis sessilibus indivisis, superioribus quinquepartitis spinoso-serratis, *involucri foliolis lineari-lanceolatis remote-spinoso-dentatis* capitulum ovatum aequantibus vel paulo superantibus, caule apice corymboso. ♃. In locis siccis arenosis, in campis, pratis et ad fluvios, (v. Oestreich d. Mähren, Böhmen n. Schlesien; in Preussen bei Königsberg.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 471. Jacq. a. t. 592. Flores, et saepe totus corymbus, amethystini. G.

Trib. II. *AMMINEAE.* Koch. umb. p. 114. *Fructus a latere evidenter compressus* et plerumque, latusculis contractis, didymus. *Mericarpia jugis 5*, filiformibus, rarius subalatis; lateralibus marginantibus; omnibus *aequalibus.* Albumen tereti-vel gibbo-convexum, antice planiusculum vel undique teres. *Umbellae perfectae*, compositae.

6. CICUTA (L. gen. n. 354.) Calycis margo 5 dentatus; dentes foliosi. Pet. obcordata, cum lacinula inflexa. Fructus subrotundus, a latere contractus, didymus. Mericarpia jugis 5 planiusculis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae; vittae valleculas replentes, (in sicco fructu) paulo magis prominulae, quam juga. Carpophorum bipartitum. Albumen sectione transversali teres.

1. C. virosa (L. sp. 368.) radicis fibris filiformibus, foliis tripinnatis, foliolis lineari-lanceolatis acutis serratis. ♃. In fossis piscinis, rivulis, et paludibus profundis spongiosis. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 450. Schk. t. 71. Flores albi. Variat:

β. tenuifolia, humilis, quandoque pedalis tantum, radice cauleque tenui, laciniis foliorum linearibus parce serratis vel integerrimis, umbellis 5-8 radiatis: C. virosa *β.* stricta Schultz. starg. suppl. 17. C. angustifolia Kit. ap. Schult. oestr. fl. 1. p. 515. C. tenuifolia Fröl. Schrank. denksch. d. acad. d. wissensch. z. Münch. vol. 7. p. 56. t. 4. f. 1.

7. ÁPIUM (Linn. gen. n. 367., excl. spec.) Calycis margo obsoletus. Pet. subrotunda, integra. Stylopodium depressum. Fructus subrotundus, a latere contractus, didymus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum indivisum. Albumen gibbo-convexum, antice planiusculum.

1. A. graveolens (L. sp. 379.) glabrum, foliis pinnatis, superioribus ternatis, foliolis cuneatis apice incisis dentatisque. ⊙. In paludosis et fossis, ad littora maris et ad aquas salsas, (an d. Nord- u. Ostsee, u. a. Adriat. Meere; an den Salinen im Innern.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 449. Schk. t. 78. Seseli grav. Scop. carn. 1. 215. Sium Apium Roth. tent. 1. 128. Radix in planta sylvestri fusiformis, ramosa, in culta subrotunda, carnosa. Varietates a Cl. DC. propositas observandi occasio mihi hucusque defuit. Flores albi, minuti.

8. PETROSELÍNUM (Hoffm. umb. gen. 1. p. 78.) Calycis margo obsoletus. Pet. subrotunda, incurvata, integra, vix emarginata, in lacinulam inflexam coarctata. Stylopodium convexum, breviter conicum. Fructus ovatus, a latere contractus, subdidymus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen gibbo-convexum, antice planiusculum.

1. P. sativum (Hoffm. l. c.) caule erecto angulato, *foliis* lucidis *tripinnatis*, foliolis inferioribus ovato-cuneatis trifidis dentatisque, superioribus ternatis, foliolis lanceolatis integris trifidisque. ⊙. Colitur in usum culinarem. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 449. Flores viridi-flavescentes. Variat:

β. *crispum.* DC. prd. 4. 102., foliis infimis amplioribus crispis. Apium crispum Mill. dict. n. 2. Colit.

2. P. SEGETUM (Koch. umb. 128.) caule erecto tereti subnudo, *foliis pinnatis*, foliolis infimorum subsessilibus pinnatifido-incisis dentato-serratis, caulinorum linearibus integris trifidisque, supremorum abortientibus, involucro 2-3 phyllo, radiis umbellae et umbellularum valde inaequalibus. ⊙. In arvis humidiusculis, solo lutoso, in Helvetia rarissimum, (im Thale Erguel, nach Haller.) Jul. Aug. Sison segetum L. sp. 362. Jacq. h. vind. t. 134. Vittae filiformes, utrinque attenuatae et excurrentes, nec abbreviatae, nec ullo modo dilatatae, ut in Sisone. Flores albi vel rubelli. H.

9. TRINIA (Hoffm. umb. gen. p. 92.) Calycis margo obsoletus. Pet. florum masc. lanceolata, in lacinulam involutam coarctata; florum fem. vel hermaphr. ovata, breviter apiculata, apiculo inflexo. Fructus a latere compressus, ovatus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, prominulis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae evittatae vel obsolete univittatae, sed canalis sub quovis jugo evidens. Carpoph. planum bipartitum. Albumen gibbo-convexum, antice planiusculum.

1. T. VULGARIS (DC. prodr. 4. p. 103.) glabra, involucellis nullis aut monophyllis, fructuum jugis obtusis. ⊙. In collibus apricis sterilibus, solo calcareo, (auf d. Kalkhügeln in d. südwestlichen Schweiz u. durch das Rheinthal bis Bingen; im Mainthale bei Würzburg; in Südtyrol, Krain u. Oestreich.) Apr. Mai. T. pumila Reichenb. fl. exc. p. 473 et T. glauca Reichenb. ibid. T. Henningii M. et K. D. fl. 2. p. 446. Gaud. helv. 2. p. 411. (non Hoffmanni, quae „laciniis foliorum longissimis setaceis" diversa.) Pimpinella dioica L. syst. veg. 241. P. pumila Jacq. a. t. 18. Seseli pumilum L. sp. 373. S. dioicum Vill. delph. 2. 579. Flores albi. Specimina vindobonensia, tyrolensia Elsmanni et palatina non differunt. Caulis nunc triuncialis, nunc fere sesquipedalis, in uno eodemque loco; fructus subrotundi et ovales. Umbellae masculae saepe proliferopaniculatae. — Trinia Hoffmanni in D. fl. 2. p. 447, delenda; in Austria enim non crescit.

T. Kitaibelii Bieberst. T. glauca WK. pl. rar. hung. t. 72., finitimae Hungariae indigena, facile distinguitur involucellis polyphyllis. — T. elatior Gaud. helv. p. 413, stylopodio conico-notabilis, mihi ignota.

10. HELOSCIÁDIUM (Koch. umb. p. 125.) Cal. margo 5 dentatus, obsoletusve. Petala ovata, integra, apice recto vel inflexo. Fructus a latere compressus, ovatus vel oblongus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, prominulis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum integrum, liberum. Albumen gibbo-vel tereti-convexum, antice planiusculum.

1. H. NODIFLORUM (Koch. umb. 126.) foliis pinnatis, *pinnis ovato-lanceolatis aequaliter obtusiuscule serratis*, umbellis oppositifoliis pedunculatis longioribus sessilibusque, caule basi procumbente et radicante. ♃. In fontibus, fossis, rivulis et piscinis, (in d. westl. Schweiz, im Elsass u. auf d. ganzen Rheinfläche bis nach

d. Niederlanden, u. westlich bis zur französ. Grenze; für d. nördl. D. zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 444. Engl. bot. t. 639. Sium nodiflorum L. sp. 361. Seseli nodiflorum Scop. carn. 1. 213. Flores albido-virescentes.

2. H. REPENS (Koch. umb. p. 126.) foliis pinnatis, *pinnis subrotundo-ovatis inaequaliter dentato-serratis lobatisve*, umbellis oppositifoliis pedunculo brevioribus, caule prostrato radicante. ♃. In locis paludosis, (stellenweise auf d. Rheinfläche: bei Strasburg, im Badischen, bei Mainz; sodann von d. Niederrheine durch Westphalen, Bremen, Oldenburg nach Holstein; vereinzelt bei Würzburg, München, in Oestreich u. am Genfersee.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 445. Sium repens Jacq. a. t. 260. L. fil. suppl. 182. Flores albi.

3. H. INUNDATUM (Koch. umb. p. 126.) *foliis* emersis pinnatis, pinnis cuneiformibus apice trifidis, *submersis in lacinias capillaceas fissis multifidis*, umbellis oppositifoliis biradiatis, caule basi repente. ♃. In paludibus et fossis, (von Westphalen durch Hanover, Bremen u. Oldenburg nach Holstein.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 445. Fl. d. t. 89. Sison inundatum L. sp. 363. Meum inundatum Spreng. umb. sp. 115. Hydrocotyle inundata Sm. brit. 1. 290. Sium inundatum Roth. tent. 1. 128. Flores albi. G.

11. PTYCHÓTIS (Koch. umb. p. 124.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, bifido-emarginata, medio plica transversali, lacinulam emittente, notata. Fructus a latere compressus, ovatus vel oblongus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae univittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen tereti-vel gibbo-convexum, antice planiusculum. (Flores albi.)

1. P. HETEROPHYLLA (Koch. l. c.) caule erecto ramosissimo, foliis radicalibus pinnatis, foliolis subrotundis inciso-lobatis serratisque, caulinis multifidis, laciniis lineari-filiformibus, fructu oblongo, *involucellorum foliolis omnibus setaceis*. ⊙. In collibus apricis saxosis, (bei Trident im südl. Tyrol; bei Nyon u. einigen andern Orten am Genfersee, auf Sandboden.) Jul. Aug. P. Bunius Reichenb. fl. g. exc. p. 474. Critamus heterophyllus D. fl. 2. p. 443. Aethusa Bunius Murr. syst. veg. 236. Carum Bunius L. syst. nat. p. 733. Jacq. h. vind. t. 198. Seseli saxifragum L. sp. 374. Pimpinella genevensis Vill. delph. 2. 604. Seseli Bunius Vill. l. c. 588. Meum heterophyllum Moench. meth. 86. Sium saxifragum Roth. tent. 1. 128.

2. P. AMMOIDES (Koch. l. c.) caule erecto ramoso, foliis pinnato-multifidis, laciniis lineari-filiformibus, radicalium lineari-cuneatis apice bi-trifidis, fructu ovato, *involucellorum foliolis duobus spathulatis cuspidatis*, tribus lineari-subulatis. ⊙. In agris, vineis, olivetis, (Istrien, Host.) Mai. P. verticillata Duby. bot. gall. 235. DC. prod. 108. Seseli ammoides Gouan. ill. p. 16., non Jacq. S. verticillatum Desf. atl. 1. 260. S. corsicum Link. en. 1. 283. S. pusillum Brot. fl. lus. 1. 437. J.

12. FALCARIA (Host. fl. austr. 1. 381., non Cav.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata, cum lacinula inflexa. Fructus oblongus, a latere compressus. Mericarpia jugis 5, filiformibus,

aequalibus; lateralibus marginantibus. Carpophorum liberum, bifidum. Valleculae 1 vittatae, vittis filiformibus. Albumen tereti-convexum, antice planiusculum. (Flores albi.)

1. F. Rivini (Host. l. c.) foliis radicalibus simplicibus ternatisque, caulinis ternatis, foliolo intermedio trifido, lateralibus externe bi-trifidisque, *laciniis lineari-lanceolatis aequaliter approximato-serratis*, serraturis spinuloso-mucronatis. ⊙. In agris, inter segetes, ad viarum margines tam planitierum, quam montium humiliorum, solo calcareo et argillaceo, (stellenweise durch d. ganze Gebiet, aber nicht in d. Schweiz.) Jul. Aug. F. Rivini DC. prodr. 4. 110. Sium Falcaria L. sp. 362. Jacq. a. t. 257. Drepanophyllum sioides Wib. werth. 196. D. agreste Hoffm. umb. 1. 109. Critamus agrestis Bess. en. pl. volh. 93. D. fl. 2. 441. G.

2. F. latifolia (Koch. ined.) foliis ternatis, foliolis lateralibus indivisis bifidisque, terminali trifido vel tripartito, *laciniis foliorum infimorum inaequaliter profunde serratis ovatis* basi cuneatis, reliquorum oblongo-cuneatis inciso-dentatis, lateralibus latere interiore, terminali utrinque, a basi ultra medium integerrimis. ⊙. In subalpinis, solo calcareo, (auf d. Berge Zhaun in Innerkrain, ungefähr 4000 Fuſs hoch, Hladnik, Graf!) Jun. Jul. Hladnikia pastinacifolia Reichenb. fl. exc. p. 476. icon. 9. f. 1114. Ne minima quidem nota a genere Falcaria diversa est; nec folia foliis Pastinacae similia sunt. G.

13. SISON (L. gen. n. 349., excl. omnib. spec. praeter S. Amomum.) Cal. margo obsoletus. Pet. subrotunda, profunde emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a latere compressus, ovatus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae; vittae abbreviatae, clavulatae. Carpophorum 2 partitum. Albumen gibbo-convexum, antice planiusculum.

1. S. Amomum (L. sp. 362.) ⊙. In locis lutosis subhumidis, (um Genf, zwischen d. Stadt u. Chatelaine u. a. vielen andern Orten, Gaud.; in Gräben von Krain, Scop., ob letztere die echte Pflanze?) Schk. t. 69. Seseli Amomum Scop. carn. 1. p. 213. Sium Amomum Roth. tent. p. 636. S. aromaticum Lam. dict. 1. p. 495. Flores albi.

14. AMMI (L. gen. n. 334.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, cum lacinula inflexa emarginato-biloba, lobis inaequalibus irregularia. Fructus a latere compressus, ovato-oblongus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum liberum, bipartitum. Albumen tereti-convexum, antice planiusculum.

1. A. majus (L. sp. 349.) foliis inferioribus simpliciter et duplicato-pinnatis, foliolis lanceolatis argute cartilagineo-mucronato-serratis, superioribus decompositis, laciniis lineari-lanceolatis apice serratis, caule obtusangulo. ⊙. In agris, (im Littorale, um Fiume, Noé! um Wien, Crantz.) Schk. t. 61. Apium Ammi Crantz. a. 217. Flores albi. Involucri foliola trifida. G.

15. AEGOPODIUM (L. gen. n. 368.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a latere com-

pressus, oblongus. Mericarpia jugis 5, filiformibus; lateralibus marginantibus. Valleculae evittatae. Carpophorum setaceum, apice furcatum. Albumen tereti-convexum, antice planiusculum.

1. A. Podagraria (L. sp. 379.) in dumetis et sepibus subhumidis, locis umbrosis; in subalpina adscendens. Mai.-Jul. D. fl. 2. 459. Schk. t. 79. Sison Podagraria Spreng. umb. prodr. 35. Pimpinella angelicaefolia Lam. dict. 1. 451. Flores albi.

16. CARUM (L. gen. n. 365.) Calycis margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, regularia. Fructus a latere compressus, oblongus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Comissura plana. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum liberum, apice furcatum. Albumen tereti-convexum, antice planiusculum. (Flores albi.)

Sect. I. Carvi. DC. prodr. 4. 115. Carum Linn. Involucrum nullum; involucella nulla, aut oligophylla.

1. C. Carvi (L. sp. 378.) foliis bipinnatis, *foliolis* pinnatifido-multifidis, paribus infimis ad petiolum communem *decussatis*, *involucro utroque nullo*, caule angulato, radice fusiformi. ⊙. In pratis et pascuis; in subalpina adscendens. April. Mai. D. fl. 2. p. 437. Schk. t. 77. Seseli Carum Scop. carn. 1. p. 215. Ligusticum Carvi Roth. tent. 1. 124.

Sect. II. Bulbocastanum. Adans. DC. prodr. 4. p. 115. Involucrum universale et partiale plurifolium.

2. C. Bulbocastanum (Koch. umb. 121.) foliis subtripinnatis, laciniis linearibus acutis, umbellis 12-24 radiatis, *involucro utroque polyphyllo*, foliolis lanceolatis acuminatis, *pedicellis defloratis erectis*, fructibus accumbentibus oblongis apice attenuatis, caule tereti, radice subglobosa. ♃. In agris, solo argillaceo et calcareo, (in d. südl. u. westl. Schweiz; sodann im Rheingebiete, nämlich im Elsass seltner, von Zweibrücken u. Kaiserslautern aber bis an die Mosel stellenweise sehr gemein, besonders im Glahn- u. Nahethale, von Oppenheim bis Frankfurt, in Hessen u. am Niederrheine hin u. wieder; in Krain.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 438. Bunium Bulbocastanum L. sp. 349. Sium Bulbocastanum Spreng. umb. prodr. 31. Styli toti deflexi, stylopodio duplo longiores.

3. C. divaricatum (Koch. ined.) foliis subtripinnatis, laciniis linearibus acutis, umbellis 6-12 radiatis, involucro oligophyllo deciduo, *involucellis subtriphyllis dimidiatis*, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis, *pedicellis defloratis divaricatis*, fructibus distantibus linearibus apice subincrassatis, caule tereti, radice... ♃. In agris, (Istrien; von H. Dr. Biasoletto unter dem Namen Bunium Bulbocastanum zugeschickt.) Caulis multo humilior, quam in antecedente, rami patuli, umbellae valde divaricatae, stylopodium latitudine fructus ipsius, styli horizontaliter patentes, stylopodio incumbentes eoque paulo longiores, denique apice deflexi. J.

17. PIMPINELLA (L. gen. n. 366.) Calycis margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a latere contractus, ovatus, stylopodio pulvinato stylisque reflexis coronatus.

Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae multivittatae. Carpophorum liberum, bifidum. Albumen gibbo-convexum, antice planiusculum.

Sect. I. TRAGOSELINUM. Tournef. DC. prodr. 4. 119. Fructus glabri; radix perennis. Flores albi vel rosei.

1. P. MAGNA (L. mant. 219.) foliis pinnatis, foliolis acutis dentatis indivisis lobatis laciniatisve, *caule folioso angulato-sulcato*, stylis ovario longioribus, fructibus oblongo-ovatis glabris. ♃. In pratis. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 434. Jacq. a. t. 396. P. glabra Rostk. fl. sed. 133. Variat forma vulgaris:

β. *rosea*, floribus roseis; in montibus altioribus et subalpinis: P. rubra Hoppe.

γ. *laciniata*, foliolis palmato-pinnatifidis, laciniis lanceolatis inciso-serratis: P. magna γ. laciniata Wallr. sched. 125. P. orientalis Gouan. ill. t. 15. Jacq. a. t. 397. P. media Hoffm. Deutschl. fl. 1. p. 146.

δ. *dissecta*, foliolis palmato-bipinnatifidis: P. magna δ. Wallr. l. c. P. disssecta Retz. obs. 3. t. 2.

2. P. SAXIFRAGA (L. sp. 378.) foliis pinnatis, foliolis ovatis obtusis dentatis lobatis laciniatisve, *caule tereti tenuiter striato superne subnudo*, stylis sub anthesi ovario brevioribus, fructibus ovatis glabris. ♃. In pascuis, collibus incultis, apricis, sylvaticis; in alpes adscendens. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 435. Jacq. a. t. 395. Variat:

α. *major*, foliolis ovatis, in foliis caulinis saepe dissectis: P. saxifraga B. major Wallr. sched. 123. Haec, ut duae sequentes varietates, nunc glabra, nunc pubescens est.

β. *dissectifolia*, foliolis foliorum omnium dissectis: P. saxifraga dissectifolia Wallr. l. c. P. hircina Leers. herb. 79.

γ. *poteriifolia*, minor, foliolis subrotundo-ovatis crenatis: P. saxifraga A. minor poteriifolia Wallr. sched. 123; haec in locis sterilissimis.

δ. *alpestris*, minor, foliolis ambitu subrotundis subpalmato-incisis, laciniis lanceolatis acuminatis: P. sax. γ. alpestris Spreng. ap. Röm. et Schult. 6. 386. P. alpina Host. fl. austr. 1. 399. Haec in subalpinis, rarius etiam in montibus humilioribus.

ε. *nigra*, antecedentibus robustior, tota pubescens, foliolis ovatis, radice caeruleo-lactescente: P. nigra Willd. prodr. n. 348. Haec tantum in Germania boreali.

Sect. II. ANISUM. Adans. DC. prodr. 4. 122. Fructus puberuli. Species annuae.

3. P. ANISUM (L. sp. 379.) *foliis infimis cordato-subrotundis* inciso-serratis, mediis pinnatis, foliolis cuneatis lobatis dentatisve, summis trifidis indivisis, *fructibus* ovatis adpresse-*pubescentibus*. ⊙. Colitur, (wird in Gärten und auch im Grofsen in Thüringen u. im Elsass gebauet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 456. Sison Anisum Spreng. umb. pr. 55. Anisum vulgare Gärtn. fruct. t. 23. f. 1. Hayn. arzn. gew. 7. t. 22.

18. BERULA (Koch. in M. et K. D. fl. 2. p. 433.) Cal. margo quinquedentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa.

Fructus ovatus, a latere contractus, subdidymus. Stylopodium breviter conicum, margine angusto cinctum; styli reflexi. Mericarpia jugis 5, filiformibus, aequalibus; lateralibus ante marginem positis, multivittata: vittis pericarpio crasso corticoso tectis. Albumen sectione transversali teres. Carpophorum bipartitum, cruribus mericarpio adnatis, sed obsoletum et vix observabile.

1. B. ANGUSTIFOLIA (Koch. l. c.) foliis pinnatis, foliolis inciso-serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis; involucro plerumque pinnatifido. ♃. In fossis, rivulis, piscinis. Jul. Aug. D. fl. 2. 433. Sium angustifolium L. sp. 1672. Jacq. a. t. 67. S. Berula Gouan. monsp. 218. S. erectum Huds. angl. 103. Floribus albis, petalis obcordatis, involucro polyphyllo, et foliis caulinis inciso-serratis, iam sub anthesi facile ab Helosciadio nodifloro dignoscitur.

19. SIUM (L. gen. n. 348, excl. spec.) Cal. margo quinquedentatus, dentes quandoque minimi. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a latere compressus, vel contractus et subdidymus, stylopodio pulvinato et margine depresso stylisque reflexis coronatus. Mericarpia jugis quinque, aequalibus, filiformibus, obtusiusculis; lateralibus marginantibus. Valleculae trivittatae; vittis superficialibus. Carpoph. bipartitum, cruribus mericarpio adnatis vel liberum. Albumen valde convexum, antice planum.

Sect. I. SIA GENUINA. Crura carpophori mericarpiis adnata.

1. S. LATIFOLIUM (L. sp. 361.) *radice fibrosa* stolonifera, *foliis pinnatis*, foliolis lanceolatis basi inaequalibus aequaliter argute serratis, foliorum submersorum bipinnatifidis multifidisve, involucro polyphyllo, *cruribus carpophori mericarpio adnatis.* ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 431. Jacq. a. t. 66. Drepanophyllum palustre Hoffm. umb. p. 110? valleculae enim trivittatae, neque univittatae.

Sect. II. SISARUM. Carpophorum bipartitum, liberum.

2. S. SISARUM (L. sp. 351.) *radice tuberoso-fasciculata*, foliis inferioribus pinnatis, *foliolis* oblongis aequaliter acute serratis, terminali ovato basi subcordato, *superioribus ternatis*, foliolis lanceolatis, involucro pentaphyllo, *carpophoro libero.* ♃. Colitur in usum oeconomicum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 432. Schk. t. 69. Colit.

20. BUPLEURUM (L. gen. n. 328.) Cal. margo obsoletus. Pet. subrotunda, integra, arcte involuta; lacinula lata retusa. Fructus a latere compressus, vel subdidymus, stylopodio depresso coronatus. Mericarpia jugis 5, aequalibus, alatis, acutis, filiformibus, aut obsoletis; lateralibus marginantibus. Valleculae vittatae vel evittatae. Carpophorum liberum. Albumen antice planiusculum. (Flores lutei.)

a. Folia non perfoliata, fructus granulato-scabri.

1. B. TENUISSIMUM (L. sp. 343.) caule erecto ramoso, foliis lineari lanceolatis, acuminatis umbellis terminalibus 3 radiatis, lateralibus incompletis, involucelli foliolis lineari lanceolatis sub anthesi umbel-

umbellulam 3-5 floram excedentibus, *mericarpiis 5 jugis inter juga granulato-muricatis, jugis granulato-crispulis.* ⊙. Ad fontes salsos, in pratis ad salinas, (Holstein; Böhmen; Halle in Sachsen; Nauenheim in d. Wetterau; Maxdorf, bei Mannheim; Unteröstreich; für d. Schweiz zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 3. 430. Reichenb. ic. f. 298. B. junceum Poll. pal. 1. p. 264. B. junceum et Pollichii Gmel. bad. 1. 612. 613. B. Gerardi fl. wett. 1. 403. Odontites tenuissima Spreng. ap. R. et S. 6. 382. — Variat ut pleraeque huius generis species annuae:

β. *nanum,* caule humillimo, ramossissimo. DC. prodr. 4. 127. G.

2. B. SEMICOMPOSITUM (L. sp. 342.) caule erecto ramoso, foliis lanceolatis, inferioribus obtusis mucronatis in petiolum attenuatis, superioribus cuspidatis, umbellis terminalibus 3-5 radiatis, lateralibus incompletis, involucelli foliolis lanceolatis umbellulas superantibus, *fructibus granulatis, jugis obsoletis.* ⊙. In herbidis, (Istrien, Host.) Jul. Aug. D. fl. 3. 429. Reichenb. ic. f. 320. 321. Odontites semicomposita Spreng. ap. R. et S. 6. 381. J.

b. Folia non perfoliata, valleculae fructus laeves, non granulatae.

* Annua.

3. B. GERARDI (Jacq. austr. t. 256.) caule paniculato, *foliis anguste lineari-lanceolatis acuminatis 3-5 nerviis* basi aequali caulem cingentibus, inferioribus basin versus attenuatis, umbellis sub 5 radiatis, *involucelli foliolis lanceolato-subulatis* acutis, *pedicellis fructum aequantibus,* jugis filiformibus, valleculis concavis evittatis. ⊙. In vineis et locis lapidosis, (Oestreich, Jacq.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 426. G.

4. B. JUNCEUM (L. sp. 342.) caule paniculato, *foliis anguste lineari-lanceolatis acuminatis 7 nerviis* basi aequali caulem cingentibus, inferioribus basin versus attenuatis, umbellis 2-3 radiatis, *involucelli foliolis lanceolato-linearibus* acutis, *pedicellis fructu dimidio brevioribus,* jugis argutis, valleculis concavis evittatis. ⊙. In saxosis asperis, (im Littorale, Triest, Fiume; Verviers, Lejeune, wohl eingeführt; Wallis zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 426. Reichenb. ic. f. 297. G.

B. baldense MBieb. taur. cauc. 1. 204., (B. exaltatum M. Bieb. casp. 166. app. 30.) e Flora germ. delendum, nam B. baldense Host. syn. p. 141, auctor ipse in fl. austr. 1. p. 347. nunc ad B. ranunculoides trahit.

5. B. ARISTATUM (Bartling. in Bartl. et Wendl. beitr. p. 89.) caule ramoso, *foliis lineari-lanceolatis acuminatis trinerviis,* inferioribus basin versus attenuatis, *involucellis* umbellulas excedentibus *ellipticis* lanceolatisve aristato-cuspidatis impellucidis trinerviis, nervis venoso-ramosis, *pedicellis ovario duplo brevioribus* aequalibus, intermedio breviore. ⊙. In collibus apricis, asperis, (vom südl. Tyrol durch d. südl. Krain bis Fiume; im Wallis zweifelhaft.) Jul. Aug. Reichenb. ic. t. 311. B. Odontites D. fl. 2. p. 427. Odontites luteola Spreng. ap. R. et S. 6. 360. Variat:

β. *nanum,* caule bi-tri-pollicari, ramoso, divaricato.

Omnia, quae sub nomine B. Odontitis, tam in Gallia, quam in Germania et Italia lecta, hucusque vidi specimina, ad hanc speciem

pertinent, sicut omnia a Linnaeo sub suo B. Odontite allegata synonyma; nec Linnaeana descriptio repugnat, nisi quod „flosculi centralis petiolum duplo altiorem" dicit, qui in nostra specie reliquis dimidio brevior est. Cl. Reichenb. et DC. aliud describunt Bupleurum Odontites, quod in Asia minore lectum possideo, involucellis hyalinis eorumque nervo medio tantum ramuloso diversum, quod et ipsum vero cum descriptione Linnaeana non convenit; nam in hac specie pedicelli laterales longiores sunt, nec „centrales", ut Linnaeus perhibet. G.

** Perennia.

6. B. FALCATUM (L. sp. 341.) caule ramoso, *foliis 5-7 nerviis, inferioribus ellipticis oblongisve* in petiolum attenuatis, *superioribus lanceolatis utrinque acutis* sessilibus; *involucellis lanceolatis cuspidatis, pedicellis fructum subaequantibus*, jugis anguste alatis, valleculis planis trivittatis. ♃. In collibus et montibus siccis, lapidosis. Aug.-Octob. D. fl. 2. p. 425. Jacq. a. t. 158.

7. B. RANUNCULOIDES (L. sp. 243.) caule simplici ramosove, *foliis nervosis, radicalibus lineari-lanceolatis linearibusque* acuminatis basin versus attenuatis, *caulinis e basi cordata vel ovata amplexicauli* attenuato-acutis, involucro subtriphylo, *involucelli foliolis ellipticis* acuminatis umbellulam excedentibus, jugis anguste alatis, valleculis univittatis. ♃. In pascuis editioribus alpium, (Schweiz, Tyrol, Algau, Salzburg, Krain.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 421. B. angulosum Spreng. ap. R. et S. 6. 368. Variat:

α. *humilius*, caule simplici: B. ranunculoides Reichenb. ic. 9. f. 1107. 1108., involucellis umbellula duplo longioribus; B. angulosum Reichenb. ic. 9. f. 1102, involucellis umbellulam paulo tantum excedentibus.

β. *elatius*, caule altiore ramoso: B. caricifolium Willd. sp. 2. 1373, foliis angustioribus; B. gramineum Vill. delph. 2. p. 575, umbellis paucioribus; B. Burserianum Schleich. cat. 1821, fol. elongatis, sed latioribus.

γ. *caricinum*, DC. prodr. 4. p. 131. var. β, foliis radicalibus angustissimis, vix linea dimidia latioribus: B. caricifolium Reichenb. ic. 9. f. 1109. 1110.

8. B. GRAMINIFOLIUM (Vahl. symb. 3. 48.) *caule simplici nudo superne unifolio*, foliis radicalibus linearibus acuminatis nervosis, caulino lanceolato, involucro subpentaphyllo, *involucelli foliolis ellipticis* acuminatis umbellulam superantibus *liberis*, jugis .... ♃. In rupium fissuris et locis lapidosis, (südl. Schweiz am Corni di Canzo über dem Comersee; im innern Krain; in Oberkärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 423. Reichenb. ic. 9. f. 1106. B. petraeum Wulf. in Jacq. coll. 1. 209. — B. petraeum Reichenb. ic. 9. f. 1105, quod secund. Reichenb. supra Bex in Vallesia crescit, nondum vidi. Sedum petraeum Ponae ap. Clus. hist. 2. p. 347., ad B. graminifolium pertinet.

9. B. STELLATUM (L. sp. 340.) *caule simplici nudo superne unifolio*, foliis radicalibus lineari-lanceolatis basin versus attenuatis reticulato-venosis, *involucelli foliolis* obovatis breviter acuminatis *a basi ad medium connatis* umbellula longioribus, jugis membranaceo-alatis, valleculis univittatis. ♃. In locis rupestribus al-

pium, (auf d. höhern Alpen d. Schweiz, Gaud.; Tyrol, Funk; Krain, Host.) Jul. Aug. D. fl. 2. 423. Reichenb. ic. 9. f. 1103.

10. B. LONGIFOLIUM (L. sp. 341.) caule simplici superne subramoso, *foliis ovatis* vel ovato-oblongis, inferioribus in petiolum attenuatis, *superioribus* sessilibus *basi profunde cordata amplexicaulibus*, involucellis ellipticis breviter acuminatis umbellulam aequantibus, jugis filiformibus argutis, valleculis trivittatis. ♃. In sylvaticis montosis et subalpinis, non in alpes adscendens, Gaud., (Vogesen, Jura, Oberbaden u. durch Würtemberg bis nach Oestreich; von da nach Böhmen, Sachsen, Thüringen u. Hanover; u. noch hin u. wieder zerstreut.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 424.

c. Folia perfoliata.

11. B. PROTRACTUM (Link. et Hoffmgg. fl. port. 2. 387.) caule a basi ramoso, *foliis ovatis perfoliatis*, inferioribus ovato-oblongis amplexicaulibus, infimis basin versus attenuatis, involucellis ovatis acuminatis, jugis filiformibus, *valleculis granulatis* evittatis. ⊙. Inter segetes, (im Littorale bei Triest, in Istrien u. bei Fiume.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 429. Reichenb. ic. f. 1112-13. B. subovatum Link. ap. Spreng. umb. sp. 19. *Involucella semper patentia.* G.

12. B. ROTUNDIFOLIUM (L. sp. 340.) caule superne ramoso, *foliis ovatis perfoliatis*, inferioribus versus basin attenuatis amplexicaulibus, involucellis ovatis acuminatis, jugis filiformibus, *valleculis striatis* evittatis. ⊙. Inter segetes, solo argillaceo et calcareo. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 426. St. h. 5. B. perfoliatum Lam. fl. fr. 3. 405. *Involucelli foliola post anthesin erecto-conniventia.*

Trib. IV. *SESELINEAE.* Koch. umb. p. 102. *Fructus sectione transversali teres vel teretiusculus. Mericarpia jugis 5*, filiformibus, vel alatis; *lateralibus* marginantibus, *aequalibus vel paulo latioribus.* Albumen dorso convexum et antice planum, vel subteres. Raphe marginalis vel submarginalis. Umbella perfecta.

21. OENANTHE (L. gen. n. 352.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum laciniula inflexa. Fructus cylindraceus, subturbinatus, vel oblongus, stylis erectis longis coronatus. Mericarpia jugis 5, convexiusculis, obtusis; lateralibus marginantibus paulo latioribus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum indistinctum. Albumen convexum vel subteres.

Sect. I. OENANTHAE VERAE. Radix fasciculata, fibris plus minusve tuberoso-incrassatis.

1. OE. FISTULOSA (L. sp. 365.) radice fasciculata, fibris napiformibus oblongis filiformibusve, caule stolonifero, *foliis caulinis* pinnatis *petiolo* fistuloso *brevioribus*, foliis linearibus simplicibus trifidisque, radicalibus 2-3 pinnatis, umbella primaria triradiata fertili, reliquis 3-7 radiatis abortientibus, fructibus turbinatis, jugis connatis valleculas obtegentibus. ♃. In pratis paludosis, fossis, stagnis, (stellenweise durch d. g. Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 2. 413. Schk. t. 70. Folia stolonum simpliciter pinnata, pinnis ovatis trifidis; radicalia bipinnata, pinnulis eodem modo comparatis. Variat:

β. *Tabernaemontani;* foliis radicalibus subtripinnatis, pinnulis nempe multifidis, laciniis linearibus: Oe. Tabernaemontani Gmel. bad. 1. 676., excl. syn. Poll.

2. OE. LACHENALII (Gmel. fl. bad. 1. p 678.) *radice* fasciculata, *fibris* carnosis *filiformibus vel elongato-clavatis*, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis ovatis cuneatisve inciso-obtuse-crenatis, caulinis inferioribus bi-superioribus simpliciter pinnatis, laciniis linearibus acutis, *fructibus* oblongis *basin versus attenuatis sub calyce contractis, petalis radiantibus* subrotundo-obcordatis *ad medium fissis.* ♃. In pratis paludosis, pascuis humidis, (in d. westl. Schweiz, auf d. Rheinfläche bis Mainz; von Holstein durch Mecklenburg bis Pommern.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 415. Oe. pimpinelloides Poll. pal. 1. 291. Oe. rhenana DC. fl. fr. 5. p. 506. Oe. megapolitana Willd. in berl. mag. 2. 297. Oe. michelfeldensis Lachenal. Oe. gymnorrhiza Brignol. fasc. plant. forojul. 21., ex specimine a Cl. Biasollett. prope Monfalconium lecto. Involucrum saepe polyphyllum, interdum tamen et nullum. Styli breviores, quam in affinibus. Fructus basi annulo calloso destitutus. Variat:

β. *approximata*, fol. radicalia simpliciter pinnata, foliolis trifidis, obtusis, basi cuneatis: Oe. approximata Mer. fl. par. 115. DC. fl. fr. 5. p. 507. prodr. 4. 137. In speciminibus minoribus, quae vero vix varietatem constituunt, haec foliorum forma occurrit.

3. OE. PEUCEDANIFOLIA (Poll. palat. 1. p. 289. t. 2. f. 3.) *radice* fasciculata, *fibris napiformibus ovalibus oblongisve sessilibus*, foliis radicalibus bipinnatis, caulinis superioribus pinnatis, omnium laciniis linearibus, radicalium brevioribus, *fructibus oblongis basin versus attenuatis sub calyce contractis, petalis radiantibus* obcordatis basi cuneatis *ad tertiam partem fissis.* ♃. In pratis fertilibus, (zerstreut in d. Rheingegenden; in Hessen, d. Niederlanden, Thüringen, Würtemberg.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 417. Oe. Pollichii Gmel. bad. 1. 679. Oe. filipenduloides Thuill. fl. par. 146. Petalis radiantibus duplo maioribus, in unguem longiorem attenuatis, ad tertiam partem longitudinis tantum fissis, optime ab antecedente distinguitur.

4. OE. SILAIFOLIA (Bieberst. fl. taur. cauc. 3. p. 232.) *radice* fasciculata, *fibris oblongo-vel elongato-clavatis*, fol. tri-bipinnatisque, laciniis subconformibus, inferiorum lanceolatis, superiorum linearibus, *fructibus cylindricis basi callo cinctis.* ♃. In humidis et paludosis, (bei Laibach häufig, Graf!) Jun. Jul. Oe. virgata hortorum et Koch. ap. DC. prodr. 4. 137. n. 4., non Poiret. Oe. prolifera Host. a. 2. p. 382., non Linn. Foliorum superiorum laciniis dimidio brevioribus jam sub anthesi, etiamsi fructus deficiant, ab Oe. Lachenalii distingui potest. G.

5. OE. PIMPINELLOIDES (L. sp. 365.) *radice* fasciculata, *fibris filiformibus versus apicem in tuber subglobosum ovatumque incrassatis*, foliis bipinnatis, foliolis inferiorum ovatis basi cuneatis pinnatifido-incisis, laciniis acutis, radicalium primorum ovatis inciso-obtuse-crenatis, caulinorum superiorum linearibus indivisis, *fructibus cylindricis basi callo cinctis.* ♃. In pratis udis, (bei Triest u. Fiume im Littorale u. in Unteröstreich.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 415. Jacq. a. t. 394. Oe. chaerophylloides Pourr. act. tol. 3. 323. Oe.

pimpinelloides α chaerophylloides DC. prodr. 4. 137. Haec tubera globosa vel oblonga, filo longo suspensa, gerit. Variat:

β. *rapacea*, tuberibus brevius stipitatis ovato-rapiformibus; Oe. pimpinelloides β. pimpinellaefolia DC. prodr. 4. 137. Oe. virgata Poir. voy. 2. p. 138. Hanc cultam tantum vidi. G.

Sect. II. Phellandrium. Radix fusiformis, fibrosa.

6. OE. Phellandrium (Lam. fl. fr. 3. p. 432.) radice fusiformi, fibris filiformibus ad basin verticillatis, caule ramosissimo, ramis divaricatis, foliis bi-tripinnatis, foliolis divaricatis ovatis pinnatifido-incisis, submersis multifidis, laciniis capillaribus, umbellis oppositifoliis, fructibus ovato-oblongis. ♃? Radix enim saepe stolones repentes agit, quae in proximum annum perdurant; forte species stolonibus propagatur, dum radix primaria cum caule quotannis perit, ut Menthae. In fossis et rivulis planitierum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 317. Schk. t. 71. Phellandrium aquaticum L. sp. 566.

22. AETHÚSA (L. gen. n. 141., excl. spec.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus ovato-globosus. Mericarpia jugis 5, elevatis, crassis, acute carinatis, lateralibus marginantibus et paulo latioribus, carina subalata cinctis. Valleculae 1 vittatae. Albumen semiglobosum. Carpophorum bipartitum.

1. AE. Cynapium (L. sp. 367.) *involucelli foliolis* ternis *umbellula longioribus*, pedicellis fructiferis exterioribus fructu duplo longioribus, vittis commissurae basi subdistantibus. ⊙. In cultis et ruderatis. Jun. in autumn. D. fl. 2. p. 418. Hayn. arzng. 1. t. 35. Variat:

β. *pygmaea*, pollicaris, bi-tripollicaris: Ae. Cynapium β. D. fl. l. c. Ae. Cynapium β. agrestis Wallroth. sched. 119. In speciminibus minimis pedicelli fructiferi exteriores saepe fructu non longiores sunt, ut in specie sequente. In uno eodemque loco etiam altior evadit. Forma pygmaea foliorum segmentis obtusis: Ae. segetalis v. Bönningh. pr. fl. monast. p. 85.

2. AE. cynapioides (MBieb. fl. taur. cauc. 1. p. 227.) *involucelli foliolis* ternis *umbellulam aequantibus*, pedicellis fructiferis exterioribus longitudine fructus, vittis commissurae basi contiguis. ⊙. Ad vias et in sylvis, (in Unteröstreich, Schiede! in Böhmen, Presl.) Jun.-Aug. D. fl. 2. 419. G.

23. FOENÍCULUM (Hoffm. umb. p. 120. t. 1.) Calycis margo tumidus, obsoletus. Pet. subrotunda, integra, involuta; lacinula subquadrata retusa. Fructus sectione transversali subteres. Mericarpia jugis 5, prominulis, obtuse carinatis. Valleculae 1 vittatae. Carpoph. bipartitum. Albumen subsemiteres. — Fructu subtereti et stylopodio conico a Bupleuro differt.

1. F. officinale (All. ped. 2. p. 25.) caule basi tereti, foliorum laciniis lineari-subulatis elongatis, umbellis 13-20 radiatis, involucro nullo. ⊙. In rupibus ad mare adriaticum et in collibus lapidosis, (im Littorale, d. südl. Schweiz, d. Oberelsass.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 420. F. vulgare Gärtn. fruct. 1. 105. t. 23. DC. prodr. 4.

142. Anethum Foeniculum L. sp. 377. Hayn. arzng. 7. t. 18. Meum Foeniculum Spreng. ap. R. et S. 6. 433. Flores lutei.

24. SÉSELI (Linn. gen. n. 360.) Cal. margo 5 dentatus, dentibus brevibus, crassiusculis. Pet. obovata, in lacinulam inflexam coarctata, emarginata vel subintegra. Fructus ovalis vel oblongus, sectione transversali subteres, stylis reflexis coronatus. Mericarpia jugis 5, prominulis, vel elevatis, crassis et corticosis; lateralibus marginantibus saepeque paulo latioribus. Valleculae univittatae, rarius bi-trivittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen subsemiteres. — Flores specierum nostrarum albi, externe saepe rubelli.

Sect. I. Hippomarathrum. DC. prodr. 4. 144. Involucella ad apicem fere concreta.

1. S. Hippomarathrum (L. sp. 374.) caule superne ramoso, fol. tripinnatis, circumscriptione oblongo-ovatis, laciniis linearibus, umbellis 9-12 radiatis, radiis angulatis interne fructibusque junioribus puberulis, *involucellis connato-monophyllis pelviformibus dentatis.* ♃. In locis asperis, saxosis, rupium fissuris, (Krain, Oestreich, Böhmen; in Thüringen bei Halle; im Rheingebiete nämlich im Nahethale bei Creuznach u. am Kaiserstuhle im Oberbadischen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 409. Jacq. a. t. 143. S. articulatum Crantz. a. 205. Hippomarathrum pelviforme Fl. wett. 1. 413. Folia glauca. Varietatem laciniis foliorum, obscure virentium, elongatis et tenuissimis in monte Kaiserstuhl legit D. Lang. Past. ecles. Mühlheim. G.

Sect. II. Euseseli. DC. prodr. 4. 145. Involucella libera.

2. S. Gouani (Koch. diss. ined.) caule a basi ramoso divaricato, foliis radicalibus triternato-compositis decompositisque circumscriptione triangularibus, foliolis anguste subtrigono-linearibus, *petiolo tereti, umbellis 3-6 radiatis, radiis* subteretibus *glabris,* involucelli foliolis subulatis angustissime membranaceo-marginatis pedicellos sub anthesi aequantibus, fructibus junioribus rugulosopuberulis, adultis glabris, *valleculis tristriatis trivittatis.* ⊙. In locis rupestribus, (auf d. Monte Tersatto bei Fiume, Noé.) Jul. Aug. S. elatum Gouan. illustr. 16. t. 8., foliola nimis acuta. DC. prodr. 4. 146. In horto ramossimum et fere tripedale factum est. J.

3. S. glaucum (Jacq. austr. 2. p. 27. t. 44.) caule ramoso, foliis radicalibus ternato-tripinnatis circumscriptione triangularibus, foliolis lanceolato-linearibus linearibusque, *petiolo tereti vel a latere compresso, umbellis 10-15 radiatis, radiis* subteretibus *glabris,* involucelli foliolis subulatis angustissime membranaceo-marginatis, dimidium pedicellorum sub anthesi attingentibus, fructibus junioribus rugulosis breviter turbinato-ovatis, maturis glabris leviterve puberulis, *valleculis unistriatis univittatis.* ⊙. In collibus herbidis et montosis sylvaticis, (Oestreich, Mähren, Böhmen; in Kärnthen auf d. Loibel.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 407. S. osseum Crantz. austr. 207. S. montanum β. glaucum DC. prod. 4. 146. S. elatum L. sp. 375, ex mente Cl. Reichenbach.; sed in nostra specie caulis, etiam plantae in solo fertili cultae, nunquam ultra-tripedalis, neque unquam humanae altitudinis. Quid sit Seseli glaucum Linnaei „petiolis ramiferis membranaceis", ignoro. G.

4. S. VARIUM (Treviranus cat. sem. hort. vratisl. 1818.) caule ramoso, foliis radicalibus ternato-tripinnatis circumscriptione triangularibus, laciniis linearibus, *petiolo supra canaliculato, umbellis 15-25 radiatis, radiis* subteretibus *ovarioque oblongo glabris*, involucelli foliolis lanceolatis acuminatis membranaceo-marginatis dimidium pedicellorum sub anthesi attingentibus, fructibus maturis lineari-oblongis, *valleculis unistriatis univittatis.* ⊙. In locis siccis, lapidosis, (in Unteröstreich, Schiede!) D. fl. 2. p. 408. Radii umbellae duplo longiores, quam in S. glauco; calycis denticuli minimi. G.

5. S. MONTANUM (L. sp. 372.) caule simpliciter ramoso, foliis radicalibus et caulinis inferioribus tripinnatis circumscriptione oblongo-ovatis, laciniis linearibus, petiolo supra canaliculato, *umbellis 6-12 radiatis, radiis subaequalibus angulatis interne* fructibusque junioribus *puberulis*, involucelli foliolis lanceolatis *angustissime membranaceo-marginatis* pedicellos vel umbellulam aequantibus. ♃. In montosis calcareis, (Schweiz auf dem Wasserfall bei Basel, bei Mömpelgard, Gaud.; Oberelsass bei Wasselonne, Kirschleger; Istrien auf d. Monte Maggiore, Bernhard.) Jul. Aug. S. multicaule Jacq. h. vind. t. 129.

6. S. TORTUOSUM (L. sp. 373.) caule ramoso divaricato, foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-tripinnatis circumscriptione triangularibus, laciniis linearibus, petiolo supra canaliculato, *umbellis 6-10 radiatis, radiis argute angulatis interne puberulis*, involucro 1-3 phyllo, involucelli foliolis lanceolatis acuminatis *margine lato-membranaceis* sub anthesi umbellulam aequantibus, fructibus pubescenti-scabris. ♃. In apricis rupestribus, (im südlichen Istrien, Biasoletto; zwischen Triest u. Fiume, Noé.) Jul. Aug. J.

7. S. COLORATUM (Ehrh. herb. 113.) caule simpliciter ramoso, fol. radicalibus et caulinis inferioribus tripinnatis circumscriptione oblongo-ovatis, laciniis linearibus, petiolo supra canaliculato, *umbella primaria 20-30 radiata, radiis angulatis subaequalibus interne* fructibusque junioribus *puberulis*, involucro nullo, involucellis lanceolatis acuminatis margine lato membraeaceis umbellulam superantibus. ⊙ vel ♃. In collibus herbidis et montibus sylvaticis, (stellenweise d. d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 411. S. annuum L. sp. 373. Jacq. a. t. 35. S. tortuosum Poll. pal. 1. p. 300. S. biennе Crantz. a. 204.

25. LIBANÓTIS (Crantz. austr. 222.) Calycis dentes subulati, elongati, decidui; cetera ut Seselios, DC. — Genus habitu magis, quam characteribus ab hoc ultimo diversum.

1. L. MONTANA (Allion. ped. 2. p. 30. t. 62.) foliis bi-tripinnatis, foliolis pinnatifido-incisis, laciniis lanceolatis mucronatis, *paribus foliolorum infimis ad costam mediam decussatis*, involucro universali polyphyllo, caule angulato-sulcato, *fructibus hirtis.* ⊙. In collibus inter frutices, in montanis sylvaticis; in alpes adscendens, (stellenweise durch d. g. Gebiet.) Jul. Aug. Libanotis vulgaris DC. prodr. 4. p. 150. L. daucoides Scop. carn. 2. p. 193. L. athamantica Fl. wett. 1. 427. Athamanta Libanotis L. sp. 351. Jacq. a. t. 392. Seseli Libanotis Koch. umb. p. 111. D. fl. 2. p. 411. Occurrit rarius

paribus infimis foliolorum a costa media remotis: L. Riviniana Scop. l. c.; atque foliis valde dissectis: L. vulgaris γ. daucifolia DC. prodr. 4. p. 150. Crithmum pyrenaicum L. sp. 354. Athamanta pyrenaica Jacq. h. vind. 2. t. 197. Variat:

β. *minor*, pedalis, caule pubescente, foliis minus compositis: L. vulgaris β. pubescens DC. prodr. 4. p. 150. Seseli Libanotis β. pubescens D. fl. 2. p. 412. Athamanta pubescens Retz. obs. 3. p. 28?

2. L. ATHAMANTOIDES (DC. prodr. 2. p. 151.) foliis tripinnatis, foliis tripinnatis, foliolis pinnatifido-incisis laciniis lanceolatis mucronatis, *paribus infimis foliolorum ad costam mediam decussatis*, involucro universali polyphyllo, caule angulato-sulcato, *fructibus glabris*. ⊙. In montosis et subalpinis, (Krain, Hladnik!) Jul. Aug. Seseli libanotis β. D. fl. 2. p. 412., excl. synon. Roem. et Schult. Occurrit foliolis involucri incisis: Ammi daucifolium Scop. carn. 2. p. 207., secund. cl. Hladnik. et descriptionem Scopolianam. Ligusticum athamantoides Spreng. umb. 126. — Athamantam daucifoliam Host. (fl. austr. 1. 362.) varietatibus speciei antecedentis adnumerandam esse, existimo, quum auctor fructus hispidulos dicat. — Simillima speciei antecedenti et solummodo fructibus glabris diversa; varietas? G.

3. L. SIBIRICA, *foliis pinnatis*, *pinnis grosse inciso-dentatis* basi pinnatifidis dentatisque, dentibus ovatis acuminatis, involucro universali polyphyllo nullove, caule angulato-sulcato, fructibus hirtis. ⊙. In sylvaticis, (in Preussen, Meyer; bei Danzig, Hagen.) Jul. Aug. L. vulgaris ε. sibirica DC. prodr. 4. 150. Seseli Libanotis δ. D. fl. 2. p. 412. S. athamantoides C. A. Meyer in fl. altaic. 1. p. 342. Athamanta sibirica L. mant. p. 56. Gmel. sib. 1. t. 40. f. 2. B.

L. gracilis Reichenb. fl. exc. p. 468., mihi ignota est.

26. CNIDIUM (Cusson. mem. soc. med. par. 1782. p. 280.) Calycis margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus sectione transversali subteres. Mericarpia jugis 5, aequalibus, alatis, ala submembranacea; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum liberum. Albumen antice planum. — Proxime ad genus Seselios accedit, in hoc vero juga aut non alata, aut in alam crassam corticosam elevata sunt. — Flores albi.

1. C. MONNIERI (Cuss. l. c.) caule ramoso angulato, foliis bipinnatis, foliolis pinnatipartitis, laciniis lineari-lanceolatis linearibusve apiculatis, vaginis laxis, *foliolis involucelli setaceis setuloso-scabris* umbellulam aequantibus superantibusque. ⊙. In dumetis et inter frutices, (bei Görz, Wulfen; im wärmern Krain, Host.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 404. C. confertum Moench. meth. 98. Selinum Monnieri L. sp. 351. Jacq. h. vind. 1. t. 62. S. peregrinum Willd. en. h. berol. 306. Ligusticum minus Lam. fl. fr. 3. 454. G.

2. C. APIOIDES (Spreng. umb. prodr. p. 40.) caule ramoso striato, foliis tripinnatis, foliolis pinnatipartitis, laciniis linearilanceolatis mucronatis, *vaginis laxis*, *foliolis involucelli setaceis glabris* pedicellos aequantibus. ♃. In montanis rupestribus, (im wärmern Krain u. im Littorale.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 405. Ligusti-

cum apioides Lam. dict. 3. 577. L. cicutaefolium Vill. delph. 2. p. 512. t. 15. Laserpitium silaifolium Jacq. austr. app. t. 44. G.

3. C. VENOSUM (Koch. umb. 199.) caule striato simplici vel superne simpliciter ramoso, foliis bipinnatis, laciniis linearibus vel lanceolato-linearibus apiculatis indivisis bi-trifidisque, *vaginis elongatis, superioribus arctis*, involucelli foliolis subulatis glabris umbellulam aequantibus. ⊙. In pratis et sylvis humidis, (in Holstein u. v. da durch Mecklenburg, Hanover, Pommern nach Preussen, die Neumark u. Schlesien; bei Halle; auf d. Rheinfläche zwischen Speyer u. Mutterstadt.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 405. C. palustre Reichenb. fl. exc. 469. Seseli saxifragum Scholl. barb. 307. S. annuum Ehrh. herbar. S. tortuosum Willd. prdr. n. 342. S. dubium Schk. 1. 217. S. venosum Hoffm. 1. 144. Selinum lineare Schum. saell. 1. p. 95. S. Chabraei Kunth. fl. berol. p. 78. S. pratense Spreng. hal. ed. 1. p. 92. t. 2. — Cl. Nolt. suspicatur, hanc plantam verum esse Selinum sylvestre Linn., quod vero non nisi comparatione herbarii Linnaeani extricari possit. Cl. Reichenbach. huc ducit S. palustre Linn., sed hoc secundum Linnaei fl. suecicam, ed. 2. p. 86., in paludibus sylvaticis Sueciae vulgare est, Cnid. venosum contra in Suecia rarissimum occurrit, et nuper tantum observatum est. G.

27. TROCHISCANTHES (Koch. umb. p. 103. f. 95.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. longe unguiculata, spathulato-obovata, cum lacinula triangulari inflexa. Fructus paululum a latere compressus. Mericarpia jugis 5, argutis, subalatis aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 3-4 vittatae. Carpoph. bipartitum. Albumen subsemiteres. Flores albi.

1. T. NODIFLORUS (Koch. umb. 104.) ♃. In locis sylvaticis asperis, (im untern Wallis, über Port-Valais u. Epenassuy zwischen St. Morizen u. Martinach.) Jun.-Aug. Gaud. helv. 2. p. 401. Ligusticum nodiflorum Vill. delph. 2. 608. Smyrnium nodiflorum All. ped. 2. p. 21. t. 72. Angelica paniculata Lam. dict. 1. 172. — Laserpitium verticillatum WK. pl. rar. hung. t. 171, longe aliam plantam refert. H.

28. ATHAMANTA (Koch. umb. p. 106. Anthamantae et Bubonis spec. L.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, brevissime unguiculata. Fructus ovatus vel oblongus, sectione transversali subteres, vel a latere paululum compressus, stylis erectis vel divaricatis coronatus. Mericarpia jugis 5 filiformibus, apteris, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 2-3 vittatae. Carpophorum bipartitum. Album. subsemiteres. (In A. cretensi styli non raro horizontaliter divaricati.)

1. A. CRETENSIS (L. sp. 352.) caule subramoso tereti striato, fol. tripinnatis, laciniis linearibus acuminatis bi-trifidis, *umbella 6-9 radiata*, involucelli foliolis oblongo-lanceolatis cuspidatis membranaceis stria dorsali herbacea, *fructibus* oblongo-lanceolatis in collum attenuatis *hirtis, pilis patentissimis*. ♃. In locis petrosis et glareosis in regione subalpina superiore et alpina inferiore, (durch d. ganze Alpenkette.) D. fl. 2. p. 401. Jacq. a. t. 62. Libanotis cretensis Scop. carn. 1. p. 192. Folia et petala subtus hirsuta. Variat in rupibus regionum humiliorum:

β. mutellinoides, foliis fere glabris: A. cretensis β. mutellinoides DC. prodr. 4. 155. A. cretensis γ. glabra Gaud. helv. 2. p. 305. A Matthioli Sut. helv. 1. 161. DC. fl. fr. 4. 318., non Wulf. A. mutellinoides Lam. dict. 1. p. 325. A. rupestris Vill. delph. 2. 648., non Scop.

2. A. Matthioli (Wulf. in Jacq. collect. 1. p. 211.) caule ramoso tereti striato, fol. pinnato-supradecompositis, laciniis filiformibus divaricatis, *umbella 15-25 radiata*, involucelli foliolis oblongo-lanceolatis cuspidatis membranaceis, stria dorsali herbacea, *fructibus* oblongo-lanceolatis in collum attenuatis *velutinis*, *pilis brevibus erecto-patulis*. ⊙. In locis petrosis, rupium fissuris, (Steyermark, Krain, Littorale.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 402. Jacq. ic. rar. t. 57. Libanotis rupestris Scop. carn. 1. p. 192. Athamanta rupestris Reichenb. fl. exc. p. 470? Planta tergestina, (A. rupestris Reichenb.) et planta Goriciana, ad ripam Isontii lecta, (A. Mathioli Reichenb.,) quas liberalitati D. Tommasinii debeo, saltem non differunt. Folia glabra; petala subtus in medio parce pilosa. Inv. univ. valde variabile; involucelli nunc longitudine pedicellorum, nunc breviora. G.

29. LIGÚSTICUM (L. gen. 346, exclus. spec.) Cal. margo 5 dentatus, vel obsoletus. Pet. obovata emarginata cum lacinula inflexa, brevissime unguiculata. Fructus sectione transversali subteres, vel a latere paulo compressus.. Mericarpia jugis 5, argutis, subalatis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae multivittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen semiteres.

1. L. ferulaceum (All. ped. 2. p. 13. t. 60. f. 1.) caule ramoso striato, foliis supradecompositis, laciniis linearibus acuminato-mucronatis, *involucri foliolis apice pinnatifidis*. ⊙. In apricis alpium demissarum, (auf d. Thoiry im Jura.) Jun. Jul. Gaud. helv. 2. p. 395. — Laserpitium dauricum Jacq. hort. vind. 3. t. 38, certo huc non allegandum, involucrum enim in planta depicta foliolis lanciolatis acuminatis, nec apice pinnatifidis, compositum est. Flores albi. H.

2. L. Seguieri (Koch. umb. 105.) caule tereti striato ramoso, fol. supradecompositis, laciniis linearibus acuminato-mucronatis margine glabris, *involucro nullo vel 1-3 phyllo, foliolis indivisis*. ♃. In montanis et subalpinis, (in Krain, im südl. Tyrol; auf d. Monte Generoso im Cant. Tessin.) Jul. Aug. Selinum Seguieri L. fil. suppl. 179. Jacq. hort. vind. 1. t. 61. Imperatoria Seguieri Spreng. umb. spec. 65. — Speciem hanc, in Deutschl. fl. 2. p. 399. cum Ligustico pyrenaeo Gouani conjunctam, vivam nondum examinare potui. L. pyrenaeum differt: foliolis dimidio et brevioribus apicem versus paulo latioribus et margine scabris; an nihilominus varietas? — Flores albi.

30. SILAUS (Besser. ap. Roem. et Schult. 6. p. 36.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovato-oblonga, in lacinulam inflexam coarctata, integra vel subemarginata, basi appendiculata vel truncato-sessilia. Cetera ut Ligustici.

1. S. pratensis (Bess. l. c.) caule angulato, foliis radicalibus tri- et quadripinnatis, segmentis lateralibus integris aut bipartitis,

terminalibus tripartitis, laciniis linearibus mucronatis, involucro 1-2 phyllo. ♃. In pratis fertilibus. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 400. Peucedanum Silaus L. sp. 354. Jacq. a. t. 15. P. pratense Lam. fl. fr. 3. 469. Cnidium Silaus Spreng. umb. prod. 40. Seseli selinoides Jacq. en. vind. 227. Sium Silaus Roth. tent. 1. p. 129. Flores pallido-lutei.

31. MEUM (Tournef. inst. 312. t. 165.) Cal. margo obsoletus. Pet. integra, elliptica, basi apiceque acuta; reliqua ut Ligustici. Flores albidi vel purpurascentes.

1. M. ATHAMANTICUM (Jacq. austr. 4. p. 2. t. 303.) foliis bipinnatis, *pinnulis pinnatipartito-multifidis*, *laciniis* subverticillatis *capillaribus acutis*. ♃. In pascuis subalpinis et alpinis; etiam in montibus altioribus, (Vogesen, Schwarzwald, Schweiz u. d. ganze Alpenkette; Böhmen, Schlesien, Sachsen, Eifel.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 397. Athamanta Meum L. sp. 353. Aethusa Meum Murr. syst. veg. 287. Ligusticum Meum Crantz. umb. 85. L. capillaceum Lam. fl. fr. 3. 454. Seseli Meum Scop. carn. 1. p. 212.

2. M. MUTELLÍNA (Gärtn. fruct. 1. 106. t. 23.) foliis bipinnatis, *pinnulis pinnatipartitis*, *laciniis lineari-lanceolatis* linearibusque acuminatis mucronatis indivisis bi-trifidisque. ♃. In pascuis alpinis et subalpinis, (durch d. ganze Alpenkette; im Thale St. Amorin in d. Vogesen; auf d. Belchen d. Schwarzwaldes; auf d. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 398. Phellandrium Mutellina L. sp. 366. Ligusticum Mutellina Crantz. umb. 82.

32. GAYA (Gaud. fl. helv. 2. p. 389.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, subemarginata cum lacinula inflexa. Vittae nullae. Cetera ut Ligustici. Mericarpia pallida, apice saepe colore fusco tincta, et quandoque etiam in valleculis, ita ut per valleculas vittae perductae videantur; veras autem vittas detegere non potui.

1. G. SIMPLEX (Gaud. helv. 2. p. 389.) involucri foliolis 7-10 subtrifidis. ♃. In pascuis alpium editiorum, (Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen.) Jul. Aug. DC. prodr. 4. 163. Laserpitium simplex All. ped. 2. p. 15. Pachypleurum simplex Reichenb. fl. exc. p. 471. Genus Pachypleuri Ledeb., in flora altaica 1. p. 296 descriptum, notis essentialibus a Gaya differt, et alius tribus est.

33. CRITHMUM (L. gen. n. 340.) Cal. margo obsoletus. Pet. subrotunda, integra, involuta, lacinula obovata. Fructus sectione transversali subteres. Mericarpia jugis 5, elevatis, argutis, subalatis; lateralibus paulo latioribus, marginantibus. Albumen semiteres, liberum, vittis copiosis undique tectum.

1. C. MARITIMUM (L. sp. 354.) In petrosis maritimis ad mare adriaticum, (bei Triest, Biasol.!) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 395. Jacq. h. vind. t. 187. Cachrys maritima Spreng. umb. prod. p. 20. G.

34. CONIOSELÍNUM (Fischer. in Hoffm. umb. ed. 2. p. 185.) Cal. margo obsoletus. Petala obcordata cum lacinula inflexa. Fructus a dorso compressiusculus. Mericarpia jugis 5, alatis, alis totis membranaceis, jugorum lateralium marginantium duplo latioribus. Valleculae multivittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen antice

planum. — A Ligustico differt mericarpiorum alis totis a basi nempe tenuibus et membranaceis, lateralibusque, quam dorsalia, duplo latioribus; a Cnidio iisdem notis et valleculis multivittatis; a Selino et Angelica hac ultima nota et mericarpiis tota superficie anteriore sese tegentibus, nec carina (commissura) angustiore connexis; ab Angelica insuper petalis obcordatis.

1. C. Fischeri (Wimmer. et Grabowski fl. siles. 1. p. 266.) In montanis herbidis et nemorosis subhumidis, (auf d. Sudeten, auf d. Leiterberge u. Keilberge im Gesenke u. auf d. Glatzer Schneeberge.) Jul. Aug. ♃. C. tataricum Fisch. cat. h. gorenk. Selinum Gmelini Bray in Denkschr. d. bot. Ges. in Regensb. 2. p. 36. Angelica chaerophyllea Lottermoser in Eysenhardtii diss. inaug. de accur. pl. compar. p. 12. Spreng. syst. veg. 1. p. 916. Ligusticum vaginatum Spr. pug. 2. p. 57, non Linn. L. Gmelini Cham. et Schlecht. in Linnaea 1. p. 391. Gmel. sib. 1. t. 44. G.

Trib. V. *ANGELICEAE.* Koch. umb. p. 98. *Fructus a dorso compressus, margine dilatato, alato,* ob alas mericarpiorum hiantes, (ob raphen centralem vel subcentralem,) *duplicato*, cinctus et hinc margine bialatus. *Mericarpia jugis 5*, alatis, vel dorsalibus 3 filiformibus; lateralibus semper in alam, dorsalibus subduplo latiorem, expansis. - Albumen antice planiusculum. Umbella perfecta.

35. LEVISTICUM (Koch. umb. p. 101. f. 41.) Cal. margo obsoletus. Pet. incurvata, subrotunda, integra cum lacinula brevi. Fructus a dorso compressus, mericarpiis versus marginem hiantibus utrinque bialatus. Mericarpia jugis 5, alatis; ala jugorum lateralium duplo latiore. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen antice planiusculum.

1. L. officinale (Koch. l. c.) ♃. Frequenter in hortis rusticorum colitur et contra morbos pecorum adhibetur; spontaneum sec. Lejeunium in collibus provinc. Leodinensis, (bei Limburg, Verviers etc. etc.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 393. L. vulgare Reichenb. fl. exc. p. 463. (1832.) Ligusticum Levisticum L. sp. 359. Hayn. arzng. 7. t. 6. Angelica Levisticum All. ped. 2. p. 10. A. paludapifolia Lam. dict. 1. p. 173. Colit.

36. SELÍNUM (Linn. gen. n. 337., excl. spec.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata. Fructus a dorso compressus, mericarpiis carina angusta connexis, (raphe centrali,) bialatus. Mericarpia jugis 5, membranaceo-alatis, ala jugorum lateralium duplo latiore. Valleculae 1 vittatae, exteriores saepe 2 vittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen antice planiusculum.

1. S. Carvifolia (L. sp. 350.) caule sulcato-angulato, radiis umbellae glabris. ♃. In sylvis, praecipue humidiusculis, pratis sylvaticis, dumetis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 392. Jacq. a. t. 16. S. membranaceum Vill. cat. h. argent. t. 6. S. angulatum Lam. fl. fr. 3. 419. S. Pseudo-carvifolia All. ped. 2. p. 9. Angelica Carvifolia Spreng. umb. prod. p. 16. Laserpitium selinoides Scop. carn. 1. p. 198. Mylinum Carvifolia Gaud. helv. 2. p. 344.

37. OSTÉRICUM (Hoffm. umb. gen. 1. 164.) Cal. 5 dentatus, dentibus ovatis. Pet. unguiculata, subrotundo-obcordata cum laciniula inflexa. Fructus a dorso compressus, mericarpiis margine hiantibus, utrinque bialatus. Mericarpia jugis 3 dorsalibus filiformibus elevatis, lateralibus 2 in alam multo latiorem dilatatis, omnibus intus fistulosis. Valleculae 1 vittatae, vittis sub pericarpio abscondiditis. Carpophorum bipartitum. Albumen antice planum dorso convexiusculum. — Pericarpium, e cellulis maioribus confectum, fere ut in Pleurospermo, cum semine non nisi in vittis cohaeret.

1. O. PALUSTRE (Bess. en. pl. volh. p. 94. ♃. In pratis subhumidis, (bei Erfurt, Bernhardi; bei Halle in Thüringen, Dr. Weber.) Jul.-Aug. D. fl. 2. p. 394. Reichenb. ic. 5. f. 588. O. pratense Hoffm. umb. gen. 1. 164. DC. prod. 4. 167. Imperatoria palustris Bess. fl. galic. 1. 264. Selinum odoratum Bernh. ap. Spreng. umb. sp. p. 60. Angelica pratensis MB. in cat. h. gor. 1812. G.

38. ANGÉLICA (Linn. gen. n. 347. excl. spec., Hoffm. umb. 1. 158.) Cal. margo obsoletus. Pet. lanceolata, integra, acuminata, acumine recto vel incurvato. Fructus a dorso compressus, mericarpiis carina angusta connexis, utrinque bialatus. Mericarpia jugis 3 dorsalibus filiformibus elevatis, 2 lateralibus in alam membranaceam latiorem dilatatis. Valleculae 1 vittatae. Carpophorum bipartitum. Albumen subsemiteres.

1. A. SYLVESTRIS (L. s. 361.) fol. tripinnatis, *foliolis* ovatis lanceolatisve *argute serratis non decurrentibus*, terminali integro trifidoque, lateralibus subsessilibus basi inaequalibus quandoque bifidis. ♃. In pratis, in locis humidis sylvarum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 392. Schk. t. 68. Imperatoria sylvestris DC. fl. fr. 4. 286. Selinum sylvestre Crantz. a. 177. S. pubescens Moench. meth. 80.

2. A. MONTANA (Schleich. cal. 1815.) fol. tripinnatis, *foliolis* oblongis lanceolatisve *argute serratis, summis basi decurrentibus*, terminali integro trifidoque, lateralibus subsessilibus basi inaequalibus quandoque bifidis. ♃. In pratis et locis humidis regionum subalpinarum. Jul. Aug. A. montana Gaud. helv. 2. 341. DeC. prodr. 4. 167. A. sylvestris β. elatior Wahlenb. carp. p. 84. D. fl. 2. p. 392. A. Razoulii All., non Gouan. Imperatoria montana DC. fl. fr. 5. p. 504. Auctoritate Cl. Gaud. et Decand. hanc denuo tanquam propriam speciem propono, licet formis intermediis in antecedentem transire videatur; res ulterius examinetur.

3. A. PYRENAEA (Spreng. umb. sp. 62.) fol. radicalibus bipinnatis, pinnulis pinnatipartitis, *laciniis lineari-lanceolatis linearibusve integris bi-trifidisque*, umbellae radiis 3-7 valde inaequalibus, caule subaphyllo simplici sulcato. ♃. In pascuis subalpinis, (in d. centralen Kette d. Vogesen v. 2500-4000 Fuſs in Menge.) Jul. Aug. Kirschleger. statist. générale du Dep. du Haut-Rhin p. 102. Seseli pyrenaeum L. sp. 374. Selinum pyrenaeum Gouan. ill. p. 11. t. 5. ic. rudis. S. Lachenalii Gmel. bad. 1. p. 640. t. 3. G.

39. ARCHANGELICA (Hoffm. umb. 1. p. 168.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. elliptica, integra, acuminata, acumine incurvato. Fructus a dorso subcompressus, mericarpiis margine hiantibus, (ra-

phe subcentrali) utrinque bialatus. Mericarpia jugis crassiusculis carinatis, tribus dorsalibus elevatis, 2 lateralibus in alam duplo latiorem dilatatis. Alb. pericarpio non adhaerens, nucleum liberum, vittis copiosis undique tectum constituens. Carpophorum bipartitum.

1. A. OFFICINALIS (Hoffm. l. c.) caule glabro tereti striato, fol. bipinnatis, foliolis ovatis subcordatisve inaequaliter serratis, terminali tri-lateralibus subbilobis, petiolis superioribus saccato-inflatis, involucellis glaberrimis. ⊙. In dumetis et locis paludosis planitiei germ. borealis et in herbidis subalpinis australioribus, (längs der Meeresküste von Holstein bis Preussen hin u. wieder; auf d. Sudeten, W. et Gr.!; im Böhmerwalde, Schrank; Steyermark u. Kärnthen, Schultes; um Görz, Scopoli; im Veltlin, Gaud.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 389. Angelica Archangelica L. sp. 360. Hayn. arzngew. 7. t. 8. A. sativa Mill. dict. n. 1. — Petala virentia. Involucella saepe umbellula dimidio breviora inveni, qua nota praeter flores albidos, caulem duriorem altiorem, superne cum umbella pubescentem, et involucella aspera A. littoralem distinxerunt Cl. Fries., Wahlenb. et Agardh. Hanc nondum vidi, neque mihi notum est, num planta in G. boreali crescens eadem sit, atque illa.

Tribus VI. *PEUCEDANEAE.* DC. prodr. 4. 170. Selineae Koch. umb. p. 88. *Fructus a dorso plano-vel lenticulari-compressus, margine dilatato alato complanato, vel convexo et incrassato cinctus.* Mericarpia *jugis* primariis 5, filiformibus, quandoque tenuissimis; lateralibus margini dilatato contiguis vel in eundem abeuntibus; *secundariis nullis.* Raphe marginalis, hinc *fructus utrinque unialatus. Albumen complanatum*, vel dorso convexiusculum. Umbella perfecta.

40. FERULÁGO (Koch. umb. p. 97.) Cal. margo quinquedentatus. Pet. subrotunda, integra, lacinula brevi inflexa. Fructus a dorso plano-compressus, margine dilatato complanato cinctus. Mericarpia jugis tribus dorsalibus obtusis, lateralibus duobus obsoletis, in marginem dilatatum abeuntibus. Albumen complanatum, undique vittis copiosissimis (30-60) coopertum; dorsalibus pericarpio tectis, commissuralibus superficialibus. — Bonum genus, ex maesententia, notis essentialibus, etiam habitu, a Ferula recedens.

1. F. GALBANIFERA (Koch. diss. ined.) caule striato subangulato, foliis supradecempositis circumscriptione ovatis, laciniis linearibus cuspidatis ad costas primarias decussatis, involucri et involucellorum foliolis lineari-oblongis acuminatis, stylis fructus arcuato-reflexis stylopodii marginem paulo superantibus. ♃. In pratis sterilibus et locis saxosis asperis, (im wärmern Krain u. im Littorale bei Triest, Fiume.) Jun. Jul. Ferulago nodiflora Koch. umb. p. 97. Ferula Ferulago L. sp. 356. DC. prodr. 4. 171. F. nodiflora Jacq. austr. app. t. 5.; exactissime mea hic proposita species. Host. fl. a. 1. 369. Ferula galbanifera Lobel. observ. p. 451, cum ic. Fructus magni, speciosi, 7-9 lineas longi. — Ferulaginem meam nodifloram Cl. DeCand. in prodr. 4. p. 172, ad Ferulam sulcatam Desf. ducit, quam quidem nondum vidi, quae vero, ut e pulchra icone in fl. atlant. t. 67. elucet, aliam speciem exhibet. — Ferula campestris Bess. en. pl. volh. p. 44, ab ipso auctore accepta, F. sulcata β. DC.

l. c., differt foliorum segmentis dimidio brevioribus canaliculatis, involucris involucellisque obtusis, fructibus dimidio minoribus et stylis fructus stylopodio arcte adpressis eiusque marginem non attingentibus. G.

41. PEUCÉDANUM (Linn. Koch. umb. p. 92.) Cal. margo 5 dentatus, quandoque obsoletus. Petala obovata, in lacinulam inflexam coarctata, emarginata vel subintegra. Fructus a dorso plano-vel lenticulari-compresso, margine dilatato complanato cinctus. Carpella jugis subaequidistantibus; tribus intermediis filiformibus; duobus lateralibus obsoletioribus margini dilatato contiguis, vel in eundem abeuntibus. Semen antice planum. Valleculae 1-3 vittatae; vittae commissurales superficiales. Carpophorum bipartitum.

Genus Thysselini a Peucedano nunc separavi, quum vittis commissuralibus obtectis distingui possit; verum inter Peucedanum, Cervaria, Oreoselinum et Selinum Gaud. (Pteroselinum Reichenb.) nec certos limites, nec characteres vere distinctivos hucusque detegere potui.

Sect. I. Peucedana legitima Koch. l. c. Margo mericarpiorum minus dilatatus. Involucrum universale nullum vel oligophyllum.

1. P. officinale (L. sp. 353.) caule tereti striato, *foliis quinquies ternato-compositis, foliolis linèaribus* basi apiceque attenuatis indivisis terminalibus ternatis, involucro universali subtriphyllo deciduo, *pedicellis fructu duplo triplove longioribus*, radiis umbellae glabris. ♃. In pratis fertilibus, (im Rheinthale bei Strasburg, von Carlsruh bis Mannheim, von Dürkheim bis Mainz; im Mainthale bei Frankfurt, Würzburg u. Werthheim; zerstreut bei Barbi, in Holstein, bei Danzig, Ingolstadt.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 378. Schk. t. 63. Selin. Peucedanum Wigg. hols. p. 25. *Flores lutei.* G.

2. P. parisiense (DC. fl. fr. 4. 336.) caule tereti striato, *foliis ter quaterve ternato-compositis, foliolis lineari-lanceolatis* basi apiceque attenuatis indivisis, terminalibus ternatis, involucro universali oligophyllo deciduo, *pedicellis fructum aequantibus*, radiis umbellae latere interiori subtiliter puberulo-scabris. ♃. In pratis, (um Triest, Biasol.! auf d. Monte Magg., Noé.) Jul. Aug. P. officinale Thuill.! fl. par. 140., non L. P. gallicum Pers. syn. 1. 310. Spreng. ap. R. et S. 6. 566., excl. var. β. *Flores albi*, pedicelli cum fructibus junioribus virides. Simillimo P. ruthenico flores lutei pedicelli quoque et fructus juniores luteoli; radii umbellae glabri et pedicelli tenuiores. G.

3. P. Chabraei (Reichenb. ap. Moesl. handb. ed. 2. p. 448. 1827.) caule sulcato erecto, *foliis* utrinque nitidis *pinnatis*, *pinnis* foliorum omnium sessilibus *multifidis*, vel foliorum supremorum indivisis, laciniis linearibus acutis, baseos decussatis, radiis umbellae latere interiore hirtis, involucellis submonophyllis, *vallculis trivittatis*. ♃. In pratis fertilibus, (im Rheinthale bei Basel, Strasburg, Bonn, Crefeld, im Moselthale bei Trier, im Donauthale bei Regensburg u. Wien.) Jul. Aug. Flores ochroleuci vel virescentes. Peucedanum Chabraei Gaud. helv. 2. p. 330. 1828. P. carvifolium Vill. delph. 2. 630. D. fl. 2. 379. Selinum Chabraei Jacq. a. t. 72. S. podolicum Bess. galic. 2. 392. S. Carvifolia Crantz. a. fasc. 2. t. 3. f. 2. Pteroselinum Chabraei Reichenb. fl. exc. p. 453. Impera-

toria Chabraii Spreng. umb. sp. 64. I. pimpinelloides Bönningh. pr. 91. Palimbia Chabraei DC. pr. p. 176. Palimbiae genus cum Peucedano conjungendum est, vittarum numerus enim variabilis in hoc genere deprehenditur. Nullum in rerum natura est signum diagnosticum, quod ubique constans sit et immutabile.

4. P. Schottii (Bess. in litt.) *caule tereti striato* oblique adscendente, *foliis* glaucescentibus opacis *pinnatis, pinnis* foliorum omnium sessilibus *multifidis*, laciniis linearibus acuminatis basecs decussatis, radiis umbellae glabris, involucellis subnullis, *valleculis univittatis.* ♃. Im wärmern Krain, (im Isonzothale, Hladnik.) P. Schottii DC. prodr. 4. 178. Pteroselinum glaucum Reichenb. fl. exc. p. 458. Pastinaca glauca Scop. 1. p. 203., secundum Cl. Hladnik. Mihi vero Scopolii planta potius ad P. parisiense pertinere videtur „folia ter divisa in ramos; denique sustinentes foliola lineam lata et unciam fere longa, terminalibus trifidis" Scop. l. c. Flores albi.

5. P. petraeum (Noé in litt.) caule tereti striato erecto, *foliis pinnatis, pinnis* sessilibus, *foliorum caulinorum indivisis lanceolato-linearibus attenuatis acutissimis, radicalium trifidis multifidisque*, laciniis linearibus acutis, radiis umbellae glabris, involucellis pentaphyllis umbellulas aequantibus, valleculis univittatis, *vittis commissuralibus nullis.* ♃. In rupibus et locis asperis saxosis, (zwischen Triest u. Fiume an Felsen der neuen Strasse, Noé!) Jul. Aug. Flores albi. — Icon Oenanthes Karsthiae Hacquet. plant. alp. carniol. t. 3, exclusis dentibus calycinis et foliolis involucri universalis, exactissime nostram plantam refert; forte Cl. auctor specimina Oe. Lachenalii cum hac planta commiscuit.

Sect. II. Cervaria. DC. prodr. 4. 179. Margo fructus minus dilatatus. Involucrum universale polyphyllum.

6. P. Cervaria (Lap. abr. p. 149.) caule tereti striato, foliis triplicato-pinnatis, *foliolis glaucis ovatis subspinuloso-serratis*, inferioribus basi extrorsum lobatis, superioribus confluentibus, involucro universali polyphyllo reflexo, vittis commissuralibus parallelis. ♃. In collibus incultis, pratis siccis, sylvis montanis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 382. Athamanta Cervaria L. sp. 352. Jacq. austr. t. 69. Ligusticum Cervaria Spreng. umb. prodr. p. 40. Selinum Cervaria Crantz. a. 167. Cervaria Rivini Gärtn. fruct. p. 90. t. 21. f. 10. C. glauca Gaud. helv. 2. p. 326. C. rigida Moench. meth. 95.

7. P. Oreoselinum (Moench. meth. 82.) caule tereti striato, foliis triplicato-pinnatis, ramificationibus petioli refracto-divaricatis, foliolis nitidis ovatis inciso-vel subpinnatifido-dentatis, dentibus breviter acuminato-mucronatis involucro universali polyphyllo reflexo, *vittis commissuralibus arcuatis margini contiguis.* ♃. In pratis siccis, sylvis montosis, (stellenweise im ganzen Gebiete.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 383. Athamanta Oreoselinum L. sp. 352. Jacq. a. t. 68. Oreoselinum legitimum M. Bieb. fl. t. c. 3. 210.

8. P. alsaticum (L. sp 354.) caule angulato-sulcato subpaniculato, ramis virgatis, *foliis tripinnatis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis* lineari-lanceolatis mucronatis *margine scabris, involucro*

volucro universali 5-8 phyllo patente, radiis umbellae glabris, *stylis fructus reflexis stylopodio paulo longioribus.* ♃. In collibus et montosis lapidosis siccis, ad viarum margines, (in d. westlichen Schweiz; auf den Kalkhügeln d. Rheinfläche, v. Oberelsass und v. Oberbaden bis Bingen; im Mainthale bei Würzburg, in Oestreich, Böhmen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 381, var. *α.* Jacq. a. t. 70. Cnidium alsaticum Spreng. umb. prodr. 40. Cervaria alsatica Gaud. helv. 2. 327. Pteroselinum alsaticum Reichenb. fl. exc. p. 4. Flores luteoli.

9. P. VENETUM (Koch. diss. ined.) caule angulato-sulcato subpaniculato, ramis virgatis, *foliis tripinnatis*, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis mucronatis margine scabris, involucro universali 5-8 phyllo patente, *radiis umbellae latere interiore puberulo-scabris*, *stylis fructus* reflexis *tertiam fructus partem superantibus.* ♃. In montosis siccis asperis, (von d. südl. Schweiz auf der südlichen Seite bis nach Triest u. Fiume.) Jul. Aug. Selinum venetum Spreng. umb. sp. p. 73. P. alsaticum *β.* D. fl. 2. p. 382. Flores albi, malores, quam in antecedente.

Sect. III. SELINOIDES. DC. prodr. 4. p. 180. Margo mericarpiorum latus, subdiaphanus. Involucrum universale polyphyllum.

10. P. AUSTRIACUM (Koch. umb. 94.) caule sulcato subramoso, *foliis ternato-tripinnatis*, foliolis ovatis pinnatifidis, *laciniis lanceolato-linearibus* acuminatis margine glabris, involucro universali polyphyllo denique deflexo; radiis umbellae interne puberulo-scabris, *petalis lato-obcordatis unguiculatis.* ♃. In locis saxosis, asperis, inter frutices, (in d. südl. Schweiz, Krain, Kärnthen, Böhmen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 384. Selinum austriacum Jacq. a. t. 71. S. argenteum Crantz. austr. 174. S. nigrum Lam. fl. fr. 3. 420. Pteroselinum austriacum Reichenb. fl. exc. p. 454. Variat fructibus subrotundo- et oblongo-ovalibus et foliorum laciniis angustioribus; huc pertinent: Selinum nigricans Gaud. helv. 2. p. 333. S. montanum Schleich. S. polymorphum Spreng. pug. 2. p. 50. Peucedanum montanum Koch. umb. 94. — Flores albi.

11. P. RABLENSE (Koch. umb. p. 94.) caule sulcato subramoso, *foliis ternato-tripinnatis multifidis*, *laciniis anguste linearibus* acuminatis margine glabris, involucro universali polyphyllo denique deflexo, radiis umbellae latere interiore puberulo-scabris, *petalis lato-obcordatis unguiculatis.* ♃. In locis asperis region. subalpinarum, (in Kärnthen im Raibelthale; in Krain in d. Wochein; in d. südl. Schweiz auf d. Monte Generoso.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 385. Ferula rablensis Wulf. in Jacq. collect. 4. 312. Selinum lineare R. et S. 6. 560, non Schum. S. elegans Balb. cat. h. taur. t. 4. S. rablense Spreng. pug. 2. 51. Oreoselin. rabl. Hoffm. umb. 155. Pteroselin. rab. Reichenb. fl. exc. p. 454. — Videtur esse varietas angustifolia P. austriaci, quod observationibus repetitis explorent botanici alpes investigantes.

Sect. IV. ANGELICOIDES. DC. prodr. 4. p. 181. Margo mericarpiorum latus, subdiaphanus. Involucrum universale nullum.

12. P. VERTICILLARE (Koch. umb. p. 95., in add. D. fl. 2. p. 386.) caule tereti subtiliter striato pruinoso, foliis tripinnatis, *foliolis*

ovatis acute serratis, lateralibus saepe bilobis, terminalibus trifidis, *vaginis amplis inflatis*, *involucro nullo*. ♃. In subalpinis, (Krain am Wasserfall der Save bei Laibach, um Görz, Duino u. Monfalcone; in Graubünden.) Jul. Aug. Angelica verticillaris L. mant. 217. Jacq. h. vind. 2. t. 130. Imperatoria verticillaris DC. fl. fr. 4. 287. Ostericum verticillare Reichenb. fl. exc. p. 455. Flores e viridi-flavescentes.

42. THYSSELINUM (Hoffm. umb. gen. 1. 134.) Vittae commissurales pericarpio tectae, cetera ut Peucedani.

1. T. PALUSTRE (Hoffm. l. c.) caule sulcato, involucro universali polyphyllo deflexo, foliis tripinnatis foliolis profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis margine scabriusculis, involucelli foliolis liberis. ⊙. In pratis paludosis, pratorum dumetis, ad fossas et piscinas. Jul. Aug. Selinum palustre L. fl. suec. ed. 2. p. 86. Wahlenb. fl. suec. p. 169. S. sylvestre Jacq. a. t. 152, non Linn. S. Thysselinum Crantz. a. 170. Thysselinum Plinii Spreng. umb. 69. Th. silvestre, palustre et angustifolium Reichenb. fl. exc. p. 458. Peucedanum sylvestre DC. prodr. 4. 179. P. palustre Moench. meth. 82. D. fl. 2. p. 380. — Flores albi. Variat foliorum laciniis latioribus, angustioribus et angustissimis, approximatis et remotioribus, atque magis minusve divaricatis. Selinum intermedium et Schievereckii Bess. fl. galic. 1. p. 205, sunt formae huius speciei, secundum specimina ab ipso Cl. auctore mecum communicata. — Selinum sylvestre Linnaei secundum Cl. Nolt. et Fries. cum Cnidio venoso idem est.

43. IMPERATORIA (L. gen. n. 359.) Cal. margo obsoletus; cetera ut Peucedani.

1. I. OSTRUTHIUM (L. sp. 371.) foliis biternatis, *foliolis lato-ovatis* duplicato-serratis, lateralibus bifidis, terminalibus trifidis, vaginis amplis. ♃. In pascuis petrosis et convallibus subalpinis, (in d. Schweiz u. d. ganzen Alpenkette, in d. Sudeten, im Erzgebirge; in Pommern.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 387. Schk. t. 74. Peucedanum Ostruthium Koch. umb. p. 95. Flores albi.

2. I. ANGUSTIFOLIA (Bellard. in act. taurin. secund. Hornem. h. hafn. 1. 286.) foliis radicalibus ternatis biternatisque, *foliolis* argute inaequaliter serratis trifidis bifidisque *basi attenuatis*, *laciniis oblongis antice incisis acuminatis*, vaginis amplis. ♃. In alpibus helveticis, Schleicherus; „sed locum specialem non designavit," Gaud. helv. 2. 338. H.

44. ANETHUM (Linn. excl. spec. Hoffm. gen. 1. 117.) Cal. margo obsoletus. Pet. subrotunda, integra, involuta, lacinula subquadrata retusa. Fructus a dorso lenticulari-compressus, margine dilatato complanato cinctus. Mericarpia jugis filiformibus aequidistantibus, tribus intermediis acute carinatis, duobus lateralibus obsoletioribus in marginem abeuntibus. Valleculae univittatae; vittae totam valleculam implentes. Albumen convexiusculum, antice planum.

1. A. GRAVEOLENS (L. sp. 377.) foliorum laciniis lineari-filiformibus elongatis, fructu elliptico, margine dilatato plano cincto. ⊙.

Inter segetes Littoralis et Istriae; colitur ubique in usum culinarum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 377. Pastinaca Anethum Spreng. ap. R. et S. 6. 587. Flores lutei. G.

45. PASTINÁCA (L. gen. n. 362.) Cal. margo obsoletus vel minute denticulatus. Pet. subrotunda, integra, involuta, retusa. Fructus a dorso plano-compressus, margine dilatato complanato cinctus. Mericarpia jugis tenuissimis, tribus intermediis aequidistantibus, duobus lateralibus conspicue remotis, margini dilatato contiguis. Valleculae 1 vittatae; vittae lineares, acutae, longitudine vallecularum. Albumen complanatum. — Flores omnium lutei.

1. P. SATIVA (L. sp. 376.) caule angulato-sulcato, foliis pinnatis supra nitidis subtus pubescentibus, foliolis ovato-oblongis oblongisve obtusis crenato-serratis, lateralibus basi lobatis ternatisque, terminali trilobo, serraturis brevissime mucronulatis, involucris nullis, calycis dentibus obsoletis, fructibus ovalibus, commissura bivittata. ⊙. In pratis, collibus incultis, dumetis; colitur quoque in usum oeconomicum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 376. Anethum Pastinaca Wib. werth. 146. Planta culta major, radice carnosa, eduli.

2. P. OPACA (Bernhard. ap. Hornem. hort. hafn. 2. p. 961.) caule angulato-sulcato, foliis pinnatis opacis utrinque pubescentibus, foliolis ovatis basi subcordatis obtusis crenato-serratis, lateralibus basi lobatis ternatisque, terminali trilobo, involucris nullis, calycis dentibus obsoletis, fructibus ovalibus, commissura bivittata. ⊙. In pascuis, (bei Fiume von H. Prof. Bernhardi gesammelt und mir mitgetheilt.) Jul. Aug. Hanc et antecedentis speciei varietates ulteriorибus observationibus subjiciam. G.

3. P. FLEISCHMANNI (Hladnik. in literis.) caule angulato-sulcato, *foliis bipinnatis*, *pinnulis* oppositis remotis *elliptico-lanceolatis pinnatifido-dentatis*, involucris nullis, calycis dentibus obsoletis, fructibus ovalibus, commissura bivittata. ⊙. In montosis asperis, (auf d. Schlofsberge bei Laibach, Hladnik.) Jul. Aug. Pinnulae foliorum vix semipollicem longae, sesquilineam ad tres lineas latae. G.

46. HERACLÉUM (L. gen. n. 345.) Cal. 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa; exteriora saepe radiantia, bifida. Vittae vallecularum abbreviatae plerumque clavulatae; cetera ut Pastinacae.

Sect. I. EUHERACLEUM. DC. prodr. 4. 191. Heracleum Hoffm. umb. p. 141. Commissura bivittata.

1. H. SPHONDYLIUM (L. sp. 358.) *foliis* scabro-hirsutis *pinnatis vel profunde pinnatifidis*, *pinnis lobatis vel palmato-partitis*, *umbellis radiantibus*, ovario pubescente, fructibus ovalibus obtusis emarginatis denique glabris, commissura bivittata. ⊙. In pratis et sylvaticis subhumidis; in alpes adscendens. Jun.-autumn. D. fl. 2. 372. Flores albi, vel albi maculis 2 viridibus in basi, vel dilute virides, vel rosei, quae varietates praecipue post foenisecium apparent. Foliorum lobi nunc latiores, nunc angustiores, longiores et breviores. Varietas foliorum laciniis elongatis:

β. *elegans*, H. elegans Jacq. a. t. 175., H. Panaces Reichenb. fl. exc. p. 457., non Linn. in horto upsal. Simillimam formam, quod folia attinet, inter varietates sequentis speciei observamus.

2. H. SIBIRICUM (L. sp. p. 358.) *foliis* scabro-hirsutis *pinnatis vel profunde pinnatifidis*, *pinnis lobatis vel palmato-partitis*, ovario fructibusque subrotundo-ovalibus glabris, *petalis subaequalibus*, commissura bivittata. ⊙. In pascuis alpinis et subalpinis, (in d. ganzen Alpenkette u. auf d. Sudeten.) Jun.-autumn. D. fl. 2. p. 374. Flores virentes, vel flavescentes aequales, vel parum tantum radiantes. Varietas fol. laciniis angustioribus et angustissimis:

β. *angustifolium;* H. angustifolium L. mant. 57. H. longifolium Jacq. a. t. 174. H. flavescens Bess. fl. galic. 1. p. 210., „petala viridia, idque modo saturate, modo cum aliqua flavedine dilutius.“ In Jacquinii icone flores albi; an igitur Jacquinii planta varietas H. Spondylii?

3. H. ASPERUM (MBieberst. taur. cauc. 3. p. 224.) *foliis simplicibus subpalmato-lobatis* subtus hirto-canis vel glabris et in venis hirtis, laciniis acuminatis cuspidatisve inaequaliter dentato-serratis, *caulinis quandoque ternatis*, umbellis radiantibus, ovario hirto-scabro, fructibus ovalibus emarginatis denique glabris. ⊙. In sylvis subalpinis, praecipue ad torrentes, (im Jura, in den Bayerischen, Salzburger u. d. nördlichen Tyroler Alpen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 374. Sphondylium asperum Hoffm. umb. ed. 2. p. 134. Rochel. bannat. t. 26. H. montanum Schleich. Gaud. helv. 1. p. 319. Flores albi. Descriptio H. Panacis L. (sp. pl. 358,) quam Linnaeus in hort. ups. p. 65. sub n. 1. dedit, cum H. aspero exacte convenit, sicut allegata figura Dodonaei, quae hanc potius, quam aliam mihi cognitam speciem huius generis exhibet. H. palmatum Baumg. fl. transs. „fructibus verrucoso-hispidis“ sec. Cl. Reichenb. in monte Untersberg apud Salisburg. crescens, mihi ignotum est.

Sect. II. WENDIA. DC. prodr. 4. 194. Wendia Hoffm. umb. p. 136. Vittae commissurales nullae, vel obsoletae et minimae.

4. H. ALPINUM (L. sp. 359.) *fol. simplicibus cordato-subrotundis subpalmato-lobatis*, margine et subtus in venis pubescentibus denique glabratis, *lobis* crenatis *rotundatis* cum acumine obtusisve, fructibus obovato-orbiculatis, *vittis commissuralibus brevissimis vel nullis.* ♃. In sylvaticis montanis et subalpinis, (auf d. Jura u. im Wallis.) Jul. Aug. Gaud. helv. 2. p. 320. Flores albi. Vittae commissurales in speciminibus a me examinatis nullae vel ad apicem commissurae minimae.

5. H. AUSTRIACUM (L. sp. 359.) *foliis pinnatis ternatisque*, *foliolis* sessilibus serratis, lateralibus integris, foliorum radicalium ovatis obtusis, *caulinorum lanceolatis acuminatis* basi sublobatis, terminali trifido, ovario pubescente, fructibus ovalibus glabris, *vittis commissuralibus nullis vel brevissimis.* ♃. In pratis alpinis et subalpinis, (Oestreich, Steyermark, Kärnthen, Salzburg, nördl. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 376. Jacq. a. t. 61. Sphondylium austriacum Scop. carn. 1. 204.

Heracleum siifolium Reichenb., Tordylium siifolium Scop., mihi ignotum.

47. TORDYLIUM (L. gen. n. 330.) Cal. margo quinquedentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a dorso plano-compressus, margine accessorio incrassato rugoso-tuberculato cinctus. Mericarpia jugis tenuissimis, tribus dorsalibus aequidistantibus, duobus lateralibus margini incrassato contiguis, vel ab eodem obtectis. Valleculae 1-3 vittatae. — Flores omnium albi.

Sect. I. Eutordylium. DC. prodr. 4. 187. Tordylium Hoffm. umb. 1. p. 198. Vittae in valleculis solitariae.

1. T. maximum (L. sp. 345.) hispidum caule pilis reversis, foliis pinnatis, folioliolis obtuse crenatis, foliorum inferiorum ovatis, superiorum lanceolatis cum terminali elongato, involucri foliolis linearibus umbella brevioribus, *fructibus disco setoso-hispidis.* ⊙. In collibus incultis inter frutices, ad sepes, (in D. sehr zerstreut, bei Dresden, Halle, Barbi, Würzburg; in Unteröstreich; bei Bergheim im Elsass; für d. Schweiz zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 371. Jacq. a. t. 142.

Sect. II. Condylocarpus. Hoffm. umb. 1. p. 202.

2. T. apulum (L. sp. 345.) caule ramoso folioso inferne villoso, foliis pinnatis, foliolis inciso-crenatis, radiis umbellae involucro communi umbellulisque multoties longioribus, *fructibus disco scabris, pilis brevibus capitatis.* ⊙. In locis apricis, (Istrien, Biasoletto!) April. Mai. Jacq. h. vind. t. 53. T. grandiflorum Moench. meth. 78. T. humile Desf. fl. atl. 1. t. 58. Condylocarpus apulus Hoffm. umb. p. 203. T. officinale Reichenb. fl. exc. p. 452. Linnaeus synonyma huius cum T. officinalis syn. in spec. plantar. confudit, sed verba diagnosios „umbellis remotis" docent, speciem hic propositam etiam Linnaeanam ejusdem nominis esse. — T. officinale, finitimae Dalmatiae indigenum, differt: caule basi ramoso, ramis elongatis nudis, foliolo terminali ovato et saepe ovato-oblongo, involucro universali sub anthesi longitudine radiorum umbellae, et longiore, discoque fructus pilis longioribus perinde capitellatis obsito. J.

Trib. VII. *SILERINEAE.* Koch. umb. 84. Fructus a dorso lenticulari-compressus. Mericarpia jugis primariis 5, lateralibus marginantibus; secundariis 4, minus prominulis. Albumen antice planiusculum.

48. SILER (Scop. carn. 1. p. 217.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a dorso lenticulari-compressus. Mericarpia jugis filiformibus elevatis obtusis, primariis 5, lateralibus marginantibus, secundariis 4, minus prominulis. Valleculae sub jugis secundariis univittatae.

1. S. trilobum (Scop. l. c.) ♃. In montanis inter frutices, ad sylvarum oras, (Oestreich bei Wien, Jacq.; im Hanövr. bei Salzhemmendorf, Mavors! bei Hildesheim u. Bodenwerder, Hampe! in Hessen auf d. Eichkopfe im Vogelsthale bei Ziegenberg, Bayer!) Jul. Aug. S. trilobum Crantz. a. p. 186, absque dubio. S. aquilegifolium Gärtn. fruct. p. 92. t. 22. D. fl. 2. p. 368. Angelica aquilegifolia DC. fl. fr. 4. p. 306. suppl. p. 508. Laserpitium aquilegifo-

lium Jacq. a. 2. p. 29. t. 147. Wulf. in Roem. arch. 3. p. 349. Murr. syst. veg. ed. Persoon. p. 297. G.

Trib. VIII. *THAPSIEAE*. Koch. umb. p. 73. Fructus a dorso compressus, vel sectione transversali subteres. Mericarpia jugis primariis 5, filiformibus, quandoque setulosis; lateralibus plano commissurali impositis; secundariis 4, interioribus filiformibus, exterioribus alatis, vel omnibus alatis, ala inermi. Hinc fructus vel 8 alatus vel utrinque 2 alatus. Albumen antice planum.

49. LASERPITIUM (L. gen. n. 344.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Mericarpia jugis primariis 5, filiformibus, 3 intermediis dorso, 2 lateralibus plano commissurali impositis; secundariis 4, omnibus alatis, ala integra. Valleculae sub jugis secundariis 1 vittatae.

1. L. LATIFOLIUM (L. sp. 356.) foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-bipinnatis, *foliolis ovatis serratis basi cordatis, omnibus indivisis* vel terminalibus foliorum radicalium trifidis, caule tereti leviter striato glabro. ♃. In montanis et subalpinis inter frutices, (stellenweise d. d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 353. Jacq. a. t. 146. Variat alis fructus planis et undulato-crispis, foliolisque profundius vel levius cordatis, atque:

α. glabrum, foliis glabris L. glabrum Crantz. a. p. 181. DC. prodr. 4. p. 204. L. Libanotis Lam. dict. 3. p. 423. L. latifolium Gmel. bad. 1. p. 655.

β. asperum, foliis subtus petiolisque hirto-scabris: L. asperum Crantz. a. p. 179. DC. prodr. 2. p. 204. L. Cervaria Gmel. bad. 1. p. 657. — In regionibus nostris inter varietatem glabram et hirto-scabram limites reperire non potui, qua de causa eas sub L. latifolio Linnaei coniunxi.

2. L. ALPINUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. p. 281. t. 253.) foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-bipinnatis biternatisque, *foliolis ovatis inaequaliter serratis, lateralibus plerumque bifidis, terminalibus trifidis, umbella fastigiata, umbellulis approximatis*, petalis lato-obcordatis basi in unguem brevem contractis, caule tereti striato glabro. ♃. In sylvis et inter frutices, (in Unterkrain zwischen Kletsch u. Altlag, u. an dem Fahrwege, der von Gottschee über Seisenburg nach Sittich u. Weichselburg führt, Wulf.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 354., excl. synonymo Crantzii. Laserpitium trilobum L. sp. 357., secund. Murrayum in s. veg. ed. Pers. p. 297. L. aquilegifolium DC. prodr. 4. p. 204., excl. synon. Murrayi et Crantzii. Specimen e locis supra memoratis nondum vidi; diagnosin ad specimen hungaricum, et quidem genuinum Kitaibelianum, fructibus autem destitutum, confeci. Flores albi, quales quoque Wulfenius describit, cuius planta nihilominus fortasse aliam speciem exhibeat, quum Cl. auctor caulem 6, 7 pedalem dicat. G.

3. L. MARGINATUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 210. t. 192.) foliis radicalibus et caulinis inferioribus ternato-bipinnatis biternatisque, *foliolis ovatis cordatisve inaequaliter crenato-serratis, lateralibus bilobis, terminali trifido vel tripartito, umbella patentissima radiis inaequalibus remotis*, petalis subrotundo-ob-

cordatis, caule tereti striato glabro. ♃. In montosis asperis inter frutices, (Krain auf d. Berge Krimm bei Laibach, Graf!; auf d. Monte Generoso im Cant. Tessin, u. bei Hinterrhein in Graubünden, Gaud.) Jul. Aug. L. marginatum DC. prodr. 4. p. 205., et L. Gaudinii Morett. DC. prodr. 4. p. 204. L. luteolum Gaud. helv. 2. p. 348. L. aquilegifolium Schleich. Inter specimina helvetica et carniolica nullum discrimen reperio. Species, quod herbam attinet, antecedenti valde similis, *petalis luteolis purpureo-marginatis tamen facile dignoscitur.*

4. L. Siler (L. sp. 357.) foliis glaberrimis, radicalibus et caulinis inferioribus tripinnatis, *foliolis lanceolatis integerrimis* indivisis trilobisve, *venis primariis obliquis*, fructibus lineari-oblongis, stylis reflexis fructui adpressis, caule tereti striato. ♃. In montanis et subalpinis inter frutices, (d. d. ganze Alpenkette u. auf d. Alp im Würtemberg.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 355. Jacq. a. t. 145. Siler montanum Crantz. a. p. 155. Flores albi.

5. L. peucedanoides (L. sp. 358.) fol. glaberrimis, radicalibus et caulinis inferioribus ternato-bi-tripinnatis, *foliolis lineari-lanceolatis linearibusque integerrimis indivisis, venis primariis margini parallelis*, fructibus ovalibus, stylis erectis subdivaricatis, caule tereti striato. ♃. In montanis, subalpinis, (Krain, Tyrol, Cant. Tessin.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 355. Jacq. ic. rar. t. 350. Flores albi.

6. L. hirsutum (Lam. fl. fr. 3. 648.) foliis hirtis supradecompositis, *pinnulis* circumscriptione ovatis *pinnatifido-multifidis*, laciniis linearibus, fructibus ovalibus, stylopodio conico, stylis divaricatis, *caule* tereti *striato glabro.* ♃. In vallibus alpinis editioribus, (auf d. Gotthard u. d. südl. Alpenkette d. Schweiz; im südl. Tyrol auf d. Seiseralpe, d. Timpeljoch.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 357. Hall. helv. t. 19. L. Panax Gouan. ill. p. 13. L. Halleri All. ped. 2. p. 11. Variat foliis fere glabris. Flores albi.

7. L. prutenicum (L. sp. p. 357.) foliis in margine petiolisque hirsutis bipinnatis, *foliolis pinnatifidis*, *laciniis lanceolatis*, fructibus ovalibus, jugis primariis hispidis, stylopodio depresso, cincto margine elevato undulato, *caule angulato-sulcato inferne hispido*, pilis reversis. ⊙. In sylvis humidis et pratis sylvaticis, (stellenweise im g. Gebiete.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 357. Jacq. a. t. 153. L. selinoides Crantz. a. 182. L. gallicum Scop. carn. n. 321. Flores albi, siccati saepe flavi.

8. L. Archangelica (Wulf. in Jacq. collect. 1. 214.) foliis subtus petiolisque hirsutis ternato-tripinnatis, *foliolis ovatis inaequaliter serratis*, *terminalibus trifidis basi cuneata decurrentibus*, lateralibus subbifidis, vaginis summis saccato-inflatis, fructibus glabris, *caule sulcato hirsuto.* ♃. In sylvaticis subalpinis, (an d. südl. Lehne des Altvaters im Gesenke der Sudeten, auch, aber sehr selten, am Peterstein daselbst; in Krain auf d. Berge Slivinza bei den Zirknitzersee u. auf d. Berge Friedrichsstein bei Gottschee.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 356. Jacq. ic. rar. t. 58. L. Chironium Scop. carn. 1. 197. Flores albi. G.

Trib. IX. *DAUCINEAE.* Koch. umb. p. 76. Fructus a dorso lenticulari-compressus, vel sectione transversali subteres. Mericar-

pia jugis primariis 5, filiformibus, (setulosis,) lateralibus planocommissurali impositis; secundariis 4, magis prominulis, aculeatis, aculeis liberis vel in alam connatis. Albumen complanatum vel subsemiteres, antice planiusculum.

50. ORLÁYA (Hoffm. umb. 1. p. 58.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, exteriora radiantia, profunde bifida. Fructus a dorso lenticulari-compressus. Mericarpia jugis primariis 5, filiformibus, setiferis: 3 intermediis dorso, 2 lateralibus plano commissurali impositis; secundariis 4, bi-trifariam aculeatis, aequalibus vel exterioribus magis prominulis et subalatis. Valleculae sub jugis secundariis univittatae. Albumen complanatum, postice convexiusculum. (Flores albi.)

1. O. GRANDIFLORA (Hoffm. umb. gen. p. 58.) caule erecto, *petalis radiantibus ovario multoties longioribus*, mericarpiorum jugis secundariis aequalibus, aculeis apice subulatis hamatis. ⊙. Inter segetes, praecipue solo calcareo, (Schweiz u. im südl. u. mittlern D. bis Hanover.) Jul. Aug. Caucalis grandiflora L. sp. 346. Jacq. a. t. 54. Platyspermum grandiflorum D. fl. 2. p. 361.

2. O. PLATYCARPOS (Koch. umb. p. 79.) caule diffuso, ramis divaricatis, *petalis radiantibus ovario aequalibus*, mericarpiorum jugis secundariis exterioribus duplo latioribus, aculeis apice subulatis hamatis. ⊙. Inter segetes, (Istrien, Host.) Jun. Jul. Caucalis platycarpos L. sp. 347. Column. ecphr. t. 94. J.

51. DAUCUS (L. gen. n. 333.) Mericarpia jugis secundariis 4, aequalibus, alatis, ala in seriem simplicem aculeorum fissa vel ad basin usque partita. Cetera ut Orlayae.

1. D. CAROTA (L. sp. 348.) caule hispido, foliis 2-3 pinnatis opacis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lanceolatis cuspidatis, involucri foliolis trifidis pinnatifidisque umbellulam subaequantibus, aculeis diametrum transversalem fructus oblongo-ovalis aequantibus. ⊙. In pratis et pascuis, ad sylvarum oras. Colitur in usum oeconomicum. Jun.-autumn. D. fl. 2. 359. Schk. t. 61.

Subordo II. *CAMPYLOSPERMAE.* Albumen margine inflexum, vel totum involutum, vel ad latus interius sulco longitudinali exaratum.

Tribus X. *CAUCALINEAE.* Fructus a latere contractus, vel subteres. Mericarpia jugis primariis 5, filiformibus, setosis vel aculeatis, 3 intermediis dorso, 2 lateralibus plano commissurali impositis; secundariis 4, magis prominulis, aculeatis, vel copia aculeorum, totam valleculam obtegentium, obliteratis. Albumen involutum, vel margine inflexum. — Flores albi vel rubelli.

52. CAUCALIS (Hoffm. umb. 54.) Calycis margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, exteriora radiantia, bifida. Fructus a latere subcompressus. Mericarpia jugis primariis 5, filiformibus, setosis, vel aculeolatis, tribus intermediis dorso, duobus lateralibus plano commisurali impositis; secundariis 4, magis prominulis, in simplicem seriem aculeorum profunde fissis.

Vitta in quavis vallecula sub jugis secundariis solitaria. Albumen involutum vel margine inflexum.

1. C. DAUCOIDES (L. sp. 346.) foliis bi-tripinnatis, pinnulis pinnatifidis, lacinulis linearibus acutis, involucro nullo, *aculeis jugorum secundariorum uniserialibus glabris apice hamatis.* ⊙. Inter segetes. Jun. Jul. D. fl. 2. 363. Jacq. a. t. 157. C. leptophylla Poll. pal. 1. 268. Daucus platycarpos Scop. carn. 1. 90.

2. C. LEPTOPHYLLA (L. sp. 347.) foliis bi-tripinnatis, lacinulis linearibus acutis, involucro nullo, *aculeis jugorum secundariorum trifariis scabris apice glochidiatis.* ⊙. Inter segetes, (in Istrien, Host; im Lüttichischen u. Luxemburgischen, Lej. et Court.; für die Schweiz zweifelhaft.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 363.

53. TURGENIA (Hoffm. umb. 59.) Fructus a latere contractus, subdidymus. Mericarpia jugis 2 plano commissurali impositis muriculatis, 7 reliquis bi-trifariam aculeatis, aculeis aequalibus. Cetera ut Caucalidis.

1. T. LATIFOLIA (Hoffm. l. c.) foliis pinnatis, pinnis lanceolatis inciso-serratis, umbella 2-3 radiata, aculeolis jugorum commissuralium diametrum transversalem commissurae aequantibus brevioribusve. ⊙. Inter segetes, (im Wallis; im Rheingebiete von Oberbaden u. d. Elsass bis nach d. Niederlanden; in Schwaben, Oberbayern, Franken u. Thüringen bis Hanover, nicht in Oestreich, Mähren, Böhmen u. s. w.) Jul. Aug. Caucalis latifolia L. syst. nat. 2. p. 205. D. fl. 2. p. 361. Jacq. hort. vind. t. 126. Tordylium latifolium L. sp. 345. Flores albi et pulchre purpurei. Turg. multiflora DC. in Dalmatia proveniens, (prope Ragusam lectam possideo,) fructibus duplo fere maioribus et aculeis jugorum commissuralium diametrum transversalem commissurae superantibus differt.

54. TÓRILIS (Adanson. Hoffm. umb. 49.) Fructus a latere contractus. Mericarpia jugis primariis 5 setulosis, secundariis copia aculeorum, totam valleculam occupantium, oblitteratis; cetera ut Caucalidis. Flores albi vel rubelli.

1. T. ANTHRISCUS (Gärtn. de fruct. 1. p. 83.) ramis patentibus, foliis bipinnatis, foliolis inciso-serratis, umbellis longe pedunculatis, *involucro universali polyphyllo*, *aculeis* incurvis apice simplicibus acutis *non glochidiatis.* ⊙. In sylvaticis inter frutices, in sepibus et dumetis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 364. Tordylium Anthriscus Jacq. a. t. 261.

2. T. NEGLECTA (R. et S. syst. veg. 6. p. 484.) ramis patentibus, foliis bipinnatis, foliolis inciso-serratis, umbellis longe pedunculatis, involucro monophyllo vel nullo, *aculeis glochidiatis, petalis radiantibus ovario duplo-, stylis stylopodio multo longioribus.* ⊙. In agris et ad fruticeta sylvarumque margines, (Unteröstreich, Jacq.) Jul. Aug. Scandix infesta Jacq. a. t. 46. T. infesta Reichenb. fl. exc. p. 447. Umbellulis convexioribus floribus duplo majoribus et stylis longis facile a sequente distinguitur. Specimen austriacum nondum vidi, diagnosin secundum specimina, italicum et cultum, confeci. G.

3. T. HELVETICA (Gmel. bad. 1. 617.) ramis divaricatis, foliis infimis bipinnatis, superioribus pinnatis ternatisque, foliolis inciso-serratis, terminali foliorum superiorum saepe elongato, umbellis longe pedunculatis, involucro monophyllo nullove, *aculeis glochidiatis*, *petalis ovarium aequantibus*, *stylis stylopodio vix duplo longioribus*. ⊙. In agris inter segetes, solo argillaceo et calcareo, (auf d. Flächen des Waadtlandes u. d. Cant. Basel u. Schaffhausen; Oberschwaben u. Oberelsass u. durch d. Rheingebiet bis nach Westphalen; im Maingebiete bis Würzburg; in Thüringen, um Halle.) Jul. Aug. D. fl. 2. 364. T. helvetica DC. prodr. 4. 219. T. infesta D. fl. 2. p. 364. (T. infesta Hoffm. umb. forte ad antecedentem pertinet.) Caucalis helvetica Jacq. h. vind. 3. t. 16. Scandix infesta L. syst. nat. 2. 732. Caucalis arvensis Huds. angl. p. 113. C. infesta Curt. Lond. fasc. 6. t. 23. Smith. brit. 1. p. 299, ex specimine anglico a Cl. Forster. accepto.

4. T. HETEROPHYLLA (Guss. prod. fl. sicul. 1. p. 326.) ramis erecto-patulis, foliis infimis bipinnatis, superioribus ternatis, foliolis inciso-serratis, terminali foliorum superiorum saepe elongato et remote serrato, umbellis longe pedunculatis, involucro monophyllo nullove, *aculeis glochidiatis*, *petalis ovario dimidio brevioribus*. ⊙. In agris, sepibus et locis incultis, (Istrien, Biasoletto.) April.-Jun.! T. infesta var. caule erecto, Unio itin. 1827. Floribus minimis ac foliolis superioribus valde angustis et plerumque elongatis dignoscitur. J.

5. T. NODOSA (Gärtn. fruct. 1. p. 82.) ramis diffusis, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifido-incisis, *umbellis glomeratis sessilibus oppositifoliis*, fructibus exterioribus aculeatis glochidiatis, interioribus granulato-scabris. ⊙. In agris, (im Littorale bei Triest, in Istrien, Biasoletto!) April. Mai. D. fl. 2. p. 367. Tordylium nodosum L. sp. 346. Jacq. a. app. t. 24. Caucalis nodosa Scop. carn. 313. C. nodiflora All. ped. 2. p. 32.

Trib. XI. *SCANDICINEAE*. Koch. umb. p. 130. Fructus a latere evidenter compressus vel contractus, saepius rostratus. Mericarpia jugis 5, filiformibus, quandoque alatis, vel basi obliteratis et apice tantum conspicuis, lateralibus marginantibus, omnibus aequalibus, secundariis nullis. Albumen convexum, antice sulco profundo exaratum vel margine involutum.

55. SCANDIX (L. gen. n. 357, exclusis speciebus plurimis.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, truncata cum lacinula inflexa. Fructus a latere compressus, longissime rostratus. Mericarpia jugis 5, obtusis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae evittatae vel obsolete vittatae. Albumen tereti-convexum, sulco profundo exaratum. — Flores albi.

Sect. I. PECTEN. Dub. in DC. bot. gall. 1. 240. Scandix Hoffm. umb. p. 23. Rostrum fructus a dorso compressum.

1. S. PECTEN VENERIS (L. sp. 368.) involucelli foliolis apice bitrifidis integrisque, *rostro fructus* a dorso compresso *bifariam hispido*. Stylis stylopodio triplo quadruplove longioribus. ⊙. Inter segetes, solo calcareo et argillaceo. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 461.

Myrrhis Pecten ven. All. ped. 2. p. 29. Chaerophyllum rostratum Lam. dict. 1. 685.

Sect. II. Wylia. Hoffm. umb. 1. p. 3. Rostrum fructus a latere compressum.

2. S. australis (L. sp. 369.) involucelli foliolis subbidentatis, *rostro fructus* a latere compresso *undique hispido*, petalis exterioribus paulo longioribus, caule glabro. ⊙. Inter segetes, (auf d. Insel Osero, Biasoletto!) Mai. Jun. Sibth. fl. graec. t. 285. Myrrhis australis All. ped. 2. p. 29. Wylia australis Hoffm. umb. 1. p. 5. t. 2. f. 1. J.

56. ANTHRISCUS (Hoffm. umb. p. 38.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, truncata vel emarginata cum lacinula inflexa, saepe brevissima. Fructus a latere contractus, rostratus. Mericarpia subteretia, ejugata, rostro solum quinquejugato. Albumen tereti-convexum, sulco profundo exaratum. — Flores albi.

1. A. sylvestris (Hoffm. umb. p. 40.) caule inferne hirsuto superne glabro, foliis glabris subtus in nervis primariis setuloso-pilosis bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis inferioribus incisis, *fructibus* oblongis *laevibus vel sparse tuberculatis, tuberculis muticis, sulcis rostri quintam fructus partem aequantibus*, in volucellis pentaphyllis longiuscule ciliatis, stylo stylopodium superante. ♃. In pratis, in sepibus, ad ripas; in alpes adscendens. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 457. Jacq. a. t. 149. Chaerophyllum sylvestre L. sp. 1. 369. Setulas in apice pedicellorum, mericarpiorum basin cingentes, in vulgari planta semper inveni, in speciminibus alpinis vero quandoque desunt; tamen haec tanquam species non separaverim. Limites certos inter A. torquatam Dub., A. cicutariam Dub., (si quidem veras vidi,) et A. sylvestrem hucusque nondum reperire potui. — Cl. Wimmer. Anthriscum alpestrem fl. siles. nuper (in Handb. d. Flora v. Schles. p. 144.) tanquam varietatem β. Anthrisco sylvestri subjunxit.

2. A. nemorosa (M. Bieberst. fl. taur. cauc. 3. p. 237.) caule inferne hirsuto, superne glabro, *foliis* glabris *subtus in nervis setuloso-pilosis* bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis inferioribus incisis, *fructibus oblongis tuberculatis, tuberculis setula muriculatis, sulcis rostri quintam fructus partem subaequantibus*, involucellis pentaphyllis longiuscule ciliatis, stylo stylopodium superante. ♃. In nemorosis, (bisher blofs bei Frankfurt a. d. O., Bueck.) Mai. Jun. Chaerophyllum nemorosum Bieberst. l. c. 1. p. 232. A. sylvestris γ. D. fl 2. 458, excl. loco natali; varietatem enim A. fumarioidis in monte Nana lectam cum hac permiscueram. — Dom. Bueck. semina misit cum caucasicis ad amussim congruentia: specimina Collectionis reg. boruss., quae Biebersteinius ipse cum Willdenowio communicavit, cum his et cum speciminibus cultis contuli. — An varietas antecedentis? G.

3. A. fumarioides (Spreng. umb. prod. 27.) *caule foliisque pube brevissima subholosericeis* bi-tripinnatisque, pinnulis pinnatifido-incisis, *fructibus lineari-oblongis tuberculatis, tuberculis setula muriculatis, sulcis rostri quintam fructus partem subaequantibus.* ♃. In subalpinis et montanis Carnioliae, (auf d. Nanas bei Praewald; auf d. Monte Maggiore.) Mai. Jun. Scandix fumarioi-

des W. K. pl. rar. hung. 3. p. 249. t. 224. Variat foliorum lacinulis brevioribus magis approximatis et foliis glabris; caulem tamen et petiolos semper puberulos vidi. „Caulis et folia in juniore stirpe pube tenuissima, mollissima brevissimaque holosericea sunt et quodammodo cano-cinerascunt, Waldst. et Kit. 3. p. 250.“ Cilia umbellularum brevissima. G.

4. A. TRICHOSPERMA (Schultes. syst. veg. 6. p. 525.) caule supra genicula puberulo, foliis tripinnatis glabris subtus in nervis sparse pilosis, foliolis pinnatifidis, *fructibus* linearibus *setuloso-muriculatis, sulcis rostri dimidium fructus subaequantibus*, involucellis dimidiatis 2-4 phyllis, stylo stylopodium superante. ⊙. Ad sepes, (in Böhmen, Presl.) Mai. A. Cerefolium β. D. fl. 2. 459., excl. syn. Personii. Chaerophyllum trichospermum Schult. oest. fl. 1. p. 504. Presl. boh. p. 65. Simillima sequenti, sed fructibus muriculatis diversa; an varietas? A. trichosperma Rochel. bannat. p. 67. t. 28. f. 56. Reichenb. fl. exc. p. 443, est longe alia planta, nec huius generis. A. trichosperma Pers. ad Torilis genus pertinet; conf. T. trichosperma Spreng. umb. sp. p. 142. DC. prod. 4. 220. G.

5. A. CEREFOLIUM (Hoffm. umb. 41.) caule supra genicula puberulo, foliis tripinnatis glabris subtus in nervis sparse pilosis, foliolis pinnatifidis, *fructibus* linearibus *laevibus, sulcis rostri dimidium fructus subaequantibus,* involucellis dimidiatis 2-3 phyllis, stylo stylopodium superante. ⊙. Ad sepes, vineas, sylvarum margines, (in d. südlichsten Gebiete; auf Schutthaufen u. a. O. im nördlichern verwildert.) Mai. Jun. Scandix Cerefolium L. sp. 368. Chaerophyllum sativum Lam. fl. fr. 3. 438. Cerefolium sativum Bess. gal. 1. 218.

6. A. VULGARIS (Pers. syn. 1. 320.) caule glabro, foliis tripinnatis glabris subtus in nervis sparse pilosis, foliolis pinnatifidis, *fructibus* ovatis aculeatis, *aculeis subulatis incurvatis,* rostri sulcis tertiam fructus partem subaequantibus, involucellis dimidiatis 2-3 phyllis, *stylo brevissimo, stigmatibus subsessilibus.* ⊙. In locis incultis circa pagos, in plateis ad vias, (stellenweise d. d. ganze Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 460. A. Caucalis MB. taur. cauc. 1. 574. Scandix Anthriscus L. sp. 368. Caucalis Scandix Scop. carn. 1. p. 191. C. scandicina Roth. tent. 1. 121. C. aequicolorum All. ped. 2. p. 33. Torilis Anthriscus Gärtn. fr. 1. p. 83. t. 20.

57. CHAEROPHÝLLUM (L. gen. n. 358.) Mericarpia jugis 5, obtusissimis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae 1 vittatae; cetera ut Anthrisci.

1. C. NODOSUM (Lam. dict. 1. 685.) caule sub geniculis inflato, foliis ternato-bipinnatis, pinnulis ovatis pinnatifido-incisis dentatisque, fructibus hispidis, stylopodio conico, stylo subnullo, *stigmate subsessili.* ⊙. In dumetis et sepibus, (bei Fiume, Host.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 456. Scandix nodosa L. mant. 356. Jacq. h. vind. 3. t. 25. Anthriscus nodosa Pers. syn. 1. 320. Torilis macrocarpa Gärtn. fruct. 1. p. 83. t. 25. J.

2. C. TEMULUM (L. sp. 370.) caule sub geniculis inflato basi hispido superne hirto, foliis bipinnatis, *foliolis* ovato-oblongis lobato-*pinnatifidis, lobis obtusis* breviter mucronulatis subcrenatis,

involucellis ovato-lanceolatis cuspidatis ciliatis, petalis glabris, *stylis recurvatis stylopodium aequantibus.* ⊙. In dumetis, locis incultis et sylvaticis, inter frutices. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 454. Jacq. a. t. 65. Myrrhis temula Spreng. umb. prod. 29. Caulis maculatus.

3. C. BULBOSUM (L. sp. 370.) caule sub geniculis inflato basi hispido superne glabro, foliis supradecompositis, foliolis profunde pinnatifidis, *laciniis* lineari-lanceolatis acutis, *foliorum superiorum linearibus angustissimis, involucellis* lanceolatis cuspidatis *glabris,* stylis reflexis stylopodium subaequantibus. ⊙. In dumetis, collibus incultis inter frutices, ad vias, ripas. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 455. Jacq. a. t. 63. Myrrhis bulbosa Spreng. umb. prodr. 29. Caulis maculatus. Radix dauciformis, interdum subrotunda.

4. C. AUREUM (L. sp. 370.) caule sub geniculis tumidiusculo, foliis tripinnatis, *foliolis* ex ovata basi lanceolatis acuminatis incisis serratisque *basi pinnatifidis in apicē longe protracto simpliciter serratis,* involucellis lato-lanceolatis cuspidatis ciliatis, *petalis glabris, stylis* denique reflexis *stylopodio* convexo-conico *longioribus.* ♃. In collibus incultis inter frutices, ad sylvarum margines; in subalpina adscendens, (in d. Schweiz u. durch das südl. u. mittlere Deutschl. stellenweise.) Jun. Jul. D. fl. 2. 454. Jacq. a. t. 64. Myrrhis aurea Spreng. umb. prodr. 29. Caulis maculatus, rarius immaculatus. Variat porro: caulis foliaque pilis minutis, in caule deflexo-adpressis, subcanescenti-puberula, et insuper caulis inferne pilis longis patentibus vel subreflexis hispidus; vel

β. glabriusculum; caulis glaber aut basi tantum hispidus, pilis longis, folia glabra margine et subtus pilis brevibus adspersa: C. maculatum Willd. en. suppl. 15, DC. prodr. 4. p. 226. (specimen herbarii Willdenowiani n. 5913, quod comparavi, fructus habet basi angustatos, quam figuram, quae statum quendam imperfectum indicare videtur, in aliis modificationibus quoque observavi.)

γ. glabrum, caulis et folia omnino glabra: C. monogonum Kit. ap. Link. en. h. berol. 1. p. 281. DC. prodr. 4. 226.

5. C. ELEGANS (Gaud. helv. 2. p. 364.) caule subaequali, foliis bipinnatis, pinnis pinnatifidis, segmentis lanceolatis inciso-serratis inferioribus pinnatifidis, *involucellis* elongatis lanceolato-linearibus acuminatis *totis membranaceis petalisque ciliatis,* stylis erecto-patulis stylopodium pluries excedentibus, *carpophoro ad basin usque partito.* ♃. In alpibus iuxta torrentes, (am Fufse des St. Bernhard im Wallis.) Jul. Aug. H.

6. C. VILLARSII (Koch. diss. ined.) caule subaequali, foliis bipinnatis, pinnis pinnatifidis, segmentis lanceolatis inciso-serratis inferioribus pinnatifidis, *involucellis* lanceolatis acuminatis *herbaceis margine membranaceis petalisque ciliatis,* stylis erectis stylopodium pluries excedentibus, *carpophoro ad basin usque partito.* ♃. In pratis et sylvis alpinis, (in Tyrol bei Lofer, v. Spitzel; bei Kitzbichel, Traunsteiner!; Bayerische Alpen, Planberg bei Kreuth, Zuccarini!; Steyermark am Rottenmannertauern, Angelis!) Jun. Jul. Chaerophyllum Cicutaria Reichenb. fl. exc. p. 445. C. hirsutum Vill. delph. 2. p. 644. Host. a. p. 391, non Linn. Descriptio Chaerophylli hirsuti, quam Villarsius proposuit, et locus natalis ab eo commemoratus, cum specie hic proposita optime congruunt,

atque pari modo descriptio et locus natalis Chaerophylli Cicutariae Villarsii in sequentem speciem quadrant.

7. C. HIRSUTUM (L. sp. 371.) caule subaequali fol. duplicato ternatis, foliolis bi-trifidis pinnatifidisve inciso-serratis, involucellis lato-lanceolatis acuminatis herbaceis margine *petalisque ciliatis*, stylis erectis stylopodium pluries excedentibus, *carpophoro apice bifido.* ♃. Ad rivulos atque in pratis irriguis et sylvis udis; in alpes adscendens, (stellenweise d. d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 453. C. palustre Lam. enc. 1. 683. C. Cicutaria Vill. delph. 2. 644. Myrrhis hirsuta Spreng. umb. prodr. 28. Scandix hirsuta Scop. carn. p. 211. — Cl. DC. synonymon Villarsii ad Anthrisci speciem ducit, sed, ex mea sententia, descriptio Villarsii egregie hanc speciem designat. Variat caule hispido et glabro, humili et 3-4 pedali, umbellisque pulchre roseis:

β. *rosea:* C. Cicutaria B. Villars. l. c.

8. C. AROMATICUM (L. sp. 371.) caule sub geniculis tumido, *foliis triternatis* vel triternato-bipinnatis, *foliolis indivisis* ovato-oblongis acuminatis *serratis*, involucellis lato-lanceolatis subulato-acuminatis ciliatis, stylis divaricatis stylopodio conico longioribus. ♃. In nemoribus et pratis sylvaticis, (von Oestreich nach Mähren, Böhmen, Schlesien u. Sachsen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 452. Jacq. a. t. 150. Myrrhis aromatica Spreng. umb. prodr. 28. G.

58. BIASOLETTIA (Koch. diss. ined.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus erostratus, a latere compressus. Mericarpia jugis 5, argutis, subalatis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae planae univittatae. Albumen antice sulco profundo exaratum.

Genus dicavi Cl. D. B. Biasolettio, Directori horti botanici Tergestini, qui de Algis microscopicis egregie disseruit. Habitu gaudet Anthrisci, et quodammodo Bunii. Differt ab Anthrisco mericarpiis jugatis, valleculis univittatis; a Chaerophyllo valleculis latis planis et jugis submembranaceis argutis; a Sphallerocarpo jugis univittatis et margine calycis obsoleto; a Myrrhide pericarpio toto semini adnato, valleculis univittatis et albumine sulco exarato nec involuto.

1. B. TUBEROSA. ♃. In monte Maggiore Istriae legit Biasoletto! Radix tuberosa Cari Bulbocastani. Fructus aterrimi. J.

59. MYRRHIS (Scop. carn. p. 207.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus a latere compressus. Semen involutum, tectum membrana duplici: exteriore elevata in juga 5, arguta, acute carinata, intus cava; interiore arcte adnata. Vittae nullae.

1. M. ODORATA (Scop. l. c.) foliis villosulis pilis brevibus, involucellis lanceolatis acuminatis. ♃. In vallibus alpinis, pascuis subalpinis et montanis, (westl. Schweiz, Vogesen u. durch d. g. Alpenkette bis Krain u. Kärnthen; sodann in Mähren, in d. Sudeten, auf d. Meisner in Hessen; in d. Eifel bei Malmedy.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 462. Scandix odorata L. sp. 368. Jacq. a. app. t. 37. Chaerophyllum odoratum Lam. dict. 1. 683.

60. MOLOPOSPÉRMUM (Koch. umb. 108.) Cal. 5 dentatus, foliolosus. Pet. lanceolata, integra, longe acuminata, acumine adscendente.

Fructus a latere contractus. Mericarpia jugis 5, membranaceo-alatis; 2 lateralibus marginantibus, duplo brevioribus; 3 dorsalibus argutis. Albumen obtuse tetragonum; angulus commissurae oppositus sulco profundo exaratus. Canalis inanis inter semen et pericarpii commissuram. Valleculae univittatae. Commissura angustissima evittata.

Vittae latae, fuscae. Fructus saepe deformis, jugis lateralibus subevanidis et vittis vallecularum lateralium nullis.

1. M. CICUTARIUM (DC. prodr. 4. p. 230.) in montanis asperis, in alpes adscendens, (auf d Alpen d Wallis, auf d. Simplon u. a.; auf d. Monte Generoso im C. Tessin; im südl. Tyrol; bei Görz auf d. Monte Santo, Tommasini!) Jul. Aug. M. peloponnesiacum Koch. l. c. Ligusticum peloponnesiacum L. sp. 360 Jacq. a. app. t. 13. L. cicutarium Lam. fl. fr. 3. p. 453. Flores albi.

Tribus XII. *SMYRNEAE.* Koch. umb. 133. Fructus turgidus a latere compressus vel contractus. Mericarpia jugis 5, lateralibus marginantibus vel ante marginem sitis, jugis interdum suboblitteratis. Albumen involutum vel latere interiore sulcatum, ideoque sectione transversali semilunare vel complicatum.

61. ECHINÓPHORA (L. gen. n. 329.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, vel exteriora majora et bifida. Flores radii masculi longe pedicellati; foemineus solitarius centralis. Fructus ovatus, subteres, receptaculo cavo inclusus, breviter rostratus, rostro emerso. Mericarpia jugis 5, depressis, undulatis, undulato-striatis, aequalibus. Valleculae univittatae; vittis membrana arachnoidea tectis. Albumen involutum.

1. E. SPINOSA (foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis, foliorum superiorum simplicibus trifidisque, laciniis linearibus rigidis subtrigonis in spinam acuminatis. ♃. In arenosis maritimis, (bei Aquileja, Host.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 265. Crithm. 1. Moris. ox. s. 9. t. 1. Flores albi. G.

62. CONÍUM (L. gen. 469.) Cal. margo obsoletus. Pet. obcordata, subemarginata cum lacinula brevissima inflexa. Fructus a latere compressus, ovatus. Mericarpia jugis 5, prominulis, undulato-crenulatis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae multistriatae, evittatae. Albumen sulco profundo angusto incisum.

1. C. MACULATUM (L. sp. 349.) involucelli foliolis lanceolatis umbellula brevioribus. ⊙. In ruderatis, dumetis, ad vias. Jul. Aug. Jacq. austr. t. 156. Cicuta maculata Lam. fl. fr. 3. 104. C. maior Lam. dict. 2. 3. Coriandrum Cicuta Crantz. a. 24. Flores albi. Quas hucusque sub nomine C. croatici WK. vidi plantas, eae modificationes C. maculati fuerunt.

63. PLEUROSPÉRMUM (Hoffm. umb. p. IX.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obovata, integra. Fructus a latere compressus, ovatus. Mericarpia membrana duplici instructa: exterior inflata in juga 5 tumida, cava; interior arcte adnata et juga 5 minora, exterioribus opposita, exserens. Valleculae membranae interioris uni-bivit-

tatae, ideoque vittae semini ipsi impositae. Albumen sectione transversali semilunare.

1. P. AUSTRIACUM (Hoffm. l. c.) Mericarpiorum jugis obtusis carinatis, carina subcrenulata. ♃. In subalpinis et alpibus, etiam in montibus humilioribus, (südl. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette, auf d. Sudeten, d. Thüringer Walde, bei Bottenroda in Hessen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 466. Ligusticum austriacum L. sp. 360. Jacq. a. t. 151. L. Gmelini Vill. delph. 2. p. 610. t. 13. Flores albi.

64. HLADNIKIA (Koch. dissert. ined., non Reichenb.) Cal. margo 5 dentatus. Pet. obcordata cum lacinula inflexa. Fructus a dorso subcompressus, ovatus. Pericarpium tenue, submembranaceum. Mericarpia jugis 5, argutis, subalatis, aequalibus; lateralibus marginantibus. Valleculae planae, trivittatae; vittae pericarpio innatae, nec semini impositae. Semen nucleum liberum, solo hilo affixum constituens, evittatum, margine involutum.

Genus ab omnibus distinctissimum. Convenit cum Archangelica, Crithmo, Agasyllide, Cachryde, Frangote et Magydari semine libero, pericarpio non nisi ope hyli adhaerente. Differt vero ab his omnibus pericarpio vittato et semine evittato, atque a tribus prioribus petalis obcordatis semineque convoluto; ab Archangelica insuper jugis aequalibus; ab Agasyllide jugis argutis, lateralibus marginantibus et a tribus ultimis pericarpio tenui; a Cachryde et Frangote praeterea petalis obcordatis.

1. H. GOLACENSIS (Koch. diss. ined.). In montibus altioribus Carnioliae, („nicht blofs auf d. Berge Golak, sondern auf vielen andern Bergen von Laibach bis Idria, vom Groskahlen- u. Katharinenberge an", D. Graf!) Jun. Jul. Athamanta Golaka Hacquet. pl. alp. carn. p. 25. t. 5. (nomen triviale nimis barbarum paululum mitigavi.) Pleurospermum Golaka Reichenb. fl. exc. 441. Ligusticum carniolicum Host. fl. a. 1. p. 378. Flores albi. G.

65. SMYRNIUM (L. gen. n. 363., excl. spec.) Cal. margo obsoletus. Pet. lanceolata vel elliptica, integra, acuminata, acumine inflexo. Fructus a latere contractus, mericarpiis reniformi-globosis didymus. Mericarpia jugis 3 dorsalibus prominulis, argutis; lateralibus 2 marginantibus, oblitteratis. Valleculae multivittatae. Albumen involutum.

1. S. PERFOLIATUM (Mill. dict. n. 3.) caule superne angulato-alato, foliis caulinis amplexicaulibus cordato-ovatis crenatis. In sylvis et pratis sylvaticis, (im Littorale, im Walde v. Lippiza bei Triest; bei Fiume.) April. Mai. S. Dioscoridis Spreng. umb. sp. p. 25. D. fl. 2. p. 463. Dod. pempt. p. 698 fig. inf. Flores lutei. G.

Subordo III. *COELOSPERMAE.* Albumen hemisphaerico-vel saccato-concavum.

Tribus XIII. *CORIANDREAE.* Koch. umb. 82. Fructus globosus, vel mericarpiis 2 subglobosis didymus. Mericarpia jugis primariis 5, depressis, flexuosisque, vel sulcum obsoletum formantibus; lateralibus ante marginem accessorium positis; secundariis 4 magis prominulis; omnibus apteris. Albumen Subordinis.

66. BI-

66. BIFÓRA (Hoffm. umb. 191.) Cal. margo obsoletus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa, exteriora subaequalia, aut radiantia et bifida. Fructus didymus. Mericarpia subgloboso-ventricosa, granulato-rugosa, striis 5 impressis obsoletis notata; lateralibus 2 semicircularibus, ante marginem accessorium positis. Vittae nullae. Commissura biforata. Albumen saccato-concavum.

1. B. RADIANS (MBieberst. f. c. 3. p. 233.) umbellis quinqueradiatis, floribus exterioribus radiantibus, stylis mericarpium dimidium subaequantibus mericarpiis obtusissimis. ⊙. Inter segetes, (südl. Tyrol, Fleischer.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 367. Flores albi. — *B. testiculata* DC. prod. 4. p. 249. (B. flosculosa Bieb. l. c. p. 234. Coriandrum testiculatum L. sp. 368.) differt: umbellis 2-3 radiatis, petalis subaequalibus, mericarpiis magis rugosis, apice in rostrum breve conicum productis, et stylis brevissimis vix stylopodio longioribus. Huius specimen, intra fines fl. nostrae lectum, nondum vidi. G.

67. CORIANDRUM (L. gen. n. 356., exclusa specie altera.) Cal. margo quinquedentatus. Pet. obovata, emarginata cum lacinula inflexa. Fructus globosus. Mericarpia jugis primariis 5, depressis, flexuosis, lateralibus ante marginem accessorium positis; secundariis 4 magis prominulis, carinatis. Valleculae evittatae. Albumen excavatum, membrana soluta tectum.

1. C. SATIVUM (L. sp. 367.) ⊙. Inter segetes, (in d. südlichern, über d. Alpen gelegenen Gegenden, ausserdem hin u. wieder verwildert.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 366. Schk. t. 72. Flores albi.

Ord. LVI. ARALIACEAE. Juss. dict. 2. p. 348. Araliae Juss. gen. 247.

Cal. tubus ovario adnatus; margo superus 4-5 dentatus. Cor. 5-10 petala, ante discum epigynum inserta, *petalis* lata basi sessilibus, *aestivatione valvatis. Stam. 5, cum petalis inserta, iisque alterna vel 10. Ovarium 2-pluriloculare, loculis 1 ovulatis, ovulo pendulo.* Styl. 1 vel plures; stigmate simplici terminati. *Fructus baccatus.* Sem. albuminosa pendula. Embryo rectus axilis, radicula ad hilum spectante. Frutices foliis exstipulatis.

In Hedera nostra indigena embryo non parvus est, sed totam seminis longitudinem occupat, et cotyledones evolutae ac dilatatae sunt, quomodo in genere Corni observantur, seminaque certissime ex apice loculorum pendent. An igitur rursus Ordini Cornearum inserenda? Albumen rimis profundis transversalibus incisum est. Icon embryonis Hederae apud Gärtn., fruct. t. 26., forte ad semen immaturum delineata, non bona.

1. HEDERA (Swartz. fl. ind. occ. 518. Hederae et Araliae spec. L.) Cal. margo elevatus vel dentatus. Pet. 5-10, apice non calyptratim cohaerentia. Stam. 5-10. Styl. 5-10, conniventes, vel in unicum concreti. Bacca 5-10 locularis.

1. H. HELIX (L. sp. 292.) caule fibrillis radiciformibus scandente, foliis coriaceis glabris nitidis angulato-quinquelobis, supre-

mis ramulorumque florentium integris ovatis acuminatis, umbellis simplicibus pubescentibus. ♄. In sylvis, ad rupes et muros. Octobri, baccas vere insequente maturat. D. fl. 2. 277. Schk. t. 49. Flores virides.

Ord. LVII. CORNEAE. DC. prodr. 4. 271. Caprifoliaceae Corneae Kunth. nov. gen. am. 3. p. 430.

Fructus drupaceus, cetera ut Araliacearum.

1. CORNUS (L. gen. n. 149.) Cal. limbus superus, 4 dentatus. Pet. 4. Stam. 4. Styl. 1. Drupa putamine biloculari, loculis 1 spermis.

1. C. SANGUINEA (L. sp. 171.) ramis rectis, foliis ovatis concoloribus, *cymis planis*, *involucro nullo*, pilis ramulorum et pedunculorum adpressis. ♄. In collibus lapidosis virgultis, in dumetis et ad sepes planitierum et montium humiliorum. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 819. St. h. 52. Flores albi.

2. C. MAS (L. sp. 171.) ramis glabris, junioribus adpresse pilosis, foliis ovatis acuminatis, *umbellis praecocibus involucrum subaequantibus*. In collibus siccis, locis montanis inter frutices, (in d. südl. Schweiz, Südtyrol, Krain u. durch Oestreich nach Böhmen, Sachsen u. Thüringen.) Mart. April. D. fl. 1. p. 485. St. h. 52. Flores lutei.

3. C. SUECICA (L. sp. 171.) caule herbaceo, foliis omnibus oppositis sessilibus ovatis 5-7 nerviis, *umbella pedunculata involucro dimidio breviore*. ♃. In locis turfosis, umbrosis, (in Oldenburg, Holstein u. auf Helgoland.) Jun. Jul. Flores purpurei.

Ord. LVIII. LORANTHACEAE. Don. prod. fl. nep. 142. DC. prod. 4. 277.

Cal. *tubus ovario adnatus;* limbus integer aut lobatus. *Cor. 4 partita vel 4 petala*, aestivatione valvata. *Stam.* tot, quot petala, et iis *opposita;* filamenta corollae plus minusve adnata, vel nulla et antherae corollae adnatae. Ovarium 1, uniloculare, uniovulatum, ovulo erecto. Styl. 1. Stigmate capitato, vel stigma sessile. Fructus baccatus. Albumen carnosum. Embryo inversus radicula ab hilo remota. Frutices parasitici.

1. VISCUM (L. gen. n. 1105.) Flores unisexuales. Masc. cal. nullus. Cor. 4 partita. Antherae petalis adnatae. Fem. Cal. margo superus integer. Cor. 4 petala. Styl. nullus. Stigma obtusum. Bacca 1 sperma.

1. V. ALBUM (L. sp. 1451.) caule dichotomo ramosissimo, ramis teretibus, *foliis lanceolatis* obtusis enerviis, floribus terminalibus sessilibus subquinis glomeratis. ♄. In ramis arborum variarum, praecipue Mali et Pyri. Mart. April. St. h. 8. Flores luteoli. Baccae albae. Variat:

β. *polycoccon*, capitulis multifloris. Gaud. helv. 6. 278. Camer. epit. 556.

2. V. Oxycedri (DC. fl. fr. 3. n. 3400.) *aphyllum*, *caule ramosissimo articulato*, ramulis subcompressis, *vaginulis pelviformibus*, floribus masculis ad articulationes 1-3 sessilibus, femineis ad ramulorum apices tribus breve pedicellatis. ♄. In junipero Oxycedro, (auf d. Insel Cherso, Biasoletto!) Floret . . . . Habitus Salicorniae. „Bacca caerulea oblonga minus carnosa; nec fructus capsularis est," DC. prodr. 4. 283. Razoumowskia caucasica Hoffm. hort. mosq. 1808. Arceuthobium Oxycedri M. B. taur. cauc. 3. 629. Clus. hist. 1. p. 39.

2. LORANTHUS (L. gen. 443.) Flores hermaphroditi vel dioici. Cal. margo superus, brevis, truncatus aut dentatus. Pet. 4-8, saepius 5-6, disjuncta, vel plus minusve concreta. Stam. tot, quot petala, iis opposita; filamenta petalorum basi adnata, apice libera. Styl. filiformis, stigma simplex. Bacca monosperma.

1. L. europaeus (Jacquin. vind. 230.) glaber, ramosissimus, ramis teretibus, foliis oppositis petiolatis ovali-oblongis obtusis basi subattenuatis parce venosis, spicis terminalibus laxis simplicibus, floribus abortu dioicis hexapetalis. ♄. In ramis Quercuum parasitica, (in Unteröstreich u. Mähren.) Apr. Mai. Jacq. a. t. 30. Flores flavescenti-virentes, bacca dilute flava.

Ord. LIX. CAPRIFOLIACEAE. Juss. gen. p. 110, excl. sect. 2 et 4. DC. prodr. 4. p. 321.

Cal. superus, limbus 2-5 fidus vel subinteger. Cor. monopetala, ovario imposita, limbus 4, 5 fidus. *Stam. corollae inserta, libera, laciniis* numero aequalia et alterna, vel dupla, vel 4 didynama. *Ovarium 3-5 loculare, loculis uni-pluriovulatis, ovulis pendulis.* Fructus baccatus, saepe unilocularis. Embryo in centro albuminis, radicula ad hilum versa. Folia opposita. Fructus interdum ex ovariis 2 connatis formatus, calycibus 2 coronatus.

Trib. I. *SAMBUCEAE.* H. B. et K. nov. gen. am. 3. 487. Cor. rotata. Styli vel stigmata 3-5.

1. ADOXA (L. gen. n. 501.) Cal. semisuperus; limbus trifidus corolla dimidio brevior. Cor. rotata; tubus brevissimus, tamen ad faucem subcoarctatus, limbus 5 partitus, planus. Stam. 10, per paria inter lacinias limbi inserta, antherae incumbentes uniloculares. Styli 5, subulati, stigmate obtuso. Bacca herbaceo-succosa, (ut folia sempervivi) in medio dentibus calycis persistentibus, apice stylis coronata, junior 5 locularis, loculis uniovulatis, ovulis pendulis; pluribus denique abortientibus. In flore terminali cal. limbus bifidus, corolla quadrifida stam. 8, styl. 4. Bacca 4 locularis. — Stamina 4 bipartita adesse videntur ob antheras uniloculares et filamenta gemina. Genus Sambuco quoad partes fructificationis proximum.

1. A. Moschatellina (L. sp. 527.) ♃. In nemoribus et dumetis subhumidis planitierum et montium humiliorum. Mart. Apr. D. fl. 2. p. 65. Schk. t. 109. a. Flores virides.

2. SAMBUCUS (L. gen. n. 372.) Cal. sub anthesi semisuperus, limbo 5 dentato. Cor. rotata; limbo 5 fido, denique reflexo. Stam. 5. Styl. o. Stigm. 3, sessilia. Bacca 3-5 sperma.

1. S. Ebulus (L. sp. 385.) caule herbaceo verruculoso, *stipulis foliaceis ovatis serratis*, corymbi ramis primariis ternatis. ♃. Ad sylvarum oras, dumeta. Jul. Aug. D. fl. 2. 478. Schk. t. 83. Flores albi, extus rubentes; baccae nigrae.

2. S. nigra (L. sp. 385.) caule fruticoso subarboreo, stipulis verruciformibus vel nullis, *corymbi ramis primariis quinatis*. ♄. In sylvis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 479. Tabern. krtb. 1439. f. 1. Flores albi, baccae nigrae, medulla ramorum nivea. Variat:

β. *virescens*, fructibus viridibus: S. virescens Desf. arbr. 1. 348.

γ. *leucocarpa*, fructibus albis.

δ. *laciniata*, foliis bipinnatis, pinnulis incisis: S. laciniata Mill. dict. n. 2. Tabern. l. c. f. 2.

3. S. racemosa (L. sp. 386.) caule fruticoso, *panicula ovata*. ♄. In sylvis. April. Mai. D. fl. 2. p. 480. Jacq. ic. rar. t. 59. Flores albi, baccae rubrae, medulla ramorum fulva. Var.:

β. *laciniata*, fol. bipinnatis, pinnulis serratis incisisque (Koch. in DC. fl. fr. suppl. p. 500.) In Palatinatu ad Rhenum detecta, nunc in hortis botanicis divulgata.

3. VIBURNUM (L. gen. n. 370.) Cal. superus, limbo 5 dentato. Cor. rotata subcampanulata, aut tubulosa, 5 loba. Stam. 5. Stigm. 3, sessilia. Bacca 1 sperma. — Flores albi.

1. V. Tinus (L. sp. 383.) *foliis ovato-oblongis integerrimis* perennantibus, axillis venarum subtus barbatis. ♄. In locis asperis, incultis, (Istrien u. auf d. nahe gelegenen Inseln.) Mart. Apr. D. fl. 2. p. 477. Tinus 3 Clus. hist. 1. p. 49.

2. V. Lantana (L. sp. 384.) *foliis ovatis denticulato-serratis* basi subcordatis, subtus rugoso-venosis ramulisque pube stellata furfuraceo-tomentosis supra pube stellata sparsa puberulis, corymbo terminali pedunculato. ♄. In sylvaticis montosis solo argillaceo et calcareo. Mai. D. fl. 2. p. 476. Jacq. a. t. 341.

3. V. Opulus (L. sp. 384.) *foliis tri-quinquelobisve*, lobis acuminatis dentatis, petiolis glandulosis glabris, corymbis terminalibus pedunculatis, floribus exterioribus radiantibus neutris. ♄. In dumetis subhumidis. ad ripas, sylvarum oras. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 477. St. h. 27. Varietas cymis globosis, floribus omnibus maximis neutris: V. Opulus β. roseum L. l. c., in hortis colitur.

Trib. II. *LONICEREAE*. Brown. char. et descr. p. 4. DC. prodr. 4. 329. Cor. tubulosa vel campanulata, saepe irregularis. Stylus filiformis.

4. LONICÉRA (L. gen. n. 233., excl. spec.) Cal. limbus parvus quinquedentatus. Cor. tubulosa vel subcampanulata, limbo 5

fido irregulari. Stam. 5. Stigma capitatum. Bacca 3 locularis, loculis oligospermis. Semina testa crustacea.

Sect. I. Caprifolium. DC. prodr. 4. 331. Flores capitato-verticillati. Baccae calyce persistente coronatae. Caules volubiles.

1. L. Caprifolium (L. sp. 246.) floribus verticillatis capitatisque, *capitulo terminali sessili*, foliis deciduis, superioribus connato-perfoliatis, *stylo glabro*, ramis volubilibus. ♄. In locis asperis sylvaticis inter frutices, (in Oestreich, Krain u. im südl. Tyrol u. d. südl. Schweiz; im übrigen Gebiete hin u. wieder verwildert.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 196. Jacq. a. t. 357., varietas floribus albidis. Caprifolium italicum R. et S. syst. veg. 5. p. 260. Periclymenum italicum Mill. dict. n. 5. Flores albidi vel purpurei, intus initio albi, deinde flavi, rami interdum pilis sparsis obsiti. Quomodo L. pallida Host. fl. a. 1. p. 298 differat, me fugit.

2. L. implexa (Ait. hort. hew. 1. 131.) floribus verticillatis capitatisque, capitulo terminali sessili, foliis sempervirentibus, superioribus connato-perfoliatis, *stylo hirsuto*, ramis volubilibus. ♄. In collibus siccis inter frutices, (Istrien, Biasoletto!) Mai. Jun. Variat: fol. inferioribus latioribus, basi cordatis: L. balearica Vivian. cors. p. 4. Flores paulo minores, ceterum ut L. Caprifolii. J.

3. L. etrusca (Sant. viagg. 1. p. 113. t. 1.) floribus capitatis, *capitulis pedunculatis, foliis* deciduis, *supremis connato-perfoliatis*, stylo glabro, ramis volubilibus. ♄. Inter frutices, in sepibus, (im Littorale, Hoppe! im wärmern Wallis, Schleicher.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 198. Folia subtus plerumque hirsuta.

4. L. Periclymenum (L. sp. 247.) floribus capitatis, capitulis pedunculatis, *foliis* deciduis, *omnibus disjunctis*, *ramis volubilibus*. ♄. In sepibus, ad sylvarum oras. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 198. Schk. t. 40. Periclymenum vulgare Mill. dict. Flores ochroleuci, saepe extus rubelli, denique sordide flavi. Variat foliis subtus hirsutis: L. etrusca Lej.! spa. 2. 299.; et foliis lobatis: L. Periclymenum quercifolium Ait. kew. 1. 131.

Sect. II. Xylosteum. DC. prodr. 4. 333. Flores gemini. Calycis limbus deciduus, baccam non coronans. Caules erecti.

5. L. Xylosteum (L. sp. 1. 248.) *pedunculis* bifloris villosis *flores subaequantibus*, *ovariis basi connatis*, foliis ovalibus pubescentibus. ♄. In dumetis sylvisque planitierum et montium humiliorum. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 198. Fl. dan. t. 808. Corolla pubescens, pallida. Baccae rubrae.

6. L. nigra (L. sp. 247.) *pedunculis* bifloris glabris *flores pluries excedentibus*, *ovariis basi connatis*, foliis oblongo-ellipticis, junioribus subpubescentibus, adultis glaberrimis. ♄. In sylvis subalpinis, etiam in montibus humilioribus, (Schweiz u. durch die g. Alpenkette u. in d. Sudeten.) April. Mai. D. fl. 2. 200. Jacq. a. t. 314. Flores extus purpurascentes vel albidi. Baccae atrae.

7. L. caerulea (L. sp. 249.) pedunculis bifloris flore brevioribus, *ovariis concretis in unicum globosum biflorum*, foliis oblongo-ellipticis obtusis acutiusculisque. ♄. In montanis et subalpinis, (Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette bis Krain u. Steyermark;

mit den Flüssen in die Ebenen herabziehend, auf d. Riede bei Memmingen.) April. Mai. D. fl. 2. p. 200. Jacq. app. t. 17. Flores ochroleuci. Baccae nigrae caeruleo-pruinosae. — L. pyrenaica L., prope Brixiam in Tyroli australi, secundum Reichenb. fl. exc. p. 202, proveniens, huic simillima est, accuratius autem inspecta facile destinguitur ovariis liberis et nullo modo connatis. E loco commemorato specimen nondum vidi.

8. L. ALPIGENA (L. sp. 248.) pedunculis bifloris flore pluries longioribus, *ovariis ad apicem fere connatis*, *foliis* ellipticis *longe acuminatis*. ♄. In alpinis et subalpinis, (in d. Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette; mit d. Flüssen in die Ebenen hinabsteigend.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 201. Jacq. a. t. 274.

5. LINNAEA (Gronov. L. gen. 774.) Cal. limbus superus, 5 partitus, laciniis subaequalibus. Stam. 4, in fundo corollae inserta, duo longiora. Ovarium inferum triloculare, loculis uniovulatis, ovulis pendulis. Stylus declinatus, stigma globosum. Bacca sicca, abortu monosperma, bracteis 2, cum fructu auctis, perfecte inclusa, et his ad medium usque adnata.

1. L. BOREALIS (L. sp. 880.) ♃. In sylvis acerosis, inter muscos repens, (von Holstein durch Mecklenburg, Pommern nach Preussen; nach Brandenburg, Schlesien u. Böhmen; sodann in d. Alpen v. Salzburg u. Tyrol, Graubünden u. Wallis.) Mai. Jun., in alpib. serius. D. fl. 4. p. 426. St. h. 17. Wahlenb. lapp. t. 9. f. 3. fructus. Cor. alba, intus striis sanguineis. Ovarium bracteis 4, (calyce infero L.) cinctum, duabus minoribus.

Ord. LX. STELLATAE. Linn. ord. nat. R. Brown. in Congo. Rubiacearum tribus DC. prodr. 4. p. 580.

Cal. superus: limbus 4-5-6 lobatus, vel obsoletus et in fructu evanidus. Cor. monopetala, ovario imposita, 4, 5, 6 fida. *Stam. corollae inserta, laciniis corollae numero aequalia, et iisdem alterna. Ovarium* 1, saepe didymum, *biloculare, loculis 1 ovulatis, ovulis erectis.* Styl. 1, saepe bifidus. Stigmata 2. Fructus nucamentaceus vel drupaceus, indehiscens, saepe bipartibilis. Embryo rectus in axi albuminis cornei, radicula ad hilum versa. Herbae foliis exstipulatis, saepe verticillatis.

1. SHERARDIA (L. gen. n. 120.) Cal. margo sexdentatus; cetera ut Asperulae.

1. S. ARVENSIS (L. sp. 149.) ⊙. In agris et cultis. D. fl. 1. p. 759. Schk. t. 22. Flores lilacini.

2. ASPÉRULA (L. gen. 121.) Cal. margo obsoletus. Cor. infundibuliformis vel campanulata, 3, 4, 5 fida, limbo patente. Styl. bifidus, stigmata capitata. Fructus subrotundus, didymus, pericarpio sicco, tenui. Mericarpia subsemiglobosa.

1. A. ARVENSIS (L. sp. 150.) foliis subtus scabris, inferioribus obovatis quaternis, caulinis reliquis lineari-lanceolatis obtusis senis octonisve, *floribus* terminalibus *fasciculatis involucro setoso-ciliato brevioribus*, fructibus glabris. ⊙. In agris, solo calcareo et argillaceo, (im Wallis, am Genfersee, von Basel durch d. Rheinfläche, bis Bingen; bei Lüttich; im Mainthale bis Würzburg; von Würtemberg durch Baiern nach Oestreich; von da nach Mähren, Schlesien u. Thüringen; in Mecklenburg sehr selten.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 761. Dod. pempt. 355. fig. 3. Flores cyanei.

2. A. TAURINA (L. sp. 150.) *foliis quaternis ellipticis acuminatis trinerviis*, corymbis fasciculatis pedunculatis, *tubo corollae limbum multum excedente*, fructibus glabris punctulato-scabris. ♃. In sylvis montanis, ad alpium radices, (in d. Schweiz u. d. südliche Tyrol; um Görz u. Monfalcone.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 762. Lobel. ic. 800. Flores albi.

3. A. LONGIFLORA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 162. t. 150.) *foliis quaternis linearibus* glabris, superioribus inaequalibus, radice fusiformi multicauli, caulibus erectis diffusisque, floribus corymbosis, bracteis lanceolato-subulatis cuspidatis, corollis glabris, *tubo limbum multum superante*, fructibus granulato-scabris. ♃. In nemorosis subalpinis, (Kärnthen, Krain, Görz, südl. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 1. 764. Cor. extus sordide purpurea, limbus intus lutescens. G.

4. A. TINCTORIA (L. sp. 150.) *foliis linearibus* glabris margine scabriusculis, inferis senis, *superioribus quaternis* inaequalibus, radice repente, caulibus erectis solitariis, floribus corymbosis, *bracteis ovalibus acutis muticis*, *corollis glabris tubo limbum aequante*, fructibus laevibus. ♃. In ericetis et montosis inter frutices, (in d. Schweiz sehr selten, übrigens stellenweise d. d. g. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 763. Flores albi.

5. A. CYNANCHICA (L. sp. 151.) *foliis quaternis linearibus* glabris margine scabriusculis, superioribus inaequalibus, radice fusiformi multicauli, caulibus diffusis adscendentibus ramosissimis, floribus corymbosis, *bracteis lanceolatis mucronatis, corollis scabris*, tubo limbum aequante, fructibus granulato-scabriusculis. ♃. In locis apricis, ericetis, (stellenweise d. d. ganze Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 762. Engl. bot. t. 33. Flores carnei, intus albi. Variat foliis inferioribus senis; et elatior, laxior: A. montana Kit. ap. Willd. en. h. berol. 1. 151. In hortis sub hoc nomine saepe quoque A. tinctoria obvenit.

6. A. ODORATA (L. sp. 150.) foliis lanceolatis glabris margine carinaque scabris, inferioribus senis, superioribus octonis, corymbis pedunculatis, *fructibus hispidis*, *setis uncinatis*. ♃. In humo sub umbra sylvarum nemorumque tam planitierum, quam montium humiliorum. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 759. Schk. t. 23. Flores albi.

7. A. APARINE (Schott. ap. Bess. galic. 1. p. 114.) *foliis suboctonis margine carina cauleque retrorsum aculeolato-scabris*, floribus paniculatis, fructibus granulatis. ♃. In virgultis et dumetis humidiusculis, salicetis et ad ripas, (Schlesien u. Mähren.) Jul. Aug. A. Aparine MB. taur. cauc. 1. 102. Reichenb. ic. 2. f. 198.

Flores albi. Variat tubo corollae dimidio breviore, quod et in specie sequente observamus; h. l. Asperula rivalis Sibth. fl. graec. 1. t. 117. Specimina silesiaca ad formam, brevi corollae tubo praeditam, pertinent. G.

8. A. GALIOIDES (M. Bieberst. fl. taur. cauc. 1. p. 101.) *foliis rigidis linearibus* mucronatis margine involutis scabrisque, caulinis *suboctonis*, *caulibus* erectis adscendentibusque teretibus obsolete angulatis *glabris* vel basi pubescentibus superne paniculato-corymbosis, tubo corollae brevi, fructibus laevibus. ♃. In apricis, praecipue solo calcareo, (in d. westl. Schweiz selten; a. d. Rheinfläche v. Basel bis Bingen; durch Würtemberg nach d. Donaugebirge bis Regensburg u. d. südl. Fränkischen Bergen; im Mainthale bis Würzburg; Unteröstreich u. d. Böhmen, Mähren u. Sachsen bis an d. Unterharz.) Jun. Jul. D. fl. 1. 765. Galium glaucum L. sp. 156. Jacq. a. t. 81. G. campanulatum Vill. delph. 2. 326. G. montanum Poll. palat. 1. p. 154. Variat caule erecto et diffuso, basi scabro et glaberrimo, et floribus dimidio minoribus. Flores albi.

Asperula laevigata e flora germanica delenda est, nam in locis hucusque vulgatis non crescit.

3. CRUCIANÉLLA (L. gem. n. 126.) Cor. laciniis incurvo-conniventibus. Mericarpia oblonga vel semiovata. Cetera ut Asperulae.

1. C. ANGUSTIFOLIA (L. sp. 157.) foliis senis lineari-lanceolatis, *spicis elongatis* quadrifariam imbricatis quadrangularibus, *bracteis* exterioribus basi connatis acute carinatis angulo alato decurrentibus *margine glabris*. ⊙. In arenosis, (bei Triest, Wulfen; Istrien, Host.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 797. Barrel. t. 550. Flores flavi. — C. latifolia L. differt: fol. infimis latioribus, spicis tetragonis, *bracteis* exterioribus obtuse carinatis angulo incrassato rotundato vel depresso decurrentibus, *margine ciliatis*, superioribus ad medium usque connatis. G.

2. C. MOLLUGINOIDES (M. Bieberst. taur. cauc. 1. 106.) foliis 6-12 lineari-lanceolatis scabris, *capitulis* axillaribus terminalibusque *pedunculatis* subpaniculatis, *bracteis* ovato-lanceolatis acuminatis *margine villosis*, floribus pentameris. ♃. In montanis asperis, (Krain auf d. Kahlenberge bei Laibach, Stootz; von H. Praef. Hladnik erhalten.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 3. f. 424. Asperula molluginoides Reichenb. fl. exc. p. 206. G.

4. RÚBIA (L. gen. n. 127.) Fructus subrotundus, didymus, baccatus, succosus. Cetera ut Galii.

1. R. TINCTORUM (L. sp. 158.) caulibus annuis, *foliis* quaternis senisve subpetiolatis lanceolatis (siccatis) *reticulato-venosis* margine retrorsum aculeolato-scabris, pedunculis axillaribus trichotomis, corollae laciniis acuminato-appendiculatis. ♃. In Oriente, et quasi sponte in agris et sepibus regionum, ubi colitur. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 798. St. h. 3. Flores flavescentes. Ante seriem aculeolorum marginalium in foliis saepe alteram observamus, ex aculeolis minoribus antrorsum versis formatam. Costa foliorum media et anguli caulis saepe retrorsum aculeati sunt, ut in sequente. Colitur.

2. R. PEREGRINA (L. sp. 158.) foliis cum caule perennantibus quaternis senisve sessilibus lanceolatis ellipticisve *aveniis* margine retrorsum aculeolato-scabris, pedunculis axillaribus trichotomis, corollae laciniis cuspidato-appendiculatis. ♃. In dumetis et sepibus inter lapides, (Triest u. auf Osero u. Veglia.) Mai. Jun. Engl. bot. 12. t. 851. Rubia tinctorum Scop. carn. 1. p. 106. R. anglica Huds. ang. 1. 54.

5. GALIUM (L. gen. n. 125.) Cal. margo obsoletus. Cor. rotata vel plana, 4-rarius 3 fida. Fructus subrotundo-didymus siccus. Mericarpia indehiscentia, 1 sperma.

Sect. I. CRUCIATA. Tournef. inst. 115. Valantiae spec. Linn. Inflorescentia axillaris. Flores polygami. *Flos terminalis ramificationum* hermaphroditus, *fertilis*; laterales masculi, steriles. *Pedunculi* peracta anthesi arcuatim recurvati, *fructum sub foliis*, nunc itidem *deflexis*, *occultantes*.

1. G. CRUCIATA (Scop. carn. 1. p. 100.) *foliis* quaternis ellipticooblongis ovatisve *trinerviis*, *pedunculis lateralibus ramosis bracteatis* hispidis glabrisve, fructiferis deflexis, fructibus laevibus, caule hirsuto. ♃. In pratis sylvaticis, ad sepes et dumeta. Apr. Mai. D. fl. 1. p. 768. St. h. 7. G. cruciatum Sm. brit. 173. Valantia Cruciata L. sp. 1491. V. chersonensis Willd. sp. 4. 951. V. ciliata Presl. cech. p. 34. Flores lutei. Variat:

β. *laevipes*, pedunculis pedicellisque glabris: V. Cruciata Willd. sp. pl. 951. Presl. fl. cech. l. c.

2. G. VERNUM (Scop. carn. 1. p. 99. t. 2.) foliis quaternis ovalibus oblongisve *trinerviis*, *pedunculis lateralibus ramosis ebracteatis* glabris, fructiferis deflexis, fructibus laevibus, caule glabro vel inferne hirto. ♃. In sylvis umbrosis et pratis humidis, (in d. Cant. Tessin; im Littorale u. v. da durch Krain, Kärnthen, Steyermark, Oestreich, Mähren nach Schlesien.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 769. Schk. t. 345. G. Bauhini R. et S. syst. veg. 3. 218. Valantia glabra L. sp. 1491. „Corollae luteae" Scop. l. c. Vulgaris planta variat pedunculis folio dimidio brevioribus foliumque aequantibus, et utraque varietas floribus dimidio minoribus atque, ut Galium verum aliaque Galia, sed rarius, floribus ochroleucis et albidis. — G. Halleri, R. et S. syst. veg. 1. 218, quod ab his varietatibus tanquam species distingui possit, mihi plane ignotum est. E Carniolia non nisi vulgarem stirpem hucusque accepi.

3. G. PEDEMONTANUM (All. auct. p. 2.) *foliis quaternis* ellipticooblongis *trinerviis*, pedunculis lateralibus simplicibus vel bifidis ebracteatis villosis, fructiferis deflexis, fructibus laevibus glabris, *caule retrorsum aculeolato* ceterum glabro vel villoso ⊙. In locis arenosis, (im Wallis, im Littorale u. um Dornbach bei Wien.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 770. Valantia pedemontana Bell. app. 46. t. 5. Waldst. Kit. 1. t. 33., flores flavescentes. Specimina taurinensia, germanica et hungarica, a me visa, caulem magis minusve retrorsum aculeatum et simul pilosum, vel aculeatum et pilis destitutum habent, ideoque G. pedemontanum et retrorsum DC. prodr. 4. p. 605, specie non differre mihi persuasum habeo.

Sect. II. VAILLANTIOIDES. Valantiae species Linn. Inflorescentia axillaris. Flores polygami. *Flos terminalis ramificationum* hermaphroditus, *fertilis*; laterales masculi, steriles. *Folia non deflexa.*

4. G. SACCHARATUM (All. ped. 1. p. 9.) *foliis* subsenis lineari-lanceolatis *mucronatis uninerviis margine sursum aculeolato-scabris*, caulibus flaccidis procumbentibus retrorsum aculeolato-scabris, *pedunculis lateralibus trifloris, fructiferis recurvatis*, pedicellis fructu dense verrucoso brevioribus. ⊙. In agris, (im Braunschweigischen, Schrader; bei Bennstädt, Wansleben u. Kölme in d. Fl. v. Halle, Wallroth; bei Basel, Hagenbach; im Badischen, Gmelin; von diesen Standorten habe ich noch kein Exemplar gesehen.) Jun. Jul. Flores albidi. D. fl. 1. p. 772. G. verrucosum Smith. engl. fl. 1. p. 204. Valantia Aparine L. sp. 1491. Schrad. spicil. 55. t. 1. f. 3. V. saccharata Gmel. bad. 3. p. 781. Vaill. par. t. 4. f. 3. b.

Sect. III. APARINE. Inflorescentia axillaris, vel denique paniculata. *Flores hermaphroditi. Caules aculeolis decurvis* latiusculis *scabri*, iisque vestimentis adeo hominum manibus adhaerentes.

5. G. TRICORNE (Withering. brit. ed. 2. 153.) *foliis* suboctonis lineari-lanceolatis *mucronatis uninerviis margine retrorsum aculeolato-scabris*, caulibus flaccidis procumbentibus retrorsum aculeolato-scabris, *pedunculis lateralibus subtrifloris*, pedicellis *fructiferis recurvatis* fructu verrucoso-granulato longioribus. ⊙. In agris solo argillaceo et calcareo. Jul.-autumn. D. fl. 1. p. 771. G. spurium Roth. tent. 1. 66. Schrad. spicil. p. 18. t. 1. f. 2. G. Valantia Wigg. prim. fl. hols. p. 12. Valantia tricornis Roth. n. beitr. p. 142. V. Aparine Poll. pal. 2. p. 656. V. triflora Lam. fl. fr. 3. 384. Flores albidi.

6. G. TRIFIDUM (L. sp. 153.) *foliis quaternis* lineari-oblongis sursum latioribus obtusissimis *muticis uninerviis* margine retrorsum aculeolato-scabris, caulibus flaccidis filiformibus quadrangularibus retrorsum aculeolato-scabris, *pedunculis lateralibus uni-trifloris defloratis reflexis*, fructibus laevibus. ♃. In pratis spongiosis turfosis, (im Seethale bei Judenburg in Obersteyermark, Bernhardi! am Bürgersee, Host.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 772. Fl. dan. t. 48. Flores albi. G.

7. G. TENERUM (Schleich. cat. 1821. Gaud. helv. 1. p. 442.) *foliis* senis *oblongo-obovatis obtusis mucronato-aristatis* uninerviis *margine retrorsum aculeolato-scabris carina glabris*, caulibus flaccidis filiformibus quadrangularibus sparse retrorsum aculeolato-scabris glabrisve, *pedunculis lateralibus uni-trifloris fructiferis rectis*, fructibus hispidis. ⊙. In summis alpibus Helvetiae rarissimum, (auf d. Gemmi u. im Nicolaithale über Zermatten.) H.

8. G. APARINE (L. sp. 157.) *foliis* senis octonisque *lineari-lanceolatis mucronatis* uninerviis, *margine carinaque retrorsum aculeolato-scabris*, caulibus flaccidis quadrangularibus retrorsum aculeolato-scabris, *pedunculis axillaribus* denique subpaniculatis, *pedicellis fructiferis rectis*, fructibus hispidis laevibusve, *corollis fructu evoluto angustioribus*. ⊙. In agris, hortis, sepibus. Jun.-autumn. D. fl. 1. p. 773. Fl. dan. 495. Flores albi vel viridescentes; caulis ad nodos hirsutus; variat autem caule praeter angulorum scabritiem toto hirsuto, et, rarissime quidem, fructibus setis paucis adspersis. Notabilis varietas est porro:

β. *Vaillantii;* minus, fructus dimidio minores et caules ad nodos plerumque glabri, non hirsuti; cetera conveniunt: G. Vaillantii

DC. fl. fr. 4. p. 263. Vaill. par. t. 4. f. 4. G. infestum W. et Kit. pl. rar. hung. t. 202. G. agreste α. echinospermum Wall. sched. p. 59. D. fl. 1. p. 775.

γ. *spurium;* fructus laeves, praeterea varietati β. simillimum: G. spurium L. sp. 154. G. hispidum Roth. tent. 2. p. 184. G. agreste β. lejospermum Wallr. l. c. D. fl. l. c.

9. G. ULIGINOSUM, *foliis* subsenis lineari-lanceolatis mucronatis uninerviis *margine carinaque retrorsum aculeolato-scabris,* caulibus flaccidis quadrangularibus retrorsum aculeolato-scabris, *pedunculis axillaribus denique subpaniculatis, pedicellis fructiferis rectis,* fructibus tuberculato-scabris, *corollis fructu evoluto latioribus.* ♃. In pratis muscosis turfosis, ad fossas et piscinas. Mai.-Jul. D. fl. 1. p. 775. Engl. bot. t. 1972. Schrad. spicil. t. 1. f. 1. Flores albi. Aculeoli marginem foliorum occupantes semper retrorsum spectant; juxta marginem autem alia aculeolorum series, versus apicem folii directa, plerumque collocata est, quae, si margo inflectitur, quod saepe fit, ipsi margini imposita esse videtur. Folio vero inverso fallacia detegitur. Ex hoc errore ortum est G. Witheringii Smith. brit. 174., G. montanum Wither. arr. 128. sec. Sm. l. c.

10. G. ANGLICUM (Huds. angl. p. 69.) *foliis* subsenis lineari-lanceolatis mucronatis uninerviis margine *sursum aculeolato-scabris, caulibus* flaccidis ramosissimis *retrorsum aculeolato-scabris,* pedunculis axillaribus denique subpaniculatis rectis, fructibus granulato-scabris hispidisve, corollis fructu evoluto angustioribus. ⊙. In agris, (die Var. α. in der südl. u. westlichen Schweiz; in Oberbaden; am Mittelrheine zwischen Marnheim u. Mainz; die Var. β. in d. südl. Schweiz u. um S. Daniele im Littorale.) Jun.-Aug. G. gracile D. fl. 1. p. 776. Flores viridi-luteoli, extus rubelli. Variat:

α. *anglicum;* fructus granulato-scabri: G. anglicum Huds. l. c. Engl. bot. t. 384. G. gracile Wallr. sched. p. 57. G. rubrum Poll. pal. 1. p. 155.

β. *litigiosum;* fructus setoso-hispidi: G. litigiosum DC. fl. fr. 4. 263. ic. rar. t. 26. G. parisiense L. sp. 157. G. minutiflorum Brot. 1. p. 251. E. seminibus G. anglici, iisque glaberrimis, G. parisiense fructibus setoso-hispidis eduxit amic. Hornung.

11. G. PALUSTRE (L. sp. 153.) *foliis quaternis* lineari-oblongis superne latioribus obtusis *muticis uninerviis* margine retrorsum scabris, caulibus flaccidis diffusis quadrangularibus retrorsum scabris, *panicula diffusa, pedicellis fructiferis rectis* horizontaliter patentibus, fructibus laevibus. ♃. In fossis, ad margines rivulorum et piscinarum. Mai.-Jul. D. fl. 1. p. 777. Fl. dan. t. 423. Folia rarius in caule quina et sena; flores albi; variat glaberrimum, aculeolis nempe in caule foliisque nullis.

Sect. IV. PLATYGALIUM. DC. prodr. 4. p. 598. Inflorescentia terminalis paniculata. Flores hermaphroditi. Pedunculi fructiferi recti. Folia trinervia.

12. G. ROTUNDIFOLIUM (L. sp. 156.) *foliis quaternis ovalibus trinerviis breviter mucronatis* margine setuloso-scabris, caulibus flaccidis quadrangularibus glabris hirtisve, *panicula terminali pedunculata* divaricata pauciflora, fructibus setoso-hispidis. ♃. In

nemoribus et sylvis umbrosis region. subalpinarum, etiam montium humiliorum, (a. d. Vogesen, in d. Schweiz u. längs d. ganzen Alpenkette, auch in Oberbaden, Würtemberg, Franken, sodann v. Oestreich d. Mähren, Schlesien, Böhmen, nach Thüringen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 778. Jacq. a. t. 94. Flores albi.

13. G. BOREALE (L. sp. 156.) *foliis quaternis lanceolatis trinerviis muticis* margine scabris, *caule erecto stricto* quadrangulari glabro vel puberulo *superne paniculato*, pedicellis fructiferis erectis patentibus, fructibus tomentoso-hispidis glabrisve. ♃. In ericetis, sylvis, pratis sylvaticis. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 773. Fl. dan. 1024 Flores albi. Fructus setis brevibus erectis apice uncinatis. Variat autem:

β. intermedium, fructus setulis brevissimis adpressis adspersi, quasi punctis argenteis picti: G. boreale β. D. fl. l. c. DC. prodr. 4. 601.

γ. hyssopifolium, fructus glaberrimi: G. boreale γ. D. fl. l. c. G. hyssopifolium Hoffm. D. fl. 1. p. 71. G. rubioides Poll. pal. 150. non L.

14. G. RUBIOIDES (L. sp. 152.) *foliis quaternis ovalibus vel oblongo-lanceolatis trinerviis muticis* margine scabris, *caule diffuso adscendente* glabro *superne paniculato*, panicula dilatata, pedicellis fructiferis erectis patentibus, fructibus glabris vel subpuberulis. ♃. In graminosis, ad fluviorum ripas, in pratis, sylvaticis, (Krain, Host.) Mai. Jun. Antecedenti quidem valde simile, sed primo intuitu habitu robustiore et foliis fructibusque multo majoribus dignoscitur; tamen difficillime definitur. Vivam utramque speciem nondum comparavi. Fructus glabri vel setulis brevibus sursum directis adspersi, caules quoque vel laeves vel tuberculis minutissimis in angulis scabriusculi. G.

Sect. V. EUGALIUM. DC. prodr. 4. p. 593., pro parte. Inflorescentia terminalis paniculata vel verticillata. Flores hermaphroditi. Pedicelli deflorati recti. Folia uninervia. Caulis glaber vel hirsutus, sed aculeolis reflexis destitutus, neque asper.

15. G. VERUM (L. sp. 155.) *fol.* linearibus mucronatis *subtus subvelutino-puberulis*, caulinis octonis duodenisve, caule erecto vel adscendente rigido tereti quadricostato pubescenti-scabro, ramis paniculae patentibus densifloris, pedicellis fructiferis subhorizontaliter patentibus, laciniis corollae obtusiusculis brevissime apiculatis, fructibus laevibus. ♃. In pratis, pascuis, ad sylvarum oras. Jun.-autumn. D. fl. 1. p. 783. Schk. t. 23. Variat foliis supra scabris: G. verosimile R. et S. s. veg. 2. p. 234.; et supra glabris, floribus intensius luteis et ochroleucis; sed G. ochroleucum Wolf. ap. Schweig. et Kört. fl. erlang. 1. p. 36. Wimm. et Grab. fl. siles. 1. p. 124, (non Kit., quod ad G. lucidum propius accedit,) differt: caulis angulis magis prominulis, foliis latioribus et laciniis corollae longius mucronatis, atque hybrida planta esse videtur inter G. Molluginem et G. verum.

16. G. PURPUREUM (L. sp. 156.) *foliis* linearibus *angustissimis* mucronatis, caulinis octonis denisve, caule erecto rigido paniculato ramosissimo tereti quadricostato pubescente, *pedicellis capillaribus nutantibus subracemosis*, laciniis corollae breviter apiculatis, fructibus laevibus. ♃. In declivibus lapidosis, collibus incultis, (im Cant. Tessin, südl. Tyrol u. d. Littorale.) Jul. Aug. D. fl. 1. 785. Flores parvi, sanguinei.

17. G. SYLVATICUM (L. sp. 155.) *foliis oblongo-lanceolatis obtusis* mucronatis margine scabris, caulinis octonis, caule erecto tereti obtuse quadricostato glabro hirtove, *panicula ampla, pedicellis capillaribus ante anthesin nutantibus*, fructiferis erecto-patentibus, laciniis corollae breviter apiculatis, fructibus glabris subrugosis. ♃. In sylvis planitierum et montium humiliorum. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 786. G. laevigatum Vill. delph. 2. p. 327. Flores albi. Variat glabrum et

β. pubescens DC. fl. fr. 4. p. 252. Caule, ramis nervisque foliorum subtus pubescentibus.

18. G. ARISTATUM (L. syst. nat. edit. 13. 2. p. 118.) *foliis lanceolatis utrinque attenuatis acutis* mucronatis margine scabris laevibusque, caulinis octonis, caule erecto quadrangulari, *panicula ampla, pedicellis capillaribus ante et post anthesin erecto-patulis, corollae laciniis cuspidatis*, fructibus laevibus. ♃. In montosis asperis inter frutices, (Kärnthen im Rabelthale, Hoppe; im südl. Tyrol zwischen Trident u. Salurn, Zuccarini; südl. Schweiz, bei Lugano u. Genf.) Jul. Aug. G. aristatum Trev. in d. Jahrb. d. Gewächsk. 1. 2. p. 8., excl. syn. Villars. G. laevigatum L. sp. 1667, secundum Linnaeum ipsum in syst. nat. 2. p. 118. Variat:

α. *scabriusculum*, foliis margine scabris: G. aristatum Gaud. helv. 1. p. 423. D. fl. 1. p. 768.

β. *laevigatum*, foliis margine glabris vel subglabris: G. linifolium Lam. dict. 2. p. 578. DC. prodr. 4. p. 593., excl. syn. Villarsii. G. laevigatum Vill. delph. 2. p. 229, ob caulem teretem laevissimumque et folia tenera subovalia et obtusa ad G. sylvaticum L. traho; G. sylvaticum Villarsii est modificatio G. Molluginis.

19. G. INSUBRICUM (Gaud. helv. 1. p. 421.) *foliis obovatis abrupte apiculato-mucronatis* opacis, caulinis senis, rameis quaternis, caulibus decumbentibus ramosissimis quadrangularibus glabris, *ramis paucifloris umbella semel trichotoma terminatis*, pedicellis fructiferis patentibus, *corollae laciniis cuspidatis*. ♃. In locis petrosis, (im Cant. Tessin, Gaud.!) Cor. albae, dimidio minores, quam in G. Mollugine; caules tenues, folia papyracea, tenuia, venulosa, floralia grandiuscula; bracteae latiusculae, fere omnes solitariae. H.

20. G. MOLLUGO (L. sp. 155.) *foliis lanceolatis vel obovato-lanceolatis* mucronatis subtus opacis, caulinis suboctonis, caulibus procumbentibus erectisve quadrangularibus glabris hirtisve, *ramis paniculae expansae multifloris, inferioribus horizontaliter patentibus, pedicellis fructiferis divaricatis, corollae laciniis cuspidatis*, fructibus glabris subrugosis. ♃. In pratis siccioribus, ad viarum margines, in sylvaticis. Mai.-Aug. D. fl. 1. p. 780. Fl. d. t. 455. Variat caule glabro vel caule ramisque pube brevi crispula obductis vel caule inferne cum foliis vel ubique hirto, pilis patentibus rectis; floribus albis et ochroleucis. — G. tyrolense Willd. herbar. n. 2721. fol. 1., est specimen minus et erectum G. Molluginis.

21. G. LUCIDUM (Allion. ped. 1. p 5.) *foliis linearibus mucronatis rigidis lucidis* subtus nervo valido instructis, caulinis suboctonis, caulibus erectis quadrangularibus glabris hirtisque, *ramis paniculae oblongae inferioribus horizontaliter patentibus, pedicellis fructiferis divaricatis, corollae laciniis cuspidatis*, fructibus gla-

bris subrugosis. ♃. In locis saxosis sterilibus, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Unteröstreich.) Mai.-Jul. G. lucidum All. l. c., ex specimine a. b. Balbisio in collectione Mertensiana et ex descriptione Allionii cum pl. optime congruente. D. fl. 1. p. 781. G. rigidum Vill. delph. 2. p. 319. Variat, ut antecedens, caule glabro et inferne hirto: G. cinereum Schleich.! non All.; porro foliis angustissimis, siccatis convolutis et setiformibus: G. corrudaefolium Vill. delph. 2. p. 320. G. tenuifolium All. ped. 1. p. 6.; et si caulis diffusus est: G. tenuifolium Wulf. in Röm. arch. 3. 320. — G. *cinereum* All. ped. 2. p. 6. „elegans species rare glauco obducta, quo deterso lucide viret, non tamen obscuro, atque intenso virore." Mihi ignotum est; quod hucusque sub hoc nomine vidi, ad G. lucidum pertinet. — B. Smith. in engl. flora 1. p. 202, 203, tres affines species proposuit: G. cinereum, erectum et aristatum; (non Linn. syst. nat.) a me nondum visas. — G. ochroleucum Kit. proxime ad G. lucidum accedit, differt vero foliis aeque angustis quidem et convolutis, sed duplo longioribus, et corymbulis erectis non divaricatis, saltem in planta florente, et ramis a basi fere floribus onustis pedicellisque longioribus; a Galii veri varietate ochroleuca, caule glaberrimo et corollarum laciniis cuspide filiformi terminatis fere longitudine dimidiae laciniae.

22. G. RUBRUM (L. sp. 156.) *foliis* lineari-lanceolatis *mucronatis uninerviis*, caulinis senis, caulibus flaccidis procumbentibus quadrangularibus glabris hirtisve, panicula diffusa divaricata, pedicellis capillaribus rectis, *corollae laciniis aristato-cuspidatis*, *fructibus granulatis*. ♃. In pratis siccis montanis, (im südl. Tyrol, bei Bozen; im Cant. Tessin, bei Lugano etc.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 784. Flores sanguinei, aetate flavescentes. Variat autem:

β. *obliquum*, floribus albidis: G. obliquum Vill. delph. 2. 320. sec. Treviran. Jahrb. d. Gewk. 2. p. 11. G. obliquum Wulf. Röm. arch. 3. 324.? G. mucronatum Lam. dict. 2. 581. sec. DC. prodr. 4. 594.

23. G. SAXATILE (L. fl. suec. ed. 2. p. 463. n. 1294.) *foliis* subsenis *mucronatis uninerviis*, inferioribus obovatis, superioribus obverse lanceolatis, caulibus quadrangularibus glabris prostratis, florigeris adscendentibus, floribus corymboso-paniculatis, pedicellis erecto-patentibus, *corollae laciniis acutis*, *fructibus dense granulato-scabris*. ♃. In ericetis et pascuis montanis lapidosis sterilissimis subhumidis australioribus, atque in planitiebus turfosis borealibus, (v. Westphalen durch d. g. nördl. Deutschland; a. d. Harze, Erzgebirge, in Schlesien u. Böhmen, Thüringen u. d. höhern Bergen d. Rheingebietes von Oberelsass u. Oberbaden bis n. d. Niederlanden; westl. Schweiz sehr selten.) Jul. Aug. G. saxatile Sm. brit. 175. Engl. bot. 815. G. hercynicum Weig. obs. p. 25. D. fl. 1. p. 792. G. montanum Huds. angl. 67.

24. G. SYLVESTRE (Poll. palat. 151.) *foliis* lineari-lanceolatis *antice latioribus acuminatis mucronatis uninerviis*, caulinis suboctonis, inferioribus obovato-lanceolatis, caulibus e basi adscendente erectis vel procumbentibus quadrangularibus glabris hirtisve, floribus corymboso-paniculatis, pedicellis erecto-patentibus, *corollae laciniis acutis*, *fructibus obsolete granulatis*. ♃. In ericetis, ad sylvarum oras; in alpes adscendens. Jun. Jul. D. fl. 1. 789.

G. pusillum L. sp. 154. sec. Smith. engl. fl. 1. p. 206.; sed Linnaeana species, ex mea sententia, ad G. pumilum pertinet. G. multicaule Wallr. sched. p. 53. Flores albi. Variat:

α. *glabrum*, margo foliorum et tota herba glabra: G. sylvestre 1. glabrum Schrad. spic. p. 12. G. multicaule α. polyphyllum Wallr. sched. p. 54. G. sylvestre vulgatum Gaud. helv. 1. 428. G. umbellatum α. Lam. dict. 2. 597. G. laeve Thuill. par. 1. 77. DC. prodr. 4. 594. G. anisophyllum et G. montanum Vill. delph. 2. 317. — Haec varietas, si folia margine setulis parvis obsita sunt: G. sylvestre 2 hispidum Schrad. spic. 12.

β. *alpestre*, eadem varietas, sed humilior, paniculis brevioribus densioribus: G. sylvestre 2. alpestre Gaud. helv. 1. 429. δ. D. fl. 1. p. 792. G. alpestre R. et S. syst. veg. 3. 225. DC. prodr. 4. 594. G. argenteum Vill. delph. 3. 318.

γ. *hirtum*, D. fl. 1. p. 791., caulis cum foliis a basi ad medium et altius pilis patentibus hirtus. G. sylvestre 3. pubescens Schrad. spic. 13. G multicaule eriophyllum Wallr. sched. 34. G. sylvestre 3. Boccone Gaud. helv. 1. p. 430. G. Boccone All. ped. 1. p. 6. G. Bocconi DC. prodr. 4. 594. G. umbellatum β. Lam. l. c. G. scabrum Pers. syn. 1. p. 127. G. nitidulum Thuill. par. 1. p. 86. G. asperum Schreb. spic. 5.

δ. *supinum*, humile 2-3 pollicare, panicula brevis semel-bis trichotoma, rami paniculae longitudine foliorum fulcrantium vel vix longiores: G. sylvestre ζ. supinum D. fl. l. c. G. sylvestre 4. supinum Gaud. helv. 1. 431. G. supinum Lam. dict. 2. 579. DC. prodr. 4. 595.

Jacquinii iconibus iterum atque iterum collatis, ejus Galium scabrum, fl. a. t. 422, ad G. sylvestre, et G. austriacum, t. 80., ad varietatem maiorem G. pumili referenda esse existimo.

25. G. PUMILUM (Lam. dict. 2. 580.) *foliis linearibus a medio subulato-attenuatis aristatis* margine subincrassatis *subtus iuxta nervum validum bisulcatis* caulinis senis octonisve, caulibus ramosissimis procumbentibus adscendentibus quadrangularibus, ramis corymboso-paniculatis pedicellisque rigidis, his erecto-patentibus, *corollae laciniis acutis*, *fructibus subtiliter granulatis*. ♃. In collibus apricis, (d. kleinere Abart b. San Daniele u. Monfalcone, n. Wulfen's Beschreibung; d. gröfsere v. Calvarienberg bei Wien, D. Rohde!) Jun. Jul. D. fl. 1. 794. Lam. illustr. t. 60. f. 2. G. trichophyllum All. auct. p. 1. n. 18. Wulf. in Röm. arch. 3. 329. Flores albi; tota planta nitida, rigidula. Variat:

α. *hypnoides*, dense caespitosum, procumbens, corymbis terminalibus paucifloris: G. hypnoides Vill. delph. 2. 323.

β. *laxius*, e basi procumbente erectum, folia quandoque margine setuloso-scabra. D. fl. l. c.

γ. *hirtum*. D. fl. l. c., caulis et folia pilis brevibus patentibus undique obsita: G. pusillum L. sp. 154, ex sententia b. Gaudini, cui assentio: G. pumilum δ. pubescens DC. prodr. 4. 595. β. hirtellum Gaud. helv. 1. 433.

δ. *majus*, 3-4 pollicare, panicula multiflora. Haec varietas G. sylvestri valde aemulatur, sed foliorum forma cauleque et ramis divaricatis rigidulis distinguitur; in speciminibus minoribus foliorum nervus subtus crassissimus et basis foliorum

subhemisphaerico - incrassata est. — Simillimum G. Jussieui Vill. delph. 2. 323, G. pumilum β. cespitosum DC. prodr. 4. 595., differt foliis utrinque planis, enerviis, neque margine incrassatis nec subtus bisulcatis; et simile G. pyrenaicum: nervo debili et pedunculis unifloris, folio dimidio brevioribus.

26. G. HEVETICUM (Weigel. observ. bot. p. 24.) *foliis* senis octonisve *subenerviis planis subcarnosis exaristatis muticis vel breviter mucronatis*, inferioribus obtusis superioribus lanceolatis acutis, caulibus ramosissimis procumbentibus adscendentibus quadrangularibus glabris, pedunculis umbellatis terminalibus axillaribusque unitrifloris folia paulum superantibus, *corollae laciniis acutis, fructibus laevibus.* ♃. In locis glareosis alpium, cum fluviis hinc inde in planities descendens, (in d. Schweiz selten, a. d. Fouly u. Enzeindaz, auf d. Weisenstein; a. d. Tyroler Alpen; d. Radstädter Tauern; nicht selten auf d. Isarbänken bei München.) Jul. Aug. Flores ochroleuci. Gaud. helv. 1. p. 434. G. baldense Spreng. pug. 1. p. 10. G. saxatile Sut. helv. 1. 90. — A tribus antecedentibus praeter alias notas differt foliis fere enerviis muticis vel mucronulo vix observabili instructis. — G. *Villarsii*, Requien. in Quer. vaucl. ed. 2. p. 250. DC. prodr. 4. 597., secundum citatum ex Gaudini flora helvetica, „G. sylvestre virens Gaud. l. c. 1. p. 432" stirpibus helveticis adscribendum est; sed suspicor, helveticam plantam huc non pertinere, quum descriptio minime conveniat. Galium Villarsii differt a G. helvetico foliis lineari-obovatis, apice rotundato-obtusis, magis carnosulis, siccitate nigris et pedunculis crassis, terminalibus ternis trifidis, folia non superantibus.

6. VAILLANTIA (DC. fl. fr. 4. p. 226. Valantiae spec. L.) Flores terni, medio hermaphrodito fertili, lateralibus masculis cum intermedio concretis. Cal. limbus irregulariter dentatus, persistens. Cor. rotata, fl. masc. trifida, hermaphr. quadrifida. Fructus tricornis, ex ovariis tribus connatis, calyce persistente coronatis, formatus, biovulatus, plerumque monospermus.

1. V. MURALIS (L. sp. 1490.) caule foliis calycibusque glabris. ⊙. In locis apricis et muris, (Istrien u. d. benachbarten Inseln.) Column. ecphr. 297. Flores e viridi luteoli. J.

Ord. LXI. VALERIANEAE. DC. fl. fr. 4. p. 237. prodr. 4. p. 623.

Cal. superus: limbus involutus et denique in pappum expansus, vel dentatus, vel obsoletus. Cor. monopetala, ovario imposita: limbus 3 - 4 - 5 fidus, subinaequalis, vel etiam irregularis; tubus basi saepe gibbus, vel calcaratus. *Stamina tubo corollae inserta,* libera, 4, vel pauciora. *Ovarium 1 loculare, vel 2-3 loculare, loculo 1 fertili, ovulo solitario, pendulo.* Sem. exalbuminosum. Embryo rectus, radicula hilum spectante.

1. VALERIANA (L. gen. n. 44.) Cal. limbus per anthesin involutus, postea, fructum coronans, in pappum plumosum expansus. Cor. infundibuliformis, basi gibba: limbo 5 fido.

§. 1. Flores

§. 1. Flores hermaphroditi, conformes.

1. V. OFFICINALIS (L. sp. 45.) *foliis omnibus pinnatis 7-10 jugis*, foliolis lanceolatis dentato-serratis integerrimisve, fructibus glabris, caule sulcato, *radice stolonibus nullis.* ♃. In sylvis, locis humidis, ad ripas, in dumetis. Jun.-Aug. D. fl. 1. 386. — St. h. 9. Flor. carnei. Var.:

α. *altissima*, foliolis fol. inferiorum elliptico-lanceolatis, profunde dentato-serratis, caule elato: V. altissima Mik. In solo pingui humido.

β. *media*, foliolis lanceolatis, inferioribus dentato-serratis, superioribus integerrimis. In sylvis.

γ. *angustifolia*, foliolis lineari-lanceolatis linearibusve integerrimis vel infimis paucidentatis: V. angustifolia Tausch. pl. sel., non Mill. In asperis, rupestribus. — V. Cardamines Becker. ex sententia Cl. Fresenii est V. officinalis modificatio abnormis.

2. V. SAMBUCIFOLIA (Mikan. ap. Pohl. boh. 1. 41.) *foliis omnibus pinnatis 4-5 jugis*, foliolis lanceolatis oblongisve dentato-serratis, fructibus glabris, caule sulcato, *radice stolonibus repente.* ♃. In nemorosis humidis Boh. et Siles. (Im Elbgrunde der Sudeten u. im Odergebiete von den Sudeten bis Frankfurt; durch Mähren nach Oestreich und Steyermark. Jun.-Aug. Flor. carnei. Var. elatior: V. repens Host. a. 1. 35., V. exaltata Mikan. — Stolones apice incrassantur, ibidemque radices agunt, dum basis eorum putredine destruitur et perit; sic planta valde multiplicatur.

3. V. PHU (L. sp. 45.) foliis radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis indivisis incisisve, caulinis pinnatis 3-4 jugis foliolis integerrimis, *fructibus hinc lineis duabus sericeo-pubescentibus*, *illinc glabris*, caule tereti, radice stolonibus nullis. ♃. In nemorosis, (zwischen Verviers und Limburg, Lejeune.) Mai. Jun. Flor. albi vel dilute carnei.

§. 2. Flores polygamo-dioici; in hermaphroditis stamina perfecta cum stylo ultra corollam eminent; in planta feminea flores dimidio minores sunt, stylus perfectus ultra florem emergit, stamina vero antheris imperfectis instructa intra corollam latitant.

* Fol. caulinis pinnatis.

4. V. DIOICA (L. sp. 44.) foliis radicalibus infimis subrotundo-ovatis ellipticisve, *fasciculorum sterilium longe petiolatis ovatis acutiusculis*, caulinis inferioribus lyrato-pinnatipartitis, superioribus subtrijugis, laciniis linearibus, corymbis terminalibus, *fructibus glabris*, *radice stolonifera.* ♃. In pratis udis, etiam in subalpinis. Mai. Jun. D. fl. 1. 393. St. h. 9. — Var. raro fol. caulinis omnibus integris. Reichenb. ic. f. 120. Flores carnei.

5. V. TUBEROSA (L. sp. 46.) foliis radicalibus elliptico-oblongis petiolatis, caulinis inferioribus lyrato-pinnatipartitis, superioribus tri-quadrijugis, laciniis linearibus, corymbis terminalibus, *fructibus utrinque lineis duabus sericeo-pubescentibus*, radice tuberosa. ♃. In collibus apricis, pratis montanis, (jenseits der Alpen in Krain und im Littorale.) Mai. D. fl. 1. 391. St. h. 54. Flores carnei.

** Fol. caulinis ternatis.

6. V. TRIPTERIS (L. sp. 45.) *fol.* dentatis, radicalibus infimis subrotundis brevius petiolatis, fasciculorum sterilium cordatis longe petiolatis, *caulinis ternatis*, corymbis terminalibus, radice multicipite. ♃. In montibus altioribus, subalpinis et alpibus, (von dem obern Theile des Schwarzwaldes durch das Würtembergische bis an den Bodensee, durch die ganze Schweiz u. die Alpenkette bis nach Oestreich; sodann in den Sudeten u. höhern Bergen Böhmens u. Schlesiens; zieht hin u. wieder mit den Flufsbetten in die Ebenen.) Mai.-Aug. D. fl. 1. 389. St. h. 44. Jacq. austr. t. 268. Flores albi vel carnei. — Folia glauca Gaud. — Variat:

β. *intermedia;* foliis caulinis indivisis: V. intermedia Vahl. en. 2. 9. Hopp. et Sternb. Denkschr. d. bot. Ges. z. Reg. 1. 2. 88.

*** Foliis integris.

7. V. MONTANA (L. sp. 45.) *fol.* subdentatis integerrimisve, radicalibus infimis subrotundis brevius petiolatis, fasciculorum sterilium ovatis longe petiolatis, *caulinis ovatis acuminatis*, supremis lanceolatis, *corymbo* terminali *composito*, fructibus glabris, radice multicipite. ♃. In iisdem cum antecedente locis. Jun.-Aug. D. fl. 1. 390. — Caule rigidiore, robustiore, fol. omnibus ovatis indivisis, minus dentatis, saepe integerrimis, saturate viridibus, lucidis, et corymbo densiore, fere capitato, ab antecedente differt.

8. V. SUPINA (L. mant. 27.) *fol.* petiolatis spathulatis integerrimis subdenticulatisve *ciliatis*, pari supero lanceolato sessili, *corymbo* terminali *capitato*, fructibus glabris, radice multicipite. ♃. In humidis et ad rivulorum latera in alpibus, (auf den Alpen zwischen dem in Kärnthen gelegenen Gailthale und Tyrol u. in Tyrol a. d. Kirschbaumer Alpe u. auf dem Schlehern.) Jul. Aug. D. fl. 1. 392. St. h. 24. Flor. carnei. Caules adscendentes 2-3 pollicares. G.

9. V. SALIUNCA (All. ped. 1. 3. t. 70. f. 1.) *fol.* integerrimis *glaberrimis obovatis* oblongisve in petiolum attenuatis, caulinis paucissimis linearibus, *corymbo* terminali *capitato*, fructibus glabris, radice multicipite. ♃. In alpibus altioribus, (auf dem Berge Fouly im Wallis; in D. nach v. Vest's Angabe auf den Alpen Steyermarks.) Jul. Aug. D. fl. 1. 393. Flor. carnei. H.

10. V. SAXATILIS (L. sp. 45.) *fol.* integerrimis subdentatisve 3-5 nerviis ciliatis, radicalibus oblongo-spathulatis longe petiolatis, caulinis lanceolato-linearibus, *corymbulis paucifloris denique laxe subracemoso-paniculatis*, fructibus glabris, *radice fibrilloso-comosa.* ♃. In subalpinis et alpibus calcareis, (in der Schweiz und durch die Alpenkette bis nach Oestreich u. Krain.) Jun. Jul. D. fl. 1. 393. Jacq. austr. t. 267. Flor. nivei.

11. V. ELONGATA (L. sp. 1664.) fol. ovatis glaberrimis, radicalibus petiolatis subdentatis, caulinis sessilibus inciso-dentatis, *corymbulis paucifloris paniculato-racemosis*, fructibus glabris, *radice non comosa.* ♃. In saxosis subhumidis alpium, (vom Schlehern in Tyrol durch Kärnthen u. Krain bis Oestreich.) Jun. Jul. D. fl. 1. 392. Jacq. austr. 3. t. 219. St. h. 54. Flor. sordide lutescentes. G.

12. V. CELTICA (L. sp. 46.) fol. integerrimis glaberrimis, radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis subbinis

linearibus *corymbulis verticillato-spicatis*, fructibus . . . . . ., *radice squamoso-comosa* ♃. In summis alpibus graniticis, (von den an Italien grenzenden Walliseralpen durch Tyrol, Salzburg nach Kärnthen und Obersteyermark, häufig auf den Judenburger Alpen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 395. Jacq. collect. 1. t. 1. St. h. 44. Flores triste lutescentes, externe rubicundi.

2. CENTRANTHUS (DeC. fl. fr. 4. p. 238.) Cal. limbus per anthesin involutus, deinde in pappum plumosum expansus. Cor. infundibuliformis, basi calcarata: limbo 5 fido. Fructus pappo coronatus. Stamen 1.

1. C. ANGUSTIFOLIUS (DC. fl. fr. 4. p. 239.) fol. lineari-lanceolatis linearibusve integerrimis, *calcare* tubo multo breviore *ovarium subaequante*. ♃. In apricis lapidosis montanis Helvet. occidentalis, (im Sande und zwischen Gerölle im Jura, wo man an den Abhang der grofsen Felsen geht, am Creux du Van d. Cant. Neufchatel, Gaud.) Jul. Aug. — Valeriana angustifolia Mill. dict. n. 4. Cav. ic. 4. t. 353., non Tausch. et Host. V. rubra β. L. sp. 44. V. monandra Vill. delph. 2. 280. Flor. purpurei. H.

2. C. RUBER (DC. fl. fr. 4. p. 239.) fol. ovatis lanceolatisve, summis subdentatis, *calcare* tubo multo breviore *ovario duplo longiore*. ♃. In montosis asperis reg. austral., (in der südlichen Schweiz, bei Sitten im Wallis, und im südlichen Tyrol bei Botzen.) Jun.-Aug. Lam. illustr. t. 24. f. 2. Flores purpurei.

3. VALERIANELLA (Moench. meth. 486. Valerianellae spec. Tournef.) Cal. limbus dentatus. Cor. infundibuliformis, ecalcarata: limbo 5 fido regulari. Pericarpium calyce persistente varie dentatum coronatumque, indehiscens, 3 loculare, loculis 1-2 inanibus. — Genus Fediae Gärtneri, in Germania non obvium, differt corolla irregulari subbilabiata. — Flores omnium lactei vel caerulescentes.

Sect. I. Cal. limbus e dentibus brevibus disjunctis rectis constructus, saepe obliteratus.

* Paries pericarpii ad dorsum loculi fertilis incrassatus; loculi steriles dissepimento incompleto sejuncti.

1. V. OLITORIA (Moench. meth. 493.) *fructibus* ovato-subrotundis *compressis utrinque planiusculis* margine sulco exaratis *lateribus bicostatis*, costa altera tenuissima, calycis limbo obsolete tridentato. ⊙. In cultis et campis sterilibus. Apr. Mai. Valeriana olitoria Willd. sp. 1. 182. V. Locusta Engl. bot. t. 811. V. Locusta olitoria L. sp. 47. Fedia olitoria Vahl. en. 2. 19. D. fl. 1. 398. F. striata Stev. ex DC. F. Locusta Reichenb. ic. f. 121. Variat:

β. *lasiocarpa*, fructibus pubescentibus. Reichenb. ic. f. 122.

** Paries pericarpii non incrassatus; loculi dissepimento completo distincti.

2. V. CARINATA (Lois. not. 149.) *fructibus* oblongis *subtetragonis*, *facie postica profunde canaliculata*, antica planiuscula in marginem utrinque prominentem dilatata, medio faciebusque lateralibus subtiliter unicostatis, *calyce obsolete unidentato*. ⊙. In cultis, praecipue in vineis, (sehr gemein auf der Rheinfläche von Basel bis an die Niederlande; im Saarthale, in Thüringen, bei Berlin,

Stargard u. vermuthlich noch anderwärts.) Apr. Mai. Fedia carinata D. fl. 1. 399. Reichenb. ic. 2. f. 123.

Sect. II. Cal. limbus e dentibus teretibus subulatis recurvis conformatus; loculi 2 steriles, angusti, filiformes.

3. V. ECHINATA (DC. fl. fr. 4. p. 242.) fructibus oblongis subtrigonis trisulcatis, *calyce dentibus 3 conico-subulatis rigidis recurvis.* ⊙. In cultis et incultis, (im Littorale u. wärmern Krain, Host.) Apr. Mai. Fedia echinata Vahl. en. 2. 19. D. fl. 1. 401. Reichenb. ic. 1. f. 137. Valeriana echinata L. sp. 47. G.

Sect. III. Cal. limbus oblique truncatus, subcampanulatus, dentatus, dente postico majore, herbaceus.

* Loculi steriles angustissimi, filiformes.

4. V. ERIOCARPA (Desv. journ. bot. 2. 314. t. 11. f. 2.) fructibus ovatis postice convexis subtiliter tricostatis antice planiusculis, *area ovali intra margines elevatos* impressa, calycis *limbo latitudine fructus* campanulato oblique truncato reticulato-venoso denticulato, corymbulorum ramulis dense congestis. ⊙. In cultis, (im Elsass selten; bei Trier u. Zweibrücken; bei Lüttich; in Istrien.) Apr. Mai. Fedia eriocarpa D. fl. 1. 397. Reichenb. ic. 1. f. 132, habitus non bene expressus. F. campanulata Presl. sic. 1. 28. F. rugulosa Steven. F. muricata R. et S. Ramuli corymbulorum crassi, valde angulati et alati, inferne dense congesti, superne recurvi; habitus fere V. echinatae. Variat fructibus hirsutis, glabris et in costis pilosis atque undique glabris. G.

5. V. MORISONII (DC. prod. 4. 627.) fructibus ovato-conicis postice convexis subtiliter tricostatis antice planiusculis, *area oblonga intra margines elevatos* impressa, calycis *limbo fructu dimidio angustiori* oblique-truncato acuto denticulato corymbulorum ramulis divaricatis. ⊙. Inter segetes. Jul. Aug. Fedia dentata D. fl. 1. 396. α et β. Variat:

α. *lejocarpa*, fructibus glabris, quae vulgatior in Germ. et Helvet.: Fedia dentata plurim. auctor. germ. et MBieberst. t. c. 3. p. 31. Reichenb. ic. f. 124-26.

β. *lasiocarpa*, fructibus undique hirsutis, pilis patulis apice incurvatis. Fedia dentata β. dasycarpa Reichenb. ic. f. 127. F. dasycarpa Stev. mem. mosq. 5. 348. F. Morisonii Spreng. pug. p. 1. 4. Valerianella mixta Dufr. val. 59. t. 3. f. 6. V. microcarpa Lois. not. 151. (Valerianella puberula DC., Fedia puberula Bertol., F. microcarpa Reichenb. ic. f. 224., antecedentibus multo humilior; ramuli crassi, valde angulati et dense congesti ut in V. eriocarpa, sed fructus minores, quam in V. Morisonii, et calyx brevissimus, obtusus, integerrimus, vix denticulatus.)

** Loculi steriles fertili subaequales vel majores.

6. V. AURICULA (DC. fl. fr. suppl. 492.) *fructibus subglobosoovatis* subtiliter quinquecostatis *antice unisulcatis*, calycis *limbo* fructu triplo angustiore *in dentem posticum oblongum obtusum oblique truncato*, denticulato, anterioribus minutissimis. ⊙. Inter segetes. Jul. Aug. Fedia Auricula D. fl. 1. 400. Reichenb. ic. 1.

f. 128, 129. F. olitoria Gärtn. fr. 2. t. 86. — V. laxiflora Dufr. val. 58. t. 3. F. laxiflora R. et S. 1. 360, est modificatio nana, fol. latioribus, conf. DC. prodr. 4. p. 627. n. 15. Variat:

β. *lasiocarpa*, fructibus pubescentibus: F. auricula β. dasycarpa Reichenb. ic. f. 130.

7. V. DENTATA (DC. fl. fr. 4. p 241.) *fructibus subglobosoovatis* subtiliter quinquecostatis *antice unisulcatis, calycis limbo* fructu triplo angustiore *in dentem posticum triangularem acutum oblique truncato,* denticulis anterioribus minutissimis. ⊙. Inter segetes. Jul. Aug. V. rimosa Bast. journ. bot. 1814. 1. p. 20. Fedia tridentata Reichenb. ic. f. 131., non Steven. — Fedia dentata auct. german. est V. Morisonii. — Valerianella pumila DC. prodr. 4. p. 628, Fed. pumila Reichenb. 2. f. 223, F. tridentata Stev. Bieberst. t. cauc. 3. p. 29., Valerianella membranacea Lois. not. 150, huic et antecedenti similis, differt: sulco in latere anteriore fructus in umbilicum ovalem ampliato, bracteis latioribus fere totis membranaceis et calycis limbo tridentato, dentibus latis obtusis, postico ovato erecto, lateralibus depressis.

Sect. IV. Cal. limbus cyathiformis campanulatus vel globosus membranaceus, venoso-reticulatus, in dentes apice setaceos 6-12 terminatus. Loculi steriles fertili subaequales.

8. V. HAMATA (Bastard. in DC. fl. fr. 5. 494.) fructibus ovatis villosis antice unisulcatis, calycis *limbo* membranaceo reticulato-venoso fructu latiore cyathiformi *intus glaberrimo* ultra medium *sexfido, laciniis ovatis aristatis apice uncinatis.* ⊙. In cultis, (im südlichen Tyrol, im Littorale, Host; ferner bei Lüttich, Lej. u. bei Stettin, Rostkov.; bei Göttingen, Rohde.) Mai.-Jul. Fedia coronata Vahl. en. 2. 20. D. fl. 1. 401. Reichenb. ic. f. 133-135. Valeriana Locusta γ. coronata L. sp. 48. — (Simillima Valerianella coronata DC., a qua V. discoideam, Fediam discoideam Reichenb. ic. f. 226, vix tanquam varietatem separaverim, differt: statura humiliore, foliis multo magis incisis et calycis limbo majore, magis aperto, et intus hirsuto. Dens unus alterve saepe iterum dente minore instructus est, quo calyx irregulariter 7-12 dentatus evadit.) G.

9. V. VESICARIA (Moench. meth. 497.) fructibus subturbinatis villosis, calycis *limbo globoso-inflato membranaceo* reticulato-venoso apice sexdentato, *dentibus* aristatis rectis *horizontaliter inflexis.* ⊙. In cultis, (in der Provinz Lüttich, Lej.) Valeriana Locusta β. vesicaria L. sp. 47. G.

Ord. LXII. DIPSACEAE. DC. fl. fr. 4. p. 221. prodr. 4. p. 643.

Florum capitulum involucro polyphyllo, (bracteis sterilibus formato,) cinctum, (calyx communis Linn.). Flores singuli saepe bracteis, (receptaculum commune paleaceum constituentibus,) distincti. *Cal. proprius duplex, uterque persistens: exterior, involucellum, maturitate fructum arcte cingens, eiusque integumentum exterius formans; interior denique ovario adnatus.* Cor. 1 petula, apici

calycis interioris inserta, 4-5 fida, laciniis inaequalibus. *Stam. 4, tubo corollae inserta, libera; filamenta non articulata.* Styl. 1; stigm. simplex. Ovarium uniloculare, 1 ovulatum, ovulo pendulo. Fructus indehiscens, membranaceus, vel subnucamentaceus. Sem. albuminosa. Embryo rectus, radicula hilum spectante.

1. DÍPSACUS (L. gen. n. 114.) Cal. interior cyathiformis, multidentatus, vel integer; exterior apice coronula brevi crenata vel dentata terminatus. Receptaculum paleaceum. Involucri foliola exteriora longiora, paleas superantia.

1. D. SYLVESTRIS (Mill. dict. n. 2.) *foliis* sessilibus crenato-serratis *margine glabris vel sparse aculeatis*, infimis basi attenuatis, caulinis lato-connatis integris vel intermediis pinnatifidis, foliolis involucri lineari-subulatis arcuato-adscendentibus, *paleis* flexibilibus oblongo-obovatis aristato-cuspidatis *rectis* flores superantibus. ⊙. In campis, ad viarum margines et fossas. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 736. D. fullonum Poll. pal. 1. p. 120. Schk. t. 21. D. fullonum α. L. sp. 140. D. vulgaris Gmel. bad. 1. 312. Flores lilacini, rarius albi. Variat:

β. *pinnatifidus*, fol. caulinis intermediis pinnatifidis. D. fl. l. c.

2. D. LACINIATUS (L. sp. 141.) *foliis* sessilibus *setoso-ciliatis*, infimis integris basi attenuatis et lobato-crenatis, reliquis pinnatifidis intermediis basi lato-connatis, foliolis involucri lanceolato-subulatis rigidis arcuato-adscendentibus, *paleis* flexibilibus oblongis aristato-cuspidatis *rectis* flores superantibus. ⊙. In pascuis humidis ad fossas, (von Basel u. d. Oberelsass durch die Rheinfläche bis Worms; im Mainthale bei Frankfurt; bei Limburg; v. Krain nach Oestreich, Mähren, Böhmen u. Schlesien.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 737. Jacq. a. t. 403. Flores albidi.

3. D. FULLONUM (Mill. dict. n. 1. L. sp. 140. var. β.) foliis sessilibus inciso-crenatis, caulinis lato-connatis indivisis, foliolis involucri horizontaliter patentibus apice subdeflexis, *paleis* rigidis oblongis aristato-cuspidatis *recurvatis* corollam aequantibus. ⊙. Colitur in usum fullonum. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 737. Flores lilacini.

4. D. PILOSUS (L. sp. 141.) *foliis petiolatiis ad apicem petioli auriculatis*, foliolis involucri deflexis flores subaequantibus, paleis obovatis aristato-cuspidatis setoso-ciliatis rectis. ⊙. Ad rivulorum ripas umbrosas, in sepibus et nemorosis subhumidis. Jul. Aug. D. fl. 1. 739. Jacq. a. t. 278. Cephalaria appendiculata Schrad. cat. sem. 1814.

Dipsacus ferox e flora germanica delendus est, in locis commemoratis memoratis enim non crescit.

2. CEPHALARIA (Schrad. cat. sem. h. gött. 1814.) Cal. interior cyathiformis, multidentatus vel integer; exterior apice quadripluridentatus vel coronula brevi multidentata terminatus. Receptaculum paleaceum. Involucrum arcte imbricatum foliolis exterioribus brevioribus.

Sect. I. LEPICEPHALUS. D. fl. 1. p. 741. Cal. exterior (involucellum,) dentibus quatuor pluribusve cartilagineis terminatus.

1. C. ALPINA (Schrad. l. c.) foliis pinnatis pubescentibus, pinnis lanceolatis decurrentibus serratis, *involucri foliolis* paleisque ovato-lanceolatis *acuminatis*, involucelli dentibus octo subulatis subaequalibus, corollis aequalibus. ♃. In alpibus Helvet. austro-occidentalis, (in d. Aelener Alpen u. d. Jura, auf d. Saleve, Thoiry u. a.; n. Röm. u. Schult. auch a. d. norischen Alp.) Jun. Jul. Scabiosa alpina L. sp. 141. D. fl. 1. p. 385. Lob. adv. p. 233. Flores ochroleuci.

2. C. TRANSSYLVANICA (Schrad. l. c.) caule inferne foliisque sparse pilosis, foliis pinnatis, pinnis subdecurrentibus, foliorum inferiorum oblongis serratis, terminali maxima, caulinorum lineari-lanceolatis, *foliolis involucri* paleisque ovato-lanceolatis *aristato-cuspidatis*, involucelli dentibus octo subulatis subaequalibus, corollis radiantibus. ⊙. Ad vineas et agrorum margines Istriae. Jul. Aug. Scabiosa transsylvanica L. sp. 141. Jacq. h. vind. 2. t. 111. Specimen istrianum nondum vidi. J.

Sect. II. CERIONANTHUS. D. fl. 1. p. 742. Cal. exterior limbo scarioso campanulato multidentato terminatus.

3. C. LEUCANTHA (Schrad. l. c.) foliis pinnatis, pinnis dentatis pinnatifidisve, *foliolis involucri* ovatis, *exterioribus rotundato-obtusis*, interioribus paleisque acutis, involucellis limbo scarioso multidentato coronatis. ♃. In montosis asperis, (im wärmern Krain, Littorale u. Istrien.) Jul. Aug. Flores albi. Scabiosa leucantha L. sp. 142. D. fl. 1. 743. Reichenb. ic. 4. f. 537. S. Trenta Hacq pl. alp. p. 24. t. 4. f. 1.? Auctor calycem communem describit compositum „ex squamulis albis membranaceis mucronato-aristatis," sed radix secundum descriptionem perennis est, qua re impedimur, quominus subjungamus hanc plantam S. transsylvanicae. G.

3. KNAUTIA (Coult. dips. p. 28. Trichera Schrad. cat. sem. gött. 1814. Knautiae et Scabiosae spec. L.) Cal. interior 8-16 dentatus, dentibus e basi latiore subulato-setaceis; exterior breviter stipitatus, non sulcatus, dentibus quatuor pluribusve brevissimis terminatus. Receptaculum hirsutum, paleae nullae. Involucrum polyphyllum.

1. K. HYBRIDA (Coult. dips. p. 30. DC. prodr. 4. 650.) foliis inferioribus oblongis basi attenuatis crenato-serratis integris lyratisve, superioribus lanceolatis, *calyce interiore fructu quadruplo breviore sub 16 dentato.* ⊙. In collibus, vineis, (Istrien, Biasoletto; Osero, Noé.) Jun. Jul. Scabiosa hybrida All. auct. p. 9. S. lyrata Lam. ill. n. 1310. Trichera mutabilis Schrad. l. c. Variat:

α. lyrata, foliis radicalibus et caulinis inferioribus lyratis.

β. integrifolia, fol. radicalibus integris crenatis: Scabiosa integrifolia L. sp. 142. Quae de sua Scabiosa integrifolia profert Linnaeus, exacte cum hac varietate congruunt. J.

2. K. LONGIFOLIA, *foliis elongato-lanceolatis* integerrimis vel obsolete denticulatis acuminatis, indivisis, *caule* pilis brevibus velutino vel basi glabro *apicem versus pilis brevibus glanduliferis* subviscido longioribusque hispido, calyce interiore fructu dimidio breviore suboctodentato. ♃. In pascuis alpinis, (in d. Schweiz;

südl. Tyrol auf d. Seiseralpe; Kärnthen a. d. Pasterze; nach Host in Steyermark u. Oestreich.) Jun. Jul. Scabiosa longifolia W. Kit. pl. rar. hung. t. 5. S. sylvatica β. longifolia D. fl. 1. p. 748. DC. prodr. 4. 651. Flores lilacini.

3. K. SYLVATICA (Dub. bot. gall. 1. p. 257. DC. prodr. 4. p. 651.) *foliis elliptico-lanceolatis* crenatis *integris* vel basi incisis, *caule glabriusculo basi hispido* pilis bulbosis, *superne pubescente pilis brevissimis eglandulosis longioribusque hispido*, calyce interiore fructu dimidio breviore suboctodentato. ♃. In sylvis montanis, (stellenweise in d. Gebirgsgegenden d. ganzen Gebietes.) Jul. Aug. Scabiosa sylvatica L. sp. 142. D. fl. 1. p. 747. Flores rubicundo-caerulei. Variat rarius foliis integerrimis. Varietas fol. basi incisis rarissima est.

4. K. ARVENSIS (Coult. dips. p. 29. DC. prodr. 4. p. 651.) *foliis caulinis pinnatifidis* laciniis distantibus lanceolatis integerrimis, lobo terminali maiore acuminato subserrato, *caule canescente pilis brevissimis eglandulosis longioribusque hispido*, calyce interiore fructu dimidio breviore suboctodentato. ♃. In campis, collibus, pratis, ad sylvarum oras. Jul. Aug. Scabiosa arvensis L. sp. 143. D. fl. 1. p. 746. Schk. t. 22. Flores caerulei, radiantes ut antecedentium. Variat autem:

β. *campestris*, corollis etiam marginalibus non radiantibus: Scabiosa campestris Bess.! en. pl. volh. p. 7. — Varietas vel fortasse genuina species est:

γ. *rigidiuscula*, tota glabra, nitida, folia subcoriacea nitida margine et costa media tantum ciliata pinnatifida, laciniis subapproximatis; radicalia prima et caulina suprema integra, vel omnia oblongo-lanceolata acuminata serrata; indivisa. Distinxit Cl. Hladnik. Planta e semine educta et in statu vivo observata graviores distinctionis notas facile exhibeat.

5. K. CILIATA (Coult. dips. p. 30. DC. prodr. 4. 651.) *foliis* ovatis hispidis, inferioribus petiolatis crenatis integris auriculatisve aut lyratis, *caulinis cordato-amplexicaulibus* serratis basi subincisis, caule pilis brevissimis pubescente pilisque longioribus hispido, pedunculis subglanduloso-pilosis, calyce interiore fructu dimidio breviore suboctodentato. ♃. In pratis, (auf d. kleinen Schneeberge bei Goldenstein in Mähren, R. et S. syst. veg. 3. p. 53.) Jul. Aug. Scabiosa ciliata Spreng. ap. Schrad. journ. 1800. 2. p. 199. D. fl. 1. p. 748. Reichenb. ic. 3. f. 436. S. pubescens Wahlenb. carp. p. 38. non Willd. Trichera ciliata R. et S. l. c. G.

Scabiosam dipsacifoliam Host. fl. aust. 1. p. 191., S. pubescentem Willd.?, e locis, in fl. austriaca commemoratis, adductam nondum vidi.

4. SUCCISA (M. et K. D. fl. 1. p. 743. Scabiosae spec. L. et DC.) Cal. interior patelliformis, margine in dentes 5 setaceos scabros extensus vel integerrimus; exterior profunde sulcatus, sulcis 8 excurrentibus, limbo quadrilobo herbaceo terminatus. Receptaculum paleaceum. Involucrum polyphyllum.

1. S. PRATENSIS (Moench. meth. 489.) capitulis hemisphaericis, fructiferis globosis, calyce exteriore hirsuto, limbo quadrifido, *laciniis ovatis acutis mucronatis*, interiore 5 setoso. ♃. In pratis et

sylvaticis. Aug. Sept. Scabiosa Succisa L. sp. 142. D. fl. 1. 743. Asterocephalus Succisa Wallr. sched. p. 52. Fl. dan. t. 279. Flores caerulei, rarius carnei vel albi. Variat foliis caulinis dentatis et saepe simul glabris: S. glabrata Schott. ap. R. et S. syst. veg. 3. 61.

2. S. AUSTRALIS (Reichenb. fl. exc. p. 196.) capitulis fructiferis oblongo-ovatis, calyce exteriore glabro, limbo quadrilobo, *lobis brevibus obtusis*, interiore setis nullis. ♃. In locis paludosis, (bei Monfalcone u. Aquileia; bei Weissenbach im Salzachthale in Oberöstreich!) Aug. Sept. Scabiosa australis Wulf. in Röm. arch. 3. p. 316. D. fl. 1. p. 744. Reichenb. ic. 4. f. 505. S. repens Brignol. fasc. p. 19. Flores dilute caerulei. Varietatem calyce interiore setuloso nondum vidi.

5. SCABIOSA (Röm. et Schult. syst. 3. p. 2. Scabiosae spec. L.) Cal. interior patelliformis, margine in dentes 5 setaceos scabros abiens, vel rarius integerrimus; exterior profunde sulcatus, sulcis 8 excurrentibus vel dimidiatis, vel octocostatus, sed non sulcatus, limbo campanulato vel rotato, scarioso hyalino terminatus. Receptasulum paleaceum. Involucrum polyphyllum.

Sect. I. SCLEROSTEMMA. D. fl. 1. p. 749. Sclerostemma Schott. pro parte. Fructus sulcis 8 profundis acutis excurrentibus, qui juga totidem valida separant, exaratus. Corona calycis exterioris nervis simplicibus radiata, margine obsolete crenulata.

1. S. GRAMUNTIA (L. sp. 143.) foliis fasciculorum sterilium oblongis obtusis basi attenuatis petiolatis crenatis integris lyratisve, *caulinis* ad costam mediam bi-*tripinnatifidis*, laciniis foliorum superiorum linearibus, fructu 8 sulcato, sulcis excurrentibus, *setis* calycis interioris *coronam* exterioris *subaequantibus aut subduplo longioribus aut nullis*. ♃. In locis graminosis, (im südl. Tyrol u. d. Littorale.) Jun. Jul. Asterocephalus gramuntius Spreng. s. veg. 1. p. 383. S. columbaria ε. gramuntia DC. prodr. 4. 659. Flores caerulei. Foliis in speciminibus maioribus tripinnatis et setis brevibus, coronulam aequantibus vel vix unquam ea duplo longioribus a S. columbaria differt. Occurrit:

α. agrestis, folia supra glabriuscula vel minus pubescentia, setae calycis interioris 5: S. agrestis WK. pl. rar. hung. 3. p. 226. t. 204., „coronula interior quinqueseta" W. K. l. c. p. 227. Saepe setae 2-3, vel etiam omnes evanescunt: S. agrestis Reichenb. fl. exc. p. 195. ic. 1. f. 194. S. leiocephala D. fl. 1. 753. Huius specimen luxurians: S. styriaca Vest. D. fl. 1. 755.

β. mollis, folia inferiora pube densa molli obducta: S. mollis Willd. en. supp. p. 7. Reichenb. ic. 4. f. 534. S. capillata R. et S. s. veg. 3. p. 64.

γ. tomentosa, tota dense tomentosa: S. mollissima DC. fl. fr. 5. p. 490. S. pyrenaica Bert. am. it. p. 12; omnia optime conveniunt, sed S. pyrenaica DC. fl. fr. 4. p. 229, ex descriptione fructus alia species est, quae ad sequentem sectionem pertinet. G.

2. S. OCHROLEUCA (L. sp. 146.) *foliis* fasciculorum sterilium oblongis obtusis basi attenuatis petiolatis crenatis integris lyratisve, caulinis infimis lyratis, ceteris ad *costam mediam pinnatifidis*, *pinnis* linearibus, *foliorum inferiorum pinnati-*

fido-serratis, *supremorum integerrimis*, *capitulo* fructus *ovato*, fructibus 8 sulcatis, sulcis excurrentibus, *setis* calycis interioris basi compressis enerviis *coronam* exterioris *ter quaterve excedentibus*. ⊙ et ♃, sed haud longaeva ut sequens. In collibus montosis, (stellenweise im Gebiete.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 439. Reichenb. ic. 4. f. 536. S. columbaria δ. D. fl. 1. 751. S. tenuifolia α. Roth. tent. 1. p. 59. Hanc a sequente capitulo ovato separavi, quod sec. Cl. Reichenb. in illa globosum est; observationes vero proprias de hac re non habeo. Flores ochroleuci, raro rubelli; e semine pl. ochroleucae specimen floribus rubellis eduxi.

3. S. Columbaria (L. sp. 143.) foliis fasciculorum sterilium oblongis obtusis basi attenuatis petiolatis crenatis integris lyratisve, caulinis infimis lyratis, ceteris *ad costam mediam pinnatifidis*, *pinnis* linearibus, *foliorum inferiorum pinnatifido-serratis*, *supremorum integerrimis*, *capitulo fructus globoso*, fructibus 8 sulcatis, sulcis excurrentibus, *setis* calycis interioris basi compressis enerviis *coronam* exterioris *ter quaterve excedentibus*. ⊙ et ♃. In campis, collibus siccis. Jun.-autumn. D. fl. 1. p. 749. var. α. S. polymorpha α. Weig. obs. bot. 1. p. 23.

Flores caerulei, setae calycis interioris atro-fuscae. S. columbaria Reichenb. ic. 4. f. 535, modificatio est foliis capitum radicalium sterilium lyratis; sed non raro occurrit etiam foliis hisce omnibus integris. Variat floribus carneis et albis. S. columbaria Bert. amoen. it. p. 125, longe alia species est, ad sectionem secundam pertinens.

4. S. lucida (Vill. delph. 2. p. 293.) foliis fasciculorum sterilium oblongis basi attenuatis petiolatis crenatis integris lyratisve, caulinis inferioribus integris vel basi pinnatifidis, superioribus pinnatifidis, laciniis lanceolato-linearibus inciso-serratis integerrimisque, fructu 8 sulcato, sulcis excurrentibus, *setis* calycis interioris basi compressis *interne uninervio-carinatis coronam* exterioris *ter quaterve excedentibus*. ⊙. In pascuis alpinis et subalpinis, (Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette; sodann a. d. Vogesen, d. Mähr., Böhm. u. Schles. Gebirgen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 752. Reichenb. ic. f. 560. S. stricta W. K. pl. rar. h. t. 138. S. norica Vest., Rein. et Hohenw. reis. 2. p. 253. Flores rubicundo-lilacini. *Setis cal. int. in fructu duplo latioribus*, *basi complanatis*, *et interne nervo notatis*, ab antecedentibus optime distinguitur.

S. lucida β. D. fl. 1. p. 753., tota tomento brevi adpresso tecta, praeterea autem setis elongatis instructa et S. lucidae simillima est. Hanc b. Gaudin. in Helvetia lectam nunquam vidit; e Sabaudia australi habuit. Num sit varietas, an genuina species, nunc dijudicare nolo, quum fructus comparare non licuerit; cum S. Hladnikiana vero non combinaverim. Ad illam traho S. holosericeam DC. fl. fr. 5. p. 489., licet Cl. auctor S. holosericeam Bert. amoen. it. p. 12, citaverit, quae secundum descriptionem setis brevibus differt. Descriptio in fl. gallica nostrae varietati egregie convenit, et mea specimina in Pyrenaeorum monte Pic d'Ereslits lecta sunt, unde et sua habuit cl. DC.

5. S. Hladnikiana (Host. flor. austr. 1. p. 195.) *foliis* fasciculorum sterilium caulinisque infimis oblongis basi attenuatis petiolatis crenatis, *caulinis lyratis*, *lobo terminali maximo ovato acuto ser-*

rato, supremis pinnatifidis, laciniis lanceolatis inciso-serratis, terminalibus confluentibus, fructu 8 sulcato, sulcis excurrentibus, setis calycis interioris coronam exterioris ter quaterve excedentibus. ♃. In montosis, (bei Billichgrätz in Krain, Dr. Graf! in Istrien, Biasoletto.) Aug. Sept. Flores caerulei. Folia tomento tenui canescente tecta vel denique glabriuscula; radicalia et caulina infima in planta florente iam emortua et nulla; genicula caulis 6-8, omnia, etiam inferiora, remota; quibus notis a S. lucidae varietate tomentosa facile dignoscitur.

6. S. SUAVEOLENS (Desf. cat. hort. par. p. 110.) *foliis fasciculorum sterilium caulinisque infimis oblongis lanceolatisve indivisis integerrimis, ceteris pinnatifidis, laciniis linearibus integerrimis*, fructu 8 sulcato, sulcis excurrentibus, setis calycis interioris corona exterioris sesquilongioribus. ♃. In collibus, ericetis, locis rupestribus, (stellenweise d. d. g. Gebiet.) Jul.-Sept. D. fl. 1. 754. Reichenb. ic. 1. f. 156. S. canescens WK. pl. r. h. t. 53. Asterocephalus suaveolens Wallr. sched. p. 51.

Sect. II. CYRTOSTEMMA. Koch. in D. fl. 1. p. 755. 1823. Vidua. Coult. dips. 37. Fructus teres, striis 8 elevatis. *Corona* calycis exterioris campanulata, e nervis 8 cartilagineis planis latis apice arcuatim confluentibus et membrana tenui conjunctis formata, *margine brevi membranaceo plicato-crispo* terminata. Cal. interior stipite elongato vaginato elevatus.

Huius sectionis est S. maritima L. (nec Wulfen.) in ditione fl. nostr. nondum lecta.

Sect. III. ASTEROCEPHALUS. Coult. dips. p. 33. Trochocephalus. D. fl. 1. p. 756. *Fructus a basi ad medium teres, laevis, vel obsolete costatus*, dense villosus, *supra medium in dentes 8 columnares*, scrobiculis totidem separatis appendicibus membranaceis introrsum plicatis conjunctis, limbum campanulatum vel rotatum membranaceum, nervis simplicibus radiatum gerentibus, *divisus*.

7. S. UCRANICA (L. sp. 144.) foliis radicalibus lineari-oblongis dentatis, caulinis inferioribus pinnatipartitis, laciniis distantibus linearibus integerrimis, caulinis superioribus linearibus subintegris, corollis radiantibus, *fructibus a medio ad apicem foveolatis, basi villosis, apice glabris*, setis calycis interioris corona acute dentata duplo longioribus. ⊙. In locis arenosis, ad littus maris adriatici, (bei Monfalcone u. Sagrado gemein, Wulfen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 1. 756. Reichenb. ic. 4. f. 489, excl. lit. c. S. alba Scop. delic. 3. p. 33. S. argentea L. sp. 145. S. maritima Wulf. in Röm. arch. 3. 317, non Linn. Asterocephalus argenteus Spreng. s. veg. 1. p. 382. Flores caerulei, variant ochroleuci, et ochroleuci radio caeruleo-marginato.

8. S. GRAMINIFOLIA (L. sp. 145.) *foliis linearibus* vel lanceolato-linearibus *integerrimis argenteo-sericeis*, corollis radiantibus, fructibus a basi ad apicem villosis, setis calycis interioris corona crenata paulo longioribus. ♃. In collibus asperis, (Krain, Görz, südl. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 1. 757. Waldst. Kit. pl. r. h. t. 188. Flores caerulei.

Ord. LXIII. COMPOSITAE. Adans. fam. 2. p. 103. DC. fl. fr. 4. p. 1. Synanthereae Rich. bot. med. ed. germ. 2. p. 579.

Flores, (flosculi Linnaeo,) in capitulum (florem communem Linn., calathidium Cassin.) dense congesti, involucro polyphyllo, (periclinio Cassin., calyce communi Linn.) cincti, receptaculo communi, (rachidi Lessing., clinanthio Cassin.) impositi, vel singuli involucro inclusi et in capitulum commune collecti. *Cal. proprius: tubus ovario adnatus;* limbus scariosus, (pappus,) elongatus, varie fissus, vel brevis et integer, vel obsoletus. Corolla calycis tubo imposita, monopetala: limbo regulari, 5 fido: laciniis aestivatione valvatis; vel irregulari, vel in ligulam fisso. *Stam. 5, tubo corollae inserta*, eius lobis alterna: *filamenta medio articulata; antherae lineares, in tubum coalitae*, introrsum dehiscentes, apice semper appendicem terminalem, basi saepius appendices 2 basilares gerentes. *Ovarium 1 ovulatum*, ovulo erecto. Styl. 1. Stigm. 2. Fovea nectarifera styli basin cingens. Fructus, (Achenium,) indehiscens, siccus. Albumen nullum. Embryo rectus, radicula infera ad hilum versa. Flores aut omnes hermaphroditi, aut hermaphroditi femineis neutrisve mixti, polygami; vel polygamo-subdioici.

Subordo I. *CORYMBIFERAE.* Vaill. Juss. gen. 177. Stylus apice non articulatus. Flores omnes tubulosi vel radii ligulati.

Trib. I. *EUPATORIEAE.* Lessing. syn. comp. p. 156. Eupatorieae et Adenostyleae Cassin. dict. d. sc. nat. 10. p. 156. Styli crura elongata, a basi puberula, vel glanduloso-scabra. Flores omnes hermaphroditi. Achenium teretiusculum striatum, striis 5 saepe magis prominulis.

1. EUPATORIUM (L. gen. n. 935.) Involucrum imbricatum, cylindricum. Flores pauci, omnes hermaphroditi, tubuloso-infundibuliformes; limbo sensim in tubum angustato. Styli crura elongata, a basi puberula. Pappus pilosus. Receptaculum nudum.

1. E. CANNABINUM (L. sp. 1173.) foliis petiolatis tri-vel quinquepartitis, laciniis lanceolatis serratis, intermedia longiore. ♃. In locis sylvaticis, udis, ad rivulos et fossas. Jul. Aug. Fl. dan. 745. Flores dilute purpurei.

2. ADENÓSTYLES (Cassin. Bullet. phil. 1816. p. 198.) Involucrum simplex, subcalyculatum. Flores omnes hermaphroditi, campanulato-tubulosi, limbo nempe basi subito ampliato. Styli crura elongata, a basi puberulo-scabra. Pappus pilosus. Receptaculum nudum. — Flores purpurei.

1. A. ALBIFRONS (Cacalia, L. fil. suppl. p. 353.) *foliis* petiolatis reniformi-cordatis *grosse inaequaliter duplicato-dentatis sub-*

tus subtomentosis, capitulis 3-6 floris. ♃. In locis sylvaticis subalpinis, et in alpium pascuis, (a. d. Vogesen, d. Schwarzwalde, d. g. Alpenkette u. d. Sudeten.) Jul. Aug. A. Petasites Bl. et F. comp. 2. p. 329. A. albida Cass. l. c. Cacalia Petasites Lam. dict. 1. p. 531. C. hirsuta Vill. delph. 3. 172. C. tomentosa Jacq. a. t. 235. C. albifrons St. h. 37. Variat, ut sequens, foliorum petiolis basi auriculatis.

2. A. ALPINA (Bl. et Fing. comp. 2. 329.) *foliis* petiolatis, reniformi-cordatis *subaequaliter dentato-crenatis subtus in venis pubescentibus*, capitulis 3-6 floris. ♃. In pascuis alpinis, (d. d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. A. viridis Cassini l. c. Cacalia alpina L. sp. 1170. St. h. 37. C. glabra Vill. delph. 3. 170. C. alliareaefolia Lam. dict. 1. 532. Tussilago Cacalia Scop. carn. 2. p. 157.

3. A. LEUCOPHYLLA (Reichenb. fl. exc. p. 278.) foliis petiolatis reniformi-cordatis subaequaliter dentatis utrinque tomentosis, *capitulis 12-20 floris*. ♃. In summis alpibus valesiacis, (a. d. Alpen im Nicolaithale über Zermatten.) Aug. A. candidissima Cass. l. c. Cacalia leucophylla Willd. sp. 3. 1736. C. tomentosa Vill. delph. 3. p. 171., non Thunb., nec Jacq. Variat foliis supra glabriusculis. C. tomentosa B. hybrida Vill. l. c. Petioli saepe auricula parva instructi. H.

Trib. II. *TUSSILAGINEAE*. Cassin. l. c. Lessing. syn. p. 158. Styli crura a basi puberula. Flores polygami. Achenia teretia, obsolete striata, vel laevia.

3. HOMÓGYNE (Cassin. dict. sc. nat. 21. 412.) Involucrum simplex vel subcalyculatum. Flores in ambitu uniseriales, pauci feminei, filiformes, oblique truncati, obsolete 5 denticulati; disci plurimi, hermaphroditi campanulato-tubulosi, 5 dentati. Stigmata linearia, divaricata, a basi puberulo-scabra. Pappus pilosus. Receptaculum nudum. Flores purpurascentes.

1. H. SYLVESTRIS (Cassin. l. c.) *foliis* cordato-reniformibus lobatis, *lobis* intermediis *tridentatis*. ♃. In sylvis subalpinis, (Kärnthen, Krain, Steyermark.) Mai. Jun. Tussilago sylvestris Scop. carn. 2. 156. Jacq. a. app. t. 12. St. h. 21. G.

2. H. ALPINA (Cassin. l. c.) *foliis* cordato-reniformibus *dentato-crenatis subtus in nervis pubescentibus*. ♃. In pascuis subhumidis alpium et reg. subalpinarum; cum fluviis descendens, (d. d. g. Alpenkette; a. d. Feldberg in Oberbaden; in Mähren u. Schlesien.) Mai.-Jul. Tussilago alpina L. sp. 1213. Jacq. a. t. 246. St. h. 21.

3. H. DISCOLOR (Cassin. l. c.) *foliis* cordato-reniformibus repando-crenatis *subtus dense tomentosis*. ♃. In pascuis alpium altissimarum, (von Tyrol d. Kärnthen, Salzburg, Steyermark n. Oestreich.) Mai.-Jul. Tussilago discolor Jacq. a. t. 247. St. h. 21. T. alpina β. L. sp. 1214. G.

4. TUSSILÁGO (L. gen. n. 952.) Involucrum simplex, subca-

lyculatum. Capitulum monoclinicum, heterogamum*). Fl. feminei marginales pluriseriales, ligulati, integri; disci hermaphroditi, tubulosi 5 dentati. Stigmata linearia, a basi puberulo-scabra. Receptaculum nudum. — Flores purpurascentes.

1. T. Farfara (L. sp. 1214.) Sturm. h. 2. In locis humidis, solo argillaceo. Mart. Apr. Flores lutei.

5. PETASITES (Gärtn. fruct. 2. p. 406. t. 166.) Involucrum simplex, subcalyculatum. Capitula dioica heterogama. Flores feminei filiformes, oblique truncati vel subligulati: capitulorum femineorum multiseriales, hermaphroditorum in margine uniseriales pauci; hermaphroditi (steriles) tubulosi, 5 dentati, in capitulis fem. in centro paucissimi, in capitulis masculis totum discum occupantes. Stigmata a basi puberulo-scabra. Pappus pilosus. Recept. nudum.

1. P. officinalis (Moench. meth. 568. 1894.) *foliis cordatis inaequaliter dentatis* subtus lanuginoso-canescentibus, *lobis baseos rotundatis*, thyrso oblongo, floribus femineis filiformibus, *stigmatibus florum hermaphroditorum brevibus ovatis.* ♃. Ad rivulos et fluminum ripas, in pratis humidis. Mart. April. Tussilago Petasites Hoppe taschenb. 1803. p. 35. Flores purpurascentes.

Hermaphr. Thyrsus ovatus: Tussilago Petasites L. sp. 1215. St. h. 2. Petasites officinalis Fl. wett. 3. p. 3. p. 183. P. vulgaris Desf. fl. atl. 2. p. 270.

Fem. Thyrsus oblongus, capitula dimidio minora. Tussilago hybrida L. sp. 1214. Schk. t. 242.

2. P. albus (Gärtn. fruct. 2. p. 406.) *foliis subrotundo-cordatis angulatis mucronato-dentatis* subtus lanuginoso-tomentosis, thyrso ovato vel fastigiato, floribus femineis filiformibus, *stigmatibus florum hermaphroditorum elongatis lineari-lanceolatis acuminatis.* ♃. In pratis humidis et ad rivulos montium et alpium humiliorum, (in den Vogesen; d. Feldberg in Oberbaden; d. d. g. Alpenkette; in Mähren, Schlesien, Böhmen, Sachsen.) April. Mai. Tussilago alba Hoppe l. c. Flores ex albo flavescentes.

Herm. Thyrsus ovatus subfastigiatus: Tussilago alba L. sp. 1214. St. h. 21.

Fem. Thyrsus oblongo-ovatus: Tussilago ramosa Hoppe l. c. St. h. 21.

3. P. niveus (Baumg. fl. transsilv. 3. p. 94.) *foliis* ovato-vel subtriangulari-*cordatis* inaequaliter mucronato-dentatis *subtus niveo-tomentosis* lobis baseos divergentibus integris subbilobisve, thyrso ovato, floribus femineis filiformibus, *stigmatibus florum hermaphroditorum elongatis lineari-lanceolatis acuminatis.* ♃. Ad ri-

---

*) *Capitulum homogamum* flores continet quoad sexum aequales et *capitulum homogamum monoclinicum* nonnisi hermaphroditos; capitula *homogama diclinica* continent in uno capitulo flores masculos, in altero femineos, et sunt monoica in Ambrosiacis, dioica in Gnaphalii speciebus. *Capitulum heterogamum monoclinicum* in disco gerit flores hermaphroditos fertiles, rarius steriles et ad peripheriam femineos vel neutros; *capitula heterogama diclinica* ferunt in capitulo masculo paucos flores femineos et quidem, ut norma est, in margine, atque in capitulo femineo aliquot masculos, vel hermaphroditos steriles in centro. Conf. Lessing. synop. compos. p. 421.

vulos in subalpinis et alpibus, (Schweiz u. d. d. g. Alpenkette.) April. Mai. Tussilago nivea Vill. act. soc. hist. nat. par. 1. p. 73. Hoppe in St. h. 21. T. frigida Vill. delph. 3. 175.

Fem. T. paradoxa Retz. obs. 2. p. 24. t. 3. St. h. 21.

4. T. SPURIA (Retz. obs. 1. p. 29. t. 2.) foliis subtriangulari-cordatis inaequaliter denticulatis subtus niveo-tomentosis, *lobis baseos antice dilatato-incurvatis bi-trilobisque*, thyrso subcorymboso, floribus femineis superne latioribus subligulatis, stigmatibus florum hermaphroditorum brevibus ovatis. ♃. Ad fluminum ripas in G. bor., (a. d. Elbe in Mecklenburg u. Holstein; a. d. Oder in Pommern; a. d. Weichsel b. Danzig; a. d. Pregel b. Königsberg.) April. Flores albi vel rubelli. T. tomentosa Ehrh. beitr. 3. 65. Hoppe taschenb. 1803. p. 51. Hermaphroditum nondum vidi. G.

Trib. III. *ASTEREAE*. Cass. ann. sc. nat. 1829. p. 21. Styli crura sub anthesi erecta vel conniventia, inferne linea stigmatica utrinque marginata, superne lanceolato-attenuata et extus puberula. Connectivum infra loculos aequale; antherae basi inappendiculatae. Flores heterogami.

6. CHRYSÓCOMA (Linn. gen. n. 939.) Involucrum imbricatum. Flores omnes hermaphroditi tubulosi. Achenium erostre compressum. Pappus pilosus. Recept. nudum. — Crinitaria pappo densiore a Chrysocoma pappo haud ita denso mihi non satis differre videtur.

1. C. LINOSÝRIS (L. sp. 1178.) foliis linearibus glabris, involucris laxis. ♃. In apricis rupestribus, (stellenweise in d. Schweiz u. im südlichen u. mittlern D. bis Thüringen.) Jul. Aug. Schk. t. 238. Flores lutei.

7. ASTER (L. gen. n. 954.) Involucrum imbricatum. Flores radii feminei, ligulati, uniseriales (discolores;) disci hermaphroditi, tubulosi. Antherae inappendiculatae. Achenium erostre, compressum. Pappus pilosus, conformis. Recept. nudum.

1. A. ALPINUS (L. sp. 1226.) foliis integerrimis, caulinis lanceolatis, radicalibus oblongis in petiolum attenuatis, primariis spathulatis, involucri foliolis lanceolatis laxis, *caule unifloro*. ♃. In rupestribus et pascuis alpinis ac subalpinis, (Schw. u. d. d. g. Alpenkette; auf d. Feldberg im Breisgau, d. Mährischen Karpathen; d. Sudeten u. d. Unterharze.) Jul.-Sept. St. h. 37. Flores radii caerulei, disci lutei, capitula speciosa. Asterem hirsutum, qualem b. Host. describit, cuius folia pilis longis mollibusque tecta sunt, nondum vidi.

2. A. AMELLUS (L. sp. 1226.) foliis oblongo-lanceolatis acutis subserratis integerrimisve subtriplinerviis pubescenti-scabris, inferioribus ellipticis, *corymbo simplici patente*, *involucri foliolis obtusis patulis*. ♃. In collibus et locis montanis apricis, (stellenweise d. d. südliche u. mittlere Gebiet.) Aug.-Octob. Jacq. a. t. 435. A. amelloides Hoffm. Roem. arch. 2. p. 297. K. et Z. cat. pl. palat. p. 14. Variat foliis acutis et obtusis. Num vero „A. *Pseudo-amellus* foliis oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis scabris, ramis corymbosis subparallelis, involucris imbricatis subsquarrosis, foliolis ob-

tusis, interioribus membranaceis apice coloratis" (DeC. fl. fr. suppl. p. 469, 1815, Wenderoth. in Schrift. d. Ges. d. Naturw. z. Marburg. 2. 6. p. 18,) quem cl. Nees. ab E., (gen. et spec. asterear. p. 44,) sub varietate *α.* A. Amelli comprehendit, huius varietas sit nec ne, diiudicare non audeam, quum ipse observationes nondum instituerim. H. l. A. amelloides Reichenb. fl. exc. p. 246, sed circa Moguntiam non crescit.

3. A. Tripolium (L. sp. 1227.) foliis subcarnosis lineari-lanceolatis margine serrulato-scabris, caule simplici apice vel a basi ramoso, ramis corymbosis, *involucri arcte imbricati foliolis interioribus longioribus obtusis.* ⊙. Ad littora maris, et australia et septentrionalia, et ad salinas. Aug. Sept. Fl. d. t. 615. Tripolium vulgare Nees ab E. gen. et spec. aster. p. 153. Variat foliolis involucri apice purpureis et totis viridibus. — *A. pannonicus* Jacq. hort. vind. 1. t. 8, in icone involucrum, absque dubio ex incuria pictoris, e simplici et aequali foliolorum serie compositum, exhibet. Quem hucusque e Pannonia accepi, is a vulgari planta non recedit, et b. Host. totam speciem Asteri Tripolio tanquam synonymon subjunxit. G.

4. A. salignus (Willd. sp. pl. 3. p. 2040.) *foliis* caulinis intermediis *lanceolatis* margine scabris *attenuato-acuminatis* basin versus angustatis medio subserratis, superioribus sessilibus, rameis lanceolato-linearibus integerrimis pedicellis subnudis, *caule paniculato, ramis subracemosis*, involucri foliolis laxis. ♃. Ad fluminum ripas, (a. d. Elbe v. Sachsen bis Holstein hin u. wieder, a. d. Werra bei Allendorf, a. d. Bistrica in Mähren, a. d. Donau bei Irlbach in Bayern.) Aug. Sept. A. salicifolius Scholl. suppl. fl. barb. p. 328. c. icon. Radius albus, denique dilutissime caerulescens, discus luteus, denique rufus. — A. salignus, Wimm. fl. v. Schles. p. 303. a cl. auctore mecum communicatus ad aliam speciem pertinere videtur, sed ex uno specimine, superiorem caulis partem tantum exhibente, nil certi constituere possum.

Plures species Americae borealis indigenas, hinc inde quasi sponte provenientes, non recepi.

8. GALATELLA (Cassin. dict. sc. nat. 18. p. 56.) Flores radii neutri ob stylum plane deficientem vel stigmata incompleta; cetera ut Asteris.

1. G. cana (Nees ab E. gen. et sp. asterear. p. 165.) foliis lanceolatis mucronatis integerrimis trinerviis punctatis utrinque cauleque cano-pubescentibus, caule superne corymboso-paniculato. ♃. In dumetis, (in einem sumpfigen Wäldchen bei Mönitz in Mähren, Hochstetter.) Aug. Sept. G. canescens Cass. l. c. Aster canus W. Kit. pl. r. h. t. 30. Radius lilacinus. G.

9. BELLIDIASTRUM (Cassin. dict. sc. nat. suppl. 4. p. 70, non Lessing.) Involucri foliola aequalia biserialia, cetera ut Asteris.

1. B. Michelii (Cass. l. c.) ♃. In locis glareosis alpium et declivibus humidis reg. subalpinarum; cum fluviis in planities ad latera alpium sitas descendens, (Schweiz u. d. d. g. Alpenkette; Würtemberger Alp; Feldberg in Baden.) Jun. Jul. B. montanum Bl.

Bl. et Fingh. comp. 2. 358. Doronicum Bellidiastrum L. sp. 1247. Jacq. a. t. 400. St. h. 38. Arnica Bellidiastrum Willd. sp. 3. 2109. Aster Bellidiastrum Scop. carn. 2. p. 168. Margarita Bellidiastrum Gaud. helv. 5. p. 336.

10. BELLIS (L. gen. n. 962.) Involucri foliola aequalia, biserialia. Flores radii feminei, ligulati, uniseriales; disci hermaphroditi, tubulosi. Achenium erostre, plano-compressum, marginatum. Papp. nullus. Recept. nudum. — Radius albus vel subtus purpureus.

1. B. PERENNIS (L. sp. 1248.) foliolis involucri obtusissimis, foliis obovato-spathulatis crenatis subtrinerviis, radice repente. ♃. In pratis et pascuis. Floret fere per totum annum. Schk. t. 251. Non raro caulis foliosus reperitur, sed decumbens. — B. sylvestris Cyrill. differt foliis oblongis, sensim in petiolum attenuatis, conspicue trinerviis subvelutino-hirtis et foliolis involucri acutiusculis.

2. B. ANNUA (L. sp. 1249.) foliolis involucri obtusis, foliis obovato-spathulatis crenatis venosis, radice non stolonifera. ⊙. In pratis Istriae. Biasol.! Bocc. mus. t. 35. Caulis saepe brevissimus ut antecedentis. J.

11. STENACTIS (Cassin. dict. scienc. nat. vol. 37. p. 462. excl. spec.) Involucri foliola subaequalia, biserialia. Flores radii feminei, ligulati, biseriales; disci hermaphroditi, tubulosi. Antherae inappendiculatae. Achenium erostre, compressum. Pappus pilosus, radii simplex e setulis brevibus, disci duplex, exterior e setulis brevibus copiosis, interior e pilis elongatis paucioribus formatus. Recept. nudum.

1. ST. ANNUA (Cass. l. c. p. 485.) ⊙. In sylvaticis et ad sepes humidiusculas, pratorum margines, (von Basel durch d. Rheinfläche bis Coblenz; bei Rheinfelden; im Wallis; im Littorale u. hin u. wieder zerstreut in D.) Jul. Aug. Aster annuus L. sp. 1229. Diplopappus annuus Bl. et Fing. comp. 2. p. 368. D. dubius Gaud. helv. 5. 314. Erigeron annuum Pers. syn. 2. 431. E. bellidioides Spenn. frib. 536. Pulicaria bellidiflora Wallr. sched. 485. Flores fere bellidis, radio albo. Fol. radic. petiolata, ovata, serraturis aliquot grossis instructa.

12. ERIGERON (L. gen. n. 951.) Involucrum imbricatum. Flores radii feminei pluriseriales, aut omnes ligulati, aut interiores filiformes; disci hermaphroditi, tubulosi. Antherae ecaudatae. Achenium erostre. Pappus pilosus conformis. Receptaculum nudum.

1. E. CANADENSIS (L. sp. 1209.) caule stricto paniculato, *panicula oblonga multiflora, ramis ramulisque racemosis*, foliis hirtis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis setoso-ciliatis, infimis remote serratis. ⊙. In locis cultis, in fluviorum glareis ubique. Fl. d. 1274. Radius sordide albidus, minutus.

2. E. ACRIS (L. sp. 1211.) caule racemoso denique subcorymboso, ramis mono-tricephalis, *foliis* remotis patentibus lineari-lanceolatis *hirsutis*, inferioribus in petiolum attenuatis, *radio erecto discum aequante vel paulo longiore*, floribus femineis interioribus filiformibus numerosisque. ⊙. In campis sterilibus, collibus apricis,

ericetis. Jul. Aug. Schk. t. 241. Caulis fusco-purpureus, folia integerrima, ut in ceteris, inferiora in speciminibus maioribus tantum neque semper remote serrata, ligulae dilute purpureae vel albae, parum notabiles. Variat foliis undulatis et planis; pappo albido: E. acris Weihe; et rufo: E. serotinus Weihe, (si ligulae simul discum superant.) Ad posteriorem quoque pertinere videtur E. podolicus Reichenb. fl. exc. p. 239. — E. podolicus Besseri, ab ipso Cl. auctore acceptus, in ditione fl. nostrae nondum lectus, differt: caule altiore dense folioso, foliis approximatis erectis, corymbo terminali conferto atque radio in planta viva et culta patulo.

3. E. ANGULOSUS (Gaud. fl. helv. 5. p. 265.) caule racemoso denique subcorymboso, ramis mono-tricephalis, *foliis* remotis patentibus lineari-lanceolatis *glabris* margine ciliatis, ciliis sursum curvatis, inferioribus in petiolum attenuatis, *radio* erecto (?) *discum aequante vel paulo longiore*, floribus femineis interioribus filiformibus numerosisque. ⊙. In regionibus subalpinis in fluviorum glareis, (am Schwarzwasser bei Rügisberg, unweit Bern, Trachsel! um Kitzbichel in Tyrol, Traunsteiner!) Jul. Aug. E. acre droebachense Schleich. cat. 1815. E. acris β. angustatus Hartm. Handb. i skand. fl. ed. 2. p. 226. Simillimus E. acri, neque caulis angulosior, differt tamen foliis ratione longitudinis paulo angustioribus, glaberrimis margineque tantum pilis obsitis. An varietas?

4. E. VILLARSII (Bellard. app. ad fl. ped. p. 38. t. 9.) *caule* ditricephalo vel subpauniculato, *ramis foliis involucrisque glanduloso-pubescentibus*, foliis oblongo-lanceolatis, inferioribus in petiolum attenuatis, radio patente, floribus femineis interioribus tubuloso-filiformibus numerosisque. ♃. In convallibus alpinis, (Schweiz auf d. Stockhornkette u. d. Wallis. Alpen; Kärnthen a. d. Pasterze.) Jul. Aug. Radius purpureus. E. atticum Vill. delph. 3. p. 237. E. rupestris Hopp. ex specim. — E. rupestris Bl. et Fing. comp. 2. p. 562, ad aliam speciem pertinet. — Variat pilis simplicibus longis inter pubem brevem glanduliferam adspersis: E. intermedius Trachsel!

5. E. ALPINUS (L. sp. 1211.) caule mono-oligocephalo, foliis lanceolatis hirsutis, inferioribus in petiolum attenuatis subspathulatis, *radio patente disco duplo longiore*, involucro hirsuto, *floribus femineis interioribus tubuloso-filiformibus numerosisque.* ♃. In locis glareosis alpium, (d. d. g. Alpenkette.) Jul. Aug. St. h. 38. Radius purpureus. Variat, sed rarius, foliis glabriusculis et floribus albis. — E. grandiflorus Hopp., Koch. bot. ztg. 1835. p. 262, floribus, quam in E. alpino, duplo maioribus instructus, in loco natali ulterius inquirendus est.

6. E. GLABRATUS (Hopp. et Hornsch. Cent., Bl. et Fing. comp. fl. germ. 2. p. 364.) caule mono-oligocephalo, foliis lanceolatis glabris hirto-ciliatis, inferioribus in petiolum attenuatis subspathulatis, radio patente, disco duplo longiore, *involucro pubescenti-hirto, floribus femineis omnibus ligulatis.* ♃. In subalpinis et alpibus, (d. d. g. Alpenk.) Jul. Aug. Radius dilute purpureus, rarius albus.

7. E. UNIFLORUS (L. sp. 1211.) caule monocephalo, foliis lanceolatis hirsutis, inferioribus in petiolum attenuatis subspathulatis

glabrescentibus, radio patente disco duplo longiore, *involucro lanato-hirsutissimo, floribus femineis omnibus ligulatis.* ♃. In locis gramineis alpium editissimarum, (Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen.) Jul. Aug. Radius albus vel dilute purpureus. St. h. 38.

13. SOLIDAGO (L. gen. n. 955.) Flores radii concolores. Achenium teretiusculum. Cetera ut Asteris.

1. S. GRAVEOLENS (Lam. fl. fr. 2. p. 145.) pubescenti-viscosa, *caule a basi fere ramosissimo*, ramis virgatis racemosis erecto-patulis, *foliis sublinearibus* integerrimis. ⊙. In agris subhumidis Istriae, (Biasol.!) Erigeron graveolens L. sp. 1210. Barrel. ic. 370. Flores lutei. J.

2. S. VIRGA AUREA (L. sp. 1235.) *caule* erecto, *apice paniculato-racemoso vel simpliciter racemoso*, racemis erectis. Fol. ovatis lanceolatisque acuminatis in petiolum alatum decurrentibus pilosiusculis, inferioribus serratis. ♃. In sylvis, collibus incultis. Jul. Aug. Flores lutei. St. h. 9. Planta polymorpha, sub qua fortasse plures species latitant, sed collatis multis speciminibus, limites, quibus certo distinguantur, reperire non potui. Forma:

α. *vulgaris*, elatior, *foliis inferioribus* serratis *ellipticis*, superioribus lanceolatis integerrimis, ramis pedicellisque pubescentibus; quasi media est inter varietates duas sequentes.

β. *angustifolia*, elatior *foliis omnibus lanceolatis* obscurius serratis vel integerrimis: Gaud. helv. 5. 316.

γ. *latifolia*, *fol. caulinis omnibus ovatis*, pedicellis apice crebre bracteolatis. Haec in Helvetia australi et in Tyroli calidiori, atque circa Tergestum, (Biasol.!) provenit. Occurrit pedicellis glabris et foliolis involucri intermediis obtusis.

δ. *alpestris*, *humilis foliis lanceolatis* vel elliptico-lanceolatis *fere glabris*, racemis inferioribus folio fulcrante saepe brevioribus, *floribus maioribus:* S. alpestris WK.! pl. rar. h. t. 208. Willd.! sp. 2064. Gaud. helv. 5. p. 317. Haec in montibus altioribus et alpinis.

ε. *cambrica*, caule humiliore, quandoque 3-4 pollicari, et tum quidem racemo simplici terminato, *floribus duplo maioribus*, *foliis oblongo-lanceolatis utrinque pilosis*, ramis pedicellisque hirto-pubescentibus: S. Virgaurea γ. pumila Gaud. helv. 5. p. 316. γ. cambrica Sm. engl. fl. 3. 438. S. cambrica Huds. angl. 367. Willd. sp. 3. 2066. Dill. elth. 413. f. 393. Haec in pascuis alpinis Helvetiae, Tyrolis australis et in Bructero.

Trib. IV. *HELIANTHEAE.* Cass. Styli crura sub anthesi divaricata et recurvata, inferne intus pappillosa, superne attenuata vel apppendice filiformi terminata et extus quoque puberula. Connectivum infra loculos aequale. Antherae basi ecaudatae, rotundatae vel acutae. Flores homogami, vel heterogami, radii (in nostris) neutri. Achenia compresso-subtetragona.

14. WIBORGIA (Roth. cat. bot. 2. p. 112.) Invol. hemisphaericum, 5-6 phyllum. Flor. radii subquinque, feminei, ligulati; disci hermaphr. tubulosi. Papp. conformis, paleaceus; paleis acuminatis,

plumoso-fimbriatis, longitudine achenii. Achenium angulatum. Rec. paleaceum.

1. W. Acmella (Roth. l. c.) ⊙. E Peruvia orta, nunc in Germ. boreali hinc inde inquilina facta, et magna copia loca culta implens. Jul. Aug. Galinsogea parviflora Willd. sp. 3. p. 2228. Galinsoga parviflora Cav. ic. 3. p. 41. t. 281.

15. BIDENS (L. gen. n. 932.) Involucrum polyphyllum, biseriale, foliolis exterioribus patentibus. Flores omnes hermaphroditi, tubulosi, vel radii ligulati et neutri. Pappus aristis 2-5 persistentibus, retrorsum aculeolatis. Receptaculum planum, paleaceum. — Flores lutei.

1. B. tripartita (L. sp. 1165.) capitulis discoideis, foliolis involucri exterioribus capitulo longioribus, *foliis tripartitis*, laciniis lanceolatis serratis, *acheniis obovatis* margine retrorsum aculeolatis involucri foliola interiora aequantibus. ⊙. In locis paludosis et ad fossas. Jul. in autumn. Engl. bot. t. 1113. Foliorum lacinia intermedia in speciminibus maioribus trifida, hinc folia pinnato-quinquefida. Achenia fusco-cinerea. In turfosis hinc inde specimina pygmaea occurrunt, ut sequentis speciei, sed rarius. Variat:

β. capitulis radiatis. Willd. sp. 3. 1716. Loes. pruss. 53. ic. 10.

2. B. cernua (L. sp. 1165.) capitulis discoideis radiatisque cernuis, foliolis involucri exterioribus capitulo longioribus, *foliis lanceolatis* serratis basi subconnatis, *acheniis obovato-cuneatis*, margine retrorsum aculeolatis involucri foliola interiora subaequantibus. ⊙. In locis paludosis, ad aquas. Aug. in autumn. Schk. t. 285. Achenia nigro-fusca, setis pallidioribus. In turfosis specimina pygmaea monocephala 2-3 pollicaria gregarie crescunt: B. minima L. sp. 1165. Fl. d. t. 312. Varietas:

β. radio specioso flavo: Coreopsis Bidens L. sp. 1281. St. h. 1.

3. B. bipinnata (L. sp. 1166.) capitulis subradiatis, foliolis involucri exterioribus longitudine interiorum, *foliis bipinnatis*, foliolis incisis, *acheniis linearibus* apicem versus attenuatis margine laevibus *involucro duplo longioribus*. ⊙. Ad aquas in Tyroli australi. Jul.-autumn.

16. HELIANTHUS (L. gen. n. 979.) Involucrum imbricatum. Flores radii ligulati, neutri; disci tubulosi, hermaphroditi. Antherae ecaudatae. Achenia conformia. Pappus bi-pluri-paleaceus, deciduus. Receptaculum plano-convexum, paleaceum. — Flores lutei.

1. H. annuus (L. sp. 1276.) foliis omnibus cordatis trinervatis serratis, pedunculis incrassatis, floribus cernuis. ⊙. Colitur in reg. calidioribus ob semina oleifera; olim e Peruvia allatus. Jul. in autumn. Colit.

2. H. tuberosus (L. sp. 1277.) foliis triplinerviis serratis scabris, inferioribus cordato-ovatis, superioribus oblongo-ovatis lanceolatisve acuminatis alternis. ♃. Colitur; tubera radicalia usui oeconomico inserviunt. Olim e Brasilia allatus. Octobr. Novemb. Colit.

Trib. V. *INULEAE*. Cassin. Styli crura semiteretia apice obtusa rotundata vel truncata, superne extus puberula. Connectivum

infra loculos aequale. *Antherae* basi appendiculatae, *appendiculis subulatis* longis, (caudatae.). Flores heterogami, omnes tubulosi, vel radii ligulati. Achenia varia.

17. TELEKIA (Baumgarten. fl. transsilv. vol. 3. 148.) Achenia linearia, subteretia, multistriata, pappo brevi coroniformi integro crenato; cetera ut Buphthalmi.

1. T. SPECIOSA (Baumg. l. c.) foliis petiolatis cordatis duplicato-serratis, supremis sessilibus basi rotundatis vel cordato-amplexicaulibus. ♃. In montosis agri fluminensis et Boh., (bei Marslavadiza nicht weit von Fiume links d. neuen Strasse in d. Schluchten, Noé; in Böhmen am Rauschenbach im Rauschengrund nicht weit von Oberleitensdorf, Presl.) Aug. Buphthalmum speciosum Schreb. icon. pl. min. cognit dec. 1. B. cordifolium WKit. 2. p. 113. Cl. Baumgarten. pappum Telekiae ut plumosum describit, citatum vero B. cordifolium ex opere WK. dubitationem tollit. G.

18. BUPHTHÁLMUM (L. gen. n. 977.) Involucrum imbricatum. Flores radii feminei, ligulati, uniseriales; disci hermaphroditi, corolla tubulosa, tereti, tubo inferne sensim angustato. Antherae caudatae. Achenia radii trigona; disci compressa, subtetragona. Pappus brevis coroniformis, paleaceus, paleis lacero-denticulatis. Recept. paleaceum. — Flores lutei.

Sect. I. Achenia glabra, vel apice puberula.

1. B. SPECIOSISSIMUM (Arduin. spec. p. 26. t. 12.) foliis acute dentatis reticulato-venosis glabris ciliatis *cordato-amplexicaulibus*, superioribus ovatis acuminatis, inferioribus oblongo-ovatis basin versus angustatis, involucri foliolis lineari-lanceolatis attenuato-acutis, exterioribus disco longioribus, acheniis apice puberulis. ♃. In montibus regionum calidiorum, (am Comersee auf d. Berge Bellago, Canzo u. a., Gaud.; im südl. Tyrol, Host.) Jun.-Aug. Telekia speciosissima Less. comp. p. 209. Caulis 1 cephalus. Folia fasciculorum sterilium non cordata, sed oblonga inque petiolum sensim attenuata. Achenia sublinearia, radii triquetra.

2. B. SALICIFOLIUM (L. sp. 1278.) foliis oblongis lanceolatisque subdenticulatis pubescentibus, inferioribus obtusis in petiolum attenuatis superioribus sessilibus attenuato-acutis, *involucri foliolis lanceolatis cuspidatis discum aequantibus*, acheniis glabris ♃. In montosis, inter virgulta, pratis siccis, solo calcareo, (in d. Schw. u. d. d. g. Alpenk. bis in d. Littorale, v. Oberelsass durch Schwaben, Bayern bis Oestreich u. Böhmen; in d. Fränkischen Kalkbergen.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 370. Achenia radii obovata argute triquetra. Variat magis hirsuta et fere glabra, atque

β. foliis lanceolatis, superioribus longe attenuatis acutis: B. grandiflorum L. sp. 1278. Glabrum absque omni pubescentia, quale describunt, nondum vidi.

19. ASTERISCUS (Tournef. Moench. meth. 592.) Corolla radii basi biauriculata, disci teres, tubo inferne incrassato. Cetera ut Buphthalmi.

1. A. AQUATICUS (Less. syn. comp. p. 210.) foliis oblongo-lanceolatis obtusis, capitulis alaribus sessilibus terminalibusque, *involucri foliolis radio multo longioribus* obtusis inermibus, acheniis sericeis. ⊙. In arvis Littoralis et Istriae (Wulf.) Jul. Aug. Barrel. t. 552. Buphthalmum aquaticum L. spec. 1274. G.

20. PALLENIS (Cass. dict. sc. nat. 37. 275.) Invol. imbricatum. Flor. radii feminei, ligulati, biseriales; disci hermaphr., tubulosi: tubo latere interiore longitudinaliter alato; limbo sub dentibus tenui, basi subgloboso-inflato. Pappus paleaceus, brevissimus. Antherae caudatae. Achenia radii plano-compressa, bialata, pappo dimidiato; disci compressa, subunialata, pappo coroniformi.

1. P. SPINOSA (Cassin. l. c.) ⊙. In arvis et agrorum marginibus Littoralis, (bei Fiume, Noé! auf Cherso, Wulf.) Jun.-Aug. Buphthalmum spinosum L. sp. 1274. Barrel. t. 551. Similis Buphthalmo aquatico, sed altior, lanato-villosa, et foliola invol. spina terminata. J.

21. ÍNULA (L. gen. n. 956.) Involucrum imbricatum. Flores radii feminei, ligulati, (concolores;) disci hermaphroditi, tubulosi. Antherae caudatae. Achenium erostre. Pappus pilosus, conformis. Receptaculum nudum. — Flores lutei.

Sect. I. CORVISARIA. Merat. Dub. bot. gall. 267. Folia involucri interiora apice dilatata, spathulata.

1. I. HELENIUM (L. sp. 1236.) *foliis inaequaliter dentato-serratis-subtus tomentosis*, radicalibus petiolatis elliptico-oblongis, *caulinis cordato-ovatis acuminatis amplexicaulibus*, involucri foliolis exterioribus ovatis, interioribus lineari-spathulatis, acheniis glabris. ♃. In pratis humidis, ad fossas, ripas, (von Westphalen durch Niedersachsen, Mecklenburg, Pommern; sodann in Schlesien u. Mähren, im übrigen Gebiete hin u. wieder verwildert.) Jul. Aug. Fl. dan. t. 728. Aster Helenium Scop. carn. 2. 171.

Sect. II. ENULA. Dub. bot. gall. 267. Folia involucri interiora apice acuminata.

a. Achenia glabra.

2. I. GERMANICA (L. sp. 1239.) foliis oblongo-lanceolatis oblongisve acutiusculis remote denticulatis venosis subtus lanato-pilosis margine scabris, *caulinis basi cordatis*, *corymbo composito glomerato polycephalo*, involucri subcylindrici foliolis dorso lanato-pubescentibus, *ligulis discum vix superantibus*, *acheniis glabris*. ♃. In collibus lapidosis, ad viarum et agrorum margines, (in Oestreich, Böhmen u. Mähren; in Thüringen bei Halle u. Jena; Unterharz; in Franken bei Würzb. u. Schweinfurth; Mittelrhein v. Dürkheim bis Mainz.) Jul.-Aug. Jacq. a. t. 134. G.

3. I. MEDIA (MBieberst. taur. cauc. 3. p. 576.) *foliis* lanceolatis acutis remote denticulatis venosis *subtus pilosiusculis* margine ciliato-scabris, *caulinis basi cordatis*, *corymbo subsimplici conferto polycephalo*, involucri subventricosi foliolis glabriusculis ciliatis, ligulis disco subduplo longioribus, *acheniis glabris*. ♃. In

pratis montanis, (bisher blofs in d. Rheinpfalz zwischen Kreuznach u. Bingen.) Jul. Aug. G.

4. I. HYBRIDA (Baumgart. fl. transsilv. 3. p. 132.) *foliis anguste lanceolatis* acutis remote-obsolete-denticulatis integerrimisque *nervoso-venosis glabris* margine scabris sublanatisque, caulinis sessilibus, corymbo subpentacephalo conferto, involucri foliolis exterioribus dorso margineque subvillosis, *acheniis glabris*. ♃. In montosis, (auf d. Kahlenberge bei Wien, Fenzl) Jul. Aug. Involucrum cinctum foliis 1-3 lanceolatis herbaceis, ipsum aequantibus, trinerviis, ut in sequente. Semper inter I. germanicum et ensifolium crescit secundum Fenzl. in litt. An igitur hybrida proles? G.

5. I. ENSIFOLIA (L. sp. 1240.) *foliis lanceolato-linearibus* acutis remote obsolete denticulatis integerrimisque *nervosis glabris* margine scabris sublanatisque, *caulinis sessilibus*, caule monopleiocephalo, capitulis solitariis terminalibus, involucro foliis 3-6 lanceolatis nervosis longitudine ipsius cincto; *acheniis glabris*. ♃. In locis sterilibus lapidosis, (im Littorale, Krain, Unteröstreich bis Mähren.) Jul. Aug. Jacq. austr. t. 162. Aster ensifolius Scop. carn. 2. p. 174. G.

6. I. SALICINA (L. sp. 1238.) *foliis* lanceolatis acuminatis remote obsolete denticulatis integerrimisque venosis *glabris* margine scabris, *superioribus cordato-amplexicaulibus*, caule mono-pleiocephalo subcorymboso, involucri foliolis glabris ciliatis, *acheniis glabris*. ♃. In pratis humidis, ad fossas. Jul. Aug. Fl. dan. t. 786. Aster salicinus Scop. carn. 2. p. 172. Folia patentia, recurva.

7. I. SQUARROSA (L. sp. 1240.) *foliis* ovalibus lanceolatisve denticulatis *venosis glabris* margine ciliato-scabris *basi rotundata sessilibus*, caule mono-pleiocephalo subcorymboso, involucri foliolis glabris ciliatis, exterioribus sensim brevioribus, *acheniis glabris* ♃. In collibus montibusque inter virgulta, (im Cant. Tessin, im Littorale, d. wärmern Krain u. Unteröstreich.) Jul. Aug. I. Bubonium Jacq. austr. app. t. 19. Aster Bubonium Scop. carn. 2. p. 173. t. 58. Invol. quandoque cinctum folio uno alterove, foliolis involucri exterioribus longiore. Willdenowius in sp. pl. distinguit I. squarrosam, foliis serrulatis, et I. Bubonium, foliis serratis, quae vix varietates efficiunt.

8. I. HIRTA (L. sp. 1239.) foliis ovalibus oblongis lanceolatisve integerrimis vel subdenticulatis venosis cauleque hirsutis pilis basi bulbosis, caule monocephalo, *involucri foliolis* lanceolatis attenuatis *hispidis, omnibus disco longioribus*, *acheniis glabris*. ♃. In collibus apricis asperis hinc inde, (in d. Cant. Tessin, im südl. Tyrol, Littorale, Krain; von Oestreich durch Mähren, Böhmen u. Schlesien u. Hinterpommern; in Thüringen bei Jena, Halle; im Würtemberg.; in d. Rheinthale v. Elsass bis a. d. Unterrh.; im Mainthale bis Würzb.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 358. I. montana Poll. pal. 2. p. 469. Aster hirtus Scop. carn. 2. p. 173. t. 58.

9. I. VAILLANTII (Vill. delph. 3. p. 216.) *foliis* elliptico-lanceolatis acuminatis integerrimis, vel subdenticulatis, *subtus involucrisque tomentosis*, radicalibus petiolatis, *caulinis basi angustatis subpetiolatis*, *acheniis glabris*. ♃. In locis uliginosis, ad fluvio-

rum ripas, (in d. südwestl. Schw.) Hall. helv. t. 2. I. cinerea Lam. Lam. enc. 3. p. 259. H.

b. Achenia hirsuta.

10. I. SUAVEOLENS (Jacq. h. vind. 3. t. 51.) *foliis* elliptico-lanceolatis acutis *subtus subtomentosis* nervo medio margine cauleque villoso-lanatis, inferioribus petiolatis denticulatis, *superioribus basi attenuatis subpetiolatis* integerrimis *caule polycephalo corymboso*, *acheniis hirtis*. ♃. In locis humidis, (im Littorale bei Monfalcone.) Jul. Aug. Habitu Conyzae squarrosae, capitula vero multo maiora, radiata. G.

11. I. OCULUS CHRISTI (L. sp. 1237.) foliis oblongis obtusiusculis integerrimis subdenticulatisve cauleque tomentoso-lanatis, inferioribus in petiolum attenuatis, *superioribus basi cordata amplexicaulibus*, *involucri foliolis* lanceolatis, *exterioribus sensim brevioribus* villosis caule 2-5 cephalo, *acheniis hirtis*. ♃. In locis apricis sterilibus, (in Unteröstreich u. Mähren.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 129 Cl. Besser. Inulam suam campestrem, quae I. Oculus Christi MB., a specie austriaca eiusdem nominis receptaculo nudo distinguit; sed in meis speciminibus austriacis receptaculum quoque plane nudum, nec breviter pilosum, reperio. G.

12. I. BRITANNICA (L. sp. 1237.) foliis lanceolatis integerrimis denticulatisve subtus cauleque villoso-lanatis, inferioribus in petiolum attenuatis, *superioribus basi cordata amplexicaulibus* saepe basi evidentibus dentatis, *involucri foliolis* lineari-lanceolatis attenuatis, *exterioribus interiora discumque aequantibus vel superantibus*, caule 2-5 cephalo, *acheniis hirtis*. ♃. In pascuis humidis, ad fossas, piscinas, (d. d. ganze Gebiet, doch nicht überall.) Jul. Aug. Fl. dan. t. 413. I. hirta Poll. pal. 2. p. 467., non Linn. Variat foliis glabriusculis, involucri foliolis paulum latioribus: I. Oetteliana Reichenb. fl. exc. p. 237.

13 I. MONTANA (L. sp. 1241.) *foliis* lanceolatis integerrimis subdenticulatisque cauleque *villoso-lanatis subsericeis*, inferioribus petiolatis basi attenuatis, *superioribus sessilibus*, *caule monocephalo*, involucri foliolis exterioribus apice tomentoso-hirtis sensim brevioribus, *acheniis hirtis*. ♃. In locis montanis sterilibus, (in d. westl. u. südl. Schwz.; in Oestreich an d. Schwarza? in Mähren?) Jul. Aug. H.

14. I. CRITHMOIDES (L. sp. 1240.) *foliis linearibus carnosis*, *caulinis* obtuse *tricuspidatis*, rameis integerrimis. ♃. In locis maritimis inundatis ad mare adriaticum, (Triest, Aquileja.) Jul. Aug. Dod. pempt. 706. I. crithmifolia Willd. sp. 3. 2101. G.

22. PULICARIA (Gärtn. fruct. 2. p. 461. t. 173. f. 7.) Pappus duplex, interior pilosus elongatus, exterior brevis, pilis in coronulam crenulatam, vel setuloso-lacinulatam connatis. Cetera ut Inulae.

a. Pappus exterior setuloso-lacinulatus.

1. P. VULGARIS (Gärtn. l. c.) *foliis* oblongo-lanceolatis undulatis *basi rotundata sessilibus* subamplexicaulibus, iunioribus caule-

que villosis, caule paniculato-corymboso, capitulis lateralibus terminalibusque, radio brevissimo. ⊙. In pascuis humidis, ad paludes. Jul. Aug. Fl. dan. t. 613. Inula pulicaria L. sp. 1238. Aster pulicarius Scop. carn. 2. p. 172. Diplopappus pulic. Bl. et Fing. 2. 369.

b. Pappus exterior coroniformis crenulatus.

2. P. DYSENTERICA (Gärtn. l. c.) *foliis* oblongis *basi* latiore *profunde cordata amplexicaulibus* obsolete denticulatis subtus canotomentosis, capitulis in caule ramisque corymbosis radio discum multo superante. ♃. In pratis humidis, ad fossas, paludes, (im ganzen Gebiete, doch nicht allenthalben.) Jul. Aug. Fl. dan. 410. Inula dysenterica L. sp. 1237. Aster dysenteric. Scop. carn. 2. 172. Diplopappus dysent. Bl. et Fing. 2. 369.

3. P. VISCOSA (Cassini.) foliis lanceolatis serratis cauleque pubescentibus viscosisque, *racemo terminali pyramidato*, basi subcomposito. ♃. In locis asperis ad mare adriaticum, (bei Triest u. Fiume.) Jul. Aug. Erigeron viscosum L. sp. 1209. Jacq. h. vind. t. 165. Inula viscosa Desf. atl. 2. p. 274. G.

23. CONYZA (L. gen. n. 950.) Involucrum herbaceum, imbricatum. Flores radiis feminei, tubulosi, tridentati, angustiores, pluriseriales; disci hermaphroditi, tubulosi, quinquedentati. Antherae caudatae. Achenium erostre. Pappus pilosus, conformis. Receptaculum nudum.

1. C. SQUARROSA (L. sp. 1205.) caule herbaceo ramoso, ramis corymbosis, foliis elliptico-lanceolatis pubescentibus denticulatis, inferioribus in petiolum attenuatis. ⊙. In collibus sterilibus, ad sylvarum oras, (im mittlern u. südlichen Gebiete.) Jul. Aug. Flor. dan. t. 622. Flores lutei.

24. CARPESIUM (L. gen. n. 948.) Involucrum imbricatum. Flores tubulosi, quinquedentati; radii feminei, pluriseriales, angustiores, disci hermaphroditi. Antherae caudatae. Achenium superne in rostrum contractum. Pappus nullus. Receptaculum nudum.

1. C. CERNUUM (L. sp. 1203.) capitulis solitariis terminalibus cernuis. ⊙. In locis humidis et sylvaticis, (in Krain u. Oestreich; südl. Schweiz.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 204. Schk. t. 244.

2. C. ABROTANOIDES (L. sp. 1204.) floribus axillaribus subracemosis secundis. ⊙. In sylvis solo pingui, (bisher blofs um Aquileja, nach Wulfen; um Monfalcone, n. Sieb.) Jul. Aug. Folia antecedentis, sed flores quadruplo minores, solitarii vel gemini in foliorum axillis, subsessiles. G.

25. MICROPUS (L. gen. n. 996.) Involucrum 5-9 phyllum, laxum. Flores disci hermaphroditi, steriles, 5 dentati, stylo simplici; radii feminei tot, quot involucri foliola, stylo in stigmata 2 fisso, fertiles. Achenium florum fertilium involucri foliolis involutum, pappo nullo. Receptaculum nudum.

1. M. ERECTUS (L. sp. 1313.) fol. alternis lanceolatis, floribus lanuginosis, involucro inermi. ⊙. In campis sterilibus, (um Triest, Hoppe! um Fiume, nach Host.) Jun. Jul. Barrel. ic. t. 296. G.

26. FILÁGO (L. flor. suec. ed. 2. p. 302. Fries. nov. ed. 2. p. 267.) Involucrum imbricatum pentagonum. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, quadridentati, fertiles; radii feminei, filiformes, apice denticulati, pluriseriales; series extima pluresve inter foliola involucri paleasve dispositae. Achenium erostre. Pappus capillaris, caducus, seriei extimae, pluriumve nullus. — Species sub hoc genere, naturalissimo, comprehensae verae sunt Filagines Linnaei, in flora suecica descriptae, licet ex Loeflingio (conf. Gen. pl. ed. quint. p. 379,) characterem alienum in hoc opus receperit.

1. F. GERMANICA (L. sp. 1311.) tomentoso-lanata caule dichotomo, foliis lanceolatis, capitulis glomeratis, glomerulis alaribus terminalibusque, *involucri foliolis cuspidatis*, cuspide glabra. ⊙. In agris, ad vias campestres. Jul. Aug. St. h. 12. Gnaphalium germanicum Huds. angl. 362. Impia germ. Bl. et F. comp. 3. p. 341. Gifola vulgaris Cassin. Variat tomento foliorum luteo-cinerascente et cuspidibus involucri saepe rubellis et

β. *pyramidata*, tomento foliorum albo, foliis saepe apicem versus latioribus obovato-lanceolatis et cuspidibus involucri plerumque pallidis: Filago pyramidata L. sp. 1311. Gnaphalium pyramidatum Willd. sp. 3. 1895. DC. fl. fr. 5. p. 468.

2. F. ARVENSIS (L. sp. 1312.) dense lanata, *caule paniculato, ramis erectis subsimplicibus subspicatis*, glomerulis lateralibus terminalibusque, foliis lanceolatis, involucri foliolis obtusiusculis lanatis apice denique glabrescentibus. ⊙. In campis, ericetis. Jul. Aug. Gnaphalium arvense Lam. dict. 2. p. 759. St. h. 38, sed rami nimis patentes. Achariterium arvense Bl. et Fingh. comp. 2. p. 346. Oglifa arvensis Cassin. Filago montana Wahlenb. suec. p. 539. — F. montana L. in fl. suec. ejusque herbario est eadem planta ac F. arvensis eiusdem; qua de causa nomen aptius anteposui. Conf. de hac specie Fries. nov. ed. 2. 267.

3. F. MINIMA (Fries. nov. ed. 2. p. 268.) tomentoso-sublanata, *caule ramoso*, *ramis dichotomis*, glomerulis alaribus lateralibus terminalibusque, folia superantibus, foliis lineari-lanceolatis erectis adpressisque, *involucri foliolis obtusiusculis apice glabris*. ⊙. In agris, arvis, campis arenosis. Jul. Aug. F. arvensis Wahlenb. suec. p. 539. F. montana Gaud. helv. 3. p. 254 et mult. auct. Gnaphalium minimum Smith. brit. 873. Gnaphalium montanum Huds. 362. F. montana Linnaei ex diagnosi et synonymis ad F. minimam pertinet, in loco vero ab eo memorato haec non crescit atque in Herbario ejus desideratur. — Cl. Willdenow. in editione sua spec. plant. 3. p. 1896., duas formas huius plantae tanquam proprias species proposuit, sub *Gnaphalio montano* scilicet formam magis lanatam, glomerulis omnibus pleiocephalis, et sub *G. minimo* formam magis adpresse tomentosam, capitulis quandoque solitariis; vix autem hae modificationes tanquam varietates conspicuae sejungi possunt.

4. F. GALLICA (L. sp. 1312.) tomentoso-subsericea, *caule ramoso*, *ramis dichotomis*, glomerulis alaribus lateralibusque terminalibusque, *foliis lineari-subulatis* glomerulos superantibus, involucri foliolis obtusiusculis apice glabris. ⊙. In agris rara et valde dispersa, (in d. Schw. bei Basel, im Wallis, Elsafs, in Baden, d.

Rheinpfalz, bei Halle, in Böhm.) Jul. Aug. Gnaphalium gallicum Hucs. angl. 361. St. h. 38. Engl. bot. 8. 2369.

27. GNAPHALIUM (L. gen. 946.) Involucrum scariosum, imbricatum, hemisphaericum, vel teres. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, quinquedentati, fertiles; radii feminei filiformes, apice denticulati, pluriseriales: vel capitula dioica, hermaphrodita stigmate imperfecto sterilia. Pappi pili filiformes vel superne parum tantum incrassati; vel florum hermaphroditorum clavati. Receptaculum totum nudum. (Flores nulli intra foliola involucri.)

Sect. I. Gnaphalion. Capitula heterogama, monoica. Flores radii pluriseriales feminei, disci hermaphroditi. Pappus omnium filiformis, vel apice parum tantum incrassatus.

1. G. sylvaticum (L. sp. 1200.) *caule* simplici virgato *spicato*, foliis radicalibus lanceolatis *caulinis sensim decrescentibus*, superioribus linearibus, omnibus acutis basin versus attenuatis subtus albo tomentosis supra denique glabrescentibus, *foliolis involucri extimis capitulo triplo brevioribus.* ♃. In ericetis, pascuis siccis, locis sylvaticis. Jul. Aug. Schk. t. 243. G. rectum Smith. brit. 870. G. sylvaticum α. Wahlenb. suec. p. 515.

2. G. norvegicum (Gunner. fl. norveg. p. 105. 1766.) *caule* simplici virgato *spicato*, foliis radicalibus caulinisque lanceolatis in petiolum attenuatis trinerviis utrinque lanuginosis, *caulinis intermediis acuminatis magnitudine inferiorum maioribusque*, *foliolis involucri extimis capitulo triplo brevioribus.* ♃. In subalpinis et alpibus, (durch d. ganze Alpenkette, auf d. Sudeten, d. Mährischen Karpaten u. d. Vogesen.) Jul. Aug. St. h. 38. G. sylvaticum Smith. brit. 869. G. sylvaticum β. fuscatum Wahlenb. suec. p. 515. G. fuscatum Pers. syn. 2. 421. G. fuscum Lam. dict. 2. p. 757. Reichb. fl. exc. p. 223. (non Scop.) Foliis caulinis intermediis evidenter latioribus et trinerviis foliolisque involucri fuliginoso-fuscis non difficile ab antecedente dignoscitur. Folia supra lanuginosa quidem, tamen viridia; variat autem in summis Alpibus praeter staturam minorem 2-3 pollicarem, foliis, etiam in pagina superiore, dense lanatis, cauliuis minus acuminatis, et spica brevi oligocephala: G. supinum Hopp. ap. St. h. 38. Gaud. helv. 5. p. 241. An propria species?

3. G. supinum (L. syst. nat. 3. p. 235.) *caulibus* simplicibus *subfiliformibus*, caudiculis repentibus dense cespitosis, foliis omnibus anguste lanceolatis linearibusque lanuginoso-tomentosis, *capitulis breviter spicatis, vel subracemosis solitariisve* in apice caulis, *foliolis involucri extimis capitulum dimidium superantibus.* ♃. In locis petrosis irrigatis alpium. G. pusillum Haenk. sudet. 93. Schk. t. 267. Gaud. helv. 5. p. 242. Caudiculis dense cespitosis, caule debili et praecipue defectu foliolorum brevium, basin involucri in antecedentibus duobus investientium, distinguitur. Variat:

α. capitulis in apice caulis sessilibus, breviter et dense spicatis: G. supinum Willd. sp. 3. 1888. Pers. syn. 2. 421. G. supinum α. Wahlenb. suec.

β. capitulis pedicellatis subracemosis: G. fuscum Scop. carn.

2. 152. t. 57. G. pusillum γ. fuscum Pers. l. c. β. fuscum Hartm. scand. fl. 223. G. fuscum Willd. sp. 3. 1889.

γ. caulibus unifloris: G. pusillum Willd. sp. 3. 1889. G. supinum β. pusillum Pers. l. c.

4. G. ULIGINOSUM (L. sp. 1200.) caule a basi ramoso diffuso, foliis lanceolato-linearibus, basin versus attenuatis canescentibus, *capitulis glomerato-aggregatis foliosis*, seminibus laevissimis. ⊙. In locis hyeme inundatis, ad paludes et ripas. Jul.-autumn. Fl. dan. 859. Involucra fusca. Variat foliis subglabris. *G. nudum* vero, ab hoc tanquam species diversum, nondum vidi.

5. G. LUTEO-ALBUM (L. spec. 1196.) caule simplici vel apice ramoso-corymboso, *capitulis glomeratis aphyllis*, foliis lanceolatis utrinque lanuginoso-pubescentibus semiamplexicaulibus, inferioribus antice latioribus obtusis, superioribus apicem versus attenuatis, acheniis subtiliter tuberculatis. ⊙. In campis sterilibus, ericetis. Jul. Aug. St. h. 38. Capitula straminei coloris.

Sect. II. LEONTOPODIUM. Capitula heterogama monoica. Flores radii pluriseriales, feminei, pappo subfiliformi; disci hermaphroditi, pappo apice incrassato.

6. G. LEONTOPODIUM (Scop. carn. 2. p. 150.) caule simplicissimo, capitulis terminalibus corymboso-aggregatis, *corymbo radiato foliis floralibus ipso longioribus dense lanatis.* ♃. In pascuis apricis alpium, (d. d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 86. St. h. 38. Filago Leontopodium L. sp. 1312.

Sect. III. MARGARITARIA. Capitula heterogama, dioica: hermaphrodita floribus femineis paucis, uniserialibus in radio, pappo filiformi; feminea floribus femineis copiosis in ambitu, hermaphroditis paucis in disco, pappo apice subincrassato.

7. G. MARGARITACEUM (L. sp. 1198.) *caule erecto superne ramoso corymboso*, *corymbis fastigiatis*, foliis lineari-lanceolatis acuminatis subtus tomentosis. ♃. In pratis fertilibus, (Salzburg, Oberbayern, Würtemberg, südl. Schweiz.) Jul. Aug. St. h. 38. Involucrum niveum. Elychrysum margaritaceum DC. fl. fr. 4. p. 131.

Sect. IV. ANTENNARIA. Gärtn. fruct. 2. p. 410. t. 167. Capitula homogama, dioica; hermaphrodita sterilia, pappo apice incrassato.

8. G. DIOICUM (L. sp. 1199.) *stolonibus prostratis radicantibus* caulibus simplicissimis, *foliis* radicalibus obovato-spathulatis supra glabris subtus niveo-tomentosis, *caulinis omnibus subaequalibus* lineari-lanceolatis cauli adpressis, corymbo terminali denso, foliolis involucri feminei coloratis obtusis seriei intimae acutis. ♃. In ericetis, collibus siccis sterilibus, locis sylvarum denudatis. Mai. Jun. St. h. 38. Antennaria dioica Gärtn. l. c. *Involucra rosea vel nivea.* — G. alpinum Linn., in Germania et Helvetia nondum repertum, G. dioico simillimum est, *stolones prostrati*, folia radicalia spathulata et folia caulina subaequalis magnitudinis perinde *exstant*, *sed involucrum* e *foliolis* constat *livido-fuscis* acuminatis et evidentius serrulatis; qua nota facile cognoscitur.

9. G. CARPATICUM (Wahlenb. fl. carp. p. 258. t. 3.) stolonibus nullis, radice pluricipite, *capitibus erectis caulibus simplicissimis*, *foliis lanceolatis* basi attenuatis utrinque lanatis trinerviis acutis,

radicalibus primis obtusis, *caulinis sensim decrescentibus*, corymbo terminali denso, foliolis involucri sphacelato-scariosis, interioribus acuminatis. ♃. In declivibus madidis rupestribus summarum alpium, (d. d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. G. alpinum St. h. 38., Gaud. et plurim. auct. germ. Antennaria alpina Bl. et Fing. 2. p. 347. *Involucrum livido-fuscum.*

28. HELICHRÝSUM (Gärtn. fr. 2. p. 404.) Flores radii feminei, pauci, uniseriales, reliqui hermaphroditi; cetera ut Gnaphalii.

1. H. ARENARIUM (DC. fl. fr. 4. p. 130.) *herbaceum*, *foliis* tomentosis, *radicalibus obovato-lanceolatis*, caulinis lineari-lanceolatis, inferioribus obtusis, superioribus acutiusculis, corymbo composito. ♃. In ericetis, pascuis siccis, solo arenario. Jul. Aug. St. h. 38. Gnaphalium arenarium L. sp. 1195. Involucra pulchre citrina; variant foliolorum apicibus rubris. G. arenarium β. aurantiacum Pers. syn. 2. p. 418, et raro capitulis pallidis.

2. H ANGUSTIFOLIUM (DC. fl. fr. 5. p. 467.) *suffruticosum*, *foliis linearibus* incanis, corymbo composito, capitulis ovato-turbinatis, foliolis involucri obtusis. ♄. In collibus apricis, agri fluminensis, (bedeckt um Fiume alle Anhöhen, Noé;) Jul. Aug. Gnaphalium angustifolium Lam. dict. 2. p. 746. Involucra pallide flava, qua nota, sicut capitulis minoribus copiosioribus ovato-turbinatis, nec subrotundis et pulchre citrinis, a. G. Stoechade distinguitur. J.

Trib. VI. *ANTHEMIDEAE.* Styli crura semiteretia glabra, apice truncata et puberula. *Connectivum infra antherarum loculos incrassatum.* Antherae ecaudatae. *Pappus nullus vel coronula brevis.* Flores omnes tubulosi, vel radii ligulati.

29. ARTEMISIA (L. gen. n. 945.) Involucrum imbricatum, ovatum vel globosum. Flores disci hermaphroditi, 5 dentati; radii uniseriales, filiformes, subdenticulati; vel omnes hermaphroditi. Corollae teretes. Achenium obovatum, exalatum, disco epigyno minuto. Receptaculum nudum vel villosum. — Flores omnium lutei, vel apice rubro colore tincti.

Sect. I. ABSINTHIUM Tournef. Capitulum heterogamum. Receptaculum villosum.

1. A. ABSINTHIUM (L. sp. 1188.) caulibus erectis paniculatis, *foliis incanis*, radicalibus *tri-caulinis bipinnatifidis pinnatifidisque*, *lacinulis lanceolatis obtusis*, floralibus indivisis, *petiolis exauriculatis*, capitulis subglobosis nutantibus, involucri foliolis incanis, interioribus obtusissimis margine scariosis, exterioribus linearibus apice tantum scariosis interiora aequantibus, *receptaculo hirsuto.* ♃. In locis incultis, montosis, petrosis, inter fruticeta, (im Thale d. Mosel, im Wallis u. Graubünden, übrigens hin u. wieder verwildert.) Jul. Aug.

2. A. CAMPHORATA (Villars. prospect. p. 31.) caulibus sterilibus procumbentibus, florigeris adscendentibus superne racemoso-paniculatis, panicula angusta virgata, *foliis* tomentoso-canis, subcanis glabrisve *ambitu subrotundo-ovatis bipinnatis*, laciniis anguste li-

nearibus, *omnibus petiolatis ad basin petioli auriculatis*, superioribus simpliciter pinnatis, floralibus integris, *capitulis subglobosis* nutantibus, involucri foliolis canis, interioribus obtusissimis margine scariosis, exterioribus linearibus herbaceis, *receptaculo subvilloso pilis crispatis*. ♃. In locis saxosis incultis, solo calcareo, (im Elsass bei Colmar, Westhalten u. Gebweiler; im südl. Tyrol bei Botzen, Görz u. südl. Krain bis Fiume.) Sept. Octob. A. Lobelii All. ped. 1. p. 166. A. corymbosa Lam. dict. 1. p. 265; nomen plane ineptum. A. rupestris Scop. carn. 2. p. 146, ex speciminibus, in loco a Scopolio commemorato, nempe in rupibus Lisonii collectis. Variat, sicut pleraeque, capitulis duplo minoribus et

β. foliis canescentibus, capitulis albo-tomentosis: A. saxatilis Willd. sp. pl. 3. p. 1830, (in opere: Waldst. et Kit. plant. rar. hungar., non reperio.) A. campestris Scop. c. 2. p. 146, non L. A. humilis Wulf. in Jacq. collect. 4. p. 295.

γ. foliis capitulisque tomento denso albo tectis: A. Biasolettiana Visiau. — A. intermedia Host. fl. austr. 2. p. 460? G.

3. A. RUPESTRIS (L. sp. 1186.) caulibus sterilibus procumbentibus, florigeris adscendentibus simpliciter racemosis, vel superne ramoso-paniculatis, panicula angusta virgata, *foliis glabris* bipinnatifidis, lacinulis lineari-lanceolatis, inferioribus petiolatis, petiolo pinnatifido-dentato, caulinis sessilibus, *superioribus floralibusque omnibus simpliciter pectinato-pinnatifidis*, capitulis subglobosis nutantibus, *involucri foliolis* interioribus ovatis margine membranaceis adpressis, *exterioribus patentibus* linearibus integris incisisque herbaceis, *receptaculo villoso*. ♃. In pascuis sterilissimis solo calcareo salito, (bis jetzt blofs in Thüringen, bei Stafsfurth, Bernburg u. Borksleben.) Sept. Wallr. sched. t. 5. A. grandiflora Hoff. D. fl. 2. p. 136. A. viridifolia Led. ind. sem. h. Dorp. a. 1823. Reichenb. ic. 4. fig. 573. G.

4. A. PEDEMONTANA (Balb. h. taurin. t. 2.) *caulibus* sterilibus cespitosis, *florigeris* adscendentibus *simplicissimis*, *foliis cano-sericeis*, inferioribus petiolatis tripartito-multifidis, lacinulis lineari-lanceolatis, *superioribus floralibusque sessilibus pinnatifidis*, *capitulis subglobosis racemosis*, *omnibus pedunculatis nutantibusque* sub 24 floris, foliolis involucri tomentosis margine scariosis ovatis. ♃. In summis alpibus Tyrolis australis, (Schleherngebirg, Elsmann.) Jul. Aug. G.

5. A. GLACIALIS (L. sp. 1187.) *caulibus* sterilibus cespitosis, *florigeris* adscendentibus *simplicissimis*, *foliis cano-sericeis* petiolatis, inferioribus tripartito-multifidis, lacinulis lineari-lanceolatis, *superioribus floralibusque subdigitato-pinnatifidis* ad basin petioli saepe auriculatis, *capitulis* subrotundis *erectis* subglomerato-spicatis *30-40floris*, involucri foliolis tomentosis margine scariosis, exterioribns ovatis, *receptaculo hirsuto*. ♃. In summis alpibus in vicinia molium glacialium, (Alpen des Wallis u. d. Innthales innerhalb der Schweiz.) Jul. Aug. H.

6. A. MUTELLINA (Vill. delph. 3. p. 244. t. 35.) *caulibus* sterilibus cespitosis, *florigeris* adscendentibus *simplicissimis*, *foliis canosericeis* petiolatis, inferioribus tripartito-multifidis, lacinulis lineari-lanceolatis, *superioribus floralibusque subdigitato-pinnatifidis* ad

basin petioli saepe auriculatis, *capitulis* subrotundo-turbinatis erectis racemoso-spicatis *sub 15 floris*, involucri foliolis tomentosis oblongis margine scariosis, *receptaculo villoso*. ♃. Ad rupes apricas alpium altiorum; (sudl. Schweiz, Tyrol, Salzburg u. Kärnthen.) Jul. Aug. A. rupestris All. ped. n. 615. DC. fl. fr. 4. 191. A. rupestris β. L. sp. 1186. A. umbelliformis Lam. dict. 1. p. 262. A. glacialis Wulf. in Jacq. fl. a. app. p. 46. t. 35. collect. 2. p. 118. t. 7. Variat:

β. ovario et corolla villosis, et receptaculo subglabro: A. Baumgarteni Bess. tent. de abrotan. p. 73. n. 59. A. spicata Roch. pl. bann. rar. p. 74. f. 73.

Sect. II. Abrotanum Tournef. Bess. Artemisia Cass. Capitulum heterogamum. Receptaculum nudum. Ovaria disci specierum nonnullarum ad maturitatem non perveniunt; quas specie Cl. Cassinius sub genere Oligospori combinavit.

* Folia multifida, ad basin petioli non auriculata.

7. A. spicata (Wulf. ap. Jacq. fl. austr. app. p. 46. t. 34) *caulibus* sterilibus cespitosis, *florigeris* adscendentibus *simplicissimis*, *foliis* cano-sericeis petiolatis, inferioribus digitato-multifidis, laciniis lineari-lanceolatis, *caulinis circumscriptione oblongis pinnatifidis basi exauriculatis*, *supremis floralibusque integris*, *vel apice tridentatis*, capitulis subglobosis erectis racemoso-spicatis, involucri foliolis tomentosis margine scariosis, *receptaculo glabro*. ♃. In rupibus alpium altiorum, (südl. Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen.) Jul. Aug. A. Boccone All. ped. 1. p. 169. A. Genipi Stechm. art. p. 17. A. rupestris Vill. delph. 3. 246, non L.

8. A. laciniata (Willd. sp. 3. 1845.) caulibus sterilibus cespitosis, florigeris adscendentibus simplicissimis racemo simplici terminatis, vel ramoso-racemosis virgatis, *foliis* denique glabris *bipinnatifidis*, *pinnulis dentatis*, *dentibus lacinulisque lanceolatis in mucronem brevem acuminatis*, *omnibus petiolatis*, *petiolo basi exauriculato*, floralibus superioribus integris, capitulis subglobosis nutantibus, involucri foliolis omnibus ovatis obtusis margine scariosis, exterioribus brevioribus, *receptaculo nudo*. ♃. In pascuis et pratis siccioribus, solo calcareo salito, (bisher blofs im Mansfeldischen bei Borksleben, Bernburg u. Stafsfurth.) Jul. Aug. A. Mertensiana Wallr. sched. p. 466. tab. 4., comprehendit specimina minora, racemo simplici terminata. — Cl. Besser. in tent. de abrotanis plantam oelandicam, quae exacte nostra est, cum Artemisia sua punctata conjungit, mihi non satis nota. G.

9. A. Abrotanum (L. sp. 1185.) caule fruticoso erecto paniculato, *foliis* subtus pubescentibus, omnibus petiolatis *ad basin petioli exauriculatis*, *inferioribus bipinnnatis*, *laciniis angustissime linearibus*, superioribus floralibusque trifidis integrisque elongato-linearibus, *capitulis canescentibus subglobosis nutantibus*, involucri foliolis interioribus obovatis margine scariosis, exterioribus lanceolatis acutis subherbaceis. ♃. In hortis vulgo colitur, (soll auch bei Sitten im Wallis u. nach Scop. bei Triest wild vorkommen, hat sich aber in neuerer Zeit nicht wiedergefunden.) Sept. Hayn. arzgew. 11. t. 22.

** Folia multifida, ad basin petioli auriculata. Capitula subglobosa, vel subrotundo-ovata, canescentia.

10. A. PONTICA (L. sp. 1187.) radice repente, caulibus erectis superne paniculatis subvirgatis, *foliis* subtus tomentosis supra glabris vel incanis bipinnatis, lacinulis linearibus approximatis integris subdentatisve, *caulinis inferioribus ad petiolum auriculatis*, superioribus sessilibus, floralibus integris, *capitulis canis subglobosis nutantibus*, involucri foliolis obovatis obtusissimis margine scariosis, exterioribus herbaceis brevioribus lanceolatis, *receptaculo glabro*. ♃. In collibus apricis, incultis, (Unteröstreich u. v. da durch Mähren n. Böhmen; in Thüringen bei Jena, Halle, Magdeburg; Rheinpfalz zwischen Alzei u. Mainz; in Würtemb. um Stuttgart, Tübing.; bei Werthheim; bei Dülmen in Westph.; Schw. selten.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 99. A. balsamita Willd. en. suppl. p. 57.

11. A. AUSTRIACA (Jacq. fl. austr. 1. p. 61. t. 100.) radice repente, caulibus erectis superne paniculatis, *foliis incano-tomentosis* circumscriptione subrotundis bipinnato-multifidis, lacinulis linearibus, *caulinis subdigitato-partitis ad petiolum auriculatis*, superioribus sessilibus, floralibus summis integris, *capitulis hirsuto-tomentosis subrotundo-ovatis*, involucri foliolis oblongis obtusis margine scariosis, exterioribus brevioribus, extimis linearibus herbaceis. ♃. In collibus apricis, (bisher blofs in Unteröstreich.) Aug. Sept. A. repens Pall. in Willd. sp. pl. 3. 1840. A. orientalis Willd. sp. 3. 1836. A. nivea Redowsk. in Willd. en. 2. p. 863. G.

*** Folia multifida, ad basin petioli auriculata. Capitula subglobosa, vel subrotundo-ovata, glabra.

12. A. CAMPESTRIS (L. sp. 1185.) *caulibus sterilibus cespitosis*, florigeris adscendentibus paniculatis, *foliis sericeo-canis* glabrisve circumscriptione subrotundo-ovatis bi-tripinnatifidis, lacinulis linearibus mucronatis, *caulinis inferioribus ad petiolum auriculatis, vel pinnatifido-dentatis*, superioribus sessilibus simpliciter pinnatifidis, floralibus superioribus indivisis, *capitulis ovatis glabris* erectis cernuisque, involucri foliolis ovatis margine scariosis, exterioribus brevioribus. ♃. In campis, collibus sterilibus. Jul. Aug. Schk. t. 240. — Variat floribus minutis et duplo triplove maioribus, ovatis et magis rotundatis, dissitis vel in racemulos dense congestis, foliis glabris et sericeis, pube tandem evanescente, et

β. sericea, pube persistente: A. campestris β. sericea Fries. nov. ed. 2. p. 266. Var. porro

γ. robustior, omnibus partibus major, folia circuitu triplo saepe majora, capitula maiora, quam in forma vulgari grandiflora, praeterea planta glaberrima; haec in subalpinis.

δ. alpina, humilis, 3-6 pollicaris, laciniae foliorum, etiam caulinorum, latiores, lineari-lanceolatae, ceterum sericeo-pubescentes vel glabrae: A. campestris γ. alpina DC. fl. fr. 4. 194. A. helvetica Schleich. pl. exs. A. nana Gaud. helv. 5. 231.

13. A. SCOPARIA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 66. t. 65.) *caule solitario erecto foliisque hirsuto, pilis patulis*, glabrove paniculato, panicula ramosissima patente, *foliis* circumscriptione ovatis bi-tripinnatifidis, lacinulis infimorum lineari-lanceolatis, reliquorum angustissime linearibus, *caulinis inferioribus ad petiolum auriculatis*, vel pinnatifido-dentatis, superioribus sessilibus simpli-

simpliciter pinnatifidis, floralibus superioribus indivisis, *capitulis subrotundo-ovatis glabris* nutantibus, involucri foliolis ovatis margine scariosis, exterioribus brevioribus. ⊙. In locis arenosis, collibus, (Unteröstreich, Mähren u. Böhmen.) Aug. Sept.

**** Folia indivisa. Capitula subglobosa, vel subrotundo-ovata.

14. A. Dracunculus (L. sp. 1189.) caule herbaceo erecto, *foliis viridibus glabris lanceolato-linearibus indivisis*, radicalibus apice trifidis, *capitulis* paniculatis *subglobosis* nutantibus, involucri foliolis lato-ellipticis, interioribus margine scariosis. ♃. Colitur in hortis ad usum culinarium. Aug. Sept. Oligosporus condimentarius Cassin. Colit.

***** Folia multifida. Capitula oblonga.

15. A. vulgaris (L. sp. 1188.) caulibus erectis paniculatis, *foliis* subtus albo-tomentosis *pinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis incisis serratis* integrisque, caulinis basi auriculatis, summis lineari-lanceolatis acuminatis, capitulis ovatis oblongisve cernuis erectisque subsessilibus tomentosis. ♃. In collibus incultis, ad vias, ripas. Aug. Sept. Tabern. krb. p. 27. f. 1 et 2.

Sect. III. Seriphida Bess. in bull. mosc. Capitula homogama, flores omnes hermaphroditi.

16. A. maritima (L. sp. 1186.) caulibus sterilibus cespitosis, florigeris adscendentibus erectisve, *foliis* niveo-tomentosis, vel tomento evanescente subglabris circumscriptione ovatis *bi-tripinnatis, lacinulis linearibus obtusis*, caulinis inferioribus ad petiolum auriculatis, superioribus sessilibus, floralibus supremis integris, *capitulis oblongis* tomentosis, involucri foliolis oblongo-linearibus, interioribus scariosis, exterioribus brevioribus herbaceis, *floribus omnibus hermaphroditis*. ♃. In pratis et locis arenosis maritimis, (von Mecklenburg, durch Pommern nach Preussen; an d. Salinen in Thüringen, besonders an denen von Artern.) Sept. Octob. A. Seriphium Wallr. sched. p. 458. Variat:

α. *maritima* Willd. sp. 3. 1833.: flores erecti, sed rami ramulique apice nutantes. Fl. d. t. 1655.

β. *gallica* Willd. l. c. 1834: flores erecti, rami stricti, non nutantes. Engl. bot. 1001.

γ. *salina* Willd. l. c. 1834: flores penduli. Spreng. hal. t. 12.

Artemisia valesiaca Allion. ped. 1. p. 169, secundum specimina a Cl. Sering. in Vallesia lecta, ab A. maritima nulla nota recedit; equidem talem, qua distinguatur, detegere non potui.

17. A. caerulescens (L. sp. 1189.) caulibus suffruticosis, *foliis incanis lanceolatis indivisis*, caulium sterilium incisis pinnatifidisque, *capitulis oblongis*, floribus omnibus hermaphroditis. ♃. In paludosis ad mare adriaticum, (bei Triest! Monfalcone.) Aug. Sept. Absinth. angustifolium Dod. pemp. 26. fig. 2. 3. G.

30. TANACÉTUM (L. gen. n. 944.) Involucrum imbricatum, hemisphaericum. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, 5 dentati, teretes; marginis filiformes, tridentati; vel omnes hermaphroditi. Achenium angulato-striatum, disco epigyno latitudine achenii. Pap-

pus subnullus, vel minutus, coroniformis. Receptaculum nudum. — Flores lutei.

1. T. VULGARE (L. sp. 1148.) foliis bipinnatifidis, laciniis serratis. ♃. In collibus incultis, ad vias, ripas. Jul. Aug. St. h. 20.

2. T. BALSAMITA (L. sp. 1148.) foliis ovatis indivisis serratis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus basi auriculatis, floribus corymbosis. ♃. Ad vias in Helvetia australi, (im Canton Tessin bei Lugano nach Haller, in Gärten häufig cultivirt.) Aug. Sept. Schk. t. 240. Balsamita maior Desf. act. soc. hist. nat. par. 1. p. 3. Flores omnes hermaphroditi; a genere Balsamitae Desf. differt coronula pappi aequali, nec auriculata. Cult.

31. COTULA (L. gen. n. 968.) Involucrum imbricatum, hemisphaericum. Flores disci hermaphroditi, corolla plano-compressa, bialata, basi obtuse bicalcarata, limbo 4 dentato; marginales feminei, uniseriales, saepe steriles, corolla nulla. Achenium pappo destitutum: flori femineo foliaceo-planum, stipitatum; hermaphrodito sessile, compressum. Recept. nudum.

1. C. CORONOPIFOLIA (L. sp. 1257.) foliis lanceolato-linearibus amplexicaulibus pinnatifido-dentatis, caule procumbente, ramis unifloris. ⊙. Ad fossas et vias, (längs d. Seeküste von Emden in Ostfriesland bis Holstein, häufig bei Gestendorf im Bremischen, bei Emden u. Jever, Roth.) Jul. Aug. St. h. 7. Flores lutei. G.

32. SANTOLINA (L. gen. n. 942.) Involucrum imbricatum, hemisphaericum. Flores omnes hermaphroditi, tubulosi. Corollae tubus compressus, bialatus, basi membranula dimidiata deorsum appendiculatus. Pappus nullus. Receptaculum paleaceum.

1. S. CHAMAE-CYPARISSUS (L. sp. 1179.) pedunculis unifloris, foliis incanis quadrifariam dentatis, dentibus obtusis, ramis tomentosis, involucro pubescente. ♄. In apricis region. calidiorum, (im Wallis bei Fouly nach Haller u. Murith.) Jul. Aug. Lam. illustr. 671. f. 3. H.

33. ACHILLÉA (L. gen. n. 646.) Involucrum ovatum, vel oblongum, imbricatum. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, corolla 5 dentata, tubo plano-compresso, bialata; flores marginales feminei, ligulati, ligula brevi subrotunda. Achenium compressum, apice nudum vel margine prominulo terminatum. Receptaculum paleaceum.

Sect. I. PTARMICA Tournef. 283. Radius sub 10 florus, ligulae longitudine involucri. Flores nostrarum omnium albi.

1. A. PTARMICA (L. sp. 1266.) *foliis glabris lanceolato-linearibus* attenuato-acutis e basi utrinque inciso-dentata *ad medium usque minute denseque ultra medium profundius remotiusque serratis*, *serraturis* mucronatis serrulatis *subadpressis*, corymbo composito, ligulis longitudine involucri. ♃. Ad fossas, ripas et dumeta in locis humidis. Jul. Aug. St. h. 10.

2. A. ALPINA (L. sp. 1266.) *foliis* glabris vel parce pilosis *lanceolato-linearibus* attenuato-acutis *pinnatifido serratis, serraturis lanceolatis* mucronatis serrulatis *patulis diametrum transversum*

limbi aequantibus, corymbo composito, ligulis longitudine involucri. ♃. In alpibus helveticis rarissima, (blofs auf d. Gotthard gegen Airolo zu.) Jul. Aug. A. alpina Ledeb. flor. altaic. 4. 123. Flores albi magnitudine florum A. Ptarmicae. — Figura Bocconii, a Gmelino in flor. sibir. sub Achillea n. 161, cuius flores „a floribus Ptarmicae vulgaris nihil abludunt", et a Willdenowio in spec. plant., sub A. alpina (non autem a Linnaeo,) citata, ad aliam speciem pertinet, quam in indice sem. hort. Erlang. ann. 1834., nomine A. Bocconii proposui; haec capitulis magnitudine capitulorum A. Millefolii, ligulis 3-6 tantum, nec 10-12 instructis, involucro dimidio brevioribus facile dignoscitur. H.

3. A. Clavenae (L. sp. 1266.) *foliis* radicalibus caulinisque inferioribus circumscriptione *oblongo cuneatis in petiolum attenuatis simpliciter pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis vel bi-tridentatis*, caulinis superioribus sessilibus, caule simplicissimo superne nudo, corymbo composito. ♃. In summis alpium jugis, (auf d. monte Generoso im Cant. Tessin, sodann auf d. Alpen von Tyrol u. durch d. ganze Alpenk.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 76. St. h. 1. *Tota sericeo-cana;* variat autem

β. *glabrata*, Hoppe in litt. Folia et tota planta glaberrima. In summis alpibus Carinth. (auf d. Pasterzengletscher.)

4. A. valesiaca (Sut. fl. helvet. 2. p. 199.) *foliis* glabris vel pilosiusculis circumscriptione ellipticis *simpliciter pinnatifidis, pinnis oblongo-lanceolatis acutis latere anteriore 1-3 posteriore 3-6 dentatis*, dentibus lanceolatis in mucronulum acuminatis, corymbo composito, ligulis longitudine involucri. ♃. In alpibus helveticis raro, (bisher blofs in Oberwallis bei der Quelle der Rhone.) Jul. Aug. A. helvetica Schleich., (alio tempore varietatem A. tanacetifoliae sub hoc nomine mecum communicavit.) A. incisa Clairv. man. 251. A. valesiaca Reichenb. ic. 3. f. 437. H.

5. A. Thomasiana (Hall. fil., Murith. guid. val. p. 49.) *foliis* pilosiusculis circumscriptione ellipticis *simpliciter pinnatifidis, pinnis subcuneiformibus apice inciso-tri-quadridentatis, dentibus lanceolatis* in mucronulum attenuatis, *radicalibus bipinnatifidis*, pinnis 3-multifidis, corymbo composito, ligulis longitudine involucri. ♃. In alpibus helveticis, (bisher blofs auf d. Bavonaz im C. Waadt.) Jul. Aug. A. montana Schleich. Supremam tantum huius plantae partem cum folio radicali, a b. Schleichero acceptam, vidi; inferior pars mihi ignota est. In aliis herbariis vidi specimina A. valesiacae, quibus Schleich. folium radicale A. Thomasianae adjecit, sub nomine A. montanae. H.

6. A. macrophylla (L. sp. 1265.) *foliis* glabriusculis, caulinis circumscriptione lato-ovatis *simpliciter pinnatis, pinnis* latiuscule lanceolatis acuminatis *inciso-duplicato-serratis, serraturis crebris*, pinnis superioribus basi confluentibus decurrentibus, corymbo composito, ligulis longitudine involucri. ♃. In sylvis subalpinis et alpinis, (in d. Schweiz nicht selten; in Tyrol, Host; auf d. Mödlesalpe im Algau, Köberlin!) Jul. Aug. Barrel. 991. A. macrophylla Reichenb. ic. 4. f. 484?, folia enim aequaliter remote serrata; quale specimen nondum vidi.

7. A. MOSCHATA (Wulfen in Jacq. fl. austr. append. p. 45.) *foliis glabris* vel subpilosis circumscriptione oblongis *pectinato-pinnatifidis*, *pinnis* lanceolato-linearibus acutis *indivisis vel unidentatis*, corymbo simplici, ligulis longitudine involucri. ♃. In locis irrigatis summarum alpium graniticarum, (Schweiz, u. Tyrol.) Jul. Aug. Jacq. a. app. t. 33. St. h. 59. A. livia Scop. delic. insubr. t. 3.

8. A. ATRATA (L. sp. 1267.) *foliis subpilosis* circumscriptione oblongis *pinnatis, pinnis bi-trifidis vel pinnato-quinquefidis*, lacinulis linearibus acutis mucronatis, corymbo simplici, ligulis longitudine involucri. ♃. In rupibus irriguis et ad rivulorum latera in alpibus, tam calcariis quam graniticis, (durch d. g. Alpenk.) Jul. Aug. St. h. 19. Anthemis corymbosa Haenk. in Jacq. coll. 2. p. 73.

9. A. CLUSIANA (Tausch bot. ztg. IV. 2. p. 551.) *foliis* subpilosis circumscriptione oblongis *bipinnatis*, *pinnulis bi-trifidis vel pinnato-5-6 fidis*, lacinulis anguste linearibus acutis, corymbo simplici, *ligulis longitudine involucri.* ♃. In locis alpium humidis, (Oestreich, Steyermark, Krain.) A. atrata Jacq. a. t. 77. A. atratae var. foliis bipinnatis L. sp. pl. 1267. Simillima antecedenti, differt foliorum laciniis angustioribus et copiosioribus; in pinnis enim maioribus lacinulae numerantur 12-15; in pinnis A. atratae 3-5; an nihilominus varietas? G.

10. A. NANA (L. sp. 1267.) *foliis lanato-villosissimis* circumscriptione anguste lanceolatis *pinnatis*, *pinnis foliorum caulinorum basi lacinula auctis bifidis*, laciniis lineari-lanceolatis acutis, altera minore, radicalium bipartitis, lacinia anteriore trifida, posteriore bifida, corymbo simplici subgloboso, ligulis longitudine involucri. ♃. In glareosis et rupestribus summarum alpium graniticarum ad nives perennes, (auf d. hohen Kette d. Schweiz, d. Furca, Rofsbodenstock u. a., Gaud.; in Tyrol am Salennferner u. auf dem Madritschferner über dem Suldenthale gegen den Ortles zu, Funk.) Jul. Aug. St. h. 59. A. nana β. hybrida Thom. pl. exsicc. differt foliis paulo minus lanatis et foliis radicalibus minus dissectis.

Sect. II. MILLEFOLIUM Tournef. Radius 3-florus, ligulae involucro dimidio breviores.

* Flores flavi.

11. A. TOMENTOSA (L. sp. 1264.) *foliis villosissimis* circumscriptione lanceolato-linearibus *pinnatis, pinnis* foliorum radicalium et caulinorum inferiorum *digitato-tripartitis*, *laciniis* linearibus mucronatis, intermedia trifida, lateralibus *bifidis vel etiam trifidis*, pinnis *foliorum* superiorum bi-trifidisque, *supremorum integris dense pectinato-approximatis*, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In collibus asperis, glareis fluviorum, locis arenosis, (im untern Wallis u. im südl. Tyrol.) Mai. Jun. St. h. 59.

** Flores albi, purpurei vel sordide et dilute ochroleuci.

12. A. MILLEFOLIUM (L. sp. 1267.) *foliis* lanato-villosis vel subglabris, *caulinis circumscriptione lanceolatis sublinearibusque bipinnatifidis*, pinnulis *bi-trifidis pinnatove quinquefidis*, lacinulis

linearibus ovatisque acuminatis mucronatis, *rachi integra vel* in apice folii subdentata, dentibus integris, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In locis incultis, ad sylvarum oras, vias, versuras. Jun.-autumn. St. h. 10. In solo pingui maior, folia latiora, pinnulae et lacinulae remotiores: *A. sylvatica* Becker; in solo aprico rupestri macriori minor, folia angustiora, laciniis dense congestis: *A. collina* Becker. Variat porro radio albo, purpureo et sordide albo, vel dilute ochroleuco, hirsutie maiore minoreve, et

β. *crustata*, folia angusta, lacinulae breves, apice incrassatae et cartilagineae: A. Millefolium β. crustata Roch. bann. p. 71. t. 31. A. scabra Host. a. 2. p. 512. In horto e semine enata, magnitudinem formae sylvaticae assecuta, vulgari plantae simillima facta est.

γ. *lanata*, caulis folia et corymbus lanato-villosa; ceterum formam vulgarem refert. — A. lanata Spr., (A. magna Willd.,) ab hac differt circumscriptione foliorum latiore.

δ. *sordida*, eadem, minus tamen lanuginosa, ligulae sordide albae: A. polyphylla Schleich.

ε. *alpestris*, involucri foliola margine lato atro-fusco cincta, folia plerumque tenuiter dissecta, inferiora subtripinnata: A. Millefolium β. alpestris Wimm. et Grab. sil. 2. 2. 169. A. magna Haenk. it. p. 103. Presl. cech. p. 172. A. Haenkeana Tausch. in Sieb. herb. fl. austr. n. 533. A. sudetica Opitz. A dentifera Reichenb. fl. exc. p. 230. Flores plerumque purpurei, rarius albi; haec posterior: A. Seidlii Presl. cech. p. 173, secund. specim. Opitzianum.

ζ. *setacea*, foliorum laciniae valde angustae, ligulae supra ochroleucae, subtus albae, capitula plerumque dimidio minora; herba lanato-hirsuta: A. setacea WK. pl. r. hung. t. 80. A. odorata Schleich.

Ob copiam formarum intermediarum characteres, quibus varietates hic enumeratas tanquam proprias species proponerem, eruere non potui.

13. A. LANATA (Spreng. syst. veg. 3. p. 601.) *foliis* lanato-villosis vel glabriusculis, *caulinis circumscriptione oblongis lanceolatisve bipinnatifidis, pinnulis dentato-serratis, dentibus acuminatis mucronatis, rachi alata, foliorum inferiorum sub pinnis dentata*, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In pratis montanis, (bei Fiume im Gebirge hinter Kamenjak, Noé) Jul. Aug. A. lanata Spreng. l. c. secund. specim. ab auctore in herbario Willd. sub n. 16351. A. magna Willd. in herbario eius sub n. 16354. fol. 1 et 4.; fol. 2 videtur varietas glabriuscula Achilleae lanatae; fol. 3 et 5 indubitanter ad A. tanacetifoliam traho, quae posterior, ut ex brevi descriptione Linnaei in spec. pl. patet, vera Linnaeana A. magna esse videtur. — Species inter Achilleam Millefolium et tanacetifoliam intermedia, habitu posterioris, a qua differt pinnulis parcius dentatis et rachi foliorum inferiorum sub pinnis tantum dentata. Ab A. Millefolio differt foliis radicalibus circumscriptione duplo latioribus. Nihilominus characteres, quibus ab A. tanacetifolia clare distinguatur, aegre inveniuntur.

13. A. TANACETIFOLIA (All. ped. 1. 183.) *foliis* lanato-villosis vel subglabris, *caulinis circumscriptione oblongis bipinnatifidis, rachi alata dentata, dentibus racheos pinnis pinnulisque dentato serratis*, dentibus acuminatis mucronatis, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In pascuis montanis et alpinis, (auf d. M. Generoso im C. Tessin; auf d. Matterhorn u. Niessen im Wallis; um Chur in Graubünden; auf dem Krim bei Laibach in Krain.) Jul. Aug. Flores saepe purpurei. Variat:

α. *dentifera*, foliorum rachis latissima in foliis caulinis intermediis fere 2 lineas lata, per totam longitudinem multidentata, laciniae foliorum latitudine racheos, perinde multidentatae: A. dentifera DC. fl. fr. 5. p 485. A. magna All. ped. t. 53. f. 1. A. distans Willd. sp. 3. p. 2207. A. tanacetifolia et b. distans Roch. bann. t. 38. fig. 70 et 71. Flores albi, rarius rosei, sec. Cl. Rochel.

β. *purpurea*, foliorum rachis lata, infra pinnarum basin dentibus utrinque 2 iterum bi-pluridentatis instructa ceterum integerrima: A. tanacetifolia All. l. c. DC. fl. fr. 4. p. 214. A. ambigua Pollin.! A. magna Roch. bann. p. 72. 73. t. 32. f. 68. 69. Flores purpurei, rarissime albidi Roch. l. c.

γ. *stricta*, eadem, sed rachis angustior vix lineam lata, folia eorumque laciniae angustiora, hinc habitu A. Millefolii: A. stricta Schleich. A. Millefolium δ. lanuginosa Gaud. helv. 374.

δ. *angustifolia*, rachis et foliorum laciniae adeo angustae, ut planta habitum A. setaceae acquirat. Flores ochroleuci. Cultam tantum vidi. An h. l. A. compacta DC. fl. fr. 4. p. 215?

Omnes hic enumeratae varietates ab A. Millefolio differunt rachi copiose dentata et dentibus ejus iterum dentatis.

14. A. NOBILIS (L. sp. 1268.) *foliis* lanato-pubescentibus vel subglabris, *caulinis circumscriptione ovalibus bipinnatifidis, pinnatis pinnatifido-dentatis, maioribus 5-7 dentatis*, dentibus brevibus mucronatis, *rachi angusta* ab apice ad medium folii *dentata*, dentibus linearibus integerrimis dentatisve, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In campis, collibus apricis incultis, solo calcareo, (in d. südl. u. westl. Schweiz; im Rheingebiete vom Elsafs bis nach Lüttich u. v. Baden bis Hessen; den Main hinauf bis Würzburg; durch Würtemberg bis zum Hesselberg; von Mähren durch Thüringen bis zum Harze.) Jul. Aug. Schk. t. 255. A. Schkuhrii Spreng. in cat. sem. hort. halens., ad quam iconem Schkuhrianam trahit, ab A. nobili non differt; nec specimina, quae sub nomine A. ochroleucae Reichenb. (fl. exc. p. 230.) hucusque accepi, recedunt. — A. ochroleuca Ehrh. pl. sel. n. 69., WK. pl. rar. hung. t. 34, A. pectinata Willd. sp. 3. p. 2197, cum hac confundi nequit. A. ochroleuca Willd. spec. et herbar. n. 16359., est A. Millefolii modificatio, ut iam optime monuit Cl. Tausch. in bot. ztg. 15. 2. p. 434.

15. A. ODORATA (L. sp. 1268.) *foliis* lanato-pubescentibus *circumscriptione oblongo-ovalibus bipinnatifidis, pinnulis* linearibus *integerrimis vel unidentatis* dentibusque acutis mucronatis, *rachi non dentata*, corymbo decomposito, ligulis involucro dimidio brevioribus. ♃. In montosis calcareis Littoralis, (bei Triest überall,

bei Monfalcone.) Jul. Aug. A. odorata DC.! fl. fr. 5. p. 486. Caulis palmaris, pedalis, raro altior. Flores sordide albi vel ochroleuci. Similis A. nobili, sed folia caulina circumscriptione angustiora, rachis non dentata, et pinnae primariae utrinque pinnulis seu dentibus 3-4 integris vel dente unico tantum instructae sunt; in A. nobili rachis multidentata est, et pinnae primariae pinnulis praeditae sunt utrinque 4-5, quarum maiores iterum 5-7 dentatae. — Occurrit sub nomine *A. ligusticae* All., sed haec habet folia circumscriptione latiora, rachin evidenter dentatam, dentibus longis saepe iterum bi-tridentatis, et in quavis axilla densum foliorum minorum fasciculum, qui in A. odorata aut plane desideratur aut e paucis tantum foliis compositus est. Ab A. nobili illa, A. ligustica, eo differt, quod pinnae primariae utrinque tres tantum vel etiam in latere posteriore quatuor pinnulas acutas integras, rarius dente uno tribusve instructas, gerunt. G.

34. ÁNTHEMIS (L. gen. n. 645.) Involucrum hemisphaericum vel planiusculum, imbricatum. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, cor. ecalcarata, tubo plano-compresso, bialato, limbo 5 dentato; flores marginales feminei, quandoque steriles, ligulati, ligula oblonga. Achenium exalatum vel anguste alatum subconforme, pappo destitutum, margine plus minusve prominulo terminatum. Receptaculum paleaceum. — Ligulae omnium, excepta A. tinctoria, albae.

§. 1. Paleae lanceolatae vel oblongae, integerrimae, in mucronem rigidum contractae.

* Receptaculum convexum vel subhemisphaericum. Achenia tetragono-compressa, ancipitia, margine arguto coronata.

1. A. TINCTORIA (L. sp. 1263.) foliis pubescentibus bipinnatifidis, rachi dentata, *pinnulis pectinatim dispositis serratis*, serraturis mucronatis, *receptaculo subhemisphaerico*, *paleis lanceolatis in mucronem rigidum acuminatis*, acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque quinquestriatis margine arguto terminatis, *ligulis diametro transversali disci dimidio fere brevioribus*. ♃. In apricis siccis, (stellenweise dch d. g. Gebiet.) Jul. Aug. Fl. dan. 741. Flores lutei; variant sulphurei et sec. b. Bieberstein. albi.

2. A. TRIUMFETTI (All. misc. taur., conf. fl. ped. 1. p. 187.) foliis pubescentibus bipinnatifidis, rachi dentata, *pinnulis pectinatim dispositis subserratis*, serraturis mucronatis, *receptaculo subhemisphaerico*, *paleis lanceolatis in mucronem rigidum acuminatis*, acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque quinquestriatis margine arguto terminatis, *ligulis diametrum transversalem disci aequantibus*. ♃. In montibus reg. calid., (im Cant. Tessin, in d. Wäldern des Monte Generoso zwischen Codelago u. Alpe di Milano, Gaud.) Jul. Aug. A. rigescens Willd. icon. h. berol. t. 62. MB. taur. cauc. 3. p. 582. A. caucasica Hornem. h. hafn. p. 832. A. austriaca DC. fl. fr. 4. p. 206. A. tinctoria β. Triumfetti L. sp. 1263. Chamaemelum Triumfetti All. ped. l. c. excluso syn. Jacquini. (Anthemis austriaca Jacq. inter segetes crescit, neque in apricis saxosis, ut Allionii planta.) H.

3. A. AUSTRIACA (Jacq. fl. austr. 5. p. 22. t. 444.) foliis lanuginoso-pubescentibus bipinnatifidis, rachi dentata, *pinnulis pecting-*

tim dispositis subaequalibus integerrimis mucronatis, *receptaculo subhemisphaerico*, *paleis oblongis in mucronem rigidum acuminatis*, acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque tristriatis margine arguto terminatis. ⊙. In agris et locis cultis, (in Unteröstreich, sodann bei Regensburg u. in Istrien.) Jul. Aug. — A. ruthenica MB. taur. cauc. 2. p. 330., secundum specimina caucasica et egregiam descriptionem eadem est ac A. retusa Link.; neque A. austriacae subiungi potest. G.

4. A. ALTISSIMA (L. sp. 1259.) foliis glabriusculis bipinnatifidis, rachi subdentata, pinnulis dentatis dentibusque mucronatis, *receptaculo hemisphaerico*, *paleis obovatis subito in mucronem rigidum paleam ipsam aequantem floresque superantem contractis*, acheniis tetragono-compressis anguste alatis utrinque decemstriatis margine arguto terminatis. ⊙. Inter segetes, ad vias, (in Istrien, Wulfen.) A. Cota Willd. in herbar. n. 16234. Wulf. Röm. arch. 3. p. 409. („Pedunculi sub flore crassescentes, paleae discum superantes, spinosae" Wulf. l. c.) J.

5. A. COTA (L. sp. 1259.) foliis bipinnatifidis, rachi subdentata, pinnulis trifidis vel pinnato-quinquefidis, lacinulis breviter mucronulatis, *receptaculo hemisphaerico*, *paleis oblongis apice in mucronem rigidum floribus breviorem acuminatis*, acheniis tetragono-compressis *exalatis* utrinque 5 striatis margine arguto terminatis. ⊙. In vineis Istriae, (bei Fiume, Noé.) A. Cota Vivian. in collect. reg. berolin.! A. austriaca var. virens Reichenb. fl. g. exsicc. n. 735. Pedunculi apice non incrassati. J.

** Receptaculum fructiferum elongatum, cylindricum vel conicum. Achenia teretia subtetragona, striis aequalibus.

6. A. ARVENSIS (L. sp. 1261.) foliis lanuginoso-pubescentibus bipinnatifidis, pinnulis lineari-lanceolatis integris bi-tridentatisve acutis mucronatis, *receptaculo elongato-conico*, *paleis lanceolatis in mucronem rigidum acuminatis*, acheniis obtuse quadrangulis aequaliter sulcatis, exterioribus annulo tumido plicato-rugoso, interioribus margine acuto terminatis. ⊙. In locis arenosis et ubique in cultis. Jun.-autumn. St. h. 27. A. agrestis Wall. sched. p. 484. — Anthemidem arvensem Wallrothii, ab A. agresti tanquam speciem diversam, nondum vidi.

§. 2. Paleae lineari-setaceae acutae.

7. A. COTULA (L. sp. 1261.) foliis glabriusculis bipinnatifidis, pinnulis linearibus integris bi-tridentatisve breviter mucronatis, *receptaculo elongato-conico*, *paleis lineari-setaceis*, acheniis teretiusculis tuberculato-striatis margine crenulato discum subconvexum cingente terminatis. ⊙. In cultis, ruderatis, ad vias. Jun. in autumn. Sch. t. 254.

§. 3. Paleae apicem versus membranaceae et scariosae, obtusae vel lacerodentatae et quandoque dente uno magis prominente mucronatae.

* Flores disci lutei.

8. A. NOBILIS (L. sp. 1260.) foliis pubescentibus vel subglabris pinnatis, pinnis multifidis, laciniis linearibus breviter mucronulatis,

receptaculo elongato - conico, *paleis oblongis muticis margine apiceque scariosis*, acheniis subtrigonis laevibus margine obsoleto terminatis, caule ramoso polycephalo. ♃. In pascuis glareosis, (in d. Schweiz u. in Westphalen, vielleicht blos verwildert.) Jul. Aug. St. h. 27.

** Flores disci et radii albi.

9. A. ALPINA (L. sp. 1261.) *foliis* lanato-pubescentibus glabrisve pinnatis, caulinis inferioribus *10-12 jugis*, pinnis simplicibus bitrifidisve, laciniis linearibus attenuato-acutis mucronatis, receptaculo hemisphaerico, *paleis* lineari oblongis obtusis *apice lacerodentatis sphacelatisque* limbum dimidium florum disci aequantibus, caulibus simplicissimis monocephalis. ♃. In summis alpibus Tyrolis, (Schleherngebirg, Elsmann!, Kirschbaumer Alpe, Bischoff!) Jul. Aug. Jacq. a. app. t. 30. G.

10. A. STYRIACA (Vest. syllog. soc. bot. ratisb. 1. p. 12.) *foliis* glabris pinnatis, caulinis inferioribus *3-6 jugis*, pinnis simplicibus bi-trifidis et pinnato-quinquefidis, laciniis lineari-lanceolatis acutiusculis muticis, receptaculo hemisphaerico, *paleis* lineari-oblongis *apice sphacelatis et lacero-dentatis* denteque maiore saepe mucronatis flores disci aequantibus, caulibus simplicissimis monocephalis. ♃. Inter lapides deciduos alpium, (bisher blofs auf d. Alpe hohe Zinken, wenn man von Sekau durch den Steinmüllemgraben über die Wolfspass zur Spitze hinauf steigt, am Gräbel, unter dem Mitterplan.) Aug Sept. Reichenb. ic. 2. f. 230. A. carpatica Willd. sp. 3 p. 2178 Herbar. Willd. n. 16251, (nomen incongruum, nam in Carpatis non crescit; conf. Wahlenb. carp. p. 277.) A. grandiflora Host. a. 2. p. 506. A. mucronulata Reichenb. fl. exc. p. 227, non Bertolonii, cuius planta secund. descriptionem in amoen. ital. p. 46 et specimina Gussoniana in herbario am. Zeyheri valde differt magnitudine multo minore, disco luteo, paleis lanceolatis, in apicem setaceum acuminatis, aliisque notis. G.

35. ANACYCLUS (L. gen. 969. exclus. speciebus.) Achenia utrinque alata, obcordata, alis dilatatis apice in lobum productis; centralia angustius alata. Cetera ut Anthemidis.

1. A. OFFICINALIS (Hayn. arzngew. 9. t. 46.) caulibus erectis vel adscendentibus submonocephalis, paleis obovatis basin versus attenuatis, acheniorum alis cartilagineis opacis, floribus disci aequaliter 5 dentatis. ⊙. (Im südlichern Europa zu Hause, wird in Thüringen im Grofsen kultivirt.) Mai. Jun. A. Pyrethrum, simillima, facile dignoscitur alis acheniorum membranaceis, pellucidis, paleis interioribus subito in petiolum contractis, spathulatis, et caulibus lateralibus elongatis, prostratis, pleiocephalis. Colit.

36. MATRICARIA (L. gen. n. 967.) Receptaculum nudum subcylindrico-conicum; cetera ut Chrysanthemi.

1. M. CHAMOMILLA (L. sp. 1256.) foliolis involucri obtusis. ⊙. In agris et locis cultis. Mai-Jul. Sch. t. 253. b. Differt ab Anthemide arvensi et A. Cotula receptaculo nudo, a Chrysanthemo inodoro receptaculo cylindrico-conico, ab omnibus receptaculo intus cavo.

37. CHRYSÁNTHEMUM (L. gen. n. 966.) Involucrum planiusculum vel hemisphaericum, imbricatum. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, corolla ecalcarata, limbo 5 dentato; marginales feminei, ligulati, tubo compresso. Achenia conformia, exalata, pappo destituta, margine obsoleto vel plus minusve prominulo, vel in coronam producto, terminata. Receptaculum nudum, planiusculum vel hemisphaericum.

* Radius albus.

1. C. LEUCANTHEMUM (L. sp. 1251.) *foliis inferioribus* longe petiolatis obovato-spathulatis *crenatis*, *superioribus* sessilibus oblongo-linearibus *serratis*, serraturis baseos angustioribus acutioribusque, *acheniis omnibus coronula destitutis.* ♃. In pratis et locis sylvaticis. Jun. Jul. St. h. 2. Variat:

β. *atratum*, humile, palmare, spithameum, folia infima apice obtuse triloba et margine integerrima vel ibidem dente uno alterove acutiore praedita, foliola involucri margine lato atro-fusco cincta: C. atratum Gaud. helv. 5. 344., nec Linn.

2. C. MONTANUM (L. sp. 1252.) *foliis inferioribus* oblongis in petiolum attenuatis obovatisve *crenatis*, *insequentibus* sessilibus lanceolatis linearibusque *serratis*, serraturis baseos angustioribus acutioribusque, acheniis radii *coronula* membranacea dimidiata dentata *tubo dimidio breviore* terminatis, disci coronula destitutis. ♃. In alpium pascuis et per latera Alpium meridionalia in montes humiliores ad mare adriaticum usque descendens. Jun. Jul. Tres praecipue formae occurrunt, valde memorabiles, quae, quum characteres, quibus ipsae pro speciebus agnoscantur, nondum reperti sint, in locis earum natalibus ulterius sunt observandae; a C. Leucanthemo coronula ovarium terminante omnes distinguuntur.

α. *adustum*, folia infima obovata, in petiolum subito contracta, grosse crenata; caulina lanceolata, remote serrata. Flos magnus, involucri foliola margine lato atro-fusco cincta: C. Leucanthemum II. alpinum Gaud. helv. 5. p. 342.; hoc in alpium pascuis.

β. *heterophyllum*, altius, folia infima oblonga, in petiolum sensim attenuata, superiora lanceolata subaequaliter serrata, involucri foliola ante marginem lato-scariosum linea angusta fuscescente notata: C. atratum α. L. sp. 2142, ex synonnymo C. Bauhini: Bellis alpina maior, folio rigido, prodr. 120, cum icone. C. lanceolatum Pers. syn. 2. p. 460. C. heterophyllum Willd.! sp. 2142; nomen vero haud aptum, e specimine ab Balbisio misso, sub n. 16164., in herbario Willd. asservato, cuius folia caulina casu quodam mutilata fuerunt, ortum. Phalacrodiscus lanceolatus Less. syn. p. 253.; hoc ad latera meridionalia alpium crescit. In regionibus humilioribus in varietatem

γ. *montanum* transire videtur; huic caules sunt humiliores, folia radicalia nunc obovata, nunc oblonga et sensim in petiolum attenuata, nunc fere lanceolata, parce dentata; caulina lineari-lanceolata et linearia, remote serrata, et saepe subintegerrima, involucri foliola linea atro-fusca, nunc angusta, nunc lata, cincta: C. montanum L. sp. 1252. Fortasse hoc quoque in C. graminifolium transit.

3. C. CORONOPIFOLIUM (Vill. delph. 3. p. 201., excl. syn. Allionii) *foliis infimis* obovato-cuneatis *inciso 5-7 dentatis*, *caulinis* lanceolatis linearibusque *inciso-serratis*, dentibus lanceolato-subulatis, acheniis omnibus membranaceo-coronatis, *coronula* marginalium oblique truncata dentata *tubum corollae subaequante*. ♃. In locis rupestribus alpium altiorum, cum fluviis in convalles descendens, (Schweiz; Tyrol; Salzburg; Steyermark; im Isarbette bei München.) Jul. Aug. C. Halleri Sut. helv. 2. 193. Pyrethrum Halleri Willd. sp. 152. Hanc speciem verum esse Chrysanthemum atratum L. sp. p. 1252, vix est, quod dubitemus; diagnosis „foliis omnibus cuneiformi-oblongis serratis carnosis" in hoc solum quadrat.

4. C. CERATOPHYLLOIDES (All. ped. 1. p. 190. t. 37. f. 1.) *foliis radicalibus caulinisque pinnatifidis*, *laciniis lanceolato-linearibus elongatis* integris bifidisque *remotis*, rachi lineari vel cuneato-dilatata, acheniis omnibus membranaceo-coronatis, corona marginalium oblique truncata tubum corollae subaequante. ♃. In locis petrosis alpium, (auf d. Linkerskopf in d. baier. Alpen, Zuccarin.) Jul. Aug. Pyrethrum ceratophylloides Willd. sp. 3. 2144. Specimina rachi dilatata praedita accedunt ad antecedentem speciem, sed dentes, seu potius laciniae, multo longiores, remoti, et saepe bifidi sunt, ceterum in utraque non raro falcati. G.

5. C. ALPINUM (L. sp. 1253.) *fol. radicalibus* cauliumque sterilium *pectinato-pinnatifidis* circumscriptione subrotundo-ovatis, *pinnis dense approximatis linearibus integerrimis*, *caulium* florigerorum linearibus *integerrimis*, acheniis omnibus membranaceo-coronatis, corona marginalium aequaliter campanulata crenata, involucri foliolis oblongo-ovatis obtusis. ♃. In locis rupestribus alpium editiorum, (Schweiz, Tyrol, Steyermark, Kärnthen.) Jul. Aug. St. h. 19. Pyrethrum alpinum Willd. sp. 2152. Variat:

β. *minimum*, duplo minus, foliis cauleque subtomentoso-hirsutis, laciniae foliorum subellipticae: C. alpinum β. minimum Gaud. helv. 5. p. 346. C. minimum Vill. delph. 3. 202. — Differt ab hac varietate C. tomentosum Lois. gall. 2. 253. t. 18, Corsicae indigenum, praeter tomentum densiorem pedunculo plane aphyllo et foliolis involucri exterioribus brevibus, triangulari-ovatis, acutis.

6. C. PARTHENIUM (Pers. synops. 2. 462.) *foliis* pubescentibus *pinnatis*, *pinnis elliptico-oblongis* obtusis pinnatifidis, summis confluentibus, *laciniis subdentatis* brevissime apiculatis, caule ramoso, capitulis corymbosis, acheniis margine acuto brevissimo terminatis. ♃. In locis sylvaticis petrosis, muris, ruderatis, hinc inde, forsan non vere indigenum. Jun. Jul. Hayn. arzng. 6. t. 20. Matricaria Parthenium L. sp. 1255. Pyrethrum Parthenium Smith. brit. p. 900.

7. C. CORYMBOSUM (L. syst. nat. 2. p. 562.) *foliis pinnatis*, *pinnis inferiorum pinnatifidis*, *pinnulis argute serratis*, serraturis mucronatis, capitulis corymbosis, acheniis omnibus membranaceo-coronatis, corona marginalium tubum subaequante. ♃. In sylvis montanis. Jun. Jul. Jacq. a. t. 379. Pyrethrum corymbosum Willd. sp. pl. 3. 2155. — Pyrethrum Clusii Fischer., saltem secundum specimina a me hucusque visa, a Chrysanthemo corymboso non differt.

8. C. INODORUM (L. sp. 2153.) *foliis bi-tripinnatifidis, laciniis lineari-filiformibus*, radio patente, receptaculo hemisphaerico. ⊙. Inter segetes. Jul.-autumn. Pyrethrum inodorum Sm. brit. p. 900. Schk. t. 253. Variat in locis salsis:

β. *maritimum*, foliorum laciniis crassioribus, caule magis diffuso: Pyrethrum inodorum β. salinum Wallr. sched. p. 485. P. maritimum Smith. brit. p. 901. Matricaria maritima L. sp. 1256. Foliorum laciniae subtus canaliculatae et in sulco nervo carinatae in speciminibus obesioribus speciei vulgaris saepe quoque observantur. Inter achenia huius et C. inodori differentiam notabilem haud invenio.

** Radius luteus.

9. C. SEGETUM (L. sp. 1254.) *foliis glabris dentatis antice dilatatis trifido-incisis, superioribus basi cordata amplexicaulibus*, acheniis margine obsoleto terminatis. ⊙. Inter segetes, (sehr zerstreut, an manchen Orten eine wahre Landplage, dann auf weiten Strecken gar nicht; nicht in d. Schweiz; in d. Oestreichisch-Deutschen Staaten nur auf Osero u. in Friaul.) Jul. Aug. Fl. d. t. 995. G.

38. PINARDIA (Cassin. dict. sc. nat. 41. 38.) Achenia marginalia trialata, disci unialata, ala interiore maiore, omnibus apice in spinam productis; cetera ut Chrysanthemi.

1. P. CORONARIA (Lessing. syn. comp. 255.) foliis antice latioribus bipinnatifidis cauleque glabris. ⊙. In alpibus Helvetiae australibus rarissima, Gaud., (auf d. Berge la Combaz im untern Wallis u. auf d. Fräla im Veltlin, Haller.) Jul.-Aug. Lam. ill. t. 678. f. 6. H.

Trib. VII. *SENECIONEAE*. Pappus pilosus; cetera ut Anthemidearum.

39. DORONICUM (L. gen. n. 959.) Involucrum hemisphaericum vel planiusculum; foliola aequalia bi-triserialia. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, limbo 5 dentato, stigmatibus capitato-truncatis; marginis feminei, ligulati. Achenium erostratum, exalatum, sulcatum. Pappus disci pilosus, marginis nullus. Receptaculum nudum. — Flores omnium lutei; marginales saepe stam. castratis instructi.

1. D. PARDALIANCHES (L. sp. 1247. var. β.) *foliis* ovatis denticulatis, *radicalibus* longe petiolatis *profunde cordatis*, caulinis intermediis auriculato-petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus, receptaculo villoso, *stolonibus subterraneis elongatis gracilibus apice denique incrassatis foliiferis iterumque stoloniferis*. ♃. In sylvis montanis, (sehr zerstreut durch d. mittlere u. südliche Gebiet, Schweiz, Krain, Oestreich, Böhm.; im Rheingebiete: Elsafs, Oberbaden, Drachenfels in d. Rheinpfalz, Winningen an d. Mosel, hier sehr häufig, nach Wirtgen, Trier, Limburg; im Maingebiete: auf d. Taunus, um Würzburg, Schwabenberg bei Kastell.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 350. Hayn. arzngew. 6. t. 21. Doronicum latifolium Clus. hist. 2. p. 16. D. Matthioli Tausch. bot. ztg. 11. 1. p. 182. Reichenb. fl. exc. p. 234. In horto caulis saepe 8-10 capi-

tula, in loco natali vix ultra 3 profert. Planta viva, etiam specimina siccata radice completa instructa, ab omnibus subsequentibus facile dignoscuntur stolonibus gracilibus elongatis, in figura Haynii et Clusii optime repraesentatis. Doronicum macrophyllum Fischer., (non a Cl. Bernhardio ita denominatum, monente ipso in litteris, D. Pardalianches Tausch. et Reichenb. l. c.,) est planta asiatica, defectu stolonum subterraneorum, foliis radicalibus subrotundo-cordatis obtusissimis, foliolis involucri brevioribus acuminatis, nec longe attenuatis, acheniis marginalibus puberulis et receptaculo glabro longe diversa; quae jam ob radicis indolem cum planta Clusiana neutiquam conjungi potest.

2. D. SCORPIOIDES (Willd. spec. 3. 2114., excl. omnib. syn. praeter Rothii.) *foliis* ovatis denticulatis, *radicalibus* longe petiolatis *basi rotundatis vel truncatis et obsolete cordatis* in petiolum paulo productis, caulinis intermediis auriculato-petiolatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus, receptaculo sparsim piloso, *rhizomate brevi horizontali*, stolonibus nullis. ♃. In alpinis, (auf d. Saleve bei Genf in d. Schw.) Mai. Hayn. arzngew. 6. t. 22. optima. Dodonei figura Aconiti Pardalianchis alterius, sub hac specie allegata, mihi dubia videtur; neque enim radix, neque folia radicalia conveniunt. — Rhizoma D. scorpioidis est breve, crassum, gemmis quidem obsessum, quae sequenti anno in caules se explicant, sed stolonibus penitus destitutum. Variat ovariis radii puberulis et glabris. H.

3. D. CAUCASICUM (Bieberst. taur. cauc. 2. p. 321.) *foliis* subglabris, *radicalibus longe petiolatis grosse dentatis subrotundo-ovatis profunde cordatis*, sinu rotundato aperto, caulinis basi profunde cordata amplexicaulibus, *rhizomate obliquo praemorso*, capitibus adscendentibus. ♃. In alpium locis rupestribus et rupium fissuris, (Tyrol, auf d. Spinal, Schlehern, Alpen bei Lienz, bei Lofer; Salzburg auf d. Tennengeb.; Steyermark auf d. Hohenschwab; in Unteröstreich auf d. Durrenstein.) Jun.-Aug. Rochel. ban. t. 31. Doronicum cordifolium Sternb. denkschr. d. regensb. bot. ges. 1818. 2. p. 147. D. orientale Adams. ap. Willd. en. h. berol. 2. 898. D. Columnae Ten. neap. t. 79. Arnica cordata Wulf. in Roem. arch. 3. p. 408. Receptaculum pilis brevibus villosum. Achenia radii glabra. Caulis in planta spontanea capitula 1-3, in culta usque ad 8 profert. G.

4. D. AUSTRIACUM (Jacq. austr. 2. p. 18. t. 130.) *foliis radicalibus nullis*, *caulinis infimis 1-2 ceteris multo minoribus*, *subsequis numerosis* approximatis *cordatis acuminatis* denticulatis auriculato-petiolatis, superioribus oblongis amplexicaulibus, summis lanceolatis, rhizomate praemorso, stolonibus nullis. ♃. In sylvis caeduis; ad sylvarum margines in subalpinis, humo pingui, (Tyrol bei Lofer, Kitzbichel; Salzburg; Steyermark; Krain; Oestreich; Mähren; Böhmen; Schlesien.) Jun.-Aug. D. scorpioides W. et G. fl. siles. 3. p. 159. D. Pardalianches α. L. sp. 1247, secundum synon. Clusii. Arnica austriaca Hopp. ap. St. h. 38. Doronicum VII, austriacum III., Clus. hist. 2. p. 19. Variat pubescens et fere glabrum. G.

40. ARONICUM (Necker. elem.) Achenia omnia pappo instructa; cetera ut Doronici. Flores perinde lutei.

1. A. Clusii (Koch. Deutschl. fl. vol. ined. Arnica Clusii All. ped. 1. p. 205. t. 17. f. 1.) foliis ovatis oblongisve remote dentatis vel denticulatis, inferioribus petiolatis, caulinis semiamplexicaulibus, *pilis pedunculorum omnibus acutis articulatis*, *geniculis remotis*. ♃. In locis humidis summarum alpium, (durch d. g. Alpenkette.) Jul. Aug. Doronicum Clusii Tausch. bot. ztg. 11. 1. p. 178. Occurrit

α. *longifolium*, fol. oblongis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus lanceolatis. Doronicum II. Clus. hist. 2. p. 17., I. Clus. pann. p. 518. D. longifolium Reichenb. fl. exc. p. 234., ex citato Clusii.

β. *vulgare*, fol. omnibus oblongis vel elliptico-oblongis hirsutis, caulinis plerumque remote grosse dentatis: Arnica Doronicum Jacq. a. t. 92. A. stiriaca Vill. delph. 3. 210. Aronicum Doronicum Reichenb. fl. exc. p. 233.

γ. *hirsutum*, pumilum, foliis cauleque hirsutissimis: Doronicum Bauhini Saut.! ap. Reichenb. fl. exc. 234. Aronicum Bauhini Reichenb. l. c.

δ. *glaciale*, foliis glabris vel glabriusculis et margine tantum ciliatis; Arnica glacialis Wulf. in Jacq. coll. 1. p. 232. Jacq. ic. rar. 3. t. 586. St. h. 38., specimina foliis leviter denticulatis; Doronicum Clusii γ. Tausch. l. c. Aronicum glaciale Reichenb. fl. exc. p. 234.

Jacquinus et Clusius radicem stolonibus instructam pinxerunt, quam in viva planta investigare mihi nondum contigit. — Nomen Aronici Clusii praetuli, quum Jacquinus eandem speciem sub nomine Arnicae Doronici et glacialis proposuerit.

2. A. scorpioides (Koch. Deutschl. fl. vol. ined.) foliis dentatis, inferioribus lato-ovatis basi obtusis truncatis subcordatisve, caulinis ovatis vel oblongis, superioribus amplexicaulibus, *pilis pedunculorum obtusis articulatis*, *geniculis dense approximatis*. ♃. In locis glareosis petrosis alpium, (durch die ganze Alpenkette.) Jul. Aug. Arnica scorpioides L. sp. pl. 1246. Jacq. a. t. 349. St. h. 38. Grammarthron scorpioides Bl. et Fingerh. comp. 2. p. 359. Doronicum IV. styriacum Clus. hist. 2. p. 17. Occurrit folio caulino inferiore vel medio auriculato-petiolato: Doronicum Jacquini Tausch. bot. ztg. 11. 1. p. 180., Aronicum latifolium Reichenb. fl. exc. p. 234.; atque foliis inferioribus petiolo non auriculato insidentibus: Doronicum Halleri Tausch. l. c., Aronicum scorpioides Reichenb. l. c. 233.

41. ARNÍCA (L. gen. n. 958, exclusis speciebus.) Involucrum cylindricum, foliola aequalia biserialia. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, limbo 5 dentato, stigmatibus superne incrassatis, apice conico pubescente terminatis; marginis feminei, ligulati, gerentes stamina castrata vel rudimento antherae praedita. Achenium erostratum, exalatum, striatum. Pappus pilosus, receptaculum nudum.

1. A. montana (L. sp. 1255.) foliis radicalibus oblongo-obovatis subintegerrimis quinquenerviis, caule paucifloro, pedunculis involucrisque villosis vel glanduloso-pubescentibus. ♃. In pratis sylvaticis et montosis humidis, in alpes adscendens. Jun. Jul. St. h. 34.

42. CINERARIA (L. gen. n. 957.) Involucrum calyculo nullo. Cetera ut Senecionis.

Species huius generis corymbo simplici instructae certis limitibus nondum circumscriptae sunt; quarum fortasse plures hic propono, quam bene stabilitae exstant; tamen eas, ne botanicorum attentioni sese subducant, praeterire nolui. Color involucri, (involucrum intactum et sphacelatum,) pubescentia achenii, et longitudo pappi, in una saltem specie, utique variabilia sunt, (conf. quoque Fl. siles. 3. p. 143.,) sed haec omnia, quod quidem plurimas attinet species, cum e paucis speciminibus siccatis haec erui nequeant, in locis natalibus continuatis observationibus illustranda sunt.

1. C. CRISPA (Jacq. fl. austr. 2. p. 48. t. 178.) corymbo terminali simplici, *foliis* laevibus arachnoideo-sublanatis dentatis, *radicalibus et caulinis inferioribus ovatis cordatis*, insequentibus in petiolum lato alatum plus minusve dentatum contractis, superioribus lanceolatis linearibusque subintegerrimis, *ovariis glabris*. ♃. In subalpinis, (in Unteröstreich u. in d. Sudeten u. d. Mährischen Gebirgen; im Erzgebirge.) Mai. Jun. Flores flavi, vitellini et crocei. Variat praeterea:

α. genuina, (W. et G. flor. sil. 2. p. 140.) petioli caulini lato-alati, et sicut folia ipsa dentato-crispati. Jacq. l. c. Reichenb. ic. 2. f. 214.

β. rivularis, (W. et G. l. c.) petioli dentati vel integerrimi, non crispati, involucri foliola viridia concolora: C. rivularis W. K. t. 239., (pappo longitudine tubi;) C. rivularis Koch. bot. ztg. 6. 2. p. 504. Reichenb. ic. 2. p. 215., (pappo tubo corollae breviore.)

γ. sudetica, petioli dentati vel integerrimi, non crispati, involucri foliola vel tota vel apice tantum purpurea. Koch. l. c. p. 505. Reichenb. ic. f. 212. C. integrifolia Schk. t. 246. b. (pappo longitudine tubi.) — Cineraria Schkuhrii Reichenb. ic. 2. f. 216, refert specimen huius varietatis foliis minus evidenter cordatis et pappo tubo breviore.

δ. crocea, involucrum purpureum, flores crocei: C. crocea Tratt. arch. 48. Koch. l. c. p. 503. Reichenb. ic. 2. f. 213., (pappus tubo brevior.) G.

2. C. PRATENSIS (Hoppe in litt., Koch. bot. ztg. 6. 2. p. 506.) corymbo terminali simplici, *foliis* arachnoideo-sublanatis, *inferioribus* repando-denticulatis *oblongis* basi *in petiolum angustatis*, *insequentibus lanceolatis basi attenuatis*, superioribus sessilibus lanceolatis linearibusque, *ovariis glabris*, pappo sub anthesi tubum corollae subaequante. ♃. In pratis humidis ad radices alpium, (auf Sumpfwiesen bei Salzburg.) Mai. Jun. Pappus sub anthesi tubum aequat; involucrum aut totum aut apice purpureum. Reichenb. ic. f. 218. Flores lutei. Variat:

β. capitata Hopp. et Hornsch. decad. (nec Wahlenb.) radio nullo. Reichenb. ic. f. 219. G.

3. C. LONGIFOLIA (Jacq. austr. 2. p. 49. t. 181.) corymbo terminali simplici, *foliis* hirto-scabris plus minusve lanatis, *radicalibus ovatis oblongisque* crenato-dentatis integerrimisve, *insequentibus elongato-lanceolatis basi attenuatis*, superioribus sessilibus lanceolatis linearibusque, *ovariis pubescentibus*, *pappo sub anthesi tubum corollae aequante vel eodem breviore*. ♃. In pratis alpinis,

(Oestreich, Kärnthen.) Mai. Jun. Flores lutei. C. longifolia Reichenb. ic. f. 239, refert specimen foliis latioribus.

β. discoidea, radio nullo. Bei Heiligenblut, Hoppe. G.

4. C. ALPESTRIS (Hoppe taschenb. 1806. p. 130. Koch. bot. ztg. 6. 2. p. 511.) corymbo terminali simplici, *foliis* hirto-scabris et plus minusve lanatis, *infimis ovatis* vel subcordatis crenato-dentatis, *insequentibus oblongo-ovatis in petiolum lato-alatum cuneatum contractis*, superioribus sessilibus lanceolatis linearibusque, ovariis glabris vel leviter pubescentibus, *pappo sub anthesi tubum corollae aequante vel eodem breviore.* ♃. In subalpinis, (Oestreich, Steyermark, Kärnthen u. Krain.) Mai. Jun., in alpibus serius. Flores lutei. C. integrifolia alpina Jacq. a. t. 179. Variat pilis articulatis rarius adspersa, et iis dense hirto-scabra, simulque magis vel minus, quandoque dense lanata, atque:

α. legitima, ovario subpubescente: C. alpestris Koch. l. c. Reichenb. ic. 2. f. 220.

β. lejocarpa, ovario glabro: C. Clusiana Host. austr. 2. p. 482, si folia densa lana obtecta sunt. — Varietates ovariis leviter pubescentibus et penitus glabris mihi e seminibus unius et eiusdem plantae enatae sunt.

Cineraria ovirensis Koch. bot. ztg 6. 2. p. 507., C. crassifolia Kit. ex cl. Reichenb., mihi nunc modificatio C. alpestris, foliis caulinis inferioribus minus spathulatis et ovariis glabris praedita, esse videtur. C. papposa Reichenb. simillima est C. alpestri; differt pappo flores aequante; specimen imperfectum tantum vidi. G.

5. C. SPATHULAEFOLIA (Gmel. bad. 3. p 454.) corymbo terminali simplici, *foliis* pilis articulatis brevibus parce adspersis et simul supra arachnoideo-floccosis *subtus albo-lanatis, infimis ovatis basi subtruncatis* crenato-dentatis vel denticulatis, *insequentibus ovato-oblongis in petiolum lato-alatum cuneatum contractis*, superioribus sessilibus lanceolatis linearibusque, involucris lanatis, *ovariis dense hispidulis, pappo sub anthesi flores subaequante.* ♃. In montosis sylvaticis asperis, (Schweiz, Schwäbische Alpen u. durch d. Rheingebiet stellenweise bis Coblenz, im Mainthale bis Würzburg, in Thüringen u. im Baireuthischen Gebirge.) Mai. Flores lutei. C. spathulaefolia Koch. bot. ztg. 6. 2. 515. Reichenb. ic. f. 240. C. longifolia St. h. 40. C. integrifolia Wallroth. sched. p. 474. C. campestris DC. fl. fr. 4. p. 169. et ejus herbarii sec. Gaud. *Flores lutei.* Senecio nemorensis Poll. pal. 2. 460. Variat:

β. discoidea: radio nullo.

6. C. CAMPESTRIS (Retz. obs. t. 30.) corymbo terminali simplici, foliis sublaevibus arachnoideo-lanatis, *radicalibus ovatis vel subrotundis in petiolum brevem contractis* integerrimis subcrenatisve, caulinis inferioribus oblongis basi attenuatis, supremis lanceolatis, *involucris* subglabris basi lanatis *apice subintactis*, ovariis dense hispidulis, *pappo sub anthesi flores subaequante.* ♃. In collibus apricis calcareis et pratis siccis, (im Littorale bei Triest, Unteröstreich, Böhmen, Thüringen, nach Gaud. auf d. Alpen des Wallis.) Jun. Jul. Flores pallide flavi. C. integrifolia Smith. brit. 895. C. integrifolia *β.* pratensis Jacq. austr. t. 180. L. syst. veg. ed. 14. 764. et herbarii Linnaeani secundum b. Smith. C. alpina *γ.* integrifolia L. sp.

L. sp. 1243. C. alpina Huds. 370. C. campestris Spreng. hal. 239. Wallr. sched. p. 473. — Dignoscitur fol. radicalibus breve petiolatis et *capitulis pallidis*, involucris fere intactis.

7. C. AURANTIACA (Hoppe taschenb. 1806. p. 121. cent. pl. 4.) corymbo terminali simplici, *foliis* sublaevibus *parce lanatis, radicalibus ovatis in petiolum brevem contractis* integerrimis subcrenatisve, caulinis infimis lanceolatis basi attenuatis, superioribus linearibus, *caule superne* ob folia remota *subnudo, involucris coloratis*, ovariis dense hispidulis, pappo sub anthesi flores aequante. ♃. Ad alpium pedes, (am Fufse des Loibels auf d. Kärnther Seite.) Mai. *Flores rubro-aurantiaci.* Planta gracilis, caule elongato superne subnudo, folia tenuis substantiae, breviter petiolata. — C. aurantiaca Willd. spec. 3. 2081; in herbario sub n. 16008. cum sequente confusa est. G.

8. C. CAPITATA (Wahlenberg. fl. carp. p. 271., varietas discoidea.) corymbo terminali simplici, *foliis hirto-scabris lanatisque, radicalibus ovatis in petiolum contractis* subcrenatis, caulinis inferioribus oblongo-ovatis basi attenuatis, supremis lanceolatis, *involucris coloratis*, ovariis dense hispidulis, pappo sub anthesi flores subaequante. ♃. In alpium pascuis, (Schweiz, Tyrol.) Jun. Jul. C. capitata Reichenb. ic. 2. f. 243. C. aurantiaca DC. fl. fr. 4. p. 170. Gaud. helv. p. 309. *Flores rubro-aurantiaci*; hac nota et foliis crassis, hirto-scabris, dense lanatis dignoscitur. Variat:

β. *discoidea*, radio nullo, Reichenb. l. c. f. 244.

9. C. PALUSTRIS (L. sp. 1243.) villosa, caule superne ramoso, ramis corymbosis, *foliis lanceolatis* semiamplexicaulibus, inferioribus *sinuato-dentatis.* ⊙. In locis paludosis, uliginosis, (von d. Niederlanden durch Westphalen, Hanover u. d. ganze Deutschland jenseits des Thüringer Waldes bis Schlesien.) Jun. Jul. Schk. t. 246. Flores pallide flavi. G.

43. LIGULARIA (Cassini dict. d scienc. nat. 26. p. 401. Hoppiae spec. Reichenb.) Involucrum basi bracteolis 2 oppositis elongatis. Stylus superne et stigmata a basi ad apicem dense puberula. Staminum rudimenta in floribus marginalibus. Cetera Senecionis.

Genus HOPPIA, a Cl. Reichenbachio in honorem Doctoris Hoppii, Ratisbonensis, viri de re herbaria meritissimi, conditum, eximie differt tam a Ligularia, quam a ceteris generibus affinibus, et quidem praecipue structura corollarum marginalium, quae bilabiatae sunt, labio exteriore trifido, interiore bifido. In Ligularia sibirica corollis marginalibus sunt ligulae oblongae, apice minute tridentatae, et ne vestigio quidem labii interioris notatae. HOPPIA speciosa Reichenb. hort. bot. t. 10. Davuriam incolit.

1. L. SIBIRICA (Cass. l. c.) foliis subsagittato-cordatis dentatis, racemo terminali simplici. ♃. In pratis paludosis, (bisher blofs bei Habstein in Böhmen, Tausch; Habichtstein, nach Presl.) Jun. Jul. Cineraria sibirica L. sp. 1242. W. et K. pl. rar. hung. t. 15. Flores lutei. G.

44. SENECIO (L. gen. n. 953.) Involucrum cylindricum vel conicum, foliolis aequalibus uniserialibus; basi calyculatum, foliolis plerumque minoribus. Flores disci hermaphroditi, tubulosi, limbo 5 dentato. Stylus superne glaber; stigmata semiteretia capitato-trun-

rata, apicem versus densius puberula. Flores marginales feminei ligulati, rarius omnes hermaphroditi et tubulosi. Achenium erostratum, exalatum, sulcatum. Pappus pilosus, acheniorum marginalium saepius caducus. Receptaculum nudum. — Flores specierum nostrarum lutei, in S. Cacaliastro ochroleuci.

§. 1. Flores omnes tubulosi, vel marginales ligulati, ligulis revolutis.

1. S. VULGARIS (L. sp. 1216.) foliis glabris vel arachnoideo-lanatis pinnatifidis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi auriculata amplexicaulibus, pinnis remotis oblongis obtusis rachi auriculisque acute inaequaliter dentatis, *calyculi squamis subdenis* adpressis involucro multo brevioribus *longe nigro-acutatis, ligulis marginalibus nullis*, acheniis puberulis. ⊙. In cultis, locis arenosis ubique. Floret fere per totum annum. Fl. dan. t. 513. Variat rarius

β. *radiatus*, floribus radiatis: S. denticulatus Müller. fl. dan. t. 791. Nolt. nov. fl. hols. p. 71. — Cl. Wahlenberg. S. denticulatum Müll. ad varietatem vel potius ad specimina pusilla S. sylvatici „foliis tantum sinuato-dentatis" trahit.

2. S. VISCOSUS (L. sp. 1217.) *foliis* profunde pinnatifidis pedunculis involucrisque *glanduloso-pilosis viscosis*, pinnis oblongis inaequaliter dentatis subpinnatifidisque basin versus sensim decrescentibus, calyculo laxo dimidium involucrum aequante, *ligulis revolutis, acheniis glabris.* ⊙. In locis arenosis, sylvis caeduis. Jun.-Oct. Engl. bot. t. 32.

3. S. SYLVATICUS (L. sp. 1217.) foliis arachnoideo-pubescentibus profunde pinnatifidis, *pinnis sublinearibus dentatis subpinnatifidisque interjectis minoribus*, corymbo amplo fastigiato, involucris glabris pubescentibusve, calyculo brevissimo adpresso subintacto, *ligulis revolutis, acheniis cano-pubescentibus.* ⊙. In sylvis arenosis. Jul. Aug. Rupp. fl. jen. edit. Hall. t. 3. — S. lividus Nolt. novit. p. 72. Smith. engl. bot., (non Linn., secund. Cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 388,) est varietas auriculata S. sylvatici, quam nondum vidi.

§. 2. Flores radii ligulati, ligulis patentibus. Folia incisa, pinnatifida, vel cordata et basi sublyrata.

4. S. VERNALIS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 23. t. 24.) *caule lanato, foliis utrinque pilis patentibus villosis* oblongis pinnatifido-sinuatis, inferioribus petiolatis, ceteris basi *auriculata dentata amplexicaulibus, pinnis ovatis obtusis rachique margine crispis dentatisque*, corymbo laxo, *calyculo 6-12 phyllo* involucro quadruplo breviore bracteisque apice longe nigro-acutatis, radio patente, acheniis cano-pubescentibus, pappo persistente. ⊙. In solo lutoso agrorum sylvarumque, (bisher blofs in Schlesien im Walde bei Rosenberg u. auf Aeckern bei Herlitz.) April. Reichenb. ic. 4. f. 513. G.

5. S. RUPESTRIS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 136. t. 128.) *foliis glabris* vel sublanatis, inferioribus oblongo-obovatis lyratis petiolatis, caulinis *auricula dentata amplexicaulibus, mediis pinnatifidis, pinnis oblongis obtusis rachique dentatis*, anterioribus

confluentibus, corymbo laxo, *calyculo 6-12 phyllo* involucro quadruplo breviore bracteisque apice longe nigro-acutatis, radio patente, acheniis cano-pubescentibus, pappo caduco. ⊙. In rupibus calcareis; in alpes adscendens, (Tyrol, Salzburg, Steyermark, Unteröstreich, Istrien auf d. Corni di Canzo im Cant. Tessin.) Mai-Jul. Reichenb. ic. 4. f. 514. S. rupestris et montanus Willd. sp. 3. 1989. S. paradoxus Hopp. ap. Willd. l. c.

6. S. SQUALIDUS (L. sp. 1218.) *foliis* glabris vel villoso-lanatis pinnatipartitis, inferioribus petiolatis, intermediis *auricula multipartita amplexicaulibus*, *pinnis linearibus rachique subpinnatifido-dentatis*, omnibus distantibus, corymbis sparsis paucifloris, *calyculo submonophyllo* bracteisque apice sphacelatis, radio patente, acheniis cano-pubescentibus. ⊙. In agris, vineis, ad muros, (im Friaul u. Littorale, nach Host.) Jun. Jul. Engl. bot. t. 600. G.

7. S. ABROTANIFOLIUS (L. sp. 1219.) *foliis* glabris, inferioribus *bipinnatis*, pinnis angustis linearibus integerrimis rarius unidentatis baseos minoribus, *petiolo exauriculato pinnatifido-dentato*, dentibus lineari-subulatis, *rachi integerrima*, *corymbo 3-6 cephalo*, calyculo dimidium involucrum aequante 3-6 phyllo, radio patente, acheniis glabris, pappo persistente. ♃. In alpibus et subalpinis calcareis, (vom Innthale in der Schweiz durch Tyrol, Salzburg, Steyermark, Kärnthen bis nach Oestreich.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 79.

8. S. ERUCIFOLIUS (L. pl. 1218, secundum specimina e loco a Linnaeo memorato.) *foliis pinnatipartitis*, inferioribus petiolatis, ceteris sessilibus, *pinnis linearibus dentatis pinnatifidisque*, *baseos minoribus integerrimis auriculaeformibus*, *rachi integerrima*, corymbo polycephalo conferto, calyculo pleiophyllo adpresso involucrum dimidium aequante, radio patente, *acheniis piloso-scabris*, *omnibus aequaliter papposis*, radice repente. ♃. In collibus virgultis herbidis, ad vias et pratorum fruticeta, solo argillaceo et calcareo. Jul. Aug. S. erucifolius Huds. angl. 366. Reichenb. ic. 4. f. 516. Poll. palat. 2. 456. et plurim. auct. germ. S. tenuifolius Jacq. a. t. 278., specimen anguste laciniatum. Folia subtus vel utrinque vage lanuginosa. — S. erucifolius Linn. sp. pl. 1218. b. Smithio ad S. lividum pertinere videbatur; conf. Engl. bot. 3. p. 432.; Cl. Reichenb. eum in S. napifolio Schrad., (S. lycopifolio Desf.,) cuius specimen germanicum nondum vidi, invenisse opinatur. Fl. exc. p. 243.

9. S. JACOBAEA (L. sp. 1219.) *foliis* radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis oblongo-obovatis basi attenuatis lyratis, caulinis ceteris *auricula multipartita amplexicaulibus* pinnatipartitis, *pinnis dentatis subpinnatifidisve antice bifidis*, *laciniis divergentibus*, *rachi integerrima*, ramis corymbi erectis, calyculo subdiphyllo brevissimo adpresso, radio patente, *acheniis* disci piloso-scabris, *marginis glabris*, his pappo paucipiloso caduco, radice praemorsa fibrosa. ⊙. In pratis, locis incultis, sylvaticis. Jul. Aug. Engl. bot. 1130. Folia glabra vel basi sublanata. Variat:

β. *discoideus*, radio nullo: S. Jacobaea γ. Wimm. et Grab. Fl. sil. 2. p. 153.

10. S. AQUATICUS (Huds. angl. 366.) *foliis* radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis oblongo-ovatis basi attenuatis integris sublyratisque, caulinis ceteris *auricula partita semiamplexicaulibus* basi incisis lyratisve, *pinnis lateralibus oblongis vel linearibus oblique e costa media egredientibus*, terminali ovato-oblonga dentata vel sublobata, foliis superioribus pinnatifidis integrisve dentatis, corymbo erecto-patente laxo, calyculo subdiphyllo adpresso brevissimo, radio patente, *acheniis* disci obsolete puberulis, *marginis glabris*, his pappo paucipiloso caduco. ⊙. In pratis humidis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. Capitula fere duplo maiora, quam in antecedente; planta plerumque humilior, saepe spithamea tantum. Engl. bot. t. 1131. S. aquaticus et barbareaefolius Reichenb. fl. exc. p. 244.

11. S. ERRATICUS (Bertolon. amoen. ital. p. 92.) *foliis* lyratis, inferioribus petiolatis, ceteris *auricula partita semiamplexicaulibus*, *pinnis* dentatis subquinis, *lateralibus patentissimis obovato-oblongis*, terminali foliorum radicalium maxima cordato-ovata, superiorum cuneata, corymbo divaricato laxo, calyculo subdiphyllo adpresso brevissimo, radio patente, *acheniis* disci glabris vel obsolete puberulis, *marginis glabris*, his pappo paucipiloso caduco. ⊙. In pratis humidis, ad ripas, fossas, (im südl. Tyrol, Krain, sodann am Ufer der Oder in Schlesien u. bis Frankf. a. d. O.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 4. f. 538. G.

12. S. LYRATIFOLIUS (Reichenb. ic. 2. fig. 258.) *foliis* subtus tenuiter arachnoideo-tomentosis lyratis auriculis multipartitis semiamplexicaulibus, *lobis lateralibus oblongis dentato-serratis*, *terminali maximo argute duplicato-serrato vel basi subpinnatifido-inciso*, foliorum caulinorum ovato, supremorum oblongo, radio patente, acheniis puberulis. ♃. In convallibus alpium editiorum, (Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette hin u. wieder.) Jul. Aug. S. alpinus L. fil. suppl. p. 371., excl. syn. Halleri. Cineraria alpina β. alata L. sp. 1243. C. Zahlbruckneri Host. fl. a. 2. p. 479. Suspicor, achenia quandoque glabrescere, quod in locis natalibus ulterius inquirant botanici alpes investigantes.

13. S. CORDATUS (Koch. bot. ztg. vol. 17. p. 612.) *foliis* subtus tenuiter arachnoideo-tomentosis petiolatis *cordatis ovatis latitudine sua sesquilongioribus* inaequaliter dentatis, petiolo appendiculato vel nudo, supremis lanceolatis, petiolo angusto integerrimo basi subauriculato, auriculis brevibus vix semiamplexicaulibus, radio patente, acheniis glabris. ♃. In pascuis alpium et ad sylvarum oras in subalpinis, (durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. S. alpinus Reichenb. ic. 2. p. 23. (excl. synon. Scopolii et Linnaei patris,) f. 256, optima. Cineraria cordifolia Gouan. ill. p. 69. Jacq. a. t. 176, (ic. non bona.) Linn. fil. suppl. 375. Nomen mutavi ob Senecionem cordifolium Thunb. prod. 158.

14. S. SUBALPINUS (Koch. bot. ztg. vol. 17. p. 613.) *foliis* glabris subtus in venis hirtis *cordatis aeque latis ac longis* dentatis petiolatis, petiolo nudo vel superiorum appendiculato, supremis lanceolatis inciso-dentatis integrisve, petiolo lato-alato basi auriculato amplexicauli, radio patente, acheniis glabris. ♃. In pratis humidis alpium et reg. subalpinarum, (Steyermark, Oestreich u. in Schlesien

auf d. Baranja, Dominowka u. Babia Gora im Teschnischen.) Jul. Aug. S. alpinus β. auriculatus Reichenb. ic. 2. fig. 257. bona. Cineraria cordifolia auriculata Jacq. a. t. 177., excl. folio radicali, quod certo non huius speciei est. C. alpina Host. fl. a. 2. p. 479. G.

15. S. CARNIOLICUS (Willd. sp. 1993.) *foliis tomento adpresso subsericeo incanis denique calvescentibus*, radicalibus caulinisque inferioribus longe petiolatis inciso-crenatis pinnatifidisve, pinnis obtusis integerrimis crenatisque, superioribus breviter petiolatis *exauriculatis*, pinnis linearibus acutis, radio patente, *acheniis glabris*. ♃. In locis glareosis alpium graniticarum editiorum, (Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Krain, Steyermark; in d. Schweiz bisher blofs auf d. Fluela in Graubünden.) Jul. Aug. S. incanus Scop. carn. 2. p. 166.

16. S. INCANUS (L. sp. 1219.) *foliis tomento lanato niveis*, radicalibus caulinisque inferioribus ovatis pinnatifidis, pinnis obtusis inciso-bi-tricrenatis, superioribus breviter petiolatis *exauriculatis*, pinnis linearibus acutis, corymbo denso, radio patente, *acheniis glabris*. ♃. In locis glareosis summarum alpium, (Tyrol u. Schweiz.) Jul. Aug.

17. S. UNIFLORUS (All. ped. 1. p. 200.) *foliis niveo-tomentosis*, radicalibus caulinisque inferioribus ovatis inciso-crenatis, superioribus linearibus integerrimis, *caule monocephalo*, *acheniis puberulis*. ♃. In summis alpibus valesiacis, (auf d. Stock, Fouly, Matterhorn u. a.) Jul. Aug. H.

§. 2. Flores radii patentes, folia serrata vel integerrima, (nec incisa, nec dissecta.)

18. S. CACALIASTER (Lam. fl. fr. 2. p. 132.) *foliis elliptico-lanceolatis* acuminatis inaequaliter dentato-serratis, *apiculo serraturarum recto*, inferioribus breviter decurrentibus, superioribus sessilibus, bracteis linearibus, corymbis polycephalis, *radio nullo*. ♃. In subalpinis, (auf d. Radstadter Tauern, Funk!) Jul. Aug. Cacalia saracenica L. sp. 1169. S. croaticus W. Kit. pl. r. hung. 2. p. 153. t. 143. *Flores* albi vel *ochroleuci*, quales etiam a W. et Kit. l. c. describuntur. Calyculus longitudine involucri. G.

19. S. NEMORENSIS (L. sp. 1221.) *foliis elliptico-lanceolatis ellipticisve* acuminatis subtus pubescentibus inaequaliter dentato-*serratis*, *apiculo serraturarum recto*, inferioribus in petiolum alatum contractis, superioribus sessilibus; corymbo polycephalo, *bracteis lanceolato-linearibus*, calyculo subtriphyllo involucrum aequante, *radio subquinquefloro*, acheniis glabris. ♃. In sylvis montanis, (im östlichen u. nördlichen Gebiete.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 184., excluso folio seorsum picto. S. Jacquinianus Reichenb. fl. exc. p. 245. S. frondosus Tausch. pl. boh. sel. S. germanicus Wallr. sched. p. 476. — S. nemorensis Reichenb. ic. 3. f. 467, radio 7 floro depictus, mihi dubius est; nunquam enim ligulas septenas in hac specie observavi. Odor florum Anthemidis nobilis, sed levis, etiam in viva planta, quam e seminibus carniolicis, a D. Graf. mecum communicatis, eduxi. Ceterum specimina sicca quoque, tam Vindobonensia quam carniolica, S. Jacquiniani a silesiacis et saxonicis S. nemorensis nulla nota recedunt.

20. S. Fuchsii (Gmel. fl. bad. 3. p. 444.) *foliis lanceolatis vel elliptico-lanceolatis* utrinque acuminatis petiolatis glabris vel subtus pubescentibus inaequaliter dentato-serratis, *apiculo serraturarum recto*, vel superioribus sessilibus, corymbo polycephalo, *bracteis lineari-setaceis*, calyculo subtriphyllo involucrum aequante, *radio subquinquefloro*, acheniis glabris. ♃. In sylvis montanis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. S. ovatus Willd. sp. 3. 2004., nomen incongruum. S. saracenicus Poll. pal. 2. p. 460. S. alpestris Gaud. helv. 5. 296. S. salicifolius Wallr. sched. p. 479. S. nemorensis folium seorsum pictum ap. Jacq. a. t. 184. Jacobaea ovata Fl. wett. 3. 1. p. 212. — Senecio saracenicus Gmel. bad. 3. p. 443., comprehendit specimina, solo pingui humido umbroso enata, fol. superioribus parenchymate folii decurrente sessilibus; S. Fuchsii eiusdem auctoris specimina foliis omnibus petiolatis. Seorsum, ut ulterius observetur, proposui hunc senecionem, quamquam mihi persuasum habeo, inter eum et antecedentem vix limites inveniri.

21. S. saracenicus (L. sp. 1221.) *foliis glabriusculis oblongo-lanceolatis* acutissimis basi cuneatis, infimis in petiolum alatum angustatis, ceteris lata basi sessilibus, omnibus inaequaliter denticulato-serratis, *apiculo serraturarum antrorsum curvato*, corymbo polycephalo, bracteis lanceolato-linearibus, calyculo pentaphyllo involucrum subaequante, *radio 7-8* floro, acheniis glabris. ♃. In dumetis humidis et in salicetis ad fluviorum ripas, (am Ufer des Maines von Kitzingen bis Mainz, der Mosel von Trier bis Koblenz u. weiter am Unterrheine; am Donauufer von Regensburg bis Wien; am Ufer d. Moldau in Böhmen; d. Elbe bis Holstein; d. Oder in Schlesien bis Frankfurt; der Weser u. Leine im Hessischen u. Hanövrischen.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 186. Reichenb. ic. 3. f. 468. — Haec species absque omni dubio est S. saracenicus L. l. c. ob „radicem maxime reptantem.“ G.

22. S. Doria (L. sp. 1221.) foliis glaberrimis glaucescentibus serrulatis vel subintegerrimis oblongis, infimis in petiolum angustatis, mediis sessilibus subdecurrentibus, supremis valde diminutis ovatis angustato-acuminatis, corymbo polycephalo, *bracteis ex ovata subcordata basi lineari subulatis*, calyculo brevissimo, *radio 5 floro*, acheniis puberulis. ♃. In pratis, pascuis et collibus herbidis, (Unteröstreich.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 185. G.

23. S. paludosus (L. sp. 1220.) *foliis sessilibus elongato-lanceolatis* attenuato-acutis argute serratis subtus arachnoideo-tomentosis denique glabratis, corymbo polycephalo, *radio sub 13 floro*, calyculo subdecaphyllo involucrum dimidium aequante, acheniis puberulis. ♃. In pratis paludosis, fossis, piscinis, fluviis lente fluentibus, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jul. Aug. Fl. dan. t. 385. — S. Sadleri Lang., S. tomentosus Host., Hungariae indigenus, differt foliis brevioribus, duplo latioribus, subito in acutum apicem terminatis, subtus dense et niveo-tomentosis.

24. S. Doronicum (L. sp. 1222.) *foliis lanceolatis vel ovatis* dentato-serratis denticulatisve subtus subvillosis vel arachnoideo-lanatis, radicalibus caulinisque inferioribus *petiolatis*, superioribus sessilibus, caule 1-3 cephalo, calyculo polyphyllo involucrum

aequante, *radio multifloro*. ♃. In locis lapidosis alpium, (in d. Schweiz u. durch Tyrol nach Salzb., Kärnthen u. Krain; die Variet. β. bis zu den niedrigen Bergen des Littorale in der Nähe von Triest.) Jul. Aug.; var. β. in locis humilioribus crescens jam Mai. Jun. Jacq. a. app. t. 45. In alpibus plerumque glabriusculus et flores aurei; in petrosis siccis Littoralis abit in varietatem

β. *lanatam*, caule et involucro dense lanatis, floribus citrinis: S. lanatus Scop. carn. 2. p. 165. S. Scopolii Hopp. et Hornsch. decad. Praeter indumentum et colorem floris, etiam reiterata investigatione, differentiam inter utramque varietatem non reperi, quas vero vivas examinare mihi nondum contigit. Ceterum in alpibus non raro sat lanatus occurrit Senecio Doronicum, cuius varietas lanata ob calyculum polyphyllum ad Cinerariae genus transferri nequit.

Trib. VIII. *CALENDULACEAE*. Cassin. Styli crura superne puberula et attenuata. Antherae basi appendiculatae, appendicibus acuminatis. Flores disci hermaphroditi steriles, radii feminei fertiles *).

45. CALENDULA (L. gen. 990.) Involucrum hemisphaericum, foliolis aequalibus, biserialibus. Flores radii ligulati, feminei, fertiles, stylo in stigmata 2 fisso; disci hermaphroditi, steriles, stylo stigmate indiviso capitato terminato. Achenia difformia, curvata, varie muricata vel dentata.

1. C. ARVENSIS (L. sp. 1303.) acheniis margine integris dorso muricatis, extimis 3-5 linearibus rostratis, rostro erecto, paucis ovatis cymbaeformibus, interioribus linearibus in annulum curvatis, foliis oblongo-lanceolatis subdenticulatis, inferioribus basi attenuatis subpetiolatis, superioribus basi rotundata semiamplexicaulibus, caule diffuso. ⊙. In locis cultis et vineis, (von Basel durch Elsafs bis Bingen, in manchen Weinbergen in zahlloser Menge; im Moselthale; seltner auf d. rechten Rheinufer, u. im Neckar- u. Mainthale; um Halle; um Prag.) Jul.-Oct. Flores lutei. — Calendula officinalis, in ruderatis hinc inde e semine hortorum disperso enata, sed nullibi indigena facta, differt caule erecto, foliis inferioribus obovatis, longe petiolatis, etiam superioribus versus basin paulo angustioribus, floribus duplo maioribus, saepe aureis, atque acheniis

---

*) Tribus Corymbiferarum sequente tabula clarius perspiciuntur:
Antherae basi caudatae.
Styli crura obtusa, flores disci fertiles. INULEAE.
Styli crura attenuata, flores disci steriles. CALENDULACEAE.
Antherae basi ecaudatae.
Styli crura a basi puberula
elongata, flores omnes hermaphr. EUPATORIEAE.
acuta, flores heterogami. TUSSILAGINEAE.
Styli crura superne puberula attenuata
sub anthesi conniventia. ASTEREAE
sub anthesi divaricata. HELIANTHEAE.
Styli crura superne puberula obtusissima vel truncata, apiculo quandoque imposito.
Pappus nullus ANTHEMIDEAE.
pappus pilosus. SENECIONEAE.

plerisque cymbaeformibus, paucis intimorum linearibus. Acheniorum exteriorum rarius unum alterumve lineare et rostratum occurrit, qualia in antecedente nunquam desiderantur.

Subordo II. *CYNAROCEPHALAE.* Vaill. DC. fl. fr. 4. p. 70. Capitatae Linn. Stylus apice articulatus. Flores omnes tubulosi, vel radii ligulati.

Trib. IX. *ECHINOPSIDEAE.* Cass. Involucra uniflora in capitulum sphaericum collecta.

46. ÉCHINOPS (L. gen. n. 999.) Pappus: coronula membranacea breviter fimbriata, apicem achenii cingens.

1. E. SPHAEROCEPHALUS (L. sp. 1314.) foliis supra pubescentibus subtus tomentosis pinnatis, pinnis sinuatis dentato-spinosis, involucris basi setosis, setis dimidium involucri superantibus, foliolis exterioribus glanduloso-pilosis. ♃. In vineis, locis lapidosis, (in Schwaben, in den um die alte Burg Fahrenberg bei Burgheim gelegenen Weinbergen häufig, Spenner; am nördl. Fufse des Eisberges bei Efslingen vor 40 Jahren angesäet; Bayern auf d. Ruinen des alten Schlosses zu Welchenberg unter Straubing, Duval; um Melnik in Böhmen; Insel Güstrow in Mecklenburg.) Jul. Aug. Flor. albi, antheris plumbeis. Pedunculi tomentosi et simul glanduloso-setosi. G.

2. E. RITRO (L. sp. 1314.) foliis supra glabris vel arachnoideo-sublanatis subtus niveo-tomentosis bipinnatifidis spinoso-dentatis, involucris basi setosis, setis involucro subtriplo brevioribus, foliolis dorso glabris. ♃. In collibus apricis, (im Littorale um Triest, Fiume.) Jul. Aug. Flores amethystini. Pedunculi albo-tomentosi, neque setosi. G.

Trib. X. *CARDUINEAE.* Cass. Involucra multiflora. Flores hermaphroditi. Pappus deciduus, pilosus vel plumosus, (nec vero ramosus.)

47. CIRSIUM (Tournef. Hall. hist. 1. p. 73.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, vel dioici homogami, omnes tubulosi. Filamenta libera. Pappus plumosus, basi annulo conjunctus, deciduus. Receptaculum setoso-paleaceum.

Sect. I. EPITRACHYS DC. Folia supra spinuloso-hirta. Flores purpurei.

1. C. LANCEOLATUM (Scop. carn. 2. p. 130.) *foliis decurrentibus supra spinuloso-hispidis subtus arachnoideo-sublanatis* profunde pinnatifidis, pinnis bifidis, laciniis lanceolatis integerrimis, anteriore basi lobata, laciniis lobisque spina valida terminatis, *capitulis* solitariis *ovatis* arachnoideo-lanatis, involucri foliolis lanceolatis apice subulato spina terminato patentibus. ⊙. Ad vias in pascuis ruderatis. Jun.-Sept. Carduus lanceolatus L. sp. 1149. Cnicus lanceolatus Willd. sp. 3. 1666. Fl. dan. t. 1173.

2. C. NEMORALE (Reichenbach. fl. exc. p. 286.) *foliis decurrentibus supra spinuloso-hispidis subtus albo-lanatis* pinnatifidis,

pinnis bifidis, laciniis lanceolatis integerrimis, anteriore basi lobulo aucta, laciniis lobisque spina terminatis, *capitulis* solitariis *subrotundis* arachnoideo-lanatis, involucri foliolis lanceolatis apice subulato spina terminato patentibus. ⊙. In sylvaticis, (im Walde von Lindenthal bei Leipzig.) Jul. Aug. G.

3. C. ERIOPHORUM (Scop. carn. 2. p. 130.) *foliis amplexicaulibus non decurrentibus supra spinuloso-hispidis* subtus tomentosis profunde pinnatifidis, pinnis bipartitis, laciniis lanceolatis integerrimis, anteriore basi lobato, laciniis lobisque spina terminatis, capitulis solitariis globosis arachnoideo-lanatis, involucri foliolis lanceolatis apice lineari ante spinam dilatato patentibus. ⊙. Ad vias, in locis sylvaticis montanis, subalpinis et in alpium convallibus, (Schweiz u. bis nach Oestreich stellenweise, sodann durch Mähren nach Böhmen, Schlesien, Thüringen u. Franken; von Elsafs u. Würtemberg durch d. Rheingegenden bis Frankfurt.) Jul. Aug. Carduus eriophorus L. sp. 1153. Jacq. a. t. 171. Cnicus eriophorus Roth. tent. 2. 286. Apex elongatus foliolorum involucri ante spinam semper plus minusve dilatatus apparet, quandoque spathulato-dilatatus, quo fit: C. spathulatum Gaud. helv. 5. p. 202.

Sect. II. CHAMAELEON DC. Folia supra non spinuloso-hirta. Involucri foliola spina simplici terminata vel submutica. Flores hermaphroditi, purpurei vel albi vel ochroleuci.

§. 1. Folia decurrentia vel subdecurrentia.

4. C. PALUSTRE (Scop. carn. 2. p. 128.) *foliis penitus decurrentibus* sparsim pilosis profunde pinnatifidis, pinnis bifidis, laciniis lanceolatis integerrimis, anteriore basi lobata, laciniis lobisque spina terminatis, *ramis apice polycephalis*, *capitulis racemoso-glomeratis*, involucri foliolis spinuloso-mucronatis. ⊙. In pratis udis, locis paludosis. Jul. Aug. Carduus palustris L. sp. 1151. Engl. bot. t. 974. Cnicus palustris Willd. sp. 3. 1662. Flores purpurei.

5. C. CHAILLETI (Gaud. fl. helv. 5. p. 182.) *foliis* subtus arachnoideo-villosis denique glabratis lanceolatis obtuse sinuato-dentatis spinuloso-ciliatis, dentibus spina validiore terminatis, *inferioribus penitus decurrentibus*, *caule superne* ob folia superiora remota diminuta parumque decurrentia *subnudo*, *corymbo terminali polycephalo glomerato*, foliolis involucri apice spinosis. ⊙. In pratis paludosis, (bei Neufchatel in d. Schweiz; zwischen Bruck u. Batrandorf in d. Gegend v. Wien.) Aug. Flores purpurei. Capitula ut C. palustris, cui valde simile est, sed folia inferiora subintegra et spinae multo debiliores; praecipue vero foliis superioribus remotis, minutis et parum tantum decurrentibus, quo caulis superne nudus fit, primo intuitu distinguitur. Vidi specimen austriacum in coll. Alex. Braun.

6. C. SUBALPINUM (Gaud. fl. helv. 5. p. 182.) *foliis* sparsim pilosis, *inferioribus semidecurrentibus profunde pinnatifidis*, *pinnis lanceolatis* acutis antice dente auctis inaequaliter spinuloso-ciliatis rectangule patentibus, *caule superne* ob folia superiora remota diminuta parumque decurrentia *subnudo*, *capitulis 2-4 terminalibus congestis*, *bracteis linearibus* capitulo brevioribus. ♃. In pratis udis alpium et planitierum alpes comitantium, (an mehren

Orten in d. Schweiz, in Steyermark, bei München.) Flores purpurei. Simillimum C. rivulari, sed foliis semidecurrentibus et capitulis paulo minoribus differt. Cnicus palustri-rivularis Schied. de pl. hybr. p. 54. Planta hybrida, e C. palustri et rivulari, inter quas plantas crescit, orta esse videtur.

7. C. LACTEUM (Schleich. exs. cat. 1821.) *foliis* sparsim pilosis *inferioribus semidecurrentibus sinuato-pinnatifidis* pinnatifidisque, *pinnis ovatis* dentatis integris bifidisque spinuloso-ciliatis, lobis dentibusque spina validiore terminatis, *caule superne* foliis superioribus diminutis parumque decurrentibus *subnudo*, *capitulis subsex terminalibus subracemosis*, *bracteis linearibus capitulo brevioribus*. ♃. In pratis alpinis Helvet. Capitula paulo minora quam in C. rivulari, flores in siccis speciminibus sordide albi. An stirps hybrida e C. palustri et Erisithale? H.

8. C. HYBRIDUM (Koch. ap. DeC. fl. fr. 5. p. 463.) *foliis* sparsim pilosis, inferioribus *semidecurrentibus* profunde pinnatifidis, superioribus minus decurrentibus integris subsinuato-lobatis, pinnis dentatis subbilobis inaequaliter spinuloso-ciliatis, lobis dentibusque spina validiore terminatis, *caule ad apicem usque aequaliter foliato*, *capitulis terminalibus congestis*, *bracteis lanceolatis capitula superantibus*. ⊙. In pratis udis inter C. palustre et oleraceum, quorum proles hybrida est, hinc inde. Jul. Aug. Flores ochroleuci dilute in rubellum vergentes, stylis violaceis. — Cnicus palustri-oleraceus Schied. de pl. hyb. p. 63. C. parviflorus Schleich.! exs., sed capitula non parva et paulo tantum minora sunt, quam in C. oleraceo.

9. C. TATARICUM (Wimm. et Grab. fl. siles. 2. p. 96.) *foliis* glabris vel subtus sparsim lanatis oblongo-lanceolatis spinuloso-ciliatis dentatis integris vel radicalibus sinuato-pinnatifidis, caulinis amplexicaulibus *breviter decurrentibus*, *caule simplicissimo monocephalo vel superne ramoso*, *ramis elongatis monocephalis*, *involucris basi bracteatis*, bracteis linearibus 1-3 margine spinosis, rhizomate obliquo, fibris filiformibus. ♃. In pratis humidis, (Oestreich, Böhm., Mähr., Schles.) Jul. Aug. Cnicus tataricus Bess. fl. gal. 2. p. 171. Carduus tataricus L. sp. pl. 1155., sec. descriptionem. Jacq. a. t. 92, sed bracteae multo maiores pictae sunt, quam in meis speciminibus. Flores ochroleuci. Est proles hybrida e C. cano et oleraceo; conf. fl. siles. 3. p. 97. — Cirsium tataricum All. ped. 1. 151., sec. descriptionem, a nostra hic proposita planta diversum est. G.

10. C. CANUM (Allion. ped. 1. p. 151.) *foliis* sparsim pilosis subtus saepe arachnoideo-sublanatis *elongato-lanceolatis* spinuloso-ciliatis remote repando-dentatis vel sinuato-pinnatifidis, pinnis triangulari-lanceolatis acutis subbilobis, *caulinis inferioribus decurrentibus*, caule simplicissimo monocephalo vel superne ramoso, ramis elongatis monocephalis subnudis, involucris ebracteatis, *radice fasciculata*, *fibris incrassatis fusiformibus*. ♃. In pratis fertilibus humidis, (Böhmen, Mähren, Schles., Sachs..) Jul. Aug. Carduus canus Linn. mant. p. 108. Jacq. a. t. 42 et 43. C. tuberosus Jacq. en. stirp. agr. vindob. p. 280. Flores purpurei. G.

11. C. PANNONICUM (Gaud. helv. 6. 363.) *foliis* sparsim pilosis et subtus saepe arachnoideo-lanatis oblongo-lanceolatis *indivisis* integerrimis denticulatisque inaequaliter spinuloso-ciliatis, radicalibus in petiolum attenuatis, *caulinis mediis postice attenuatis* basi ipsa parum dilatata semiamplexicaulibus breviter decurrentibus, caule a medio nudo bracteis squamiformibus raris adsperso 1-3 cephalo, pedunculis elongatis, *involucris ebracteatis*, *rhizomate obliquo*, *fibris filiformibus*. ♃. In montosis asperis, (Oestreich, Kärnthen auf d. Loibl; Littorale auf d. Monte Maggiore; auf d. Corni di Canzo in d. ital. Schweiz.) Jun. Jul. Carduus pannonicus L. fil. suppl. p. 348. C. serratuloides Jacq. a. t. 127., (non Linn.) C. serratuloides Scop. carn. 2. p. 127. Foliis caulinis inferioribus supra basin breviter decurrentem contractis et medium versus sensim latioribus a C. cano, etiam radice deficiente, dignoscitur. Flores purpurei. — Carduus serratuloides L. sp. 1155. Gmel. sibir. t. 22., est planta longe diversa, caule scilicet a basi ad apicem folioso, polycephalo, atque ramis caulem excedentibus, iterum ramosis et foliatis instructo.

12. CARNIOLICUM (Scop. carn. 2. p. 128. t. 54.) foliis hirtis, inferioribus petiolatis basi rotundatis ovatis integris pinnatifidisque, laciniis oblongis dentatis petiolisque inaequaliter spinuloso-ciliatis, superioribus basi cordata amplexicaulibus breviter decurrentibus, *caule superne pedunculis bracteisque rubiginoso-villosis*, capitulis terminalibus 3-4 congestis basi bracteatis, *bracteis* linearibus *foliolisque involucri exterioribus margine spinosis*. ♃. In alpibus carniolicis et carinthiacis, (auf d. Berge Privale über Kointschka in d. Wochein, u. auf d. Loibl.) Jul. Aug. Cirsium rufescens Ram. ap. DC. fl. fr. 4. p. 114. Flores ochroleuci. G.

§. 2. Folia non decurrentia.

13. C. PAUCIFLORUM (Reichenb. fl. exc. p. 285.) *foliis* supra sparsim pilosis *subtus arachnoideo-lanatis ovatis margine lobatis* dentatisque inaequaliter spinuloso-ciliatis, *radicalibus petiolatis basi rotundatis*, caulinis inferioribus petiolo alato dentato basi auriculato amplexicaulibus, *superioribus basi cordata sessilibus*, *capitulis terminalibus 2-4 congestis cum apice pedunculi nutantibus* bractea lanceolata dentata fultis, involucri foliolis lanceolatis acutis breviter mucronatis subinermibus. ♃. In pratis alpium graniticarum Styriae superioris, (am Bürger-See, Host; am Rottenmannertauern, Angelis!) Jul. Aug. Cnicus pauciflorus Waldst. et Kitaib. pl. r. h. t. 161. Flores purpurei. Folia maxima; planta speciosa. G.

14. C. ERISITHALES (Scop. carn. 2. p. 125.) *foliis sparsim pubescentibus* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus profunde pinnatifidis*, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, *pinnis* oblongis lanceolatisve *acuminatis dentatis*, *capitulis in pedunculo nutante solitariis vel subaggregatis*, *foliolis involucri spinuloso-mucronatis a medio horizontaliter patentibus reflexisque*. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenk.; in Oberbaden.) Jul. Aug. C. glutinosum Lam. fl. fr. 2. 27. DC. fl. fr. suppl. p. 464. C. ochroleu-

cum α. DC. fl. fr. 4. p. 115. Cnicus Erisithales L. sp. 1157. Carduus Erysithales Lam. dict. 1. 704. Jacq. a. t. 310. Flores ochroleuci.

15. C. OCHROLEUCUM (All. ped. 1. p. 150.) *foliis sparsim pubescentibus* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus profunde pinnatifidis*, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, *pinnis* oblongis lanceolatisve *acuminatis dentatis*, *capitulis in pedunculo erecto subcorymbosis*, bracteis lanceolatis, *foliolis involucri spinuloso-mucronatis a medio horizontaliter patentibus reflexisque.* ♃. In sylvis subalpinis Helvetiae. Gaud. Jul. Aug. C. ochroleucum DC. fl. fr. suppl. p. 464. C. ochroleucum β. DC. fl. fr. 4. p. 115. Ab antecedente differt capitulis in apice caulis et ramorum erectis subcorymbosis. Involucra viscida, qualia Allionius describit, in planta culta observavi; spontaneam nondum vidi. H.

16. C. HETEROPHYLLUM (Allion. ped. 1. p. 152. t. 34.) *foliis* supra glabris, *subtus niveo-tomentosis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus* lanceolatis vel elliptico-lanceolatis acuminatis, radicalibus caulinisque inferioribus serratis, his in petiolum lato-alatum basi auriculato-dilatatum contractis, superioribus integerrimis, *omnibus indivisis vel intermediis antice incisis*, *laciniis lanceolatis antrorsum directis*, *caule multifolio* 1-3 cephalo, capitulis terminalibus solitariis ebracteatis, involucri phyllis adpressis. ♃. In pratis humidis et ad fossas in subalpinis et alpibus, (durch d. ganze Alpenkette; sodann in Oberbaden, Oberbayern, Mähren, Schlesien, Böhmen.) Jun. Jul. Flores purpurei. Carduus heterophyllus L. spec. 1154 Cnicus heterophyllus Willd. sp. 3. 1673. Specimina foliis omnibus integris: Carduus helenioides Sut. helv. 2. p. 163., non Linn. Cirsium helenioides All. ped. 1. p. 152. t. 13. — Card. helenioides L., quem nondum vidi, auctore cl. Smith. „discrepat caule duplo altiore, floribus in summo caule sessilibus, quatuor pluribusve, duploque minoribus.“

17. C. AMBIGUUM (All. auct. p. 10. n. 553.) *foliis* supra glabris *subtus albido-tomentosis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus pinnatifidis* apice protracto-dentato, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, pinnis lanceolatis acuminatis integris bifidisque spinula brevi terminatis, involucri foliolis apice patentibus, *capitulis terminalibus 2-5 congestis basi ebracteatis* ♃. In vallibus alpinis, (in d. Schweiz selten, von Schleicher gefunden, der den Standort nicht angab.) Plantam hybridam e C. rivulari et heterophyllo esse, b. Schleich. suspicatus est. Flores purpurei. H.

18. C. SEMIPECTINATUM (Schleicher., ex specimine sicco ab ipso b. auctore.) *foliis* supra glabris *subtus glaucescentibus subarachnoideis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus pinnatifidis*, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, *pinnis lanceolatis acuminatis parce dentatis*, spinula brevi terminatis, capitulis terminalibus 2-4 plerumque congestis, *bracteis lanceolatis dentatis spinulosis*, *involucri foliolis* attenuatis *adpressis* spinuloso-mucronulatis. ♃. In Helvetia. Videtur planta hybrida

ex heterophyllo et oleraceo, habitu fere C. rivularis. Differt a C. rivulari floribus ochroleucis, foliis in sicca planta subtus glaucescentibus et bractea capitulorum inferiorum dentata capituloque longiore; a C. praemorso, quocum bracteis convenit, foliolis involucri adpressis et foliis subtus glaucescentibus. — Carduus semipectinatus Lam. dict. 1. p. 705., „foliis basi integris apice pectinato-pinnatifidis" neque huic, neque sequenti convenit. Sed h. l. fortasse Cirsium erucagineum DC. fl. fr. 4. p. 115., excl. synonymo Cardui autaretici Vill. (a monte Lautaret denominati,) qui secundum descriptionem et iconem Cirsio spinosissimo propinquior est. H.

19. C. PRAEMORSUM (Michl. bot. ztg. 3. 1. p. 317.) *foliis sparsim pubescentibus* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus pinnatifidis*, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, *pinnis lanceolatis acuminatis parce dentatis*, capitulis terminalibus 2-4 congestis, *bracteis lanceolatis dentatis spinulosis, involucri foliolis* attenuatis *apice patulis* spinuloso-mucronatis. ♃. In consortio Cirsii rivularis et oleracei, quorum hybrida proles, (gemein um München.) Cnicus oleraceo-rivularis Schied. de pl. hyb. p. 58. — Floribus ochroleucis, bracteis maioribus dentatis spinulosis a C. rivulari, et bracteis paucis angustis a C. oleraceo differt.

20. C. RIVULARE (Carduus rivularis Jacq. austr. 1. p. 57. t. 91. 1773.) *foliis sparsim pubescentibus* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus pinnatifidis*, caulinis inferioribus in petiolum alatum dentatum basi dilatatum contractis, *pinnis lanceolatis acuminatis parce dentatis*, caule superne subnudo, capitulis terminalibus 2-4 plerumque congestis, *bracteis linearibus integerrimis, involucri foliolis adpressis* mucronatis. ♃. In pratis humidis tam montium et regionum subalpinarum, quam planitierum alpes comitantium, (durch d. ganze Alpenkette, sodann in Oberschwaben, Oberbayern, Mähren, Schlesien, Böhmen u. um Königsberg in Preussen.) Jun. Jul. Cirsium tricephalotes Lam. dict. 1. 704. C. carniolicum All. ped. 1. p. 149., excl. syn. Scopol. Carduus Erisithales Vill. delph. 3. p. 20. Cnicus rivularis Willd. sp. 3. p. 1676. — Occurrit caule dicephalo, capitulis longe pedunculatis: Cnicus salisburgensis Willd. sp. 3. 1675. — Variat foliis basi tantum pinnatifidis et fere integris.

21. C. OLERACEUM (Scop. carn. 2. 124.) *foliis glabris vel sparsim puberulis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *amplexicaulibus*, inferioribus pinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis dentatis, caulinis superioribus amplexicaulibus integris dentatis, *capitulis terminalibus congestis bracteatis, bracteis exterioribus ovatis decoloribus*, involucri foliolis in spinulam terminatis apice patentibus. ♃. In pratis humidis, ad fossas. Jul. Aug. Flores ochroleuci. Cnicus oleraceus L. sp. 1156. Carduus acanthifolius Lam. enc. 1. p. 703. Variat foliis indivisis.

22. C. LACHENALII (Koch. Deutschl. fl. vol. inedit.) *foliis subtus in venis subvillosis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *profunde pinnatifidis, pinnis* dentatis *bi-trifidisque*, laciniis lanceolatis divaricatis, *superioribus sessilibus* subamplexicaulibus subintegris, *caule*

usque ad apicem foliato, capitulis solitariis vel subcongestis pedunculatis bracteatis, bracteis linearibus 2-3 capitulum subaequantibus, involucri foliolis spinuloso-mucronatis. ♃. In pratis humidis, (in d. Schweiz an mehrern Orten, bei Basel; Elsafs bei Strasburg; Thüringen; Pommern.) Jul. Aug. Flores ochroleuci. Cnicus tuberoso-oleraceus Schied. de plant. hybrid. p. 51. C. Lachenalii Gmel. bad. 2. p. 380. C. rigens Ait. hort. kew. ed. 1. v. 3. p. 144., sec. diagnosin. Cirsium rigens Gaud. helv. 5. p. 185. C. tataricum DC. fl. fr. 4. p. 114., exl. syn. Allionii, (cuius planta folia subtus albo-tomentosa habet,) et Jacquinii, quod haud sane huc pertinet. C. inerme Reichenb. fl. exc. p. 287. C. bulbosum β. pallens Wallr. sched. p. 445. La Chen. act. helv. 4. p. 294. t. 16. Nomen C. rigentis, quippe pluries commutatum, adhibere nolui. Planta hybrida videtur e C. oleraceo et bulboso.

23. C. DECOLORATUM (Koch. Deutschl. fl. vol. ined.) *foliis sparsim pubescentibus* inaequaliter spinuloso-ciliatis, radicalibus caulinisque sinuato-pinnatifidis, *pinnis ovatis* parce dentatis *subbilobis*, *caule subtricephalo*, *ramis elongatis foliatis*, foliis integris dentatis, capitulis solitariis bracteatis, bracteis linearibus capitulum subaequantibus. ♃. In pratis montanis, (bei Frankfurt a. M., Göttingen u. Halle.) Jul. Aug. Flores ochroleuci. C. rigens Wallr. sched. p. 446., excl. syn. plurimis, Reichenb. fl. exc. p. 287., excl. syn. Lachenal. et Gmel. Cnicus acauli-oleraceus Schied.! de pl. hybr. p. 46. Planta hybrida e C. oleraceo et acauli. G.

24. C. ACAULE (All. ped. 1. p. 153.) *foliis glabris* lanceolatis sinuato-pinnatifidis, *pinnis ovatis angulato-subtrifidis*, lobis brevibus spinoso-ciliatis spinaque validiore terminatis, *caule plerumque nullo*, *rarius simplicissimo monocephalo a basi ad apicem foliato*, foliolis involucri adpressis mucronulatis, exterioribus ovatis uninerviis, radicis fibris filiformibus. ♃. In pratis et pascuis, praecipue montanis, (durch d. ganze Gebiet, aber, wie es nach Host's Flora erscheint, nicht in Kärnthen, Steyermark u. Oestreich.) Jul. Aug. Carduus acaulis L. sp. 1156. Jacq. ic. rar. t. 579. Cnicus acaulis Willd. sp. 1156. St. h. 24. Varietas caulescens: Cnicus dubius Willd. prodr. n. 801. t. 6. f. 11. Carduus Roseni Vill. delph. 3. 14. t. 21.

25. C. ZIZIANUM (Koch. Deutschl. fl. vol. ined.) *foliis subtus in nervis pubescentibus* lanceolatis *sinuato-pinnatifidis*, *pinnis ovatis trifidis*, lobis oblongis spinoso-ciliatis spinaque validiore terminatis, *caule 1 cephalo a medio aphyllo*, vel dicephalo, pedunculis elongatis nudis, foliolis involucri adpressis mucronatis, exterioribus (siccitate) apice tristriatis, radicis fibris subincrassatis. ♃. In pratis montanis, (um Mainz, nicht selten.) Jul. Aug. Cnicus acauli-tuberosus Schied. pl. hybr. p. 61. Habitu C. acaulis, sed foliorum pinnae profundius lobatae, caulis a medio nudus, una alterave bractea lineari minuta tantum obsitus, et involucri foliola exteriora tristriata; a C. bulboso differt foliis C. acaulis, spinis validioribus et radicis fibris parum tantum incrassatis. Copiose crescit prope Moguntiam inter C. acaule et bulbosum, ab amico defuncto, Prof. Zizio, detectum. G.

26. C. BULBOSUM (DC. fl. fr. 4. p. 118.) *foliis* supra sparsim pilosis *subtus arachnoideo-sublanatis* spinuloso-ciliatis *profunde pinnatifidis*, inferioribus petiolatis, *pinnis* dentato-lobulatis *bi-trifidisque*, laciniis lanceolatis, *caule a medio aphyllo 1-3 cephalo*, pedunculis elongatis, foliolis involucri adpressis mucronulatis, radicis fibris incrassatis basi apiceque attenuatis. ♃. In pratis, (in d. westlichen Schweiz u. durch Elsafs u. Baden bis Mainz; im Maingebiete bis Würzburg; in Thüringen, bis an den Harz.) Jul. Aug. C. tuberosum All. ped. 1. p. 151. Carduus tuberosus Poll. pal. 2. 420. et plur. auct. germ. C. tuberosus var. β. L. sp 1154. Cnicus tuberosus Willd. sp. 3. 1680. Engl. bot. t. 2562. C. spurius Hoffm. fl. g. ed. 2. v. 2. p. 128.

27. C. ANGLICUM (Lam. dict. 1. p. 705.) *foliis* supra sparsim pilosis, *subtus arachnoideo-lanatis* oblongo-lanceolatis acutis inaequaliter spinuloso-ciliatis dentatis vel subsinuatis, lobis bi-trifidis, radicalibus petiolatis, *caulinis paucis supra basin amplexicaulem contractis*, *caule monocephalo superne aphyllo*, *involucro ebracteato* sublanato, foliolis adpressis mucronatis. ♃. In pratis paludosis, montosis et subalpinis, (zwischen Stockach u. Zizenhausen in Oberbaden, Gmelin; in Obersteyermark, nach Host.) Jun. Carduus anglicus Lam. dict. 1. p. 705. C. pratensis Huds. angl. 353., non Lam. C. dissectus Huds. ed. 1. 307. Vill. delph. 3. p. 15., non L. Cnicus pratensis Willd. sp. 3. 1672. (non Cirsium pratense DC. fl. fr. 4. p. 113., quod cum varietate α. Cardui tuberosi L. sp. 1154. idem, in ditione vero florae nostrae nondum repertum est.) Caulis a medio nudus et ibidem folio minuto squamiformi uno duobusve tantum obsitus.

28. C. CERVINI (Thomas. pl. exsicc. Schleich. cat. 1821.) *foliis subtus tenuiter arachnoideo-tomentosis* oblongis lanceolatisve, *infimis in petiolum attenuatis*, *caulinis basi cordata amplexicaulibus*, omnibus *pinnatifido-lobatis*, *lobis bi-trifidis*, laciniis lanceolatis spinuloso-ciliatis *spinaque elongata gracili terminatis*, caule ad apicem usque foliato, *capitulis terminalibus 2-pluribusque subaggregatis basi pedunculisque bracteatis*, bracteis lineari-lanceolatis, involucri foliolis in spinam attenuatis apice patulis. ♃. In alpibus valesiacis rarissimum, (auf dem Matterhorn, auch Cervin genannt, Thomas.) Jul. Aug. Flores purpurei. Fortasse planta hybrida ex C. heterophyllo et spinosissimo. In flora helv. b. Gaud. dubitanter pro varietate C. rigentis, (C. Lachenalii) hanc speciem proponit et seorsum C. purpureum All., quod Cl. Reichenb. cum C. Cervini combinat, describit; C. purpureum nondum vidi. H.

29. C. SPINOSISSIMUM (Scop. carn. 2. p. 129.) foliis glabris subtus in nervis subvillosis oblongis lanceolatisve, infimis basi attenuatis, caulinis amplexicaulibus, omnibus pinnatifido-lobatis, lobis ovatis trifidis, laciniis divaricatis spinuloso-ciliatis spinaque elongata valida terminatis, caule a basi ad apicem dense folioso apice villoso, capitulis terminalibus aggregatis bracteatis, *bracteis decoloratis laciniato-pinnatifidis spinosis*, *involucri foliolis spina ipsorum longitudine terminatis*. ♃. In locis madidis et ad rivos alpium, (in d. Schweiz u. v. da durch Tyrol nach Salzb., Kärnth., Steyerm. u. Krain.) Jul. Aug.

Sect. III. Breea Lessing. synops. compos. p. 10. Folia supra non spinuloso-hirta. Involucri foliola spina simplici terminata. Capitula homogama, abortu dioica. Genera, a sola sexus diversitate stabilita, non pro congruis habeo: Rhamnus enim cathartica, abortu dioica, a ceteris Rhamnis generice sejungi nequit.

30. C. arvense (Scop. carn. 2. p. 126.) foliis subdecurrentibus oblongo-lanceolatis spinuloso-ciliatis integris vel pinnatifido-sinuatis apice lobisque spina validiore terminatis, *capitulis paniculato-corymbosis ovatis*, *foliolis involucri adpressis* mucronatis subinermibus, radice repente. ♃. In agris et locis cultis. Jul. Aug. Flores purpurei, folia subtus glabra.

α. horridum, fol. omnibus undulatis pinnatifidis valde spinosis Wimm. et Grab. fl. sil 3. p. 82.

β. mite, fol. caulinis sinuatis, rameis integris vel dentatis mitius spinosis.

γ. integrifolium, fol. omnibus planis integerrimis vel subdentatis: Cirsium setosum MBieb. tauric. cauc. 3. p. 561. Cnicus setosus Bess. cat. h. cremenec. 1816. Serratula setosa Willd. sp. 3. p. 1645. Haec forma foliis sublobatis: Serratula complicata Schweigg. in Hag. chlor. bor. p. 303.

δ. vestitum, fol. subtus niveo-tomentosis.

Sect. IV. Picnomon Cass. dict. sc. nat. v. 25. p. 225. Folia supra non spinuloso-hirta. Involucri foliola spina pinnata armata. (Nectarium crenatum mihi haud sufficere videtur, ut planta in proprium genus removeatur; in nonnullis aliis Cirsii speciebus nectarium subcrenatum quoque observavi.)

31. C. Acarna (DC. fl. fr. 4. p. 111.) foliis decurrentibus lanceolatis lanato-canis dentatis spinosis, capitulis aggregatis bracteatis, *involucri foliolis* interioribus *spina pinnata* terminatis. ♃. In rupestribus, incultis, (Istrien.) Jul. Aug. Cnicus Acarna L. sp. 286. Picnomon Acarna Cass. l. c. Flores purpurei.

48. CYNARA (L. gen. n. 928.) Involucri foliola basi carnosa, apice emarginata cum mucrone; cetera ut Cirsii.

1. C. Scolymus (L. sp. 1159.) foliis subspinosis pinnatifidis indivisisque, involucri foliolis ovatis. ♃. Colitur in usum culinarium. Tabern. krb. p. 1075. f. 2. 3. Colit.

2. C. Cardunculus (L. sp. 1159.) foliis spinosis omnibus pinnatifidis, involucri foliolis ovatis. ♃. Colitur in usum culinarium. Tabern. krb. p. 1075. f. 4. Colit.

49. SILYBUM (Gärtn. fruct. 2. p. 378. t. 162.) Filamenta monadelpha; cetera ut Cardui.

1. S. marianum (Gärtn. l. c.) ⊙. In pascuis montanis, (im östr. Littorale bei Duino, Ternova, Scop., aufserdem hin u. wieder auf Schutthaufen verwildert.) Jul. Aug. Carduus marianus L. sp. 1153. Tabern. krb. p. 1078. f. 3.

50. CARDUUS (L. gen. n. 925, excl. spec.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi. Filamenta libera. Pappus pilosus, denticulatus, basi annulo conjunctus, deciduus. Receptaculum setoso-paleaceum. — Flores omnium purpurei; variant raro albi.

Sect. I. Ho-

Sect. I. Homalotepidoti. Involucri foliola adpressa vel recurva, sed non refracta.

§. 1. Capitula oblonga, subcylindrica.

1. C. pycnocephalus (Jacq. hort. vindob. p. 17. t. 44.) foliis decurrentibus supra subvillosis subtus lanato-tomentosis sinuatis pinnatifidisque, lobis ovatis angulatis dentatis spinosis, *capitulis in caule ramisque terminalibus oblongis 2 pluribusve congestis*, lateralibus sessilibus, foliolis involucri e basi lato-lanceolata acuminatis in spinam attenuatis apice patulis. ⊙. et ⊙. In locis incultis, ad muros, (um Triest, auf Istrien u. d. Inseln; auf Ballasterde am Ufer der Swine auf Swinemünde.) Jul. Aug. C. tenuiflorus Rostk.! et Schm. fl. sed. p. 407., non Sm. — C. tenuiflorus Smith., sec. specimen scoticum, a Dr. Wattson. communicato, ad sequentem speciem pertinet. — C. pycnocephalus L. est Cirsii species, conf. DC. cat. hort. monsp. p. 87. Variat foliis albo-maculatis et immaculatis, ramis florigeris alato-crispis brevioribus: C. tenuiflorus DC. fl. fr. 4. p. 79., var. γ. C. pycnocephalus Dub. bot. gall. p. 284.; et nudis elongatis gracilibus: C. pycnocephalus DC. fl. fr. 4. p. 79. C. tenuiflorus δ. elongatus Dub. l. c. G.

2. C. tenuiflorus (Curt. Lond. fasc. 6. t. 55.) foliis decurrentibus supra tenuiter-subtus albido-lanatis sinuatis pinnatifidisque, lobis ovatis angulatis dentatis spinosis, *capitulis aggregatis numerosis sessilibus subcylindricis*, foliolis involucri lanceolatis acuminatis in spinam attenuatis patulis. ⊙? In vallibus alpinis, (im obern Wallis, Gaud. Schleich.) C. tenuiflorus Smith. brit. 2. p. 829., ex specim. anglico et ex descriptione „caulis quadripedalis etc.“; in C. pycnocephalo caulis pedalis, sesquipedalis. C. tenuiflorus Schl. exs. C. microcephalus Gaud. helv. 5. p. 168. C. syncephalus Reichenb. fl. exc. p. 281. Capituli eadem ut in Carduo crispo magnitudo. H.

§. 2. Capitula ovata vel subrotunda.

3. C. acanthoides (L. sp. 1150.) *foliis decurrentibus glabris* vel subtus in venis villosis profunde pinnatifidis, *pinnis* ovatis *subpalmato-trifidis* dentatisque spinuloso-ciliatis, lobis dentibusque *spina valida terminatis*, *capitulis subsolitariis subrotundis*, *pedunculis brevibus crispatis spinosis*. ⊙. In locis incultis, ad vias. Jul. Aug. Engl. bot. t. 973. Jacq. a. t. 249. C. polyacanthos Schreb. lips. 15. Curt. Lond. fasc. 6. t. 54. Schleich. exs. C. crispus Huds. 350., non L. Variat foliolis involucri erectis et recurvatis atque recurvatis apiceque inflexis, pedunculisque summo apice altero latere nudis, altero ala angusta crispata notatis. — Carduum alpestrem Schleich. cat. 1821., C. acuminatum Gaud. helv. 5. p. 167., pedunculis bipollicaribus, vel totis vel altero latere tantum denudatis, instructum, insuper vero nulla alia nota diversum, ad varietates C. acanthoidis refero.

4. C. polyanthemos (L. mant. 109.) *foliis* decurrentibus sparsim pilosis *subtus in venis villosis vel arachnoideo-lanatis* profunde pinnatifidis, *pinnis* ovatis *subpalmato-trifidis* dentatisque ciliato-spinosis, lobis dentibusque spina validiore terminatis, *capi-*

tulis ovatis 3-5 aggregatis, pedunculis brevibus crispatis spinosis. ⊙. In locis incultis, agris, ad vias, (in d. Thälern des Jura gemein, Gaud.; bei Trier gesammelt von dem Präfect. Gerhards.) Jul. Aug. C. polyanthemos Schleich. exs. Tenor. syllog. p. 413. C. multiflorus Gaud. helv. 5. p. 166.

5. C. CRISPUS (L. sp. 115.) *foliis* decurrentibus supra sparsim pilosis *subtus lanato-tomentosis* et in venis subvillosis oblongis sinuato-pinnatifidis, *pinnis* ovatis *trilobis* dentatisque, lobo intermedio maiore, lobis dentibusque spinuloso-ciliatis spinaque validiore terminatis, *capitulis* subrotundis *aggregatis* solitariisque, *pedunculis brevibus spinosis* vel summo apice nudis. ⊙. In locis incultis, ad vias. Jul. Aug. Fl. dan. t. 621. Variat foliis inferioribus profundius pinnatifidis, superioribus integris sinuato dentatis. Varietatem foliis tenuiter dissectis vidi in herbario Cl. A. Braun. Varietas pedunculis longioribus monocephalis sub capitulo per spatium pollicare ala tenui tantum et unica instructis vel penitus nudis: C. arctioides Schleich. — C. acanthoidis var. canescens, a Schleichero collecta, in herbario amic. Zeyheri asservata, a C. crispo separari nequit.

6. C. PERSONATA (Jacq. a. 4. p. 25. t. 348.) *foliis* decurrentibus supra sparsim pilosis *subtus arachnoideo-lanatis* inaequaliter spinuloso-ciliatis, *superioribus* integris *ovatis* lanceolatisque serrato-dentatis, *inferioribus* circumscriptione lato-ovatis ad *costam mediam usque pinnatifidis*, pinnis oblongis acutis lobatis dentatisque, superioribus confluentibus, *capitulis* subrotundis *aggregatis*, ramis pedunculisque angustissime alatis vel summo apice nudis. ♃. In subalpinis et alpium convallibus ad torrentes, (durch die ganze Alpenkette; auf d. Vogesen, der Schwäb. Alp., dem Schwarzwald, den höhern Gebirgen von Böhmen, Mähren, u. Schles.) Jul. Aug. Arctium Personata L. sp. 1144. Carduus arctioides Vill. delph. 3. p. 22.

7. C. CANDICANS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 85. t. 83.) *foliis* decurrentibus supra sparsim pilosis *subtus lanato-tomentosis* profunde pinnatifidis, *pinnis ovatis trifidis* lobatisque, lobis spinuloso-ciliatis spinaque validiore terminatis, *ramis virgatis superne in pedunculum nudum abeuntibus* alis crispatis sursum sensim decrescentibus et evanescentibus, capitulis subsolitariis, *involucri foliolis* lineari-lanceolatis *adpressis*. ⊙. In locis apricis, incultis, (bei Triest!) Jul. Aug. Variat foliis etiam supra tomentosis et foliis utrinque fere calvescentibus. G.

8. C. HAMULOSUS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. p. 258. t. 233.) *foliis* decurrentibus supra sparsim pilosis *subtus arachnoideo-lanatis vel glabriusculis profunde pinnatifidis, pinnis ovatis trifidis* lobatisque, lobis spinuloso-ciliatis spinaque validiore terminatis, *ramis virgatis superne in pedunculum nudum abeuntibus* alis crispatis sursum sensim decrescentibus et evanescentibus, capitulis solitariis, *involucri foliolis* e basi lanceolata linearibus, *interioribus recurvatis*. ⊙. In locis siccis, incultis, ad vias, (in Oestreich, Host.) Jul. Aug. G.

9. C. ARCTIOIDES (Willd. sp. 3. p. 1656.) foliis decurrentibus subtus arachnoideo-pubescentibus denique glabris profunde pinnati-

fidis lobo terminali elongato, *pinnis lanceolatis* inaequaliter spinuloso-ciliatis *latere anteriore bi-trilobis*, *pedunculis denudatis* submonocephalis, involucri foliolis linearibus spinuloso-mucronatis a medio patentibus. ♃. In subalpinis et alpinis, (Krain auf d. Wocheiner Alpen, im Bodenthale in Kärnthen.) Jul. Aug. Cirsium arctioides Scop. carn. 2. p. 124. t. 53. Arctium carduelis L. mant. 439. Carduus centauroides Hoppe exs. G.

10. C. ALPESTRIS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 297. t. 267.) *foliis* decurrentibus *subtus arachnoideo-sublanatis* denique glabris *pinnatifidis vel pinnatifido-sinuatis*, *pinnis ovatis bifidis* inaequaliter spinuloso-ciliatis, *pedunculis denudatis* submonocephalis, involucri foliolis linearibus spinuloso-mucronatis a medio patentibus. ♃. In alpibus, (bisher blofs in Krain.) Jul. Aug. Variat foliorum lobis integris nec bifidis. Speciminibus intermediis in C. arctioidem transire, neque a C. Argemone Lam. dict. 1. p. 700., DC. fl. fr. 4. p. 83., non Schleich., diversus esse videtur, saltem C. medius Gouan., quem Cl. Bentham. huius varietatem foliis magis dissectis putat, secundum specimina a D. Codero in Pyrenaeis lecta a C. alpestri tanquam species separari nequit. G.

12. C. DEFLORATUS (L. sp. 1152.) *foliis* semidecurrentibus glabris vel subtus in venis pilosis lanceolatis glaucescentibus *subcoloribusque* spinuloso-ciliatis *dentato-serratis vel serrato-lobulatis*, *infimis superioribusque semidecurrentibus*, lobulis bifidis, pedunculis elongatis nudis, involucri foliolis linearibus spinuloso-mucronatis a medio patentibus. ♃. In montosis rupestribus, subalpinis et alpibus, (durch die ganze Alpenkette, südlich bis Triest u. Fiume hinab, im Jura, in Oberbaden, Würtemberg, Mähren, Thüringen, Baireuther Kalkgeb.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 89. C. cirsioides Vill. delph. 3. p. 12. Cirsium defloratum Scop. carn. 2. p. 127., errore inter Cirsia relatus. Caulis in spontanea planta simplex, 1-3 cephalus, in culta ramosus.

13. C. CRASSIFOLIUS (Hornem. hort. hafn. 2. p. 779.) foliis decurrentibus oblongo-lanceolatis lanceolatisve rigidis glabris *subtus glaucis* spinuloso-ciliatis *dentato-serratis vel serrato-lobulatis*, *infimis superioribusque semidecurrentibus*, lobulis bifidis, pedunculis elongatis nudis, involucri foliolis linearibus spinuloso-mucronatis a medio patentibus. ♃. In rupestribus montanis et subalpinis, (Kärnthen u. Krain; nicht in d. Schweiz, nach Gaud.) Jul. Aug. C. Argemone Schleich. exs., non Lam. C. defloratus β. crassifolius DC. cat. h. monsp. p. 14. C. summanus Pollin. ex Spreng. syst. veg. 3. 382. C. transalpinus Sut. helv. 172. C. glaucus Baumg. transs. 3. p. 58. Foliis rigidioribus glaucis solummodo a C. deflorato differt; an varietas? G.

14. C. CARLINAEFOLIUS (Lam. dict. 1. p. 700.) *foliis* decurrentibus lanceolatis rigidis *subtus glaucis* glabris vel subtus ad venas villosis sinuato-pinnatifidis spinuloso-ciliatis, *supremis semidecurrentibus*, *pinnis bifidis spina valida terminatis*, pedunculis elongatis nudis, involucri foliolis linearibus spinoso-mucronatis patulis. ♃. In montosis Helvet. transalpinae, (im Canton Tessin, häufig auf dem Monte Generoso.) Jul. Aug. C. montosus Pollin. — Lobulis

foliorum spina valida terminatis a praecedentibus duobus differt, sed ex sententia Cl. Halleri filii varietas C. deflorati est. H.

Sect. II. Clastolepidoti. Involucri foliola supra basin ovatam subconstricta et cum plica transversa refracta.

15. C. nutans (L. sp. 1150.) foliis decurrentibus supra glabriusculis subtus in venis villosis profunde pinnatifidis, pinnis ovatis subpalmato-trifidis dentatisque spinuloso-ciliatis, lobis dentibusque spina valida terminatis, *capitulis* subrotundis *solitariis nutantibus, foliolis involucri intermediis supra basin ovatam constrictis supra stricturam lanceolatis* in spinam validam acuminatis refracto-patentibus. ⊙. In pascuis siccis, ad vias. Jul. Aug. Varietatem capitulis minoribus, foliolis involucri dimidio angustioribus, supra stricturam purpureis communicavit mecum amic. A. Braun., qui eam pro hybrida prole ex C. nutante et acanthoide habet.

16. C. platylepis (Sauter. ap. Reichenb. fl. exc. p. 282.) foliis decurrentibus supra glabriusculis subtus in venis villosis profunde pinnatifidis, pinnis ovatis subpalmato-trifidis dentatisque spinuloso-ciliatis, lobis dentibusque spina validiore terminatis, *capitulis* subrotundis erectis *geminis altero sessili horizontali solitariisque, foliolis involucri intermediis supra basin ovatam subconstrictis* supra stricturam lanceolatis in spinam acuminatis. ⊙. In agris et pratis convallium alpinarum, altitud. 4000 ped., Tyrolis septentrion., (bei Kitzbichel u. Lofer.) Jul. Aug. G.

51. ONOPORDUM (L. gen. n. 927.) Receptaculum favosum; cetera ut Cardui. — Flores purpurei.

1. O. Acanthium (L. sp. 1158.) foliis elliptico-oblongis sinuatis arachnoideo-lanatis, *involucri foliolis e basi ovata lineari-subulatis, inferioribus patentissimis.* ⊙. In locis incultis, ad vias. Jul. Aug. Schk. t. 230. Variat statura humiliore, foliis magis crispatis et lanatis: O. Schultesii Mag. Brettinger. in lit. ad amicos.

2. O. illyricum (L. sp. 1158.) foliis lanceolatis pinnatifidis arachnoideo-lanatis, *involucri foliolis ovato-lanceolatis, inferioribus arcuato-deflexis.* ⊙. In locis siccis sterilibus, (in den am Meere gelegenen Gegenden Istriens, Host.) Jul. Aug. Jacq. h. vind. t. 148. J.

52. LAPPA (Tournef. inst. 450. Lam. dict. 1. 377.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi. Filamenta libera. Pappus pilosus brevis multiserialis. Involucri foliola mucrone uncinato acutissimo.

1. L. major (Gärtn. fr. 2. p. 379. t. 162., capitulum.) involucris glabriusculis, foliolis *omnibus subulatis uncinatisque, interioribus concoloribus*, capitulis subcorymbosis. ⊙. In ruderatis, fluviorum glareis, ad vias. Jul. Aug. L. officinalis All. ped. 1. p. 145. Arctium majus Schk. 3. p. 49. Arctium Lappa Willd. sp. 3. 1631. Hayn. arzng. 2. t. 35. Capitula duplo majora, quam in sequente. Cilia foliolorum involucri in speciminibus a me examinatis, et huius speciei et sequentium, inter se diversa non erant.

2. L. MINOR (DC. fl. fr. 4. p. 77.) involucris arachnoideo-subvillosis, foliolis *omnibus subulatis uncinatisque, interioribus subcoloratis*, capitulis racemosis. ⊙. In ruderatis, ad vias; affinibus dimidio mense citius floret, Schult. obs. bot. p. 171. Arctium minus Schk. 3. p. 49. Camerar. epit. p. 887. ic. — Sub varietate *α.* Arctii Lappae Linnaeus et hanc et praecedentem comprehendit.

3. L. TOMENTOSA (Lam. dict. 1. p. 377.) involucris arachnoideo-lanatis, *foliolis interioribus lanceolatis cum mucronulo recto obtusis* coloratis subradiantibus, capitulis subcorymbosis. ⊙. Cum prioribus. Jul. Aug. Arctium tomentosum Schk. l. c. Arctium Bardana Will. sp. 3. 1632. Hayn. arzng. t. 36.

Trib. XI. *CARLINEAE* Cassin. Involucra multiflora. Flores hermaphroditi. Pappus uniserialis, ramosus, deciduus.

53. CARLINA (L. gen. n. 929.) Involucrum imbricatum, foliolis intimis radiantibus scariosis. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi. Pappus deciduus, radii basi in annulum connati, ramosi, ramis plumosis. Recept. paleaceum, paleis apice fissis.

§. 1. Caule monocephalo.

1. C. ACAULIS (L. sp. 1160.) *acaulis vel caulescens, caule monocephalo*, foliis glabris vel subtus arachnoideo-sublanatis profunde pinnatifidis, pinnis angulato-lobatis dentatis, involucri *foliolis radiantibus* a basi ultra medium linearibus *apice lanceolatis, palearum fibris longioribus obtuse clavatis.* ⊙. In collibus siccis, ericetis, pascuis montosis, (im mittlern u. südl. Gebiete auf Kalkboden, u. auch hier nicht überall.) Jul. Aug. Hayn. arzng. 10. t. 45. C. Chamaeleon Vill. delph. 3. p. 31. C. caulescens Lam. dict. 1. p. 623. C. subacaulis DC. fl. fr. 4. p. 122. C. alpina Jacq. en. stirp. vind. p. 274.

2. C. SIMPLEX (Waldst. et Kit. pl. rar. h. p. 164. t. 152.) *caule monocephalo*, foliis glabris vel subtus arachnoideo-sublanatis profunde pinnatifidis, pinnis angulato-lobatis dentatis, involucri *foliolis radiantibus lanceolatis* infra medium attenuatis, *palearum fibris longioribus apice obtuse clavatis.* ⊙. In montosis et subalpinis apricis, (um Veldes u. anderwärts in Oberkrain, Dr. Graf.) Jul. Aug. C. aggregata Willd. sp. 3. 1694. G.

3. C. ACANTHIFOLIA (All. ped. 1. 156. t. 51.) *acaulis*, foliis subtus incano-lanatis, exterioribus pinnatifidis angulato-dentatis, intimis integris dentatis, *palearum fibris longioribus filiformibus acuminatis.* ⊙. In locis saxosis sterilibus, (in Istrien auf d. Monte Maggiore, in d. Landessprache Utzka genannt; auf d. Platnik, bei Murenfeld, Wulf.) Jun.-Aug. C. Utzka Hacq. pl. alp. p. 9. t. 1. J.

§. 2. Caule pleiocephalo.

4. C. LANATA (L. sp. 1160.) *caule subtricephalo*, foliis lanceolatis inaequaliter dentatis tomentoso-lanatis, *involucri foliolis* subbipinnatifido-spinosis, *interioribus* lanceolatis *in spinam attenuatis, radiantibus* lineari-lanceolatis basi attenuatis *glabris.* ⊙. In

locis siccis arenosis, (in Istrien gegen das Meer hin nicht selten, Wulf.) Jul. Aug. C. Pola Hacquet. pl. alp. p. 29. t. 4. f. 3. Radius involucri purpureus. J.

5. C. CORYMBOSA (L. sp. 1160.) *caule subcorymboso*, foliis oblongo-lanceolatis sinuatis dentatis, *involucri foliolis* subbipinnatifido-spinosis, *interioribus oblongis obtusis mucronatis*, *radiantibus* lanceolatis basi attenuatis *glabris*. ⊙. In saxosis asperis, (einzeln an trocknen Abhängen im Triestiner Gebiete, Bartling; bei Fiume an der Kirche Sanct Veit häufig.) Wulf. in Jacq. coll. 4. p. 306. J.

6. C. VULGARIS (L. sp. 1161.) *caule di-polycephalo* subcorymboso, foliis oblongo-lanceolatis sinuatis dentatis, *involucri foliolis* exterioribus bipinnatifido-spinosis, interioribus lanceolatis attenuato-mucronatis, *radiantibus* lineari-lanceolatis basi paulo latioribus ad *medium usque ciliatis*, *bracteis capitulo brevioribus*. ⊙. In locis incultis, sylvaticis. Jul. Aug. Schk. t. 232.

7. C. LONGIFOLIA (Reichenb. icon. vol. 8. p. 25. t. 1008.) *caule mono-tricephalo*, foliis lanceolatis remote dentatis, inferioribus elongato-lanceolatis, *involucri foliolis* exterioribus bipinnatifido-spinosis, interioribus lanceolatis attenuato-mucronatis, radiantibus lineari-lanceolatis basi paulo latioribus *ad medium usque ciliatis*, *bracteis capitulo longioribus*. ⊙. In montosis et alpinis, (an felsigen Abhängen oberhalb dem Sintersbachwasserfall fast 5000′ hoch bei Kitzbichel in Tyrol; auf d. Hohneck in d. Vogesen.) Jul. Aug. G.

54. STAEHELINA (L. gen. n. 614.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi. Pappus deciduus, ramosus, radii basi in annulum connati, ramosi, ramis simplicibus, capillaribus, pinnatim dispositis. Receptaculum paleaceum, paleis profunde fissis.

1. S. DUBIA (L. sp. 1176.) foliis linearibus remote denticulatis supra canescentibus subtus tomentosis, foliolis involucri lanceolatis, pappo involucrum longe excedente. ♄. In locis siccis sterilibus, (auf Cherso u. Osero, Wulfen.) Jun. Gerard. prov. t. 6. J.

Trib. XII. *SERRATULEAE* Cass. Involucra multiflora. Flores hermaphroditi. Pappus pluriserialis, plumosus vel pilosus, persistens, serie intima ceteris longiore.

55. SAUSSURÉA (DC. ann. mus. 16. p. 198.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi. Pappus plumosus persistens, radiorum exteriorum pauci, breves et denticulati. Receptaculum setoso-paleaceum. Flores omnium purpurei.

1. S. ALPINA (DC. fl. fr. 5. p. 466.) *foliis subtus arachnoideo-tomentosis* supra denique glabris, *radicalibus ovato-lanceolatis* basi rotundatis petiolatis, caulinis lanceolatis, superioribus sessilibus, capitulis corymboso-congestis. ♃. In locis graminosis alpium graniticarum editiorum, (auf den Penninischen u. Rhaetischen Alpen der Schweiz, sodann in Tyrol u. auf den Norischen Alpen zwischen Kärnthen u. Krain.) Jul. Aug. Serratula alpina L. sp. 1145. var. α et β. Fl. d. t. 37?

2. S. DISCOLOR (DC. l. c.) *foliis subtus niveo-tomentosis* supra denique glabris, *radicalibus* caulinisque inferioribus *ovato-lanceolatis basi cordatis* petiolatis, summis sessilibus lanceolatis, capitulis corymboso-congestis. ♃. In rupium fissuris summarum alpium graniticarum, (auf den Penninischen u. Lepontinischen Alpen, Bernhardin, Splugen, Simplon u. a.) Jul. Aug. Serratula discolor Willd. sp. 1641. S. alpina γ. L. sp. 1145. Hall. helv. 1. t. 6. H.

3. S. PYGMAEA (Spreng. syst. veg. 3. p. 381.) *foliis lineari-lanceolatis linearibusve* supra sparsim-subtus dense hirsutis integerrimis denticulatisve, foliolis involucri exterioribus apice patulis, *caule monocephalo*. ♃. In locis petrosis alpium calcarearum, (Oestreich, Steyermark u. Krain.) Jul. Aug. Serratula pygmaea Jacq. a. t. 440. Cnicus pygmaeus L. sp. 1156. Cirsium pygmaeum Scop. carn. 2. p. 123. Lagurostemon pygmaeus Cass. dict. sc. nat. v. 53. p. 466. Antherarum caudae vix magis pilosae, quam in antecedentibus. G.

56. SERRÁTULA (L. gen. n. 924., excl. spec.) Involucrum imbricatum. Capitulum homogamum, monoclinicum vel dioicum. Flores omnes tubulosi. Pappus pilosus, pluriserialis, serie radiorum intima longiore. Receptaculum setoso-paleaceum. — Filamenta plus minusve scabra.

Sect. I. SERRATULAE GENUINAE. Filamenta a basi papilloso-scabra. Capitula dioica. Serratula Cass.

1. S. TINCTORIA (L. sp. 1144.) foliis scabriusculis argute serratis ovatis integris lyratis pinnatifidisve, *capitulis oblongis corymbosis*. ♃. In sylvis et pratis sylvaticis humidis. Jul. Aug. St. h. 3.

2. S. RADIATA (MBieb. taur. cauc. 3 p. 545.) *foliis pubescenti-scabris pectinato-pinnatifidis*, laciniis lanceolatis acutis subserratis, caule tenuioso, pedunculis elongatis monocephalis, involucris subglobosis, foliolis mucronato-spinosis. ♃. In montosis calcareis siccis, (bisher blofs bei Burkersdorf in d. Geg. v. Wien, Sauter.) Jun. Jul. S. centauroides Host. fl. a. 2. p. 449., non L. Carduus radiatus W. et K. pl. r. h. t. 11. G.

Sect. II. RHAPONTICUM. Filamenta a basi ad medium glabra, superne papilloso-scabra.

3. S. NUDICAULIS (DC. fl. fr. 4. p. 86.) foliis inferioribus elliptico-oblongis oblongisve obtusis in petiolum decurrentibus integris, superioribus anguste lanceolatis inciso-paucidentatis integrisve sessilibus, *caule monocephalo* superne nudo, involucro ovato, *foliolis exterioribus spinuloso-cuspidatis, interioribus apice dilatatis scariosis*. ♃. In alpibus Europae australis, (bisher blofs auf d. Saleve im Jura.) Jun. Jul. Centaurea nudicaulis L. sp. 130. Carduus cerinthefolius Vill. delph. 3. p. 24. C. cerinthoides Willd. sp. t. 1160. C. glaucus Cav. ic. t. 226. Gerard. prov. t. 5. H.

4. S. RHAPONTICUM (DC. fl. fr. 4. p. 87.) foliis petiolatis ovato-oblongis denticulatis subtus lanato-tomentosis, radicalibus subcordatis, superioribus lanceolatis, *caule monocephalo, involucri foliolis apice in appendicem lato-ovatam scariosam inermem dila-*

tatis. ♃. In alpibus australioribus, (auf d. Walliser, Graubündner, Südtyroler u. Südkrainer Alpen, den Steiner Alpen.) Jul. Aug. Rhaponticum scariosum Lam. fl. fr. 2. p. 38. Centaurea Rhapontica L. sp. 1294.

Sect. III. Jurinea Cass. Filamenta glabra vel subscabra.

5. S. mollis (Koch. Deutschl. fl. vol. ined.) foliis subtus tomentosis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis, caule superne nudo submonocephalo, *involucris* subglobosis, foliolis lanceolato-subulatis *arachnoideo-lanatis*, *acheniis lamellato-plicatis.* ♃. In locis incultis apricis, (in dem östr. Littorale u. von da durch Krain, Untersteyermark, Niederöstreich bis nach Mähren.) Mai. Jun. Carduus mollis L. sp. 1156. Jacq. a. t. 18. Serratula cyanoides Gärtn. fruct. t. 162. (excl. syn.) S. simplex DC. ann. mus. paris. a. 8. fasc. 9. h. 14. S. blanda MB. taur. cauc. 3. p. 549. Jurinea mollis Reichenb. fl. exc. p. 290. Variat foliis integris. G.

6. S. Pollichii (DC. cat. h. monsp. p. 145.) foliis subtus tomentosis pinnatifidis, pinnis linearibus integerrimis, caule monooligocephalo, capitulis terminalibus solitariis subglobosis, foliolis involucri lanceolato-subulatis *tomentoso-canis*, *acheniis laevibus* obsolete scrobiculatis. ♃. In campis arenosis et collibus siccis incultis, (Rheinfläche von Maxdorf bis Mainz; v. Frankf. a. M. stellenweise bis Werthheim u. Würzburg; Thüringen am Unterharze u. bei Halle; Böhmen; Mecklenburg.) Jul. Aug. S. cyanoides DC. l. c. n. 13. MBieb. taur. cauc. 3. p. 550. Carduus cyanoides MB. l. c. 2. p. 272., excl. syn. Linn. Spreng. hal. ed. 1. p. 229. t. 11. C. mollis Poll. palat. 2. p. 421. Acarna cyanoides Wib. werth. p. 169. — Folia neutiquam decurrunt, (non pauca specimina in loco natali examinavi,) qua de causa Carduus cyanoides Linn. sp. pl. 1152., „foliis decurrentibus" huc referri nequit, licet synonymon Gmel., sib. 2. p. 42. t. 15., sub var. *α.* allegatum, ad nostram plantam pertineat. G.

Trib. XIII. *CENTAURIEAE* Less. syn. comp. p. 6. Involucra multiflora. Flores hermaphroditi, vel marginales neutri. Pappus pluriserialis, plumosus vel pilosus, persistens, serie radiorum penultima ceteris longiore; vel pappus nullus.

57. CARTHAMUS (L. gen. n. 931., excl. spec.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi, conformes. Achenium quadricostatum. Pappus nullus. Receptaculum setoso-paleaceum.

1. C. tinctorius (L. sp. n. 1162.) foliis integris dentato-serratis cauleque glabris, serraturis spinulosis . . ⊙. Ex Aegypto allatus ad usum tinctorium colitur. Lam. ill. t. 661. f. 3. Flores initio flavi fauce crocea, denique toti crocei. Colit.

58. KENTROPHYLLUM (Neck. DC.) Involucrum imbricatum. Flores hermaphroditi, omnes tubulosi, conformes. Pappus florum omnium paleaceo-setosus, pluriserialis, radiis lanceolato-linearibus,

serie penultima longiore, intima multo breviore, connivente; vel florum marginalium nullus. Receptaculum setoso-paleaceum.

1. K. LANATUM (DC. in Dub. bot. gall. p. 293.) foliis inferioribus pinnatifidis dentatis, summis amplexicaulibus pinnatifido-dentatis, caule involucrisque lanatis, floribus marginalibus pappo destitutis. ⊙. In montosis et ad vias, (im wärmern Krain, Scop.; bei Fiume, Noé.) Jul. Aug. Flores citrini. Carthamus lanatus L. sp. 1163. Centaurea lanata DC. fl. fr. 4. p. 102. Atractylis Fusus agrestis Gärtn. fruct. 2. 381. t. 161. A. lanata Scop. carn. 2. p. 134. G.

59. CENTAURÉA (L. gen. n. 984.) Involucrum imbricatum. Flores marginales neutri, tubus sensim in limbum infundibuliformem ampliatus; disci hermaphroditi, limbus basi tubo latior vel ventricosus. Achenium compressum. Pappus pluriserialis, radiis setiformibus vel linearibus, serie penultima longiore, intima breviore connivente; rarius nullus. Receptaculum setoso-paleaceum.

Sect. I. JACÉA Juss. Involucri foliola appendice scariosa terminata aut integra, aut in foliolis intermediis et exterioribus fimbriato-partita, fimbria ultima setacea ceteris non crassiore, nec rigidiore. Flores omnium specierum nostrarum carnei vel purpurei.

1. C. SPLENDENS (L. sp. 1293.) *appendicibus* foliorum involucri scariosis *pellucidis ovatis integris* inflato-concavis, pappo ovarium subaequante, *foliis* scabris, *inferioribus bipinnatifidis*, superioribus simpliciter pinnatifidis, pinnis omnium linearibus mucronatis. ♃. In montanis apricis, (im Littorale bei Triest, Fiume; im Cant. Tessin.) Jul. Aug. Stoebe salmantica tertia Clus. hist. 2. p. 10., icon. — Involucri appendices quandoque in disco macula fusca notatae.— C. alba L., quae C. splendenti valde similis, capitulis vero minoribus, foliisque superioribus integris, vel basi tantum dentibus 2-4 instructis diversa est, in ditione florae nostrae non crescit; conf. quoque Gaud. fl. helv. 5. p. 407, in annotatione.

2. C. JACEA (L. sp. 1293.) *appendicibus totum involucrum obtegentibus* scariosis concavis ovatis integris laceris vel inferioribus pectinato-fimbriatis, *pappo nullo, foliis lanceolatis integris vel inferioribus remote sinuatis pinnatifidisve.* ♃. In pratis siccis, locis incultis. Jun.-autumn. St. h. 4. Planta polymorpha; variat: caule erecto pleiocephalo, ramoso virgato polycephalo, et humili digitali, imo pollicari, monocephalo, prostrato vel adscendente; foliis indivisis, dentatis integerrimisve, vel remote sinuatis pinnatifidisque, lobis in utroque latere plerumque duobus ovatis, lanceolatis linearibusve; colore foliorum viridi vel ob indumentum arachnoideo-lanatum canescente; atque

α. *genuina*, appendicibus foliorum involucri omnibus integris vel tantum lacero-fissis.

β. *pratensis*, glabriuscula, viridis, foliis latioribus denticulatis vel ciliatis, capitulis majoribus, appendicibus exterioribus pectinato-fimbriatis: C. pratensis Thuill. fl. par. ed. 2. p. 444. Reichenb. ic. 10. f. 1294.

γ. *decipiens*, arachnoideo-sublanata, foliis angustis, hinc inde dentatis, vel pinnatifidis, appendicibus exterioribus pectinato-fimbria-

tis, recurvis: C. decipiens Thuill. l. c. p. 445. Pers. syn. 2. p. 483. n. 30. Reichenb. ic. 10. f. 1316.

δ. capitata, flores marginales ceteris non maiores: C. Jacea c. capitata Koch. et Ziz. cat. plant. palat. p. 15. Haec in pratis Palatinatus ad Rhenum, juxta fluvium Nahe inter Croneberg et Oberstein sitis copiose provenit.

Centauream amaram Schleich. et Gaud. charactere certo definire nequeo. Involucri appendices pallidiores quidem et, ut videtur, paulo latiores sunt, et lana caulis foliorumque copiosior apparet, sed hae notae varietatem potius, quam speciem designant. — C. amara, a Cl. Bertolonio in amoen. ital. descripta, mihi ignota est.

3. C. NIGRESCENS (Willd. sp. 3. 2288.) *appendicibus* involucri ovatis erectis vel apice recurvis pectinato-fimbriatis *ab invicem remotis*, fimbriis latitudinem disci subaequantibus, interioribus subrotundis lacero-dentatis, *pappo nullo*, *foliis* oblongis ovatisque denticulatis *integris vel inferioribus lyrato-sinuatis*. ♃. In pratis, praecipue montanis, etiam alpinis, (Krain am Loibl, Wocheiner Alpen bis Duino u. Monfalcone hinab; im Cant. Tessin d. Schw. sehr häufig.) Jul. Aug. C. dubia Sut. helv. 2. 202. C. denticulata Lej. rev. p. 183. C. vochinensis Bernh. C. transalpina Schleich. exs. — Variat:

β. capitata, floribus marginalibus ceteris non maioribus: C. flosculosa Reichenb. ic. 4. f. 543. (non Balb.)

4. C. AUSTRIACA (Willd. sp. pl. 3. 2283. herbar. n. 1641. fol. 1.) *appendicibus* involucri e basi lanceolata *longe subulatis recurvatis pinnato-fimbriatis*, fimbriis infimis approximatis, superioribus remotis, omnibus setaceis, *appendicibus serierum trium interiorum subrotundis* lacero-dentatis *exteriores supereminentibus*, pappo achenio triplo breviore, capitulis ovatis, foliis oblongo-ellipticis lanceolatisque serrato-dentatis, caule erecto ramoso. ♃. In pratis et sylvaticis montanis, (bei Königsberg, Meyer!, Rosenberg in Oberschlesien, Wimmer!) Jul. Aug. C. austriaca Willd. sp. 3. p. 2283. herbarii Willd. n. 16541. fol. 1., specimen a b. Kitaibelio cum auctore communicatum; (fol. 2. specimen C. nervosae offert, absque dubio cultum, ceteroquin cum signo? asservatum.) C. cirrata Reichenb. ic. 10. f. 1295. — C. austriaca utique C. Phrygiae valde similis; differt tamen capitulis magis ovatis, appendicibus foliorum involucri exteriorum non adeo elongatis, et seriebus tribus interioribus apice tantum lacero-fimbriatis vel integris, ceteras conspicue supereminentibus; an nihilo minus varietas? G.

5. C. PHRYGIA (L. sp. 1287.) *appendicibus* involucri e basi lanceolata *longe subulatis recurvatis pinnato-fimbriatis*, fimbriis infimis approximatis, superioribus remotis, omnibus elongatis setaceis, appendicibus seriei intimae subrotundis lacero-dentatis fimbriis seriei subsequentis tectis, *pappo achenio triplo breviore*, capitulis subrotundis, foliis oblongo-ellipticis ovatisque integris denticulatis, *caule* erecto *ramoso*. ♃. In sylvis et pratis montanis et subalpinis, (in d. Schweiz u. in d. Alp. bis Oestreich; von Mähren durch Böhm., Schles., Thüring. an d. Harz, u. noch hin u. wieder stellenweise.) Jul. Aug. C. phrygia Willd. sp. 3. p. 2282. herbar. n. 16539.! et

L. sp. 1287. secund. synonyma; diagnosis Linnaeana notam, qua C. phrygia a C. nervosa Willd. distinguatur, non praebet. C. austriaca Reichenb. ic. 4. f. 555. — C. flosculosa Balbis, secundum specimina ab ipso auctore, in herbario Fröl. et Willd., mihi varietas capitata C. phrygiae videtur.

6. C. NERVOSA (Willd. en. hort. berol. 2. p. 925. herbar. 16545.) *appendicibus* involucri e basi lanceolata *longe subulatis recurvatis pinnato-fimbriatis*, fimbriis infimis approximatis, superioribus remotis, omnibus elongatis setaceis, appendicibus seriei intimae subsubrotundis lacero-dentatis fimbriis seriei sequentis tectis, *pappo achenium subaequante*, *caule simplici monocephalo*, capitulo subrotundo, foliis lanceolatis integris denticulatis, superioribus basi profundius dentatis et subtruncatis. ♃. In pascuis alpinis, (Schweiz, südl. Tyrol, Krain.) Jul. Aug. C. Berini Sieb. herb. fl. a. n. 526. C. phrygia Reichenb. ic. 4. f. 554. C. phrygia β. helvetica Gaud. helv. 5. p. 393. C. austriaca Roch. bann. t. 36. — C. ambigua Thom. pl. exsicc. comprehendit specimina parva. — Caulis in planta culta ramum unum alterumve adquirit.

Centaurea uniflora L. mant. 118., alpium Sabaudiae et Delphinatus incola, in Helvetia vero et in Germania certo nondum reperta, simillima est C. nervosae, differt tamen foliis elongatis integerrimis vel subtiliter denticulatis et cum caule albido lanatis, superioribus basi rotundatis, non truncatis; nihilo minus illam in hanc transire, suspicor.

7. C. NIGRA (L. sp. 1288.) *appendicibus* involucri *erectis lanceolatis pinnato-fimbriatis, fimbriis setaceis latitudine disci duplo longioribus*, *omnibus approximatis* involucrum obtegentibus, appendicibus interioribus subrotundis lacero-dentatis, pappo achenio triplo breviore, *foliis lanceolatis* hirsutiusculis, inferioribus dentatis vel subsinuatis. ♃. In locis montosis inter virgulta, ad vias, (in d. Gebirgen von Basel an durch Würtemberg u. durch Elsafs längs dem Rheine bis nach d. Niederlanden u. Westphalen; in Niederöstreich.) Jul. Aug. Icon in Reichard. fl. moeno-franc. bona.

Sect. II. CYANUS L. sp. 1287. Appendix vel margo apicis foliorum involucri scariosus, fimbriato-fissus; fimbria terminali latiore et validiore, (quamquam non raro ceteris brevior occurrit,) saepe spinulosa vel etiam rigide spinosa. Longitudo apicis spinosi valde variabilis est et quidem in una eademque specie.

8. C. MONTANA (L. sp. 1289.) foliolis involucri atrato-marginatis serrato-fimbriatis, *fimbriis latitudinem marginis subaequantibus*, *foliis decurrentibus* oblongo-lanceolatis indivisis integerrimis denticulatisve. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (durch d. ganze Alpenkette u. v. d. Schweiz durch die Gebirge von Würtemberg, Baden, Elsafs auf beiden Seiten bis zum Unterrheine; v. Oestreich dch. Mähren, Schlesien u. Böhmen bis zum Harze stellenweise.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 371. C. mollis W. et K. pl. rar. h. t. 219. Folia magis minusve decurrentia. Fimbriae planae plerumque cum margine ipso atratae. Flores marginales cyanei, disci rubro-violacei. Folia lana arachnoidea adpressa tecta, vel glabriuscula.

9. C. AXILLARIS (Willd. sp. p. 2290.) foliolis involucri atrato-marginatis serrato-fimbriatis, *fimbriis subcartilagineis margine ipso subduplo-longioribus*, *foliis decurrentibus* elongato-lanceo-

latis integris sinuatisve. ♃. In montosis reg. calid., (Schweiz jenseits d. Alpen; Krain, Littor.) Jul. Aug. Flores antecedentis speciei. Variat margine foliolorum involucri dilute fuscescente cum fimbriis albis, et nigro cum fimbriis basi fuscis et apice albis; porro

α. *stricta*, altior, folia integra, superiora per caulem ala lata decurrentia: C. stricta W. Kit. pl. r. b. p. 194. t. 178.

β. *carniolica*, altior, folia sinuato-dentata, dentibus angulisve utrinque duobus: C. carniolica Host. fl. a. 2. p. 517. C. Triumfetti All. ped. 1. p. 158.

γ. *seusana*, humilis, folia angustissime decurrentia, linearia, duas circiter lineas lata, inferiora remote dentata: C. seusana Vill. delph. 3. p. 52. C. variegata Lam. dict. 1. 668.

10. C. Cyanus (L. sp. 1289.) *foliolis involucri* sphacelato-marginatis *serrato-fimbriatis, foliis lineari-lanceolatis, infimis basi dentatis*, radicalibus obovato-lanceolatis integris trifidisque, pappo achenium subaequante. ⊙. Inter segetes ubique. Jun. Jul. St. h. 4. Flores marginales cyanei, disci violacei.

11. C. Scabiosa (L. sp. 1291.) *appendicibus involucri* subrotundi *atratis* triangularibus acutis planis *fimbriatis foliola enervia non occultantibus*, fimbriis flexuosis, terminali brevi vel in spinam producta, pappo ovarium subaequante, *foliis* sublanatis scabris glabrisve *pinnatifidis bipinnatifidisque, laciniis lanceolatis puncto calloso terminatis*. ♃. In collibus siccis, incultis, ad agrorum viarumque margines tam planitierum quam montium et reg. subalpinarum. Jul. Aug. Flores violacei. Variat foliorum laciniis latioribus lanceolatis et angustioribus linearibus, dentatis integerrimisque, rarius foliis integris lanceolatis et superioribus tantum basi pinnatifidis, capitulis lanatis glabrisque, atque

α. *vulgaris*, foliis margine scabris et superficie hirtis, rarius tomentosis, involucro plus minusve lanato.

β. *coriacea*, foliis glabris margine scabris, involucris fere glabris: C. coriacea W. Kit. pl. r. hung. 2. p. 214. t. 195., specimen pinnis latiuscule lanceolatis; at praeter defectum indumenti discrimen non reperio inter hanc et similem formam C. Scabiosae vulgaris.

γ. *badensis*, folia margine et faciebus glabra: C. badensis Tratt.

δ. *spinulosa*, fimbria terminali foliolorum involucri in spinam longiusculam validiorem mutata: C. spinulosa Roch. bannat. p. 76. t. 36, f. 76. C. Stoebe herb. Willdenow. n. 16575. Mihi varietas spinulosa C. Scabiosae videtur; per totam Germaniam sparsim occurrit. Simili modo variant C. orientalis, atropurpurea, rupestris, aliaeque.

Centaurea stereophylla Bess., ab ipso Cl. auctore in herbario Schultesiano, cuius specimen in ditione fl. nostr. lectum nondum vidi, C. Scabiosae, quod folia attinet, similis, differt capitulis duplo minoribus et appendicibus involucri minutissimis. His notis convenit cum varietate adonidifolia C. rupestris, a qua discrepat foliis non adeo tenuiter dissectis, laciniis puncto calloso, neque tenui mucrone, terminatis, et colore florum.

12. C. SORDIDA (Willd. sp. 3. p. 2323.) *appendicibus involucri* subrotundo-ovati *atratis* triangularibus acutis planis *fimbriatis foliola enervia non occultantibus*, fimbriis flexuosis, terminali brevi vel in spinam producta, pappo ovarium subaequante, *foliis* sublanatis margine scabris glabrisve, *radicalibus bipinnatis*, *caulinis superioribus pinnatifidis*, *laciniis linearibus acute mucronatis*. ♃. In pratis siccis Littoralis et Carnioliae, (Adelsberg u. am Fufse des B. Nanas, Dr. Graf!, Fiume, Noé!, Triest, Schiede!) Jun. Jul. C. variabilis γ. sordida Bartl. in Wendl. beitr. 2. 114. Flores nunc sordide lutei, nunc sordide purpurascentes; hybrida planta videtur e C. Scabiosa et rupestri. Cl. Schiedeo e C. Scabiosa et collina orta videbatur, qua de causa collino-scabiosam nuncupavit, conf. dissert. d. pl. hyb. p. 62. Variat:

α. *lutescens*, appendicum fimbria terminali vix spinulosa; floribus simul sordide lutescentibus: C. pubescens Willd. sp. 3. p. 2322. herbar. 16644!

β. *purpurascens*, appendicum fimbria terminali in spinam validiorem mutata; floribus simul sordide purpurascentibus: C. sordida Willd. l. c. herbar. n. 16645. G.

13. C. RUPESTRIS (L. sp. 1298.) *appendicibus* involucri oblongo-ovatis *brevibus fuscescentibus* planis fimbriatis, fimbriis flexuosis, terminali breviter valideve spinosa, pappo ovario breviore, *foliis* glabris margine scabris vel subtus floccoso-lanatis, *radicalibus bipinnatis*, *caulinis superioribus pinnatifidis*, *laciniis linearibus acute mucronatis*. ♃. In apricis rupestribus, pratis montanis, (auf d. Karsch; auf d. Bergen bei Fiume.) Jun. Jul. Flores citrini vel aurei. C. variabilis α. et β. Bartling. in Wendl. beitr. 2. 114.

α. *subinermis*, spina foliorum involucri brevis, saepe appendice ipsa brevior: C. rupestris L. l. c. ex descript. C. adonidifolia Reichenb. fl. exc. p. 217.

β. *armata*, spina foliolorum intermediorum valida, involucro dimidio fere longior: C. rupestris Reichenb. l. c. C. collina Scop. carn. 2. p. 141. G.

Specimen C. collinae Linn., in dit. fl. nostr. lectum nondum vidi; b. Host., forte per errorem, eam inter plantas Carniolicas recepit.

14. C. PANICULATA (L. sp. 1289.) *appendicibus involucri* ovati triangularibus spinula brevi terminatis *fimbriatis foliola 5 nervia non obtegentibus*, fimbriis subcartilagineis flexuosis, *pappo ovarium dimidium aequante*, foliis scabris sublanatis, radicalibus subbipinnatis, caulinis pinnatis, pinnis foliisque rameis indivisis linearibus, caule erecto superne paniculato. ⊙. In collibus incultis apricis, ad vias, (stellenweise durch das ganze Gebiet.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 320. Flores dilute violacei.

15. C. CRISTATA (Bartling. in Wendl. beitr. 2. p. 119.) appendicibus involucri lato-ovatis fimbriatis foliola exteriora obtegentibus, fimbriis cartilagineis flexuosis, terminali in spinam producta vel subaequali, *pappo nullo*, foliis scabris, *radicalibus subtripinnatis*, *caulinis pinnatis*, pinnis foliisque supremis linearibus, caule ramo-

sissimo divaricato. ⊙. In locis lapidosis siccis apricis, (bei Triest u. Fiume.) Jul. Aug. C. spinoso - ciliata Bernh. ap. Spreng. syst. veg. 3. p. 403. secund. specim. ab ipso cl. auctore in collect. reg. berol. Rhaponticum paniculatum Scop. carn. 2. p. 136. absque omni dubio, ob „semina nuda," huc pertinet. Flores carnei. G.

16. C. Kartschiana (Scop. carn. 2. p. 140. t. 55., icon manca.) *appendicibus involucri* ovati subtriangularibus acutis *fimbriatis*, *foliola 5 nervia non obtegentibus*, fimbriis cartilagineis subarcuatis, terminali in spinam producta, *pappo ovarium aequante*, foliis glabris margine scabris, radicalibus subbipinnatis, caulinis pinnatis, pinnis foliisque supremis lanceolatis antice latioribus, caule a basi ramosissimo cespitoso. ⊙. In pratis montosis apricis, (auf d. Karsch bei Duino.) Jul. Aug. C. Karschiana Wulf. in Roem. arch. 3. p. 413. Flores violacei. G.

Sect. III. Calcitrapa. Involucri foliola margine non fimbriata, sed apice in spinam palmatam vel pinnatam desinentia.

17. C. solstitialis (L. sp. 1297.) *involucri lanati foliolis palmato - spinosis*, spina intermedia valida capitulum superante, *capitulis terminalibus solitariis*, foliis canescentibus lineari - lanceolatis decurrentibus integerrimis, radicalibus lyratis. ⊙. In agris, ad vias, (im Littorale um Triest; aufserdem einzeln u. selten durch d. ganze Gebiet, wahrscheinlich mit Getreide eingeführt.) Jul. Aug. Flores citrini.

18. C. Calcitrapa (L. sp. 1297.) *involucri glaberrimi foliolis subpalmato - spinosis*, spina intermedia valida capitulum superante, *capitulis lateralibus* solitariis *subsessilibus*, pappo nullo, foliis profunde pinnatifidis, pinnis linearibus dentatis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, supremis indivisis, caule ramosissimo piloso. ⊙. In locis sterilibus et ad vias, (stellenweise fast in allen Provinzen.) Jul. Aug.

60. CRUPINA (Pers. ap. Lessing. syn. comp. 7.) Achenium teres, areola terminali; cetera ut Centaureae.

1. C. vulgaris (Pers. ap. Less. l. c.) involucri foliolis lanceolatis acuminatis, foliis pinnatis scabris, pinnis linearibus acutis mucronato - serrulatis. ⊙. In locis sterilibus, (Istrien, Biasol.!) Jul. Aug. Centaurea Crupina L. sp. 1285. Col. ephr. p. 34. ic. Flores carnei. J.

Trib. XIV. *XERANTHEMEAE* Less. syn. comp. p. 14. Involucra multiflora. Flores marginales feminei.

61. XERANTHEMUM (L. gen. n. 947., excl. spec.) Involucrum imbricatum, foliolis scariosis, interioribus longioribus coloratis radiantibus. Flores marginales feminei, pauci, steriles, bilabiati; disci hermaphroditi, fertiles, quinquedentati. Pappus acheniorum disci paleaceus, paleis 5 - 10 basi lanceolatis; marginalium nullus. Receptaculum paleaceum.

1. X. annuum (L. sp. 1201.) involucris hemisphaericis, *foliolis glaberrimis* mucronatis, exterioribus ovatis, *interioribus* lanceolatis

disco duplo longioribus. ⊙. In locis apricis siccis, (im Littorale bei Triest, in Unteröstreich, Mähren u. Böhmen.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 388. G.

2. X. INAPERTUM (Willd. sp. 3. 1902.) involucris subcylindricis, *foliolis glaberrimis* mucronatis, exterioribus ovatis, *interioribus* lanceolatis *disco sesquilongioribus.* ⊙. In locis sterilibus siccis, (im mittlern Wallis nicht selten, Gaud.) Mai. Jun. X. annuum β. inapertum L. sp. 1201. Reichenb. ic. 7. f. 863. H.

3. X. CYLINDRICUM (Smith. prodr. fl. graec. 2. p. 172.) involucris cylindricis, *foliolis* exterioribus ovatis muticis *disco tomentosis* margine lato-glabratis, interioribus lanceolatis disco sesquilongioribus. ⊙. In locis apricis, (bei Pola in Istrien, Biasol., doch habe ich von da noch kein Ex. gesehen.) Mai. Jun. Reichenb. ic. 7. f. 862. X. cylindricum Spreng. syst. veg. 3. p. 485. X. inapertum DC. fl. fr. 4. p. 130. J.

Subordo III. *CICHORACEAE* Juss. gen. pl. 186. (Semiflosculosae Linn. Lactuceae Cass.) Stylus non articulatus. Flores omnes ligulati et hermaphroditi. Crura styli filiformia revoluta puberula.

Trib. XV. *SCOLYMEAE* Less. syn. p. 126. Achenium a palea circumcirca inclusum, ipsique adnatum.

62. SCOLYMUS (L. gen. n. 922.) Involucrum imbricatum. Receptaculi paleae achenia includentes iisque adnatae, semina compressa lato-alata referentes. Pappus margo subcrenatus, (Scolymus Cass.,) vel bipaleaceus et e coronula brevi denticulata formatus, (Myscolus Cass.)

1. S. HISPANICUS (L. sp. 1143.) foliis ala deorsum attenuata decurrentibus, caule subracemoso, capitulis axillaribus solitariis vel 2-4 congestis, involucri foliolis omnibus acuminatis, pappo bisetoso. ⊙. In locis saxosis asperis, ad vias, agrorum margines, (im Littorale bei Triest u. Fiume; südl. Tyrol.) Flores flavi, antheris concoloribus. S. maculatus Scop. carn. 2. p. 120. Host. fl. a. 2. p. 432. (non L.) — S. maculatus L. foliis ala aequali decurrentibus, capitulis in caule ramisque terminalibus subternis, setis pappi nullis, antheris fuscis et margine foliorum linea cartilaginea incrassata cincto, diversus, in ditione fl. nostr. nondum lectus est. — S. grandiflorus Desf. atl. 2. p. 240. t. 218. a S. hispanico capitulis duplo maioribus et foliolis involucri exterioribus obtusis differt. G.

Trib. XVI. *LAMPSANEAE* Less. Pappus nullus, vel eius loco margo prominulus.

63. LÁPSANA (L. gen. n. 919.) Involucrum e simplici foliolorum serie 8-10 phyllum, calyculatum, fructiferum erectum, immutatum. Achenia compressa, striata, margine obsoleto terminata, decidua. Receptaculum nudum.

1. L. COMMUNIS (L. sp. 1141.) foliis dentatis, inferioribus lyratis, *caule ramoso* paniculato. ⊙. In locis cultis et sylvaticis. Jul. Aug. Fl. d. t. 500.

2. L. FOETIDA (Willd. sp. 3. p. 1622.) *scapis monocephalis*, foliis runcinato-pinnatifidis, lobis subrhombeis, terminali triangulari subtrilobo. ♃. In nemorosis subalpinis, cum fluviis in planities, alpes comitantes, descendens, (stellenweise längs der ganzen Alpenkette.) Jul. Aug. Hyoseris foetida L. sp. 1137. St. h. 27.

64. ARNÓSERIS (Gärtn. fruct. 2. p. 355. t. 157. f. 3.) Involucrum e simplici foliolorum serie polyphyllum, calyculatum, fructiferum torulosum, globose connivens. Achenia angulato-sulcata, margine pentagono-terminata, decidua. Receptaculum nudum.

1. A. MINIMA (Gärtn. l. c.) scapis 1-3 cephalis, pedunculis superne clavato-incrassatis fistulosis, foliis obovato-oblongis dentatis. ⊙. In agris arenosis. Jul. Aug. Hyoseris minima L. sp. 1138. Schk. t. 224. Lapsana pusilla Willd. sp. 3. 1623.

65. RHAGADIOLUS (Tournef. t. 272. Gärtn. fruct. 2. p. 354. t. 157. f. 2.) Involucrum e simplici foliolorum serie 5-8 phyllum, calyculatum, fructiferum patens. Achenia arcuata, calva, singula 5-8 exteriorum a foliolo involucri involuta et cum his persistentia; 2-3 interiora libera, decidua.

1. R. EDULIS (Gärtn. l. c.) involucri foliolis acheniisque laevibus, *foliis lyratis*. ⊙. Ad vias, sepes, locis herbidis, (in Istrien u. um Fiume.) Apr.-Jun. Lapsana Rhagadiolus L. sp. 1141. Schk. t. 225. J.

2. R. STELLATUS (Gärtn. l. c.) involucri foliolis dorso apicem versus setosis, acheniis laevibus, *foliis integris* oblongis denticulatis basi attenuatis. ⊙. Ad vias et sepes Istriae, auctore b. Hostio. Specimen e loco memorato nondum vidi. Mai. Jun. Lob. ic. t. 240. J.

Trib. XVII. *HYOSERIDEAE* Lessing. syn. p. 127. Pappus coroniformis vel paleaceus, paleis saepe in pilum abeuntibus, sed non plumosis, nec a basi piliformibus.

66. CICHÓRIUM (L. gen. n. 921.) Involucrum duplex, exterius 5 phyllum, interius 8 phyllum, foliolis basi coalitis. Pappus coroniformis multi-paleaceus achenio brevior. Rec. nudum vel subfavosum. Flores coerulei.

1. C. INTYBUS (L. sp. 1142.) capitulis geminis pluribusve congestis sessilibus pedunculatisque, *foliis floralibus e basi latiore subamplexicauli lanceolatis*, pappo acheniis multoties breviore. ♃. In locis incultis, pascuis siccis, ad vias. Jul. Aug. St. h. 6.

2. C. ENDIVIA (L. sp. 1142.) capitulis geminis pluribusve congestis sessilibus pedunculatisque, *foliis floralibus lato-ovatis basi cordata amplexicaulibus*, pappo acheniis quadruplo breviore. ⊙. Ex India allatum, ubique colitur. Jul. Aug. Colit.

67. HYÓSERIS (L. gen. n. 916., excl. spec. Hedypnois Gärtn. fr. 2. p. 373.) Involucrum e simplici foliolorum serie 8-10 phyllum, calyculatum, foliolis exterioribus achenia marginalia involventibus. Achenia difformia, extima et intima teretiuscula, interjecta alato-compressa. Pappus exteriorum setosus, brevis, coroniformis; interiorum paleis 3-5 lanceolatis setisque brevioribus compositus. Rec. nudum.

1. H.

1. H. SCABRA (L. sp. 1138.) scapo superne clavato-incrassato, foliis runcinato-pinnatifidis, lobis ovatis dentatis, radice simplici. ⊙. In locis cultis et ad vias, (bei Fiume.) Mai. Jun. H. adspersa Mönch. meth. 541. Rhagadiolus scaber All. ped. 1. p. 226. Flores lutei. J.

68. HEDÝPNOIS (Tournef. Willd. sp. 3. p. 1616.) Achenia conformia, teretiuscula. Papp. exteriorum brevis, coroniformis, setoso-multipartitus, interiorum e paleis 3-5 lanceolatis, in setam cuspidatis, setisque brevioribus compositus; cetera ut Hyoseridis. — Flores lutei.

1. H. CRETICA (Willd. sp. 3. p. 1617.) caule diffuso, foliis radicalibus sinuato-dentatis, pedunculis clavato-incrassatis, involucri foliolis dorso apicem versus hispidis. ⊙. In locis incultis, (bei Voloscа in Istrien.) Mai. Jun. Folia in speciminibus, in loco memorato lectis, profunde sinuata sunt, nec subdentata, qualia cl. Tenor. folia Hedypnoidis clavatae suae describit. — Omnes generis Hedypnoidis species, ex praestantissimis hortis botanicis hucusque acceptae, in horto bot. Erlangensi per culturam in unam eandemque speciem transierunt. J.

Trib. VXIII. *LEONTODONTEAE.* C. H. Schultz. in litt. Pappus acheniorum omnium plumosus, plumulis radiorum liberis; vel pappus acheniorum marginalium coroniformis. Receptaculum glabrum vel fibrillosum, fibrillis persistentibus, (receptaculum nudum.) *).

69. THRINCIA (Roth. cat. bot. 1. p. 97.) Involucrum imbricatum. Achenium sensim in rostrum attenuatum. Pappus acheniorum marginalium brevis, coroniformis, dentatus, disci plumosus, radiis basi latioribus scariosis, pilis denique deciduis. Rec. nudum. — Flores lutei.

1. T. HIRTA (Roth. l. c. p. 98.) *radice basi fibris validis filiformibus aucta* denique praemorsa, acheniis apice in rostrum attenuatis. ♃. In pascuis, praecipue arenosis subhumidis, (fast durch das ganze Gebiet, aber doch an vielen Orten gar nicht.) Jul. Aug. T. Leysseri Wallr. sched. p. 441. Reichenb. ic. 8. f. 990-92, specimina parva, T. hispida Reichenb. ic. 8. f. 993., specimen maius, (non T. hispida Roth.) Leontodon hirtum L. sp. 1123, ex Sm., sed descriptio Linnaeana accuratius in Leontodon Villarsii quadrat. L. hispidum Poll. pal. 2. p. 382. L. saxatile Lam. dict. 3. p. 531. Apargia hirta Sm. engl. fl. 3. p. 552, qui radicem praemorsam et perennem dicit. Hedypnois hirta Fl. brit. 824. Hyoseris taraxacoides Vill. delph. 3. p. 167., plantam suam ut perennem describit. Rhagadiolus taraxacoides All. ped. 1. p. 237.

2. T. HISPIDA (Roth. cat. 1. p. 99.) *radice fusiformi basi fibris destituta*, acheniis interioribus a medio attenuato-rostratis. ⊙. In lapidosis et arenosis, (im C. Waadt an vielen Orten, nach Gaud.) Jun. Jul. T. taraxacoides Gaud. helv. 5. p. 49. T. hirta Reichenb.

---

*) Receptaculum nudum est, quod paleas non habet, et est vel glabrum vel in margine areolarum fimbrillis brevibus, achenio brevioribus, obsessum.

ic. 8. f. 994-95., non Roth. T. maroccana Pers. syn. 2. p. 368. Hyoseris hispida Schousb. marocc. 197. Willd. sp. 3. 1614. conf. Schulz. bot. ztg. 17. 2. 487. H. taraxacoides Lam. dict. 3. p. 159., plantam cultam annuam dicit. — Specimen helveticum a Schleichero missum possideo, sed loci natalis mentionem non fecit. H.

3. T. TUBEROSA (DC. fl. fr. 4. p. 52.) *radice* praemorsa fasciculata, *fibris napiformibus*, acheniis a medio attenuato-rostratis. ♃. In pratis, (Istrien u. auf d. benachbarten Inseln.) Mai. Jun. Leontodon tuberosum L. sp. 1123. Lob. ic. t. 232. f. 1. J.

70. LEONTODON (L. gen. n. 912.) Involucrum imbricatum. Achenium sensim in rostrum attenuatum. Pappus conformis, plumosus, persistens, radiis basi scariosis et latioribus, omnibus aequalibus vel exterioribus piliformibus. Plumulae radiorum non deciduae. Receptaculum nudum. Flores lutei vel in varietatibus in croceum vergentes.

Sect. I. OPORINA Don. Scorzoneroides Moench. Radix praemorsa. Pappi radii subaequales, omnes plumosi, in basi latiore autem solummodo serrulati. Capitula virginea erecta.

1. L. AUTUMNALIS (L. sp. 1123.) *radice praemorsa* ubique fibrosa, scapo pleiocephalo, *pedunculis sensim incrassatis, superne squamosis, ante anthesin erectis*, foliis pinnatifido-dentatis, acheniorum striis rugulosis, pappi radiis omnibus plumosis conformibus in basi lanceolata serrulatis. ♃. In pratis ubique, alpes adscendens. Jul.-autumn. Hedypnois autumnalis Huds. angl. 341. Apargia autumnalis Willd. sp. 3. 1550. Oporina autumnalis Don. Pili foliorum, si occurrunt, simplices, sicut in duabus subsequentibus, nec furcati. Variat scapo monocephalo, foliis integris, dentatis et

β *pratensis*, involucro pedunculisque superne dense fusco-pilosis: Apargia pratensis Link. handb. z. Erkenn. d. Gew. 1. p. 791. et si simul scapus unicum tantum capitulum fert: Apargia Taraxaci Smith. engl. fl. 3. p. 353. A. autumnalis β. Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 211., excl. syn. Willd. Hieracium Taraxaci L. sp. 1125. Oporina pratensis Less. syn. p. 132.

Sect. II. DENS LEONIS. Radix praemorsa. Pappi radii inaequales, interiores plumosi, in basi latiore serrulati; exteriores breves, scabri.

a. Pappus niveus.

2. L. TARAXACI (Lois. fl. gall. ed. 1. 513. ed. 2. v. 2. p. 177.) *radice praemorsa* a basi fibris validis obsessa, scapo monocephalo superne sensim incrassato involucroque nigro-hirsutissimo squamis 1-2 instructo, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis vel subintegerrimis dentatis pinnatifidisve glabris vel pilis simplicibus adspersis, *pappi nivei* radiis interioribus plumosis in basi lineari serrulatis, exterioribus brevissimis, scabris. ♃. In pascuis summarum alpium, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnthen.) Jul. Aug. Apargia Taraxaci Willd. sp. 1550. St. h. 37. Hedypnois Taraxaci Vill. delph. 3. p. 8. t. 26. Picris Taraxaci All. ped. 1. p. 211. t. 31. f. 1. Leontodon montanum Lam. dict. 3. p. 351. — Nomen triviale „Taraxaci" notissimum et ubique receptum retinui, licet Hieracium Taraxaci Linnaei ad Leontodi autumnalis varietates pertineat. Radios pappi ex-

teriores breves in omnibus, quae examinavi, speciminibus, et huius et sequentis speciei, reperi.

b. Pappus sordide albus.

3. L. PYRENAICUS (Gouan. illust. p. 55. t. 22. f. 1 et 2.) *radice praemorsa* a basi fibris validis obsessa, *scapo monocephalo squamoso superne sensim incrassato ante anthesin nutante*, foliis obovato-lanceolatis repando-denticulatis glabris vel pilis simplicibus adspersis, pappi radiis interioribus plumosis in basi lineari-serrulatis, exterioribus scabris brevissimis. ♃. In pascuis alpinis, (durch die ganze Alpenkette, sodann auf d. höhern Bergen d. Schwarzwaldes u. auf d. Hohneck d. Vogesen) Jul. Aug. L. squamosum Lam. dict. 3. p. 529. Apargia alpina Willd., sp. 1547. St. b. 37. Picris saxatilis All. ped. 1. p. 211. t. 14. f. 4., icon haud bona. Hedypnois pyrenaica Vill. delph. 3. p. 78. — Capitulo in scapo monocephalo ante anthesin nutante, et radiis pappi e basi lineari sensim setaceis certo a L. autumnali distinguitur; sicut ab omni varietate L. hastilis foliis tenuiter petiolatis, pilis eorum, si inveniuntur, simplicibus, scapo sensim incrassato, apice squamoso, pappi radiis basi linearibus plerumque uniserialibus et areolis receptaculi non fimbrillatis. L. alpinum Jacq. a. t. 93., ob folia basin versus sensim in petiolum latum attenuata et scapum unica tantum squama instructum ad varietates alpinas L. hastilis pertinere videtur. Variat:

β. *aurantiacus*, flores in croceum vergentes, ceterum formae vulgaris similis: Apargia aurantiaca Kitaib. in herbar. Willd. n. 14608. Willd. sp. 3. 1547. Leontodon croceum Haenk. in Jacq. collect. 2. p. 16.

γ. *pinnatifida*, foliis saltem interioribus pinnatifidis: Apargia crocea Willd. sp. 3. 1548, excl. syn. Haenk. Willd. herbar. n. 14610.

4. L. HASTILIS (L. sp. 1123.) *radice praemorsa* a basi fibris validis obsessa, *scapo monocephalo nudo vel squamis 1-2 adsperso apice crassiore, foliis* oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis pinnatifidisque glabris hirtisve, *pilis bi-trifurcatis*, pappi radiis interioribus plumosis in basi latiore serrulatis, exterioribus brevibus scabris. ♃. In pratis, pascuis, locis incultis; in alpes altissimas adscendens. Jun.-autumn. L. protheiforme Vill. delph. 3. p. 87. Hedypnois hispida Smith. brit. 823. Variat foliis denticulatis, profundius dentatis, sinuato-dentatis et pinnatifidis, pinnis ovatis vel, sed rarius, linearibus, et

α. *vulgaris*, foliis, scapis involucrisque, vel solis foliis hirtis. Pili nunc brevissimi, nunc longiores, tamen nunquam diametrum scapi transversalem conspicue superantes: L. hispidum L. l. c. Apargia hispida Host. syn. p. 424. Willd. sp. 1552. Hieracium incanum Poll. pal. 2. p. 383.

β. *glabratus*, foliis, scapis involucrisque glabris, vel pilis paucis adspersis: L. hastile L. sp. 1123. Jacq. a. t. 164. L. danubiale Jacq. en. stirp. vind. p. 274. Apargia hastilis Host. syn. p. 423. A. guestfalica v. Bönningh., e seminibus, ab auctore acceptis, educta. Hieracium danubiale Poll. pal. 2. p. 385. — Apargia hastilis Willd. sp. 3. 1548, comprehendit specimina tota glabra; A. dubia eiusdem specimina parce pilosa. — A. dubia Hopp. est forma foliis cras-

siusculis subcoriaceis nitidis, quae in montibus humilioribus quoque occurrit. A. hastilis β. lucida Saut. in litt.

γ. *hyoserioides*, foliis ad costam medium usque pinnatifidis, pinnis angustis linearibus: A. hyoserioides Welw. ap. Reichenb. fl. exc. p. 853. A. hyoseridiflora Saut.! A. hastilis γ. pinnatifida Saut. in litt.

δ. *opimus*, foliis latioribus, scapo humili, apice insigniter incrassato; est varietas alpina valde memorabilis, sed formis intermediis in vulgarem transit: L. caucasicus Reichenb. fl. exc. p. 853. et hortor. bot.; an quoque MBieb.?, planta taurica enim pilis non furcatis instructa est; (conf. fl. taur. cauc. 2. p. 248.) Leontodon Villarsii Lois. fl. gall. ed. 1. 514., ed. 2. 2. p. 177. L. hirtum Vill. delph. 3. p. 82. t. 25., et, ut mihi persuasum habeo, etiam L. hirtum L. sp. 1123. a L. hispido sequentibus notis dignoscitur: radix profundius descendit, tamen ad basin fibris nonnullis validis instructa est; pili foliorum, plerumque profunde pinnatifidorum, setiformes, rigidi et diametro transversali scapi duplo longiores, simplices, vel apice brevissime bidentati.

Sect. III. Apargia C. H. Schultz. Radix verticaliter descendens, fusiformis, simplex, subramosa, fibrillis adspersa capillaribus. Capitula virginea nutantia. Pappi radii omnes plumosi, interiores vero basi serrulati.

5. L. incanus (Schrank. baier. flor. 2. p. 337. 1789.) *radice verticali simplici* subramosa, *scapo monocephalo* nudo vel squamis 1-2 adsperso sub flore crassiore, *foliis* oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis integerrimis vel remote denticulatis cauleque *canohirtis*, *pilis brevissimis* 3-4 furcatis, pappi radiis omnibus plumosis, interioribus in basi latiore serrulatis. ♃. In rupium fissuris et locis petrosis; in alpes adscendens et cum fluviis in convalles descendens, (in d. Schweiz etwas selten, sonst durch die ganze Alpenk. bis Oestreich u. v. da nach Mähren, sodann auf dem Jurakalk in Schwaben u. im Bayreuthischen.) Jul. Aug. Hieracium incanum L. syst. nat. 2. p. 522. Jacq. a. t. 287. Apargia incana Scop. carn. 2. p. 113. St. h. 27. Foliis vix dentatis, mollibus, pubescentia quasi tomentosa obductis ab antecedentibus facile dignoscitur.

6. L. Berinii (Reichenb. fl. exc. p. 853.) *radice verticali simplici* subramosa, *scapo 1-3 cephalo basi ramoso*, *ramis folio fultis*, pedunculis apice squamis 1-2 adspersis sub flore crassioribus, *foliis* oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis remote denticulatis cauleque *cano-scabris*, *pube subfarinosa* 3-4 furcata, pappi radiis omnibus plumosis, interioribus in basi latiore serrulatis. ♃. In rupium fissuris et in glarea Isontii, (bei Podgora ohnweit Görz.) Jul. Aug. Apargia Berinii Bartling. bot. ztg. 3. 1. 345. Duplo triplove minor antecedente, indumento breviori, quasi farinaceo. Achenia matura nondum vidi. G.

Sect. IV. Asterothrix Cass. Radix ut in sectione antecedente. Capitula virginea nutantia. Pappi radii omnes a basi plumosi, exteriores breviores.

7. L. crispus (Vill. delph. 3. p. 84. t. 25.) *radice verticali* simplici subramosa, scapo monocephalo nudo vel squamis 1-2 adsperso sub flore crassiore, *foliis* lanceolatis in petiolum attenuatis sinuato- vel pinnatifido-dentatis cauleque *hispidis pilis rigidis* trifurcatis,

acheniis a medio in rostrum attenuatis, pappi radiis omnibus a basi plumosis, exterioribus brevioribus, tubo florum ligulam subaequante. ♃. In locis rupestribus, apricis, (bei Triest u. Fiume.) Jul. Aug. Leontodon hispidum Scop. carn. 2. p. 112. (non Linn.) Apargia crispa Willd. sp. 3. 1551. A. tergestina Hopp. Planta gallica et tergestina exactissime conveniunt; folierum lobi variabiles sunt, sicut in omnibus speciebus. — A. saxatilis Ten. ex brevi descriptione in syllog. fl. neap. p. 393., huc trahi non potest. — A. aspera WK. pl. r. h. t. 110. A. hispanica Willd. 3. 1553., in ditione fl. nostr. nondum lecta, ab hac differt statura maiore, scapo basi ramoso, ramis folio fultis, capitulis maioribus plurifloris, et foliolis involucri pilis brevibus 5-7 fidis densissime ciliatis. Flores sulphurei, in A. crispa lutei. G.

71. PICRIS (L. gen. n. 907.) Involucrum imbricatum. Achenium sensim in rostrum attenuatum vel apice sub pappo constrictum, et ita brevissime rostratum. Pappus conformis, deciduus, radiis basi in annulum connatis, interioribus basi latioribus plumosis, exterioribus paucioribus piliformibus. — Recept. nudum. — Flores lutei.

1. P. Hieracioides (L. sp. 1115.) hispida, foliis oblongo-lanceolatis dentatis vel subsinuatis, caulinis intermediis basi truncata vel hastata subamplexicaulibus, capitulis in caule ramisque terminalibus corymbosis, involucri foliolis exterioribus patentibus dorso hispidis margine glabratis, ligula tubo suo subduplo longiori, acheniis sub pappo constrictis suberostratis subtiliter transverse rugosis. ⊙. In locis incultis, ad vias, sylvarum oras. Jul. Aug. Schk. t. 216. Forma humilis, foliis integerrimis est: P. ruderalis Schmidt. ap. Willd. sp. pl. 3. 1558., herbar. Willd. 14634., conf. quoque Tausch. bot. ztg. 11. 1. 324. — Forma caule paucifolio, capitulis in corymbum simplicem digestis: P. paleacea Vest. syll. plant. soc. ratisb. 1. p. 78. (secundum specimen a D. Hölzl. in Styria lectum,) Leontodon umbellatum Schrank. baier. fl. 2 p. 334. Apargia umbellata Schrank. denkschr. d. bot. Ges. z. Regensb. 2. p. 66. Picris umbellata Nees ab Esenb. comp. fl. g. 2. 273., ex specim. a Cl. Zuccarin. accepto. Verum varietas notabilis, fortasse propria species est:

β. *crepoides*, foliis superioribus oblongo-ovatis longe acuminatis, capitulis speciosioribus et acheniis duplo fere maioribus: P. crepoides Sauter.! bot. ztg. 13. 2. p. 409. Haec in pratis montanis prope Kitzbichel in Tyroli, prope Admont in Styria et in monte Hohneck Vogesorum crescit.

2. P. hispidissima (Bartling. in Bartl. et Wendl. beitr. 2. p. 125.) hispidissima, foliis lanceolatis sinuato-dentatis, caulinis basi cordata subamplexicaulibus, summis integris, capitulis in caule ramisque terminalibus corymbosis, involucri foliolis exterioribus patentibus setoso-ciliatis, acheniis apice breviter acuminatis transverse sublamellato-rugosis. ⊙. In littore depresso arenoso insulae Vegliae, (bei d. Stadt Castel Moschio.) Jun. Jul. Picris laciniata Visian. — Cl. Bartling plantam hanc procul dubio per errorem scriptorium Crepidem hispidissimam vocavit, quum pappum expresso verbo „plumosum" descripserit. J.

72. HELMINTHIA (Juss. gen. 170.) Involucrum duplex, interius octophyllum, exterius pentaphyllum, foliolis aequalibus. Achenium apice rotundato-obtusum, rostro capillari elongato imposito. Pappus conformis, plumosus, persistens. Recept. nudum. — Flores lutei.

1. H. ECHIOIDES (Gärtn. fruct. 2. p. 368. t. 159. f. 2.) involucri exterioris foliolis ovato-cordatis acuminatis. ⊙. In agris, ruderatis et ad vias, (bei Warnemünde auf der Ballaststelle, Detharding; bei Börnecke unweit Blankenburg im Braunschweigischen, Meyer; bei Frankf. a. M., unter d. neuen Kirchhofe, Fresenius, mit fremder Erde oder fremdem Getreide eingeführt.) Jul. Aug. Picris echioides L. sp. 1114.

73. UROSPERMUM (Juss. gen. 170.) Invol. simplex, octophyllum, foliolis basi connatis. Achenium rostratum; rostrum cum achenio ipso articulatum, basi inflatum et intus septo transversali ab embryone separatum. Pappus conformis, plumosus, plumulis radiorum liberis. Recept. nudum.

1. U. DALECHAMPII (Desf. cat. 90.) *involucro molliter pubescente*, rostro achenii a basi ad apicem sensim attenuato. ♃. In locis apricis et lapidosis, (in Istrien u. auf d. Insel Cherso u. Osero.) Mai. Jun. Tragopogon Dalechampii L. sp. 1110. Arnopogon Dalechampii Willd. sp. 1496. Barr. ic. f. 209. Flores sulphurei. J.

2. U. PICROIDES (Desf. cat. 90.) *involucro setoso-hispido*, rostro achenii supra basin ovatam subito in stipitem filiformem contracto. ⊙. In vineis et locis cultis, (auf d. Insel Osero.) Mai. Jun. Tragopogon picroides L. sp. 1111. Arnopogon picroides Willd. sp. 1496. C. Bauh. prodr. 60. fig. dextr. Flores flavi. J.

Trib. XIX. *SCORZONEREAE* C. H. Schultz. in litt. Pappus acheniorum omnium plumosus, plumulis radiorum intertextis; vel acheniorum marginalium paleaceus, paleis simplicibus; vel acheniorum omnium simplex, radiis serrulato-scabris et basi intus villosis, villis intertextis. Recept. glabrum, vel fibrillosum, fibrillis persistentibus; (receptaculum nudum.)

74. TRAGOPOGON (L. gen. n. 905.) Involucrum simplex, 8-12 phyllum, foliolis basi connatis. Achenium in rostrum attenuatum, intus nonseptatum. Pappus conformis plumosus, plumulis radiorum intertextis. Receptaculum nudum.

1. T. PORRIFOLIUS (L. sp. 1110.) *pedunculis* sursum sensim incrassatis *clavatis*, involucro 8 phyllo floribus longiore, *capitulo superne planissimo*, acheniis marginalibus squamuloso-tuberculatis rostrum filiforme subaequantibus. ⊙. Colitur in usum culinarium et occurrit hinc inde quasi sponte, e seminibus ex hortis translatis. Jun. Jul. Jacq. ic. rar. t. 159. Flores purpureo-caerulei. Colit.

2. T. MAJOR (Jacq. fl. a. p. 19. t. 29.) *pedunculis* sursum sensim incrassatis *clavatis*, involucro subdodecaphyllo floribus longiore, *capitulo supra concavo*, acheniis marginalibus squamoso-muricatis acutangulis rostrum filiforme subaequantibus. ⊙. In collibus et pratis siccis, ad vias, praecipue solo calcareo, (stellenweise dch

d. g. Gebiet.) Jun. Jul. Floribus flavis, capitulo florente supra concavo, acheniorum angulis, qui lamellis multo validioribus obsessi sunt, certissime differt ab antecedente.

3. T. PRATENSIS (L. sp. 1109.) *pedunculis aequalibus* sub flore paulum incrassatis, *involucro octophyllo*, foliolis supra basin transverse impressis, floribus involucrum aequantibus brevioribusque, *acheniis marginalibus rostrum filiforme aequantibus tuberculuto-scabris.* ⊙. In pratis et pascuis. Mai - Jul. Fl. dan. t. 424. Flores lutei. Variat:

β. tortilis, foliis undulatis apice contortis: T. pratensis *α.* tortilis Mey. chl. hanov. p. 434. T. revolutus Schweigg. in Hag. chl. boruss. p. 288. — Foliis undulatis et contortis haec varietas convenit cum T. undulato Jacq., sed hic floribus pallide flavis et praecipue acheniis rostro brevissimo instructis, fere erostratis, longe recedit.

4. T. ORIENTALIS (L. sp. 1109.) *pedunculis aequalibus* sub flore paulum incrassatis, *involucro octophyllo*, foliolis supra basin transverse impressis, floribus involucro plerumque longioribus, *acheniis marginalibus rostro filiformi longioribus squamoso - muricatis.* ⊙. In pratis fertilibus, (von Elsafs u. v. Oberbaden durch das ganze Rheinthal; sodann in Schlesien u. Sachsen.) T. undulatus Reichenb. fl. exc. p. 277., (non Jacq.) Floribus duplo maioribus et acheniis squamoso - muricatis ab antecedente satis differt. Folia undulata et contorta in hac specie crebrius reperiuntur, quam in T. pratensi.

5. T. FLOCCOSUS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 116. t. 112.) pedunculis aequalibus sub flore paulum incrassatis, involucro octophyllo floribus breviore, *acheniis* marginalibus basi sublaevibus *superne ad pappum fere squamuloso - muricatis in rostrum brevissimum attenuatis.* ⊙. In graminosis ad mare balticum, (auf Ostwine bei Swinemünde in Pommern, am Kurischen Haff in Ostpreussen.) Jun. Jul. T. heterospermus Schweigg. ap. Hagen. in chlor. boruss. Tomentum floccosum in planta culta saepe evanescit. Figura fructus ab omnibus nostris valde diversus. Flores flavi.

6. T. CROCIFOLIUS (L. sp. 1110.) *pedunculis aequalibus* sub flore paulum incrassatis, *involucro pentaphyllo* flores superante, *acheniis marginalibus a basi squamoso - muricatis acutangulis rostrum subaequantibus.* ⊙. In pascuis alpium, (bisher blos auf d. grofsen Bernhard, Murith u. Bronn; ich besitze ein vom Hrn Prof. Bronn mitgetheiltes Exemplar daher.) Jul. Aug. Col. ephr. t. 230. Flores atropurpurei, apice lutei. H.

75. SCORZONÉRA (L. gen. n. 906., excl. spec.) Involucrum imbricatum. Achenium in rostrum sensim attenuatum, callo basilari hilum cingente brevissimo. Pappus conformis, plumosus, plumulis radiorum intertextis. Recept. nudum.

§ 1. Flores lutei.

1. S. AUSTRIACA (Willd. sp. 1499.) foliis radicalibus oblongis lanceolatis linearibusve, caulinis 2 - 3 squamiformibus, caule glabro submonocephalo, *involucri foliolis acuminatis* apice ipso obtusis, *exterioribus ovatis*, *radicis coma filamentosa.* ♃. In collibus et

montosis saxosis asperis, (in Mähren, Unteröstreich, im Littorale, südl. Tyrol; südl. Schweiz im C. Waadt u. Wallis.) April. Mai. S. humilis Jacq. a. t. 36. Variat:

α. foliis elliptico-lanceolatis, lanceolatisve, pollicem dimidium vel integrum latis: S. humilis latifolia secunda Clus. pann. p. 635. S. humilis Reichenb. fl. exc. p. 275.

β. foliis multo angustioribus lineari-lanceolatis vel linearibus, quandoque vix lineam latis: S. pannonica tertia Clus. pann. p. 637. S. angustifolia Reichenb. fl. exc. p. 275. (non Linn.)

Tota planta glabra, exceptis foliorum vaginis, quae interne et margine lana intricata obsessa, et foliolis involucri, quae tomentoso-marginata sunt. Caulis monocephalus, rarissime dicephalus. — S. angustifolia L., secundum descriptionem in spec. pl. 1113, habet „caulem basi ramosum, villosum, folia conferta, linearia, subulata, pedunculos versus florem crassiores ipso caule et corollam subtus purpurascentem," quae neutiquam in S. austriacam, optime vero in S. villosam Scop. quadrant.

2. S. HUMILIS (L. sp. 1112.) foliis radicalibus oblongis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, caulinis 2-3 linearibus, caule lanato 1-3 cephalo, *involucro floribus dimidio breviore*, foliolis exterioribus ovato-lanceolatis acuminatis apice ipso obtusis, *acheniis* striatis *laevibus*, *radicis coma squamata*. ♃. In pratis humidis, (stellenweise durch das ganze Gebiet.) Mai. Jun. S. lanata Schrank. baier. fl. 2. p. 306., (varietatem latifoliam et angustifoliam describit.) S. nervosa α. Lam. dict. 7. p. 21. S. plantaginea Schleich. exs. Reichenb. fl. exc. p. 275. S. angustifolia Wigg. prim. fl. hols. p. 55. — Specimina maiora, foliis angustioribus: S. macrorrhiza Schleich., Gaud. helv. 5. p. 22. — S. humilis, hic proposita, est vera Linnaeana species florae suecicae, secundum specimina Ehrhartiana, Upsaliae lecta, et Wahlenbergiana, conf. Mey. chlor. hanov. p. 434.

3. S. PARVIFLORA (Jacq. a. 4. p. 3. t. 305.) foliis radicalibus lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis, caulinis paucis sublinearibus, caule 1-3 cephalo glabro, *involucro flores aequante*, foliolis exterioribus ovatis, interioribus lanceolatis, *acheniis* striatis *laevibus*, radicis corona nuda vel subsquamata. ⊙. In pratis humidis, (Unteröstreich, Mähren, Böhmen.) Mai-Jul.

4. S. GRANDIFLORA (Lapeyrous. ic. fl. pyr. t. 156.) foliis lineari-lanceolatis linearibusve, *scapo nudo* monocephalo, *involucri foliolis exterioribus* ovato-lanceolatis apice *elongato-subulatis interiora saepe aequantibus*; acheniis....., radicis corona nuda vel subsquamata. ♃? In pascuis summarum alpium, (bei Bassowitza in Krain; auf d. Alpe Karthal, Frosnitz u. d. Pasterze bei Heiligenblut in Kärnthen; u. auf d. Seiseralpe u. im Brachsenthale in Südtyrol.) Jul. S. aristata Ramond. ap. DC. fl. fr. 4. p. 922. S. Hoppeana Sieb. herb. fl. a. n. 237. S. alpina Hopp. ap. Sturm. h. 51. — Cl. Meyer. in chlor. hanov. asserit, Scorzoneram graminifoliam Linnaei, secundum specimina sibirica plantae Gmelinianae, a Linnaeo citatae, prorsus convenire cum S. grandiflora; in flora altaica autem alia describitur S. graminifolia, quae in nostram plantam non quadrat; nec descriptio Gmelini cum nostra bene convenit. G.

5. S. HISPANICA (L. sp. 1112.) foliis oblongis lanceolatisve acuminatis, *caule foliato* mono-pleiocephalo sublanato, involucro floribus dimidio breviore glabro, foliolis exterioribus triangulari-ovatis, interioribus ovato-lanceolatis, omnibus acutis, *acheniis marginalibus muriculatis*, radicis coma squamata. ⊙. In pratis fertilibus, in collibus graminosis, inter virgulta, (Holstein, Hanover, Thüringen, Böhmen, Mähren u. Unteröstreich, bei Triest, Mänchen, bei Bingen in d. Rheinpfalz; Schweiz selten.) Jun. Jul. Variat foliis dentatis et insuper

α. *latifolia*, foliis ovato- vel oblongo-lanceolatis: S. hispanica α. sinuata Wallr. ann. bot. p. 94. S. denticulata Lam. fl. fr. 2. p. 82. S. edulis Moench. meth. 548.

β. *glastifolia*, foliis elongato-lanceolatis: S. hispanica β. glastifolia Wallr. l. c. p. 95. S. glastifolia Willd. sp. 1499. S. graminifolia Roth. tent. 2. 2. p. 49.

γ. *asphodeloides* Wallr. l. c., foliis linearibus. — S. montana Mutel. fl. du Dauphiné 2. p. 268. Monnard. syn. fl. helv. p. 660., hanc varietatem et antecedentem comprehendit. Ceterum achenia marginalia omnium varietatum muriculata sunt, nec in S. glastifolia laevia. Conf. Monn. l. c.

Quid sit Scorzonera angustifolia Gaud. helv. 5. p. 19, ignoro.

§. 2. Flores rosei.

6. S. PURPUREA (L. sp. 1113.) foliis linearibus vel lineari-lanceolatis, caule foliato mono-pleiocephalo, *involucri foliolis exterioribus ovato-lanceolatis, radicis coma filamentosa.* ♃. In collibus herbidis calcareis, (stellenweise in Krain, Oestreich, Mähren, Böhmen, Schlesien, bis Frankf. a. d. O. u. Berlin; Thüringen bis zum Unterharze; in Oberbayern; Rheinfläche von Dürkheim bis Bingen; bei Stettin in Pommern u. bei Bromberg in Preussen.) Mai. Jun. Jacq. austr. t. 35. Variat, sicut omnes species huius generis, foliis latioribus lanceolato-linearibus: S. rosea W. et Kit. pl. r. h. t. 121. G.

76. PODOSPERMUM (DC. fl. fr. 4. p. 61.) Achenium ad pappum usque aequale, non attenuatum, callo baseos elongato, subinflato, achenio ipso crassiore. Cetera ut Scorzonerae. — Flores omnium flavi et capitula omnium ante et post anthesin octangularia, quod non solum in Scorzonera octangulari sic se habet.

1. P. JACQUINIANUM (Koch. Deutschl. fl., vol. ined.) *radice perenni multicipite caulibus florigeris fasciculisque foliorum sterilibus instructa, caulibus* erectis ramosis *superne sulcatis*, foliis pinnatifidis, laciniis linearibus acuminatis, terminali lanceolata elongata, *floribus marginalibus involucro duplo longioribus.* ♃. In locis incultis, siccis, ad vias, aggeres, (Unteröstreich u. Mähren.) Jun.-Aug. Scorzonera laciniata Jacq. a. t. 356., non Linnaei, qui plantam suam in horto upsaliensi coluit et ut biennem describit; Jacquini planta, quam vivam possideo, est perennis, quod jam Jacquinus ipse optime monuit. Fasciculi foliorum steriles, in proximis annis caules protrudentes, anthesi peracta cespitem efformant, quod vero in sequentibus non observatur, quae dejecto fructu pereunt.

2. P. LACINIATUM (DC. fl. fr. 4. p. 62.) *radice bienni simplici, capitibus sterilibus nullis*, caule erecto ramoso, *ramis* (in viva planta) *teretibus*, foliis pinnatifidis, *laciniis linearibus* acuminatis, terminali lanceolata elongata, floribus marginalibus involucrum aequantibus vel paulo tantum longioribus. ⊙. In agris et collibus apricis, solo calcareo et argillaceo, (stellenweise im C. Wallis, in d. Glahn-, Nahe- u. Moselgegend bis Luxemburg; Maingegend v. Mainz bis Wurzburg; bei Anspach; in Würtemberg; bei Regensburg; v. Mähren durch Böhmen nach Thüringen bis zum Unterharze u. bis Barby; in Holstein.) Mai-Jul. Scorzonera laciniata L. sp. pl 1114. Poll. palat. 2. p. 366. et plurim. auct. germ. — S. octangularis Willd. sp. 3. 1506. — Planta cognominis herbar. 14521., specimen maius est, cultum, laciniis foliorum lanceolatis, et iure optimo ad hanc et ad sequentem speciem referri potest; medium enim tenet inter utramque.

β. *muricatum*, caule cum foliis scabro, tuberculis minutis sparsis, (quae varietas vulgatior est quam tota glabra:) Podospermum muricatum DC. syn. fl. gall. p. 265. Scorzonera muricata Balb. in herbar. Willd. 14522. fol. 1 et 2. Trev. obs. bot. p. 13.

3. P. CALCITRAPIFOLIUM (DC. fl. fr. 5. p. 455.) *radice bienni multicauli*, caule intermedio erecto, lateralibus procumbentibus adscendentibusque, ramis (in viva planta) teretibus, *capitibus sterilibus nullis*, foliis pinnatifidis, *laciniis elliptico-lanceolatis*, terminali majore, floribus marginalibus involucro paulo longioribus. ⊙. In collibus calcareis, (im Oberelsafs in d. Gegend v. Colmar, DeCand., von Rosheim u. Scharrachbergheim, Nestler; für die Schweiz zweifelhaft.) Mai-Jul. P. resedifolium DC. fl. fr. 4. p. 61., excl. syn. L. et Bocc. Scorzonera calcitrapifolia Vahl. symb. 2. p. 87. S. resedifolia Retz. obs. 3. p. 42. Gouan. ill. p. 53. Barr. ic. 800. — Num forte haec species formis intermediis in P. laciniatum transeat, ulterius inquirendum.

77. GALASIA (Cass. dict. sc. nat. 18. p. 285. 42. p. 81.) Involucrum imbricatum. Achenium ad pappum usque aequale, non rostratum. Pappus conformis, pluriserialis, radii scabri, exteriores piliformes, intimi basi lanceolato-dilatati, ibidemque latere interiore villosi, villis intricatis. Recept. nudum.

1. G. VILLOSA (Cassin. l. c.) ♃. In locis asperis Carnioliae calidioris, (gemein bei Triest u. Fiume.) Mai. Jun. Flores flavi. Scorzonera villosa Scop. car. 2. p. 97. t. 46. S. angustifolia Host. syn. p. 422. W. et Kit. pl. r. h. t. 122, et, ex mea sententia, etiam S. angustifolia L. sp. 1113.

Trib. XX. *HYPOCHOERIDEAE* Lessing. syn. 130. Pappus plumosus. Receptaculum paleaceum, paleis deciduis.

78. HYPOCHOERIS (L. gen. n. 918.) Involucrum imbricatum. Achenia in rostrum elongatum attenuata, vel parum attenuata et fere erostrata. Pappus plumosus. Receptaculum paleaceum, paleis deciduis. — Flores flavi vel aurei.

Sect. 1. EUHYPOCHOERIS Dub. bot. gall. p. 306. Achenia marginalia rostro destituta, disci longe rostrata.

1. H. GLABRA (L. sp. 1140.) caule ramoso glabro aphyllo, *ligulis involucrum aequantibus*, *acheniis* centralibus longe rostratis, *marginalibus rostro destitutis*. ⊙. In agris praecipue arenosis. Jul. Aug. Schk. t. 225.

Sect. II. ACHYROPHORUS Scop. carn. 2. 321. Achenia omnia longe rostrata.

2. H. BALBISII (Lois. not. 124.) caule ramoso glabro aphyllo, *ligulis involucrum aequantibus*, *acheniis omnibus longe rostratis*. ⊙. In pascuis arenosis, (ich besitze ein Exemplar, welches Hr. Apoth. Mavors bei Bassinghausen in d. Gegend v. Hanover gesammelt hat) Jul. Aug. H. minima Balb. misc. alt. 29 — H. Balbisii Reichenb. fl. exc. p 268., excl. synon. Richt. et Jacq. — Simillima Hypochoeridi glabrae, nec differt nisi acheniis, etiam marginalibus, longe rostratis; an igitur varietas? — H. intermedia Richter. flor. lips., saltem specimen in Reichenbachii herb. flor. germ. n. 38., non differt ab H. radicata, nam e semine maturo speciminis memorati hanc eduxi.

3. H. RADICATA (L. sp. 1140.) *caule* ramoso *glabro* aphyllo, *ligulis involucro longioribus*, acheniis omnibus longe rostratis. ♃. In pratis, pascuis, ad sylvarum oras. Jul. Aug. Fl. d. t. 150. Achyrophorus radicatus Scop. carn. 2. p. 117. „In nonnullis floribus (capitulis) paleae subinde omnino deficiunt" Gaud. fl. helv. 5. p. 149. E tali specimine Scorzonera taraxacifolia Jacq. ic. rar. t. 160 ortum duxit.

4. H. MACULATA (L. sp. 1140.) *caule 1-3 cephalo subunifolio hispido*, pedunculis subaequalibus, *foliolis involucri margine integris*, intermediis apice tomentoso-marginatis. ♃. In pascuis sylvaticis, collibus lapidosis, virgultis, ericetis, (stellenweise durch d. g. Gebiet.) Jul. Aug. Hayn. arzng. 6. t. 43. Variat foliis fusco-maculatis et immaculatis.

5. H. UNIFLORA (Vill. prosp. fl. delph. p. 37.) caule 1 cephalo hispido superne sensim incrassato subclavato basi foliato, *foliolis involucri* exterioribus et intermediis *margine lacero-fimbriatis*. ♃. In pascuis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz u. deh die ganze Alpenkette bis nach Oestreich u. Krain, sodann auf d. höchsten Bergkuppen v. Mähren, Böhmen u. Schlesien; auf d. Feldberge in Baden.) Jul. Aug. H. helvetica Jacq. ic. rar. t. 165.

Trib. XXI. *CHONDRILLEAE*. Pappus pilosus, radiis capillaribus basi non latioribus. Receptaculum nudum. Achenium rostratum, rostro basi coronula prominente vel muricibus squamiformibus cincto.

79. WILLEMETIA (Necker. elem. 1. 50.) Involucrum imbricatum, subcalyculatum. Flores multiseriales. Achenium apice coronula crenulata, rostri elongati filiformis basin cingente. Pappus pilosus. Receptaculum nudum.

1. W. APARGIOIDES (Cassin. dict. d. sc. nat. 48. p. 427.) ♃. In pratis et sylvis alpinis et subalpinis; in planities, alpes comitantes, hinc inde descendens. Jul. Aug. W. hieracioides Monn. ess. p. 80.

Hieracium stipitatum Jacq. a. t. 295. Wibelia apargioides Röhling. deutschl. fl. 2. p. 426. Crepis aparg. Willd. sp. 3. p. 1594. Peltidium aparg. Zollik. im nat. anz. 1820. Zollikoferia aparg. Nees ab E. comp. fl. g. 2. p. 306. Borkhausia aparg. Host. fl. a. 2. 424. Flores flavi.

80. TARAXACUM (Juss. gen. 169.) Involucrum imbricatum, subcalyculatum. Flores multiseriales. Achenium subcompressum, superne squamoso-muricatum, abrupte in rostrum filiforme contractum. Pappus pilosus. Receptaculum nudum.

1. T. OFFICINALE (Wigg. prim. fl. hols. p. 56. 1780.) *acheniis lineari-obovatis* striatis *apice squamoso-muricatis*, striis exteriorum a basi tuberculato-rugosis, interiorum laevibus, foliis oblongo-vel lineari-lanceolatis pinnatifido-runcinatis vel integris dentatis vel integerrimis. ♃. In pratis, tam humidis quam siccis, pascuis, locis cultis et incultis ubique. Mai-autumn. T. vulgare Schrank. baier. flor. 2. p. 314. T. Dens leonis Desf. atl. 2. 228. Leontodon Taraxacum L. sp. 1122. L. officinalis With. atl. 679. — Planta maxime variabilis. Folia plerumque glabra, rarius pubescenti-scabra; a forma profunde pinnatifido-runcinata, laciniis angustis et iterum laciniatis, ad integram et integerrimam omnes transitus observamus. Scapus saepe lanatus, praesertim versus apicem. Achenia vulgo dilute olivacea, sed testacea quoque, et viridia et rubra occurrunt. Varietates sequentes praecipuae sunt.

α. *genuinum;* involucri foliola omnia linearia, exteriora deflexa: Leontodon Taraxacum Poll. palat. 2. p. 379. et plurim. auct. Flores plerumque aurei.

β. *glaucescens;* involucri foliola omnia linearia, vel exteriora lanceolata, haec horizontaliter patentia; herba saepe glaucescens. Si folia interiora ante apicem callo vel cornu brevi instructa sunt, tunc oritur: T. officinale b. corniculatum Koch et Ziz. cat. plant. pal. p. 13 et 23. Leontodon Taraxacum 3 obliquus Fries. nov. ed. 2. p. 213. L. glaucescens M. Bieb. taur. cauc. 3. p. 530. L. corniculatus Kit. ap. Schult. östr. fl. 2. p. 406. — Flores saepe flavi vel sulphurei.

γ. *alpinum;* (quod vero non solum in alpibus, sed in humilioribus etiam locis provenit,) involucri foliola exteriora ovata, patentia, interiora ante apicem non corniculata: L. alpinus Hopp. ap. Sturm. h. 41. L. caucasicus Stev. in mem. mosq. 4. 160. MB. taur. cauc. 3. p. 530. L. nigricans Kit. ap. Schult. östr. fl. 2. p. 405.? An huius loci quoque Taraxacum laevigatum DC. cat. h. monsp. 149. fl. fr. 5. p. 450.? — Singularis forma occurrit in alpibus altissimis foliorum lobis angustis, apice rotundato-obtusis.

δ. *taraxacoides;* involucri foliola exteriora ovata, acuminata, adpressa, interiora apice corniculata: L. taraxacoides Hopp. ap. St. h. 41. L. laevigatus Willd. sp. 3. 1546., ex descript.

ε. *lividum;* involucri foliola exteriora ovata, acuminata, adpressa, interiora apice non corniculata: Taraxacum palustre DC. fl. fr. 4. p. 48. T. lanceolatum Poir. dict. 5. 749. Leontodon Taraxacum β. palustre Wimm. et Grab. fl. sil. 2. p. 225. L. palustre

Smith. engl. fl. 3. 350. L. lividus W. et Kit. pl. rar. h. 2. p. 120. t. 115. L. erectum Schrank. baier. fl. 2. 314. Mey. phys. arb. 1. 3. p. 69. t. 1. L. Raii Gouan. ill. p. 55. L. Taraxacum 1. palustre Fries. nov. p. 242. Hedypnois paludosa Scop. carn 2. p. 100. t. 48. Apargia salina fl. wett. 3. p. 146. Mire variat foliorum forma. Varietas foliis lanceolatis sinuato-runcinatis: L. erectus Hopp. ap. St. h. 41.; foliis anguste lanceolatis dentatis vel tantum minute denticulatis: L. salinus Poll. pal. 2. p. 381 Hopp. l. c; foliis lineari-lanceolatis integerrimis: L. tenuifolius Hopp. et Hornsch. l. c.

ζ. *leptocephalum:* valde simile antecedenti, sed capitula angustiora et foliola exteriora lanceolata, apice villoso-barbata, ceterum erecta vel adpressa: Leontodon leptocephalus Reichenb. fl. exc. p. 270. (Am Moenitzer See in Mähren, Hochstetter!)

Scorzonera acaulis Roth. cat. 1. p. 95., secundum specimen, ab ipso auctore donatum, et in herbario Willd. sub. n. 14525. asservatum, ad modificationes Taraxaci officinalis ε. lividi, squamis exterioribus lato-ovatis foliisque sinuato-runcinatis, pertinet. Scapus in medio inflatus est, quem naturae lusum in speciminibus cultis aliarum modificationum ipse quandoque observavi.

Inter varietates enumeratas inumera inveniuntur specimina intermedia, et limites inter omnes frustra quaeruntur.

3. T. SEROTINUM (Poir. suppl.) *acheniis* oblongo-linearibus *utrinque attenuatis* striatis *apice minute tuberculatis*, striis exteriorum a basi rugulosis, interiorum laevibus, foliis oblongis, vernalibus integris, serioribus dentatis vel runcinatis. ♃. In collibus siccis et ad vias, (auf d. Polauer Bergen u. um Czeitsch in Mähren.) Jul.-Sept. Leontodon serotinum W. et Kit. pl. r. h. p. 119. t. 114. Acheniis angustis, utrinque attenuatis, apice minute tuberculatis facile a T. officinali distinguitur. Folia saepe hirta et scapus saepe albo-lanatus.

81. CHONDRILLA (L. gen. n. 910.) Involucrum suboctophyllum, basi foliolis brevibus calyculatum. Flores 7-12, biseriales. Achenium apice muriculatum et coronula, basin rostri cingente, terminatum.

1. C. JUNCEA (L. sp. 1120.) *foliis* radicalibus runcinatis, *caulinis superioribus lineari-lanceolatis linearibusque*, ramis virgatis, capitulis lateralibus solitariis geminis ternisve, achenio dentibus 5 lanceolatis terminato, *rostro achenio sesquilongiore.* ⊙. In agris, locis glareosis, collibus apricis. Jul. Aug. Jacq. a. t. 427. Flores flavi, ligulis subtus striis 3 albidis. Caulis magis minusve spinuloso-hispidus, etiam folia inferiora saepe subtus in costa media atque in margine spinulosa.

2. C. LATIFOLIA (Marsch. Bieberst. taur. cauc. 2. p. 244.) *foliis* radicalibus runcinatis, *caulinis superioribus elliptico-lanceolatis* lanceolatisve, ramis virgatis, capitulis lateralibus solitariis geminis ternisve, achenio dentibus 5 lanceolatis terminato, *rostro longitudine achenii.* ⊙. In campis et collibus planitiei Rhenanae, (bei Alzei, Worms, Mainz.) Flores sicut in antecedente. Carina foliorum involucri rarius spinuloso-hispida, plerumque laevis; foliola ipsa, ut

antecedentis, farinoso-tomentosula. Specimina, quae in planitie Rhenana collegi, cum caucasicis exactissime conveniunt. — An h. l. c. acanthophylla Wallr. ap. Deth. consp. p. 60.? an C. rigens Reichenb. fl. exc. p. 271.?

3. C. PRENANTHOIDES (Vill. precis d'un voyage bot. p. 16.) foliis radicalibus lanceolatis basin versus attenuatis remote dentatis, caulibus subnudis dichotome ramosis, *capitulis* terminalibus *fastigiatis*, *achenio* rostrum suum subaequante *coronula brevi crenulata terminato*. ♃. In locis glareosis, (in Graubünden bei Chur an dem Giesbach Plessur u. Landquart; bei Bregenz; an d. Isar bei München; an d. Save u. d. Isonzo in Krain.) Jul. Aug. Flores lutei. Prenanthes chondrilloides L. mant. 107. Lactuca prenanthoides Scop. carn. 2. p. 100. t. 49.

Trib. XXII. *LACTUCEAE*. Pappus pilosus, radiis capillaribus basi non latioribus. Recept. nudum. Achenium plano-compressum, erostratum, vel rostro, basi non coronato, terminatum.

82. PHOENIXOPUS (Cassin. dict. scienc. nat. v. 27.) Involucrum suboctophyllum, foliolis exterioribus brevioribus subimbricatum, vel brevissimis calyculatum. Flores 5 uniseriales. Achenium plano-compressum in rostrum filiforme acuminatum. Pappus pilosus. Recept. nudum. — A Lactuca hoc genus differt capitulis quinquefloris; a Soncho hac nota et rostro acheniorum filiformi.

1. P. VIMINEUS (Reichenb. fl. exc. p. 272.) *foliis* decurrentibus, inferioribus profunde pinnatifidis, *laciniis linearibus* subdentatis integerrimisque, supremis linearibus integris. ⊙. In collibus et montibus asperis, (von Oestreich durch Mähren u. Böhmen bis Dresden, im C. Wallis, nach Exemplaren von Schleicher.) Jul. Aug. Phoenixopus decurrens Cass. Prenanthes viminea L. sp. 1120. Jacq. a. t. 9. Flores flavi. — Variat capitulis in foliorum rameorum alis 2-3 congestis et solitariis. — Planta moravica, ab amico Hochstetter. mecum communicata, quam Cl. Reichenb. pro Prenanthe ramosissima Allionii agnoscit, ab austriaca et bohemica non recedit. P. ramosissima, sec. descript. et ic., folia habet inferiora ad medium disci tantum sinuata, laciniis retrorsum falcatis et versus petiolum recurvatis. Planta mihi non satis nota a pluribus auctoribus pro varietate P. viminei habetur.

2. P. MURALIS (Koch. Deutschl. fl. vol. ined.) *foliis* petiolatis lyrato-pinnatifidis, *laciniis ovatis angulatis* dentatis, capitulis paniculatis. ⊙. In sylvis, ruderatis. Jul. Aug. Prenanthes muralis L. sp. 1121. Schk. t. 218. Chondrilla muralis Lam. dict. 2. p. 78. Mycelis angulosa Cassin. l. c. M. muralis Reichenb. fl. exc. p. 272. Cicerbita muralis Wallr. sched. p. 436. Lactuca muralis Mey. chlor. hanov. p. 431.

83. PRENANTHES (L. gen. n. 911., excl. spec.) Involucrum sub 8 phyllum, foliolis exterioribus imbricatum. Flores 5, uniseriales. Achenium compressum, erostratum. Papp. pilosus. Recept. nudum. — Flores specier. nostrarum purpurei.

1. P. PURPUREA (L. sp. 1121.) *foliis* cordata basi amplexicaulibus glabris subtus glaucis, inferioribus ovatis oblongisve in petiolum alatum contractis dentatis, *superioribus lanceolatis acuminatis* integerrimis, capitulis paniculatis. ♃. In sylvis montanis. (im mittlern u. südlichen D. u. d. Schw.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 307. Chondrilla purpurea Lam. dict. 2. p. 78.

2. P. TENUIFOLIA (L. sp. 1120.) *foliis* cordata basi amplexicaulibus glabris subtus glaucis *lanceolato-linearibus elongatis attenuato-acutis* integerrimis basi denticulatis, capitulis paniculatis. ♃. In sylvis subalpinis reg. austral., (auf d. Monte Generoso im C. Tessin.) All. ped. t. 33. f. 2. Folia inferiora, quae in icone Allionii desiderantur, nondum vidi. — Planta huius nominis, in Helvetia occidentali et in Duc. bad. sup. lecta, ad varietates angustifolias P. purpureae pertinere videtur. H.

84. LACTÚCA (L. gen. n. 909.) Involucrum imbricatum. Flores bi-triseriales. Achenium plano-compressum, in rostrum filiforme acuminatum. Pappus pilosus. Recept. nudum. — Pappus basi cingitur margine tenui, plus minusve prominulo, et saepe setulis brevissimis obsito.

Sect. I. LACTUCAE GENUINAE. Achenium striis elevatis utrinque plurimis. Flores flavi.

1. L. SATIVA (L. sp. 1118.) foliis carina aculeatis laevibusve basi cordato-sagittata amplexicaulibus denticulatis integris vel runcinato-pinnatifidis, *panicula* dilatata corymbosa *fastigiata*, acheniis utrinque quinquestriatis, *rostro albo achenium aequante vel longiore*. ⊙. Hinc inde in hortorum rejectamentis quasi spontanea provenit. Varietates plures coluntur. Hayn. arzng. 7. 30. — L. sativa, in solo macro enata, omnibus notis cum L. Scariola convenit, nec differt nisi caule humiliore et panicula fastigiata. Colit.

2. L. SAGITTATA (W. et Kit. pl. r. h. p. 1. t. 1.) *foliis* subtus laevibus, radicalibus in petiolum attenuatis sinuato-dentatis, caulinis sagittatis *integris* denticulatis, inferioribus oblongis basi angustatis, superioribus ovato-lanceolatis acuminatis, panicula corymbosa, acheniis utrinque quinquestriatis, *rostro achenio dimidio breviore atro*. ⊙. In sylvis, (bei Brünn in Mähren in einem Gehölze mit L. stricta untermischt, Hochstetter.) Jul. Aug. Achenia cum rostro atra. — Cl. Hochstetter. suspicatur, Lactucam sagittatam non nisi varietatem integrifoliam L. quercinae (L. strictae W. K.) constituere. G.

3. L. QUERCINA (L. sp. 1118.) *foliis* subtus laevibus, radicalibus infimisque runcinato-lyratis dentatis, superioribus *runcinato-pinnatifidis* basi sagittatis, panicula corymbosa, acheniis utrinque quinquestriatis, *rostro achenio dimidio breviore atro*. ⊙. In sylvaticis, (Mähren, Böhmen, Sachsen, Thuringen, am Unterharze.) Jul. Aug. L. stricta W. et Kit. pl. r. h. t. 48. Cicerbita corymbosa Wallr. sched. p. 434. — Evanuit quidem haec species e locis a Linnaeo memoratis (conf. Wahlenb. fl. succ. p. 1083.) qua de causa e loco natali nihil certi de ea erui potest, sed, quum nulla alia Lactucae species, Europam septentrionalem inhabitans, praeter hanc cum diagnosi in spec. plant. conveniat, non dubitavi, eandem cum

cl. Willdenowio Lactucam quercinam L. salutare. L. quercina Willd. in herb. n. 1456, certissime huc pertinet. L. quercina hortorum botanicorum mihi varietas L. sativae videtur ramis magis divaricatis. G.

4. L. VIROSA (L. sp. 1119.) foliis carina aculeatis ovali-oblongis obtusis sagittatis mucronato-denticulatis integris sinuatisve, superioribus acuminatis, panicula patente, *acheniis* utrinque quinquestriatis *latiuscule marginatis apice glabris*, *rostro albo achenium aequante*. ⊙. In montosis saxosis inter fruticeta, (stellenweise dch d. ganze Gebiet, aber viel seltner als folgende.) Jun.-Aug. Hayn. arzng. 1. t. 47. Acheniis atris statim a sequente dignoscitur.

5. L. SCARIOLA (L. sp. 1119.) foliis carina aculeatis ovali-oblongis acutis sagittatis mucronato-denticulatis pinnatifido-runcinatis rarius integris, panicula pyramidata, ramis racemosis, *acheniis* utrinque quinquestriatis *anguste marginatis apice setuloso-puberulis*, *rostro albo achenium aequante*. ⊙. In locis asperis, collibus, ad vias. Jul. Aug. Hayn. arzng. 1. t. 46. Achenia grisea fusco-nebulosa. L. virosa Schk. t. 2. Folia evidenter verticalia, sed in Lactuca sativa, solo macro-culta, saepe non minus verticalia sunt. — L. Scariola variat foliis integris, quae varietas L. augustanae All. ped. p. 224. t. 52. f. 1., adeo similis est, ut veram differentiam detegere non valeam. In specimine L. augustanae, a Balbisio cum Willd. communicato, et in herb. willd. sub n. 14570. f. 2. asservato, foliorum costa subtus aculeata est. Quod altitudinem attinet, observo, L. Scariolam in horto bot. Erlangensi, etiam in solo macro et sicco, non raro altitudinem humanam attingere.

6. L. SALIGNA (L. sp. 1119.) *foliis* subtus carina aculeatis laevibusve *linearibus acuminatis* integerrimis, infimis runcinato-pinnatifidis, ramis virgatis racemoso-spicatis, acheniis utrinque quinquestriatis, *rostro albo achenium bis superante*. ⊙. In agris, versuris, (stellenweise von d. nördl. Schweiz durch Würtemb., Baden u. Elsafs bis Coblenz, im Maingebiete bis Würzburg; an d. Mosel; von Oestreich durch Mähren, Böhmen, Sachsen u. Thüringen bis Barby u. Hildesheim.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 230.

Sect. II. CYANOSERIS. Achenium utrinque in medio disci linea elevata unica, margo tumidulus. Flores caerulei.

7. L. PERENNIS (L. sp. 1120.) foliis glabris pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis latere anteriore dentatis, corymbo laxo terminali, *acheniis utrinque unistriatis* rostrum album subaequantibus. ♃. In locis lapidosis, petrosis, rupium fissuris, (in d. westl. Schweiz dch Elsafs, u. auf d. linken Rheinufer im Gebirge bis Coblenz u. Trier; in d. Maingebirgen bei Frankf. u. Würzburg; auf d. Kalkgeb. im Würtemberg. bis Regensb.; im Bayreuther Gebirg; in Thüringen, Sachsen u. Böhmen; bei Danzig; in Krain u. südl. Tyrol.) Mai-Jun.

85. SONCHUS (L. gen. n. 908.) Involucrum imbricatum. Flores multiseriales. Achenium compressum, apice truncatum, vel paulo attenuatum, rostro evidenti destitutum. Pappus pilosus. Recept. nudum.

Sect. I. Ci-

Sect. I. Cicerbitae Wallroth. Pappus basi, ut in Lactucis, margine, setulis obsito, cinctus; radiis rigidioribus, fragilioribus. Mulgedium Cassin. — Annulo minuto, pappum cingente, haec sectio cum Lactuca convenit; at rostrum achenii evidens nullum.

1. S. alpinus (L. sp. pl. 1117.) *racemo simplici compositoque glanduloso-piloso*, foliis dentatis lyratis, lobo terminali maximo hastato-triangulari longe acuminato, caulinis petiolo alato basi cordato amplexicaulibus, acheniis oblongo-linearibus multistriatis apice paulum attenuatis. ♃. In umbrosis ad radices alpium et in convallibus alpinis, inque montibus altioribus, (Schweiz u. durch die ganze Alpenkette; auf den Vogesen; d. Schwarzwalde, d. Mähr., Böhm., Schles. Gebirgen; d. Erzgebirge; bei Schmon in d. Fl. v. Halle; am Harze.) Jul. Aug. Fl. dan. t. 182. S. montanus Lam. dict. 3. p. 401. S. caeruleus Smith. brit. 2. p. 815. S. canadensis With. brit. 674. Aracium alpinum Monn. ess. p. 73. Cicerbita alpina Wallr. sched. p. 434. Hieracium caeruleum Scop. carn. 2. p. 111. Planta nostra est Sonchus alpinus flor. lapp. et spec. plant., at in herbario Linnaeano alia species asservatur, nempe S. lapponicus Fröl., in Ust. ann. 1. p. 26, descriptus, quem Cl. Smith. in ic. pl. ined. p. 21. t. 21, sub nomine S. alpini proponit, qui vero in Lapponia nullibi crescit; conf. Wahlenb. fl. lapp. p. 194.

2. S. Plumieri (L. sp. 1117.) capitulis corymbosis, pedunculis involucrisque glaberrimis, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, caulinis basi profunde cordata amplexicaulibus, superioribus lanceolatis acuminatis integris, *acheniis ellipticis a medio ad apicem attenuatis utrinque quinquestriatis*. ♃. In locis umbrosis et petrosis reg. subalpinarum, (in d. westl. Schweiz u. auf d. Hohneck u. den Ballons d. Vogesen.) Jul. Aug.

Sect. II. Sonchi genuini. Pappus margine non cinctus, mollis, flexilis.

3. S. oleraceus (L. sp. 1116., excl. varietate γ et δ.) caule ramoso, ramis umbellato-corymbosis, involucris glabris, foliis oblongis runcinato-pinnatifidis integrisve, caulinis basi cordatis, auriculis acuminatis, acheniis transverse rugulosis utrinque in disco tristriatis. ⊙. In cultis, hortis, ruderatis ubique. Jun.-autumn. Hayn. arzng. t. 48. S. laevis Vill. 3. p. 158. Hieracium oleraceum Scop. carn. 2. p. 110. Dod. pemp. p. 643. fig. sinistra. Folia plerumque opaca, rarius nitida. Variat:

α. *integrifolius* Wallr. sched. p. 432., folia non runcinata.

β. *runcinatus;* folia runcinato-pinnatifida, lacinia terminali triangulari maiore: S. oleraceus β. triangularis Wallr. l. c.

γ. *lacerus* Wallr. l. c.; folia pinnatifida, pinnis dentatis sinuatisve, terminali etiam sinuata, hinc pinnae subaequales: S. oleraceus Willd. sp. 1513.

4. S. asper (Vill. delph. 3. p. 158.) *caule ramoso, ramis umbellato-corymbosis*, involucris glabris, foliis ovali-oblongis integris vel subruncinatis, caulinis basi cordatis, auriculis rotundatis, *acheniis laevibus marginatis disco utrinque tristriatis*, radice fusiformi. ⊙. Cum praecedente ubique. Jun.-autumn. Hayn. arzng. 2. 48. S. fallax Wallr. sched. p. 432. S. oleraceus var. γ et δ. L.

sp. 1117. Dod. pempt. p. 643. fig. dextra. Folia plerumque nitida et rigidiora, quam in antecedente.

5. S. ARVENSIS (L. sp. 1116.) *caule simplici apice corymboso, involucris* pedunculisque *glanduloso-pilosis*, foliis lanceolatis runcinatis, caulinis basi cordatis, supremis integris, acheniis striatis, striis transversim rugulosis, *radice repente.* ♃. In agris solo argillaceo et calcareo. Jul. Aug. Fl. dan. t. 606. Hieracium arvense Scop. carn. 2. p. 110. Variat:

β. foliis integris, caule 1-2 floro. Dethard. consp. p. 60. — Aliam varietatem pedunculis involucrisque glabris: S. intermedium Bruckn. Trev. in rep. soc. nat. cur. berol. 1813. p. 153. S. arvensis var. Schultz. starg. p. 195., nondum vidi.

6. S. PALUSTRIS (L. sp. 1116.) *caule simplici apice corymboso, involucris* pedunculisque *glanduloso-pilosis*, foliis runcinato-pinnatifidis, laciniis omnibus lanceolatis acuminatis, caulinis basi sagittatis, superioribus integris, acheniis striatis, striis transversim rugulosis, *radice stolonibus nullis.* ♃. In pratis paludosis, ad ripas, fossas, (von Westphalen durch das nördl. Deutschl. bis Preussen, im übrigen D. sehr zerstreut, in Mähren, bei Halle, Würzburg, Frankfurt, Strasburg; im obern Wallis u. an wenigen Orten in der Schweiz.) Jul. Aug. Fl. dan. t. 1109.

7. S. MARITIMUS (L. sp. 1116.) *caule simplici, apice mono-oligocephalo, involucris* pedunculisque *glaberrimis*, foliis elongato-lanceolatis integris vel subsinuatis, caulinis basi cordatis, acheniis striatis, striis transversim rugulosis, *radice repente.* ♃. In locis humidis, circa stagna, aqua marina repleta, ad mare adriaticum, (Aquileja, Gradisca, Wulf.) Jul. Aug. All. ped. t. 16. f. 2. Forma foliis subsinuatis: S. littoralis Reichenb. fl. exc. p. 274. G.

Trib. XXIII. *CREPIDEAE.* Pappus pilosus, radiis capillaribus, vel subulato-setaceis, sed basi non paleaceo-dilatatis. Achenium teres, vel angulatum, vel subcompressum, apice rostratum vel erostratum et apice contractum aut aequalis latitudinis.

86. PICRIDIUM (Desf. atl. 2. p. 221.) Involucrum imbricatum. Achenia conformia, prismatica, tetragona, quadrisulcata, angulis profunde crenatis, summo apice paulo contracta. Pappus pilosus. Recept. nudum.

1. P. VULGARE (Desf. l. c.) foliis inferioribus sinuato-pinnatifidis denticulatis, superioribus amplexicaulibus oblongis subintegerrimus, pedunculis apice crassioribus, foliolis involucri adpressis. ⊙. In locis cultis et ad vias, (bei Pola in Istrien u. bei Fiume.) April. Mai. Scorzonera picroides L. sp. 1114. Sonchus picroides All. ped. 1. p. 223. t. 16. f. 1. Flores lutei. — Picridium albidum DC. est vera Crepidis species: C. albida Vill. J.

87. ZAZÍNTHA (Tournef. t. 369. Gärtn. fruct. p. 358.) Involucrum calyculatum, fructiferum ungulato-torulosum, foliolis interioribus carnoso-incrassatis, achenia marginalia arcte involventibus. Achenia disci lineari-oblonga, teretiuscula; marginalia dorso valde

gibba, pappo laterali. Pappus pilosus. Recept. nudum. — Flores lutei.

1. Z. VERRUCOSA (Gärtn. l. c. t. 157. f. 7.) ⊙. In campis et locis sterilibus, (im Littorale u. Istrien, Host; bei Fiume, Noé.) Mai. Jun. Lapsapa Zazintha L. sp. 1141. J.

88. LAGÓSERIS (M. Bieberst. taur. cauc. 3. p. 388. Lessing. syn. comp. p. 139.) Involucrum calyculatum. Achenia difformia, disci linearia, teretia, rostrata; marginalia dorso convexa vel subcarinata, latere interiore 3-5 carinata, carinis filiformibus obtusis vel membranaceo-alatis. Pappus capillaris, acheniorum marginalium caducus. Receptaculum paleaceum, paleis capillaribus.

1. L. BIFIDA (Koch. D. fl. vol. ined.) foliis dentatis lyratisve, acheniis marginalibus latere interiore tricarinatis, carinis filiformibus obtusis. ⊙. In locis sterilibus incultis, (bei Fiume, Noé.) Mai. Jun. Trichocrepis bifida Visian. stirp. dalmat. p. 18. t. 7., specimina dalmatica misit cl. Fenzel. Pauca acheniorum, quae marginalia sequuntur, evidenter muriculata, cetera vero glabra vel subtilissime scabra sunt. — Specimina taurica Lagoseris nemausensis ad L. bifidam pertinent, tamen non contenderim, Marschallii plantam eandem non esse ac gallicam, quae in Tauria quoque provenire possit. — Lagoseris nemausensis, circa Nemausum (Nimes) in Gallia australi crescens, nomen suum servet. A L. bifida differt capitulis maioribus, acheniis marginalibus latere interiore alis 3-5 membranaceis instructis et acheniis ceteris omnibus glabris vel subtilissime scabris. J.

89. BARKHAUSIA (Moench. meth. 537.) Involucrum calyculatum. Achenia conformia, teretia, multistriata, evidenter in rostrum attenuata vel contracta. Pappus pilosus. Receptaculum nudum. — Limites inter hoc genus et Crepidem vix reperiuntur.

Sect. I. Pedunculi ante anthesin nutantes. Achenia marginalia intimis multo breviora; intima cum rostro super involucrum emergentia. Rostrum elongatum. Pappus achenio duplo triplove brevior.

1. B. FOETIDA (DC. fl. fr. 4. p. 42.) caule erecto foliato ramoso cum foliis hirsuto, foliis runcinato-pinnatifidis, summis lanceolatis basi profunde incisis, pedunculis ante anthesin nutantibus, *acheniorum marginalium rostris involucro brevioribus, intimis eodem longioribus, involucro toto canescente villosoque,* pilis simplicibus glanduliferisque, foliolis calyculi lanceolatis acutis. ⊙. In locis sterilibus, agris, ad vias, (im mittlern u. südlichen Gebiete stellenweise, im nördlichen seltner.) Jun.-Aug. Crepis foetida L. sp. 1133. Engl. bot. t. 406. Flores flavi.

2. B. RHOEADIFOLIA (MBieberst. fl. taur. cauc. 3. p. 538.) caule erecto foliato ramoso cum foliis setoso-hispido, foliis runcinato-pinnatifidis, summis lanceolatis basi profunde incisis, *pedunculis ante anthesin nutantibus, acheniorum omnium rostris involucro brevioribus, involucro toto setis rigidis hispido* et subcanescente, foliolis calyculi lanceolatis acutis. ⊙. In locis apricis, (bei Brünn in Mähren, Hochstetter!) Jun. Jul. Crepis rhoeadifolia MB. taur. cauc. 2. p. 259. Flores flavi. G.

3. B. RUBRA (Moench. meth. 537.) caulibus erectis adscendentibusque simplicibus vel inferne ramosis nudis basi foliatis, foliis runcinato-pinnatifidis, superioribus lanceolatis basi dentatis, pedunculis ante anthesin nutantibus; *acheniis marginalibus involucrum fructiferum aequantibus, intimis eodem longioribus, foliolis* involucri interioribus hispidis, *calyculi glabris* ovato-lanceolatis. ⊙. In locis sterilibus ad vias, (auf d. Insel Osero gemein.) Jun. Jul. Crepis rubra L. sp. 1132. Variat rachi foliorum profunde pinnatifidorum dentata: C. incarnata Visian. stirp. dalm. spec. p. 17. t. 6. f. 2. Flores dilute purpurei. J.

Sect. II. Pedunculi ante anthesin erecti. Achenia omnia aequalia, vel exteriora paulo breviora. Involucrum pappum dimidium vel integrum aequans. Rostrum achenii mediocre, achenio brevius.

4. B. TARAXACIFOLIA (Thuill. fl. par. 2. 1. p. 409.) caule erecto foliato apice corymboso, foliis runcinato-dentatis vel runcinato-pinnatifidis, pedunculis ante anthesin erectis, *involucro* canescente et saepe hispido, *fructifero pappum dimidium aequante, foliolis calyculi ovato-lanceolatis attenuatis glabris* margine membranaceis, *bracteis* linearibus *herbaceis* anguste membranaceo-marginatis. ⊙. In pratis siccis et locis apricis glareosis, solo calcareo, (in d. westlichen Schw.; im Elsafs, in Baden bis Mannheim hinab, von Oberbaden durch Würtemberg mit dem Jurakalk; längs des Bodensees bis Oberbayern.) Mai. Jun. Flores flavi, ligulae marginales subtus stria purpurea. B. taraxacifolia et B. praecox Reichenb. fl. exc. p. 256. Crepis taurinensis Willd. sp. 3. 1595. C. tectorum Vill. delph. 3. 144., non L. C. cinerea Desf. cat. h. par. p. 89. C. vesicaria Balb. taur. 93., ab ipso auctore in herbar. Willd. 14754., non L. C. Lachenalii Gmel. bad. 3. p 435, non Gochn. C. scabra Willd. sp. 3. 1603. herbar. n. 14755., specimina fol. radicalibus obovatis basi dentatis et lyratis. Wibelia taraxacifolia Röhl. Deutschl. fl. 2. 581. Variat:

β. *praecox*, foliis superioribus basi dilatato-auriculatis: Dub. bot. gall. p. 299. Crepis praecox Balb. misc. t. 9.

γ. *intybacea*, foliis superioribus basi auriculatis, involucro glabro: Dub. l. c. Barkh. intybacea DC. cat. h. monsp. 82. fl. fr. 5. p. 449.

Variat insuper foliis integris retrorsum dentatis et ad costam mediam usque pinnatifidis, laciniis sinuato-dentatis laciniatisque; capitulis maioribus et dimidio minoribus; involucro fere glabro, ad basin foliolorum parco tantum tomento adsperso atque tomentoso-cano, foliolis interioribus pedunculisque glanduloso-hispidis, pilisque glandulosis nullis.

5. B. VESICARIA (Spreng. s. veg. 3. 652.) caule erecto ramoso corymboso parce foliato, foliis runcinato-dentatis vel runcinato-pinnatifidis, pedunculis ante anthesin erectis, *involucro* canescente et saepe hispido, *fructifero pappum dimidium aequante, foliolis calyculi ovalibus concavis membranaceis glabris, bracteis* oblongis obtusis *membranaceis* stria dorsali angusta herbacea. ⊙. In pascuis et ad vias, (auf d. Insel Veglia u. Osero.) Mai. Flores ut antecedentis. Crepis vesicaria L. sp. 1132. Variat, sicut species affines, foliolis

calyculi involucro conspicue brevioribus: C. vesicaria Willd. spec. 3. 1594. et involucrum subaequantibus: C. scariosa Willd. l. c. 1595. Haec in herbario Willdenow. desideratur. J.

6. B. SETOSA (DC.! fl. fr. 5. p. 44. ic. fl. gall. t. 19.) caule erecto foliato ramoso, ramis corymbosis, foliis runcinato-dentatis vel lyrato-runcinatis, superioribus sagittatis integris vel basi inciso-dentatis, *pedunculis ante anthesin erectis, involucro fructifero pappum aequante, foliolis calyculi lanceolatis acutis, his bracteisque margine*, foliolis interioribus dorso pedunculisque *subspinuloso-hispidis*, setis rigidis simplicibus. ⊙. In agris et vineis, (Kleinstein bei Oppeln in Schlesien; Mühlhausen im Elsafs; in d. südl. Schweiz u. im Littorale nicht selten.) Jul. Aug. Borkhausia hispida Link. en. h. b. 2. p. 290. Crepis setosa Hall. fil. Röm. arch. 1. 2. p. 1. C. hispida W. Kit. pl. r. hung. 1. p. 42. t. 43. Barkh. setosa DC., ab ipso Cl. auctore, et specimina hungarica Crepidis hispidae W. K. nulla nota essentiali differunt.

Sect. III. Ramuli cum capitulis pluribus ante anthesin nutantes. Achenia subaequalia; rostrum achenio triplo brevius. Involucrum pappum subaequans. Pappus caducus.

7. B. CERNUA (Reichenb. fl. exc. p. 255.) caule erecto a basi ramoso foliato, ramulis 2-3 floris ante anthesin nutantibus, foliis inferioribus dentatis runcinatisve, superioribus sagittatis saepe basi pectinato-pinnatifidis, *involucro fructifero pappum caducum subaequante, foliolis* leviter canescentibus, *calyculi lanceolatis adpressis bracteisque margine glabris, achenii rostro achenio triplo breviore*. ⊙. In locis sterilibus, pascuis, ad vias, (bei Triest überall, Biasol.!) Crepis cernua Tenor.! flor. neap. prodr. p. 47., nomen aptissimum; Reichenb. ic. 4. f. 479. C. stricta Scop. carn. 2. p. 99. t. 47., nomen penitus incongruum, DC. fl. fr. 5. p. 447., Reichenb. ic. 4 f. 480., specimen minus. — Crepis stricta Scop. et C. cernua Tenore nulla nota differunt; quam ad speciem etiam C. diffusa DC. fl. fr. 5. p. 448. pertinere videtur. G.

Gatyona globulifera Cass., (Crepis globifera Hall. fil. ap. Gaud., C. Dioscoridis DC. ic. fl. gall. t. 18. Willd. sp. 3. 1605. herbar. n. 14759.) ex commutatione cum Crepide tectorum inter plantas helveticas numerata fuit; in Helvetia non crescit.

90. CREPIS (L. sp. n. 914., excl. spec.) Involucrum calyculatum vel subimbricatum. Achenia conformia, teretia vel subcompressa, 10-30 striata, apice angustiora vel obscure rostrata. Pappus pilosus, radiis capillaribus. Recept. nudum. — Flores omnium, exceptis C. incarnata et aurea, flavi.

Sect. I. Achenia 10-13 striata. Pappus niveus, mollis.

§. 1. Scapus aphyllus, apice polycephalus. Capitula parva. Involucrum calyculo brevi, adpresso. Intybus Fries. nov. ed. 2. p. 244. Intybellia Monnier. ess. monogr. p. 78.

1. C. PRAEMORSA (Tausch. bot. ztg. 11. 1. erg. bl. p. 79.) *scapo aphyllo racemoso*, racemo basi composito, pedunculis inferioribus 2-3 cephalis, superioribus 1 cephalis, foliis ovali-oblongis basi attenuatis denticulatis pubescentibus. ♃. In montosis lapidosis, solo

calcareo, (in d. Schweiz hin u. wieder; stellenweise in Elsafs u. bi an d. Mosel, durch das südl. u. mittlere D., nördlich bis Thüringen, Sachsen u. Schlesien.) Mai. Jun. Hieracium praemorsum L. sp. 1126. St. h. 39., racemus non bene delin. Geracium praemorsum Reichenb. fl. exc. p. 259. Intybus praemorsus Fries. nov. ed. 2. p. 245. Intybellia praemorsa Monn. ess. p. 79.

2. C. INCARNATA (Tausch. l. c. p. 79.) *scapo aphyllo corymboso*, foliis obovato-oblongis basi attenuatis denticulatis. ♃. In montibus humilioribus et subalpinis, (im südl. Tyrol im Pusterthale; in Krain nicht selten.) Mai. Jun. Hieracium incarnatum Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 127. ic. rar. t. 578. H. montanum Scop. carn. 2. p. 106. t. 50. Geracium incarnatum Reichenb. fl. exc. p. 259. Intybellia incarnata Monn. ess. p. 79. Flores carnei vel rubelli. Variat:

β. *lutea*, floribus luteis, Tausch. l. c. Hieracium parviflorum Schleich. cat. 1807., sed flores (capitula) non minores sunt quam in varietate α, neque ex minimis; H. praemorsum II. corymbosum Gaud. helv. 123. Geracium parvifl. Reichenb. l. c. (Schweiz u. südl. Tyrol.)

§. 2. Scapus aphyllus, vel basi folio uno alterove instructus, apice monocephalus, simplex, vel a basi ad medium usque ramum unum alterumve monocephalum, basi folio fultum, emittens. — Capitula maiora, magnitudinem capitulorum Leontodi hastilis aequantia.

3. C. BULBOSA (Tausch. l. c. p. 78.) *scapo monocephalo aphyllo* vel basi monophyllo *apice involucroque basi hirto*, foliis oblongo-lanceolatis subdentatis glabris, *radicis fibris tuberiferis*. ♃. In pascuis et locis arenosis maritimis, (Istrien, Biasoletto.) April. Mai. Leontodon bulbosum L. sp. 1122. Prenanthes bulbosa DC. fl. fr. 4. p. 7. Hieracium bulbosum Willd. sp. 3. 1562. Aetheorrhiza bulbosa Cassin. dict. scienc. nat. 68. p. 425. J.

4. C. AUREA (Tausch. l. c. 78.) *scapo monocephalo aphyllo* vel basi rarius paucifolio et subramoso *superne involucroque nigrohirsuto*, foliis oblongis dentatis vel runcinatis glabris, radicis fibris teretibus. ♃. In pascuis humidiusculis alpinis et subalpinis, (Schweiz u. d. d. ganze Alpenk.) Jul. Aug. Hieracium aureum Scop. carn. 2. p. 104. Vill. delph. 3. t. 33. Leontodon aureum L. sp. 1122. Jacq. a. t. 297. Geracium aureum Reichenb. fl. exc. p. 259. Flores aurantii.

5. C. ALPESTRIS (Tausch. l. c. p. 79.) *scapo monocephalo aphyllo* vel basi paucifolio subramoso *apice tomentoso*, involucro canescente hirtoque, foliis lanceolatis dentatis runcinatisque. ♃. In locis siccis rupestribus montium, reg. subalpin. et alpium, (von Schaffhausen durch d. nördl. Schweiz u. d. Graubünden u. d. g. Alpenk.; mit d. Jurakalk durch Würtemberg u. längs d. Donau bis Regensburg u. Eichstädt.) Jul. Aug. Hieracium alpestre Jacq. a. t. 191. St. h. 28.

§. 3. Caulis foliatus, apice corymbosus. Capitulorum magnitudo in diversis speciebus diversa. Flores omnium flavi vel aurei.

6. C. CHONDRILLOIDES (Jacq. enum. stirp. vindob. p. 112.) caule oligocephalo canescente et glanduloso-piloso inferne foliato, capitulis subcorymbosis, foliis pinnatis, *pinnis fasciculato-partitis, laciniis linearibus angustissimis*, involucro tomentoso, acheniis de-

cemstriatis. ♃. In locis apricis, rupestribus, (im östr. Littorale, Triest, Fiume; auf d. Berge Zhaun im Innerkrain.) Jun. Jul. C. Adonis Spreng. pug. 1. p. 54. Andryata chondrilloides Scop. carn. 2. p. 115. t. 52. Wibelia chondrilloides Hopp. et Hornsch. decad. Berinia andryaloides Brign. G.

7. C. BIENNIS (L. sp. 1136.) *caule* foliato apice *corymboso*, foliis dentatis vel runcinato-pinnatifidis, caulinis sessilibus subamplexicaulibus planis *basi auriculato-dentatis*, summis integerrimis, *involucri foliolis* omnibus oblongo-linearibus *obtusiusculis* canopuberulis, *exterioribus patulis*, *interioribus* dorso hispidis glabrisve *superficie interiori subsericeo-pilosis*, acheniis apice angustioribus 13 striatis. ⊙. In pratis et sylvaticis humidiusculis ubique. Mai. Jun. Engl. bot. 149. Variat caule foliisque hispidis et subglabris, atque, ut omnes affines, magnopere quod divisionem foliorum attinet.

α. *runcinata*, foliis subaequaliter runcinatis apice integris, laciniis deorsum sensim sensimque minoribus: C. biennis α. Wimm. et Grab. fl. sil. p. 172. C. lodomiriensis Bess. galic. p. 159.

β. *lacera*, foliis inaequaliter runcinato-pinnatifidis vel laceropinnatifidis: W. et G. l. c. C. biennis var. bannatica Roch. pl. rar. bann. fig. 61.

γ. *dentata*, foliis elongatis, lineari-oblongis, inferioribus dentatis, superioribus integerrimis.

8. C. NICAEENSIS (Balb. ap. Pers. syn. 2. p. 376) *caule* foliato apice *corymboso*, foliis dentatis runcinatisve, caulinis sessilibus subamplexicaulibus planis *basi sagittatis*, *auriculis acuminatis deorsum directis*, summis integerrimis, *involucri foliolis* lanceolatis *attenuatis* cano-puberulis, *exterioribus patulis*, *interioribus* dorso hispidis *superficie interiori glabris*, acheniis apice attenuatis 10 striatis. ⊙. In pratis siccis, (bei Knielingen in d. Gegend v. Carlsruh, Alex. Braun; wahrscheinlich auch bei Mannheim, von Mertin daher mitgetheilt.) Jun. Jul. C. nicaeensis Balb.! in herb. Willd. sub. n. 14734. C. scabra DC. fl. fr. 5. p. 446., non Willd., quae posterior ad Borkhausiam taraxacifoliam pertinet. G.

8. C. TECTORUM (L. sp. 1135.) caule foliato corymboso, *foliis* radicalibus lanceolatis dentatis vel runcinato-pinnatifidis, *caulinis linearibus* sessilibus *sagittatis margine revolutis*, involucri foliolis lanceolatis attenuatis pedunculisque cano-pubescentibus, exterioribus linearibus patulis, interioribus in superfice interiori adpresse pilosis, *acheniis* 10 striatis apice attenuato-contractis *subrostratis*, *rostro scabro*. ⊙. In agris, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Mai. Jun. C. tectorum L. fl. suec. p. 275., testibus speciminibus, ab Ehrharto Linnaei tempore Upsaliae lectis. Fl. d. t. 501. Schk. t. 222., fruct., C. Dioscoiridis Poll. pal. 2. p. 399. Gochn. diss. de pl. cichor. t. 2. DC. fl. fr. 5. p. 448. C. stricta Schultz. starg. suppl. p. 1. Varietas foliis radicalibus integris subdentatis: C. tectorum β. segetalis Roth. bot. abh. p. 37. C. Lachenalii Gochn. l. c. t. 3., non Gmel. — Stigmata fusca; hac nota, foliis radicalibus terrae adpressis, caulinis superioribus linearibus margine revo-

lutis, receptaculo breviter fibrilloso, et acheniis castaneo-fuscis, superne conspicue attenuatis et scabris facile a sequente dignoscitur.

9. C. VIRENS (Vill. delph. sp. 142.) caule foliato ramoso corymboso, *foliis* radicalibus lanceolatis dentatis vel runcinato-pinnatifidis, caulinis superioribus linearibus *planis basi sagittatis, involucri foliolis exterioribus linearibus adpressis*, interioribus in superficie interiori glabris, *acheniis lineari-oblongis 10 striatis apice paulum angustioribus*, striis laevibus, receptaculo glabro. ⊙. In agris, pascuis, ad vias. Jun.-autumn. C. virens DC.! fl. fr. 5. p. 447. Koch. et Ziz. cat. pl. pal. C. tectorum Poll. pal. 2. 399. Engl. bot. t. 1111. C. pinnatifida Willd. sp. 3. 1604. C. polymorpha Wallr. sched. p. 426. (excl. syn. C. strictae Scop. et DC., atque C. diffusae DC., quae ad Barkhausiam cernuam pertinent.) Crepis virens Linn. extricari nequit; Cl. DC. suspicatur, Linnaeum nostram, hic propositam, speciem et C. strictam, (Barkh. cernuam,) confudisse. — Me quidem observante, C. virens in plantam diffusam non abit, nisi caule abscisso vel a pecoribus depasto. Stigmata semper flava, achenia dilute fusca vel testacea, et pappus caducus. Foliorum forma valde variabilis, ut in C. bienni; variat insuper capitulis canescentibus et glanduloso-pilosis, minoribus et duplo maioribus. Varietas:

β. *agrestis*, capitula duplo maiora habet: C. agrestis W. Kit. pl. r. h. p. 244. t. 220. „Involucrum plantae spontaneae glanduloso-hispidum fuit, in culta glabrum factum est.“ Willd. sp. 3. p. 1603.

10. C. PULCHRA (L. sp. 1134.) caule apice paniculato, foliis radicalibus runcinatis, caulinis lanceolatis basi truncatis postice dentatis, *panicula fastigiata nuda, involucro glaberrimo, foliolis calyculi brevissimis ovatis adpressis*, acheniis linearibus obsolete 10 striatis apice parum attenuatis glabris, marginalibus scabris. ⊙. In collibus et praecipue in vineis, in praeruptis inter virgulta, solo argillaceo-calcareo, (stellenweise in Würtemberg, Oberbaden, dem Elsafs u. durch das Gebirg auf dem linken Rheinufer bis an die Nahe, dann wieder in Oestreich u. im Littorale; nicht in d. Schweiz, sondern im Aostathale in Piemont.) Jun. Jul. Engl. bot. t. 2325. Prenanthes hieracifolia Willd. sp. 1541. P. pulchra DC. fl. fr. 4. p. 7. P. viscosa Baumg. transs. 3. p. 44. Intybellia pulchra Monn. ess. p. 79. Sclerophyllum pulchrum Gaud. helv. p. 48. Chondrilla pulchra Lam. dict. 2. p. 77. Lapsana pulchra Vill. delph. 3. p. 163. Phaecasium lampsanoides Cass. Planta habitu cum Prenanthide et Chondrilla, characteribus vero cum Crepide conveniens. B. Gaud. eam ob pappi in acheniis marginalibus defectum tanquam proprium genus proposuit, sed secundum meam observationem achenia marginalia nunquam pappo, qui omnino fugax est, carent. G.

Sect. II. Achenia 10-13 striata. Pappus rigidulus, fragilis, albus in flavescentem vergens. (In C. Jacquini pappus minus fragilis est; in C. paludosa fragilissimus.) Aracium Neck. Less. syn. p. 141.

11. C. JACQUINI (Tausch. bot. ztg. 11. 1. p. 79.) *caule apice 1-5 cephalo, foliis lanceolatis* glabris *petiolatis, radicalibus exterioribus integris, caulinis runcinatis* longe acuminatis, laciniis superiorum linearibus, involucro pedunculisque laxe tomentosis et

saepe nigro-hirsutis, acheniis sub 12 striatis. ♃. In locis saxosis alpium, (auf d. Alpen von Vorarlberg, Schwaben, Bayern, Tyrol, Steyermark, Oestreich, Mähren.) Jul. Aug. Hieracium chondrilloides L. sp. 1128. Jacq. a. t. 429. St. h. 39. DC. fl. fr. 4. p. 36. (non Vill.) Geracium chondrill. Reichenb. fl. exc. p. 260.

12. C. PALUDOSA (Moench. meth. p. 535) caule erecto ramoso corymboso, foliis glabris, inferioribus oblongis acutis runcinato-dentatis basi attenuatis, superioribus ovato-lanceolatis basi cordatis amplexicaulibus dentatis apice integerrimis longe acuminatis acutissimis, involucri foliolis lanceolatis attenuato-acutis glanduloso-pilosis, exterioribus triplo brevioribus, acheniis 10 striatis. ♃. In pratis et sylvis humidis et paludosis. Jun. Jul. Hieracium paludosum L. sp. 1129. Schk. t. 221. Geracium paludosum Reichenb. fl. exc. p. 260. Aracium paludosum Monn. ess. p. 73. Pappus flavescens, fragilissimus. Color et fragilitas pappi ad genera constituenda mihi haud sufficere videntur.

Sect. III. Achenia 20 striata. Pappus niveus, mollis vel subfragilis.

13. C. SUCCISAEFOLIA (Tausch. l. c. p. 79.) caule apice corymboso, pedunculis ramosis, *foliis oblongis obsolete dentatis* glabris vel pilis simplicibus adspersis, radicalibus basi attenuatis petiolatis obtusis, *caulinis amplexicaulibus, infimo basin versus contracto, pedunculis involucrisque glanduloso-pilosis*, involucri foliolis lanceolatis attenuato-acutis, exterioribus dimidio brevioribus adpressis. ♃. In pratis humidis subalpinis, etiam planitierum alpes et regiones subalpinas comitantium, (vom Jura an durch die sämmtlichen Voralpen bis Steyermark u. Oestreich, u. stellenweise in Oberbaden, Würtemberg, Oberbayern, im Böhmerwalde, auf den Mährischen Carpaten, in Schlesien u. am Harze.) Jul. Aug. Hieracium succisaefolium All. ped. 1. p. 215. Omalocline succisaefolia Monn. ess. p. 78.

α. *molle*, caule foliisque utrinque hirtis, pilis brevibus eglandulosis, in summis foliis etiam glandulosis: Hieracium molle Jacq. a. t. 119. H. croaticum W. K. pl. r. h. 3. p. 267. t. 218. Vidi specimen in collectione Mertens. a Comite de Waldst. communicatum. H. Sternbergii Hornem. h. hafn. suppl. p. 763. Geracium croaticum Reichenb. fl. exc. p. 260.

β. *integrifolium*, caule foliisque glabris: Hieracium integrifolium Hopp. ap. St. h. 39. Crepis hieracioides W. K. 1. p. 71. t. 70. secund. icon. et specimen a b. Kitaibelio, in herb. Willd. sub n. 14746. Geracium succisaefolium Reichenb. fl. exc. p. 259.

14. C. PYGMAEA (L. sp. 1131.) caule oligocephalo procumbente basi ramoso, *foliis petiolatis ovatis subcordatis denticulatis, petiolo lyrato-dentato*, acheniis 20 striatis. ♃. In alpium locis editissimis, ad lapides cadivos, nivibus resolutis irrigatos, (in d. Schweiz auf d. Aelener u. Walliser Alpen.) Jul. Aug. Hieracium pumilum L. mant. 2. p. 279. H. prunellaefolium Gouan. ill. p. 57. t. 22. f. 3. H. prunellaefolium DC. fl. fr. 4. p. 34. Leontodon dentatum L. mant. 1. 107. Omalocline prunellifolia Cass. Monn. ess. p. 78. H.

15. C. BLATTARIOIDES (Vill. delph. 3. p. 136.) caule 1-6 cephalo, capitulis subcorymbosis, *foliis* oblongis dentatis, radicalibus basi attenuatis, *caulinis* amplexicaulibus *basi sagittatis* hastatisve, *involucri foliolis* oblongo-lanceolatis obtusis, *exterioribus* patulis *interiora aequantibus*, *omnibus hirsutis*, pilis setosis simplicibus, acheniis 20 striatis. ♃. In pascuis subalpinis et alpinis humilioribus, (Schweiz u. durch d. g. Alpenkette, Jura, auch auf d. Ballon im Elsafs.) Jul. Aug. C. sibirica Gouan. ill. 60., non L., C. austriaca Jacq. a. t. 441., Hieracium blattarioides L. sp. 1129., H. pyrenaicum L. syst. nat. ed. 10. p. 1095. St. h. 39. — Non multum variat.

16. C. GRANDIFLORA (Tausch. l. c. p. 80.) caule simplici 3-5 cephalo, *foliis glanduloso-pubescentibus* dentatis, radicalibus oblongo-lanceolatis in petiolum latum attenuatis, *caulinis sagittato-amplexicaulibus* lanceolatis subintegerrimis, involucris pedunculisque hirsutis, pilis longioribus simplicibus et brevioribus glanduliferis, *foliolis* oblongo-lanceolatis, interioribus obtusis, *exterioribus dimidio brevioribus* laxiusculis acutis, *omnibus hirsutis*. ♃. In pascuis alpinis, (in d. Schweiz etwas selten; von da stellenweise durch Tyrol, Salzburg, bis nach Kärnthen u. Steyermark.) Hieracium grandiflorum All. ped. p. 217. t. 29. f. 1 et 2. Willd. sp. 3. 1584. H. pappoleucum Vill. delph. 2. p. 134. H. conyzaefolium Gouan. ill. 59. — Crepis grandiflora Willd. en. suppl. p. 56., secundum descriptionem et herbar., n. 14753. — Fol. 1., est Hieracium grandiflorum All., et quidem specimen cultura auctum; fol. 2. est Crepis blattarioides Vill., e montibus Idriae, et Crepis grandiflora Link. en. 2. p. 291., non Willd. suppl.

Sect. IV. Achenia 30 striata. Pappus sordide albus, fragilis.

17. C. SIBIRICA (L. sp. 1135.) caule hirsuto apice corymboso, *foliis* rugosis elliptico-oblongis dentatis, *caulinis inferioribus in petiolum profunde dentatum amplexicaulem attenuatis*, superioribus lanceolatis subintegerrimis, involucris hirsutis, pilis simplicibus, foliolis exterioribus brevioribus laxis, *acheniis sub-30 striatis*. ♃. In nemorosis subalpinis, (in Schlesien im Kessel an der Janowitzer Heide im Gesenke, Wimmer; vergl. Uebersicht der Arbeit. u. Veränd. der schles. Ges. für vaterl. Cult. 1833. p. 72.) Jul. Aug. G.

91 SOYÉRIA (Monnier. essai monogr. sur les hieracium p. 75.) Radii pappi subulato-piliformes, basi paulo crassiores, cetera ut Crepidis. — Soyeriam grandifloram et blattarioidem Monn. inter Crepides collocavi.

1. S. MONTANA (Monnier. l. c.) caule monocephalo basi foliato apice incrassato, foliis elliptico-oblongis dentatis, caulinis semiamplexicaulibus, involucro hirsutissimo. ♃. In pratis alpinis et subalpinis, (in d. Schweiz, Tyrol, Salzburg, Steyerm., Oestr.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 190. Hypochoeris montana L. sp. 1140. Andryala montana Vill. delph. 3. p. 67. Crepis montana Tausch. l. c. p. 79.

2. S. HYOSERIDIFOLIA (Koch. D. fl. vol. ined.) caule 1 cephalo folioso, foliis omnibus petiolatis runcinatis, supremo lineari integer-

rimo, involucro nigro-hirsutissimo. ♃. In summis alpibus, (Schweiz im C. Freiburg, Glarus, Appenzell; im Vorarlberg; bayer. Alpen; Obersteyermark.) Jul. Aug. Hieracium hyoseridifolium Vill. ap. Pers. syn. 2. p. 370. Zollik. fl. alp. helv. fasc. 1. t. 2. Crepis hyoseridifolia Tausch. l. c. p. 79.

92. HIERACIUM (Linn. gen. n. 913.) Involucrum imbricatum: achenia conformia, teretia, 10 striata, vel subprismatica, ad apicem usque aequalis latitudinis, in margine apicis annulo tenui crenulato-instructa, penitus erostrata. Pappus pilosus, radiis piliformibus fragilibus. Receptaculum nudum.

Sect. I. PILOSELLOIDEA. Caulis scapiformis. Pili caulis foliorumque setiformes*).

a. Scapus monocephalus; vel in furcam fissus, dicephalus, *pedunculis elongatis, angulo acuto erectis;* vel repetito-furcatus, 3-5, rarius pleiocephalus.

1. H. PILOSELLA (L. sp. 1125.) *scapo nudo monocephalo,* stolonibus prostratis sterilibus florigerisve, his apice adscendentibus in scapum monocephalum vel furcato-bi-tricephalum elongatis, *involucro breviter cylindrico,* foliis viridi-glaucescentibus obovato-lanceolatis lanceolatisve setoso-pilosis subtus incano-tomentosis. ♃. In pascuis siccis, ericetis, collibus, ad vias. Mai-autumn. St.

---

*) Hieracia piloselloidea Florae nostrae sequentibus notis disposui.
Scapus semper monocephalus, involucrum cylindricum: H. PILOSELLA.
Scapus bifidus vel repetito-furcatus, 2-5 cephalus, rarius capitulis pluribus;
involucrum basi ventricosum, flores marginales subtus purpurei: H. STOLONIFLORUM;
involucrum basi subventricosum, flores concolores: H. BIFURCUM;
involucrum fructiferum globosum, stolones brevissimi vel nulli: H. FURCATUM.
Scapus apice 2-5 cephalus, rarius capitulis pluribus, capitula corymboso-congesta;
folia utrinque pube stellulata adspersa, et canescentia simulque hispida: H. BREVISCAPUM.
folia subtus plus minusve pube stellata adspersa, supra vero, setis exceptis, glabra;
stolones elongati prostrati, folia glauca: H. AURICULA;
stolones nulli vel brevissimi, folia viridia: H. ANGUSTIFOLIUM;
(H. aurantiacum saepe quoque scapum 2-5 cephalum gerit.)
Scapus apice corymbosus, polycephalus, 20-100-cephalus;
folia plus minusve glauca, pili setosi;
setae breves diametrum caulis aequantes vel eo breviores, folia utrinque pube stellulata adspersa, et setis brevibus hirta: H. NESTLERI;
setae elongatae, sed tenues, graciles, folia hirsuta, setis longis gracilibus, sed, supra saltem, pubescentia stellulata destituta, corymbus valde glomeratus: H. PRATENSE;
setae elongatae, validae, rigidae;
caulis multifolius, 10-20 folius, corymbus albo-tomentosus: H. ECHIOIDES.
caulis basi 1-3 folius, corymbus laxus, subtomentosus vel glabriusculus: H. PRAEALTUM ET PILOSELLOIDES;
folia laete viridia;
corymbus 30-50-cephalus, capitula dense congesta: H. MULTIFLORUM;
corymbus 2-10 cephalus, in cultis ad 20 capitula proferens, capitulis disjunctis: H. AURANTIACUM.
Species Piloselloideorum, hic propositas, pro genuinis habeo; sed has et Hieracia omnia, sicut gramina multasque alias plantas, non nisi e speciminibus perfectis et bene explicatis cognoscas, sed imperfectis te frustra torquearis. Synonyma plura omisi, quum specimina auctorum authentica nondum viderim.

h. 27. Flores sulphurei, marginales subtus stria purpurea. Scapum primarium, tam in specie primitiva, quam in varietatibus, semper indivisum, nunquam furcatum vidi; quae in herbariis occurrunt specimina furcata, inter stolones florigeros numeranda sunt. Stolonibus propagata planta semper scapos secundarios furcatos et nunquam ulterius primarium producit. Variat foliis latioribus obovatis, et angustioribus lanceolatis, subtus cano- vel albo-tomentosis, rarius utrinque tomentosis et insuper:

α. *vulgare* Monnier. ess. p. 18.; capitulum minus, involucrum glanduloso-pilosum, stolones elongati, tenues, folia subtus tomentosa.

β. *robustius;* omnibus partibus majus, plerumque magis hirsutum, capitulum maius, involucrum pilis simplicibus hirsutum, stolones elongati quidem, sed conspicue crassiores, folia subtus albotomentosa.

γ. *farinaceum;* folia utrinque, sed subtus densius, pube stellulata tomentosa: H. Pilosella β. farinaceum Hornung. herbar. H. Pilosella β. incana DC. fl. fr. 4. p. 23.

δ. *pilosissimum;* magnitudine varietatis antecedentis, pilis elongatis hirsutissimum, capitulum pilis longis villosissimum, ut in Hieracio alpino, foliola involucri apice attenuato-acuta, stolones crassi, abbreviati. Species propria videtur, sed characteres constantes hucusque invenire non potui: H. Peleterianum Merat. fl. par. p. 305. DC. fl. fr. suppl. p. 437. H. Pilosella β. Poll. palat. 2. p. 386. H. Pilosella C. Peleterianum Monn. ess. p. 18. H. Pilosella β pilosissimum Wallr. sched. 406. Hoc praecipue in monte Donnersberg Palatinat. ad Rhen. et in m. Hohneck Vogesorum.

ε. *grandiflorum;* capitulum duplo fere maius, quam in forma vulgari; involucrum pilis brevibus glanduloso-pilosum, stolones breves, crassiores: H. Pilosella γ. grandiflorum DC. fl. fr. 4. p. 23. H. Pilos. B. alpestre Monn. ess. p. 18.

ζ. *Hoppianum;* idem ac antecedens, sed foliola involucri exteriora ovali-lanceolata, fere ovata, obtusiuscula: H. Hoppeanum Schult. oestr. fl. 2. p. 428. H. pilosellaeforme Hoppe in St. h. 37.

2. H. STOLONIFLORUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 303. t. 273. 1812.) *scapo subunifolio furcato-dicephalo vel repetito-furcato-tri-pleiocephalo*, pedunculis elongatis erectis, stolonibus prostratis sterilibus florigerisque, his adscendentibus monocephalis vel furcato-pleiocephalis, *involucro basi ventricoso*, *floribus marginalibus discoloribus*, foliis viridibus obovato-lanceolatis setoso-pilosis subtus pube stellulata sparsa subcanescentibus. ♃. In pascuis montanis, locis herbidis incultis, (in Böhmen, Tausch; zwischen Darmstadt u. Langen im Rheinthale von mir selbst gesammelt, wo aber die Pflanze sehr spärlich vorkam.) Mai-Jul. *Flores* citrini, *marginales subtus stria purpurea.* Planta viva facillime dignoscitur ab omnibus varietatibus H. Pilosellae, involucro, praecipue fructifero, basi evidenter ventricoso, quae vero nota, quod dolendum, in planta sicca et compressa perit. Varietates notabiles tam in sylvestri, quam in culta planta nondum vidi. — Hieracium flagellare Willd. en. suppl. p. 54., secundum descriptionem ad varietates

H. Pilosellae pertinet; utut est, nomen Hieracii stoloniferi prioratu gaudet. — Sub H. dubio cl. Monnier. ess. p. 19., hanc speciem cum sequente conjunxit. Qualem cl. Tausch. sub H. dubio intelligat, nescio. G.

3. H. BIFURCUM (Marsch. Bieb. tauric. cauc. 2. p. 251. 3. p. 532. 1808.) *scapo subunifolio furcato dicephalo vel repetito-furcato tripleiocephalo,* pedunculis elongatis erectis, stolonibus prostratis elongatis sterilibus florigerisque, his adscendentibus monocephalis vel furcato-pleiocephalis, *involucro basi subventricoso, floribus concoloribus,* foliis glaucescentibus obovato-lanceolatis lanceolatisve subtus pube stellulata sparsa subcanescentibus. ♃. In apricis, collibus incultis, ad vias, solo calcareo et argillaceo, (stellenweise im Rheinthale von Basel u. Oberbaden u. d. Elsafs bis Frankf. u. Mainz; sodann in Krain, Steyermark, Böhmen, Thüring.) Mai-Jul. Capitulis duplo minoribus, floribus concoloribus et involucro, in planta viva minus ventricoso, ab antecedente differt: H. collinum Bess. prim. fl. gal. 2. p. 148., (flores describuntur utrinque flavi.) H. pedunculatum Wallr. sched. p. 406. H. brachiatum Bertol. ap. DC. fl. fr. 5. p. 442. (H. brachiatum, quod diversum sit ab H. bifurco, mihi ignotum est.) H. hybridum Gaud. helv. 5. p. 74. (H. hybridum Chaix. ap. Vill. ad H. furcatum trabo.) — Varietas foliis latioribus: H. auriculae folium Tausch. in litt. ad amic. Ziz. 1823.

4. H. FURCATUM (Hopp. bot. ztg. 14. 1. p. 181.) *scapo nudo vel unifolio furcato dicephalo vel repetito-furcato 3-4 cephalo,* pedunculis elongatis erectis, *stolonibus nullis brevibusve, involucris fructiferis globosis,* foliis glabris sparsimque setosis, subtus pube stellulata adspersis costaque setosis, interioribus lanceolatis acutis, exterioribus dimidio brevioribus obovatis obtusis. ♃. In pascuis alpinis, ad nives perennes usque, (Schweiz, Tyrol, Bayern, Salzb., Kärnthen.) Jul. Aug. Flores marginales subtus stria purpurea, Hopp. bot. ztg. p. 182. H. sphaerocephalum Froel. in litt. ad amicos. Variat, sicut omnes affines, scapo monocephalo: H. uniflorum Hopp. et H. pusillum Hopp. bot. ztg. 14 p. 182.; et capitulis 2-3 ad apicem scapi congestis: H. angustifolium Hopp. ap. Sturm. h. 37., monente ipso auctore in bot. ztg. 14. p. 182. — Variat porro

β. *alpicola,* scapo hirsutissimo, involucro nigro-villosissimo, stolonibus brevibus: H. alpicola Schleich. cat. 1821. Gaud. helv. 5. p. 73. Tausch. bot. ztg. 11. 1. beil. p. 55.

In specimine luxuriante huius speciei invenire puto: A. Auriculam Vill. delph. 3. p. 100. H. hybridum Chaix. ap. Vill. l. c. Vill. voy. p. 60.; („n' a pas de stolones" Vill. l. c.) quod contradicit H. bifurco M. Bieb.

b. Scapus apice 2-5 cephalus, capitulis in apice scapi corymboso-congestis; rarius in speciminibus depauperatis capitulum solitarium scapum terminat, vel in luxuriantibus plus quam 5 adsunt.

5. H. BREVISCAPUM (DC. fl. fr. 5. p. 439.) *scapo nudo vel unifolio, apice 2-5 cephalo,* pedunculis subcorymbosis, stolonibus brevissimis nullisve, *foliis utrinque pube stellulata canescentibus setosoque hispidis,* interioribus lanceolatis, exterioribus obovatis supra

glabris. ♃. In alpibus Helvetiae editioribus, (bis jetzt nach Gaudin blofs auf d. Fouly.) Jul. Aug. H. pumilum Lap. abr. p. 409., excl. synon. Tausch. bot. ztg. p. 62. H. Candollii Monn. ess. p. 28. Differt ab H. angustifolio et Auricula foliis utrinque praeter pilos rigidos pube stellulata canescentibus, et omnibus, licet angustis, tamen rotundato-obtusis. Auctoritate cl. Gaud. speciem hanc recipio, specimen helveticum enim nondum vidi, neque varietatem „partibus omnibus calvescentibus foliisque nonnisi basi setosis" in summo monte Meini Helv. lectam et a Gaud. memoratam. H.

6. H. ANGUSTIFOLIUM (Hopp. taschenb. 1799. p. 129. 130.) *scapo nudo vel unifolio apice 2-5 cephalo, pedunculis corymbosis, fructiferis adscendentibus, stolonibus brevissimis nullisve*, floribus concoloribus, foliis laete viridibus lanceolatis sublinearibusque glabris vel margine costaque stellulato-puberulis sparsim setoso-pilosis. ♃. In pascuis alpium editiorum, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Salzburg, Steyermark.) Jun.-Aug. H. angustifolium Willd. sp. 3. 1565. DC. fl. fr. 5. p. 438. Vill. voy. p. 59. t. 3. f. 4. H. Auricula γ. angustifolium Dub. bot. gall. p. 302. H. glaciale Lachen. act. helv. 9. 305. — Flores marginales subtus concolores Hopp. bot. ztg. 14. 1. 182. Varietas stolonibus brevibus est H. Auricula Smith. fl. brit. 829. engl. fl. 3. 357.

7. H. AURICULA (L. sp. 1126.) *scapo nudo vel unifolio apice 2-5 cephalo, pedunculis corymbosis, fructiferis adscendentibus, stolonibus prostratis elongatis* sterilibus vel (rarissime) adscendentibus florigeris furcato-2-pleiocephalis, floribus concoloribus, foliis glaucis lanceolatis glabris sparsim setoso-pilosis, exterioribus obtusis, interioribus acutis. ♃. In pratis, pascuis, versuris. Jun.-autumn. H. Auricula Linn. l. c., testantibus speciminibus ab Ehrharto Linnaei tempore Upsaliae lectis; conf. Mey. chlor. hanov. p. 415. Wahlenb. suec. 2. p. 492. DC. fl. fr. 4. p. 24. Monn. ess. p. 21. H. dubium Smith. brit. 2. 828. Willd. sp. 3. p. 1563. Vill. delph. 3. p. 90. Gaud. helv. 5. 75. St. h. 37. H. Lactucella Wallr. sched. p. 408.

c. Scapus apice corymboso-polycephalus, 20-100 cephalus. Folia magis minusve glaucescentia, nunquam laete viridia, margine vel undique setoso-hispida, infraque, vel superficie utraque, pube stellata adspersa, raro tota glabra.

8. H. PILOSELLOIDES (Vill. delph. 3. p. 100. t. 27.) *caule gracili scapiformi nudo vel inferne paucifolio glabro, corymbo polycephalo subpaniculato laxo* glabro vel sparsim piloso, involucris leviter stellulato-puberulis, pedunculis defloratis patenti-adscendentibus, *foliis glaucis anguste lanceolatis* glabris, vel margine vel superficie tota sparsim setoso-pilosis, *setis* validis *rigidis*. ♃. In locis rupestribus, collibus apricis, fluviorum glareis, (in d. Schweiz u. im südlichen Deutschland, besonders auf d. südl. Seite am Fufse der Alpen.) Jun. Jul. H. piloselloides DC. fl. fr. 5. p. 541. Reichenb. ic. t. 38. f. 80. 81. Tausch. l. c. p. 60. H. florentinum St. h. 39. All. ped. 1. p. 213.? H. florentinum II. piloselloides Gaud. helv. 5. p. 83. — Flores parvi; pedunculi defloratí divaricato-adscendentes. Folia nunc tota glabra, vel basi tantum hinc inde seta una alterave ad marginem obsessa, nunc in pagina superiore et in

costa media paginae inferioris setis rigidis adspersa, ceterum pube stellulata quoque destituta. Pedunculi fere glabri, vel cum involucro pilis glandulosis obsessi, praeterea glabri vel simul stellulato-tomentosi, vel etiam pilis raris longis simplicibus adspersi. Variat:

β. *glareosum;* humile, caulis a medio ramosus, ramis gracilibus, paniculam laxam dilatam divaricatam constituentibus: H. Michelii Tausch. l. c. p. 60. Hoc praecipue in fluviorum glareis, (der Save u. des Isonzo in Krain.).

Cl. Gaud. H. piloselloides cum subsequente H. praealto sub nomine H. florentini in unam speciem combinavit, et fortasse non inmerito; testante enim D. Custor. specimina non raro occurrunt intermedia, quae pari iure ad hoc et ad illud referre queas. Utramque tamen proposui, ut in posterum amplius observentur.

9. H. PRAEALTUM (Vill. Wimm. et Grab. fl. sil. 2. p. 206.) *caule scapiformi* glabro vel sparsim setoso-piloso et pube stellulata adsperso, *inferne uni-paucifolio, corymbo polycephalo fastigiato laxo*, pedunculis involucrisque laxius densiusque stellulato-canis pilosisque, pedunculis defloratis rectis, *foliis glaucis* lanceolatis margine vel pagina tota hispidis, *setis validis* rigidis diametro caulis longioribus. ♃. In pratis siccis, montibus, collibusque incultis. Jun. Jul. Ab H. Auricula differt scapo altiore, 20-100 floro, foliisque longioribus, maioribus. Folia plerumque intense glauca, in pagina superiore pubem stellulatam nunquam gerunt, in inferiore vero eadem saepe adspersa reperiuntur, nunc setis fere destituta sunt, nunc ad marginem costamque mediam subtus, nunc in tota superficie superiore setis, et quidem rigidis validisque, obsessa; ceterum lanceolata, vel obovato-lanceolata, interiora acuta, exteriora ut plurimum rotundato-obtusa. Stolones nunc adsunt, nunc deficiunt, nunc eriguntur, caules secundarios florigeros referentes. Scapus basi folio 1-2, et plerumque paulo altius tertio minore. — Villarsius sub suo H. praealto non nisi specimina subglabra, stolonibus destituta, comprehendit; ego vero, floram silesiacam secuturus, alias formas adjungam, ab hac specie non separandas. Varietates sunt:

α. *verum*, stolones nulli vel adscendentes florigeri, caules laterales aemulantes; scapus glaber, folia margine et subtus costa media setis ciliata: H. praealtum Vill. voy. 2. f. 1. DC. fl. fr. 5. p. 441. Gochn. diss. p. 17. Reichenb. ic. t. 55. f. 114. H. piloselloides Fl. fr. 4. p. 25., excl. syn. Vill. H. florentinum Willd. sp. 3. p. 1566. Spreng. hal. t. 10. f. 1. H. florentinum I. praealtum Gaud. H. praealtum et stellatum Tausch. — Haec varietas scapo paulo magis piloso, pedunculis involucrisque pilis nigro-glandulosis est: H. obscurum Reichenb. ic. 1. f. 115. — Pedunculi et involucra nunc glabra et pube stellulata parce obsita; nunc pilis glanduliferis rarius vel densius adspersa; nunc pube stellulata cana et tomentosa pilisque glanduliferis simplicibusve hirsuta.

β. *Bauhini*, scapus, folia et omnia varietatis α, sed stolonibus praeditum filiformibus elongatis: H. Bauhini Schult. obs. bot. p. 164. Bess. prim. fl. gal. 2. p. 149. H. Auricula Willd. sp. 3. p. 1564. Vill. voy. p. 60., cum varietate nostra δ. — H. viscidulum Tausch., si corymbo dense glanduloso-piloso praeditum est. Modificatio huius scapo

bifido, pedunculis alternis, tamen corymbosis: H. filiferum Tausch. l. c. p. 59.

γ. *fallax*, stolones nulli, vel adscendentes et florigeri, folia supra ubique setis rigidis adspersa, scapus glabriusculus: H. fallax DC. fl. fr. 5. p. 442. H. cymosum Poll. pal. 2. p. 389. H. fallax I. Gaud. helv. 5. p. 79.

δ. *decipiens*, scapus, folia et omnia ut varietatis γ, sed stolonibus elongatis praeditum: H. fallax Koch. ap. DC. fl. fr. 5. p. 442. H. fallax II. Gaud. helv. 3. p. 80. H. collinum, vulgare et calodon Tausch. l. c. p. 58.

ε. *hirsutum*, scapus ubique et folia subtus densius pube stellulata tecta, stolones adscendentes cauliformes florigeri: H. cymosum laxum Mey. chlor. hanov. p. 416., cum varietate nostra ζ. H. fallax Willd. en. h. berol. 2. p. 822. Reichenb. ic. f. 82., forma minor minus hirsuta; H. cymigerum Reichenb. fl. exc. p. 262., ob „pilos longos." H. Zizianum Tausch. l. c. p. 62., forma maior hirsutissima. Ab H. echioide haec varietas differt foliis caulinis paucis, nec sensim decrescentibus, et capitulis minoribus, non ita dense tomentosis. H. cymosum β. longifolium Reichenb. ic. f. 116., ob pilos brevissimos ad varietates H. Nestleri (n. 11 infra) pertinere videtur.

ζ. *setosum*, eadem varietas ac antecedens, sed stolonibus prostratis sterilibus instructa: H. piloselloides Wallr. sched. crit. p. 410., (non Vill.) ex Meyer. l. c.

Hieracium glaucescens Bess. prim. fl. gal. 2. p. 150., habet scapum gracilem H. piloselloidis eiusque capitula minuta, praeterea autem cum varietate Bauhini H. praealti convenit, sed setae, paginam superiorem foliorum obsidentes, sunt breves, diametro caulis breviores. Scapus glaber flexuosus, basi pilis brevibus raro adspersus, stolones elongati graciles, corymbus densus fastigiatus, pedunculi canescentes et pilosi, folia glabra lanceolata superne setis adspersa diametro caulis brevioribus, basi ciliata setis longioribus. Num hoc varietas sit H. praealti, an propria species, e speciminibus 2 tantum, quae Vindobonae lecta possideo, diiudicare non audeo.

10. H. ECHIOIDES (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 87. t. 85.) *caule* pube stellulata dense cano setisque rigidis diametro caulis longioribus hispido *multifolio, (10 - 20 folio), foliis sensim decrescentibus* glaucis lanceolatis subtus stellulato-pubescentibus *utrinque hispidis setis validis* elongatis, *corymbo polycephalo fastigiato* laxo *albo-tomentoso* pilosoque, stolonibus nullis vel adscendentibus cauliformibus florigeris. ♃. In collibus et montosis incultis, (im nördlichen und östlichen Deutschland; im westlichen, so viel ich weifs, noch nicht aufgefunden.) Jun.-Aug. H. cymosum c. setosum Meyer. chlor. hanov. p. 416. Dignoscitur caule multifolio, foliis sursum sensim decrescentibus et capitulis maiusculis albo-tomentosis; aetate vero tomentum album fuscescit. Variat:

α. *setigerum*, setae caulis et foliorum patentes: H. setigerum Tausch. bot. ztg. l. c. p. 61. H. simplex Tausch. olim. H. Rothianum Wallr. sched. p. 417., secund. Mey. l. c. H. cymosum Spreng. hal.

hal. t. 10. f. 2.? specimen delineatum innormale, ob folia caulina pauca ad varietates H. praealti hirsutas pertinere videtur.

β. verum, setae caulis et foliorum erectae vel adpressae: H. echioides Lumn. pos. 1. 782. Walst. et Kit. pl. rar. Hung. l. c. „in descriptione" p. 88. setae decumbentes vocantur.

γ. grandiflorum, corymbus e paucioribus capitulis, sed duplo maioribus, compositus, capitula Hieracii Pilosellae vulgaris fere aequantibus: H. cinereum Tausch. bot. ztg. 2. 2. p. 463. 11. 1. beil. p. 60. G.

11. H. Nestleri (Vill. voy. p. 62. t. 4. f. 1.) caule pube stellulata adsperso, setisque diametrum caulis aequantibus brevioribusque hirto, basi plurifolio, (3-6 folio,) *foliis oblongo-lanceolatis oblongisque utrinque stellulato-puberulis setisque brevibus hirtis*, exterioribus obtusis, interioribus acutis, *corymbo denso polycephalo* canescente hirsutoque, pilis glandulosis setosisve, pedicellis fasciculatis. ♃. In collibus incultis et locis montosis rupestribus, (Schwaben bis zum Hesselberg in Franken, u. dch Bayern, Böhmen nach Sachsen u. Thüringen.) Jun. Jul. Villarsius describit specimen foliis repando-denticulatis, et icon, rudis ceterum, repraesentat plantam defloratam pedunculis elongatis. Num cum hac specie idem sit H. corymbosum L. sp. 1126., extricari nequit; descriptio in spec. pl. magis convenit cum var. γ. H. praealti, supra proposita, quam cum H. Nestleri. Folia plerumque latiuscula, oblonga vel obovata, saepe repanda et paulum obliqua. Pubes stellulata in utraque foliorum pagina, et pili tenues, diametrum caulis aequantes, vel eodem breviores folia caulemque obsidentes hanc speciem eximie designant. Variat: cymos

α. hirsutum, pili caulis diametrum caulis aequantes, corymbus hirsutus pilis simplicibus elongatis: H. cymosum Froelich. in litt. ad amicos Tausch. l. c. p. 57. Reichenb. fl. exc. p. 263., excl. varietate. H. cymosum α. Columnae Reichenb. ic. t. 17. f. 34. optima.

β. brevisetum, setae caulis et foliorum brevissimae, corymbus hirsutus, pilis simplicibus elongatis.

γ. Vaillantii, setae caulis et foliorum brevissimae, pili corymbi breves glandulosi, intermixtis paucis longioribus simplicibus: H. Vaillantii Tausch. l. c. p. 57.; h. l. quoque videtur H. cymosum β. longifolium Reichenb. ic. f. 116., ob pilos brevissimos. G.

12. H. pratense (Tausch. bot. ztg. 11. 1. beibl. p. 56.) *caule inferne paucifolio hirsuto, pilis elongatis gracilibus*, superne corymboque nigro-piloso, pilis glanduliferis setosisque, *corymbo polycephalo denso, pedicellis sub anthesi glomeratis, foliis viridibus* subglaucescentibus oblongo-lanceolatis pilis gracilibus hirsutis sed pube stellulata destitutis vel infra parcius adspersis. ♃. In collibus, pratis turfosis, (Elsafs u. selten auf d. Rheinfläche, häufiger im nördlichen Deutschland.) Jun.-Aug. Folia viridia, paulo tantum in glaucescentem colorem vergentia, setis longis tenuioribus hirsuta, et mollioribus quam in H. piloselloide, praealto et echioide; praecipue in costa media subtus dense villosa; rarius supra fere glabra sunt. Postquam iconem, a Gochnatio in diss. d. plant. cichor. t. 1. propositam, comparare potueram, ne minimum quidem dubium mihi

remansit, hanc speciem veram esse H. collinum Gochnati et DC. fl. fr. 5. p. 440., nomen tamen, tot commutatum, anteponere nolui. Syn. sunt: H. cymosum Willd. sp. 3. 1566., secundum specimen a b. Willdenowio cum amico Merteusio communicatum et in huius collectione asservatum. H. dubium Linn. sp. 1125., testantibus speciminibus Erhartianis, Linnaei tempore Upsaliae lectis; conf. Mey. chlor. hanov. p. 416. H. ambiguum Ehrh. herb. n. 108. H. cymosum α. conglomeratum Mey. chl. han. l. c. — Proxime accedit haec species H. aurantiaco, sed capitula multo minora sunt et multo copioriora, dense glomerata. Occurrit astolonum et stolonibus prostratis sterilibus, adscendentibusque florigeris praeditum. G.

d. Scapus 2-polycephalus, ut in §. antecedente, sed folia laete viridia, absque omni glaucescentia, ceterum hirsuta.

13. H. AURANTIACUM (L. sp. 1126.) *caule inferne paucifolio hirsuto, pilis elongatis gracilibus, superne corymboque atroglanduloso-piloso* pilisque simplicibus hirsuto, corymbo 2-10 cephalo (in cultis 15-20 cephalo) glomerato denique laxo, *foliis gramineo-viridibus* oblongo- vel obovato-lanceolatis obovatisve hirsutis, *pilis gracilibus*, pube stellulata destitutis. ♃ vel ⊙. In alpium pascuis, (durch d. ganze Alpenkette, sodann auf d. höhern Kuppen d. Vogesen, des Feldbergs in Baden, der Mährisch., Böhmisch. u. Schles. Gebirge.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 410. St. h. 39. Flores intense aurantiaci. Occurrit, ut antecedens, astolonum, stolonibus prostratis sterilibus et adscendentibus florigeris praeditum. Variat:

β. *luteum*, floribus luteis. Schleich. exs. H. aurantiacum δ. flavum Gaud. helv. 5. p. 86. Proxime accedit ad H. sabinum, sed floribus triplo maioribus corymboque laxo satis differt.

β. *bicolor*, pumilum, dicephalum, capitulis minoribus, flores marginales aurantiaci, centrales pulchre citrini: Custor. ap. Gaud. helv. 5. p. 87.; hoc nondum vidi.

Cl. Monnier huc trahit H. fuscum Vill., ut varietatem, at sec. Villarsium, (voy. p. 19.,) colore florum H. aurantiaco omnino accedit, sed foliis glaucis, lanceolatis, acutis H. Auriculae magis affine est; nondum vidi.

14. H. SABINUM (Sebast. et Maur. fl. rom. t. 6.) *caule inferne plurifolio* pedunculis *foliisque pube stellulata adspersis hirsutisque, setis elongatis, corymbo polycephalo* (20-30 cephalo) dense congesto, involucris hirsutissimis, *foliis viridibus* lanceolatis vel obovato-lanceolatis, exterioribus obtusis, interioribus acutis. ♃. In pascuis alpium Helvet. et Germ. transalpinae, (im Walde von Lippiza bei Triest, nach Haynhold; Schleicher hat die Pflanze verschickt, ohne Angabe des Standortes; die Abart β. auf d. Alpen d. C. Waadt, auf d. Naye u. Verraux über Vevay, nach Gaud.) Jun.-Aug. H. cymosum Vill. delph. 3. p. 101. voy. p. 63. t. 4. f. 2. DC. fl. fr. 5. p. 440. — Variat:

β. floribus rubellis: H. multiflorum Schleich. secundum spec. missum.

„Caulis inferne 3-4 folius, folia laeta viridia, ut in H. aurantiaco, sed capitula congesta sunt, nec corymbus unquam laxus fit,

neque caulis ramosus, ut in hoc. Flores quandoque rubelli, at capitula semper multo minora (magnitudine capitulorum H. pratensis) et semper congesta." Villars.

Sect. II. AURELLA Tausch. pro parte. Caulis plus minusve foliatus, folia intense glauca, lanceolata vel oblonga, plerumque pilis elongatis villosa, vel ad petiolum barbata. Pili glandulosi in pedunculis et involucris, nunquam vero in foliis et inferiore parte caulis.

15. H. STATICEFOLIUM (Vill. delph. 3. p. 116.) caule subnudo uni-tricephalo, pedunculis elongatis superne multisquamosis involucroque canescentibus, involucri foliolis acuminatis, foliis radicalibus linearibus vel lanceolato-linearibus obtusiusculis remote dentatis integerrimisve basi attenuatis glabris, *radice repente.* ♃. In locis sterilibus petrosis alpium et montium alpes comitantium cum fluviis in planities descendens et fluviorum glareas inhabitans, (dch d. ganze Alpenk., u. an d. Flüssen in Oberschwaben gegen Vorarlberg, in Oberbayern, Salzburg, Oestreich.) Jun. Jul. Vill. l. c. t. 8. St. h. 28., non bona. Radix in terram descendit, et, profunde sub superficie stolones emittens, in modum Convolvuli arvensis, longe lateque repit, qua nota ab omnibus speciebus generis differt.

16. H. PORRIFOLIUM (L. sp. 1328.) *caule* folioso plerumque a basi ramoso *laxe paniculato glabro, ramis gracilibus patentibus* subdicephalis, *pedunculis* superne squamosis *involucroque pube stellulata subcanescentibus;* involucri foliolis apice obtusis adpressis, *foliis glaucis lineari-lanceolatis linearibusque acuminatis* basi attenuatis subintegerrimis glabris vel basi ciliatis, caulinis sessilibus. ♃. In locis subalpinis et alpinis, (Oestreich, Steyermark, Krain, am Loibl auf d. Krainer Seite, im Cant. Tessin am Comersee.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 286., Jacq. enum. t. 6. St. h. 39. — E seminibus plantae angustifoliae mihi specimina enata sunt, foliis radicalibus caulinisque inferioribus lanceolatis, subtus pilosis, cauleque basi villoso.

17. H. SAXATILE (Jacq. obs. bot. 2. p. 30. t. 50. 1772. collect. 2. p. 159. ic. rar. t. 163.) *caule folioso* di-pleiocephalo *glabro, pedunculis* superne squamosis *involucroque pube stellulata canescentibus* ceterum glabris vel pilis simplicibus glandulosisve parce adspersis, involucri foliolis adpressis, *foliis glaucis lanceolatis acuminatis* basi attenuatis integerrimis remote denticulatis dentatisve glabris vel basi barbato-ciliatis, caulinis remotis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus. ♃. In locis petrosis alpinis et subalpinis, inque montibus collibusque, alpes comitantibus, et glareis fluviorum, ex alpibus progredientium, (durch d. ganze Alpenkette, u. von Oestreich nach Mähren.) Jun.-Aug. St. h. 39. H. glaucum All. ped. 1. p. 214. t. 28. f. 3. t. 81. f. 1. DC. fl. fr. 4. p. 26., excl. variet. H. scorzonerifolium Vill. 3. p. 111., pro parte. H. Allionii Monn. ess. p. 15. — Ab antecedente specie capitulis duplo maioribus, flores 50-60 continentibus, involucro deflorato multo magis ventricoso, et fimbrillis receptaculi, tertiam achenii partem aequantibus, differt, sed ultimi duo characteres in planta sicca pereunt. In H. porrifolio capitula vel involucra 20-25, in culta 30-36 flores continent, capitulum defloratum parum tantum ventricosum apparet et

fimbrillae receptaculi vix quartam achenii partem attingunt. — H. Willdenowii Monn. ess. p. 14. (H. porrifolium Ser. pl. exsicc. ab ipso, H. glaucum Schleich. exs.) ab H. saxatili Jacq. hucusque separare non potui.

18. H. BUPLEUROIDES (Gmel. bad. 3. p. 317. 1708.) *caule folioso* di-pleiocephalo *glabro*, *pedunculis* superne squamosis *involucroque pube stellulata subcanescentibus pilosisque*, *pilis simplicibus*, involucri foliolis acutiusculis, exterioribus patulis, *foliis glaucis lanceolatis acuminatis* basi attenuatis petiolatis repando-denticulatis dentatisve glabris vel basi ciliatis, caulinis copiosis approximatis, superioribus sessilibus. ♃. In locis rupestribus alpium et subalpinarum, (Tyrol u. wahrscheinlich durch die ganze Alpenkette, auf d. schwäbischen Alp.) Jul.-Aug. serius antecedente. H. polyphyllum Willd. en. suppl. p. 54. Tausch. bot. ztg. l. c. p. 69. H. glaucum Wahlenb. fl. carpat. p. 241., non All, quod sec. icones ab H. saxatili Jacq. non differt; conf. Koch. bot. ztg. 13. 1. 151. — Ab H. villoso et glabrato foliolis involucri satis differt, sed forte varietatibus H. saxatilis Jacq. adnumerandum est.

19. H. GLABRATUM (Hopp. ap. Willd. sp. 1562. 1800.) *caule folioso* mono-pleiocephalo subcorymboso *glabro*, *foliis glaucis lanceolatis acuminatis* planis integerrimis vel remote denticulatis *in petiolum angustum attenuatis glaberrimis* vel basi subciliatis, caulinis superioribus sessilibus, *pedunculis* superne pube stellulata canescentibus *involucroque albo-villosissimis*, involucri foliolis attenuatis acutissimis, exterioribus patulis. ♃. In locis rupestribus et glareis torrentium alpium et reg. subalpinarum, (Tyrol, Salzb., bayer. Alpen u. wahrscheinlich durch d. ganze Alpenkette.) H. glabratum Hopp. ap. St. h. 37. (H. glabratum Schleich. ad H. glanduliferum pertinet,) H. flexuosum DC. fl. fr. 5. p. 436., non WK. H. flexuosum Gaud. helv. 5. p. 95. var. γ. (excl. var. α. β. δ.) H. trichocephalum Willd. en. suppl. p. 55. Link. en. 2. p. 287. — Elegans species, foliis et habitu H. saxatilis, et pedunculis capitulisque H. villosi; folia plana, evidenter petiolata, petiolo angusto. In H. villoso folia radicalia fere sessilia, petiolo plerumque lato insedentia, margine undata.

20. H. VILLOSUM (L. sp. 1130.) *caule* folioso mono-pleiocephalo subcorymboso *foliisque lanato-hirsutis*, *foliis glaucis oblongo-lanceolatis lanceolatisque* denticulatis subundulatis *basi attenuatis*, *caulinis sessilibus*, *superioribus ovatis semiamplexicaulibus*, caule superne pedunculisque pube stellata canescentibus a basi *pedunculis involucroque albo-hirsutissimis*, involucri foliolis ex ovata basi attenuatis acutissimis laxis, exterioribus patentissimis. ♃. In locis petrosis alpium et reg. subalpinarum, (durch d. ganze Alpenkette.) Jun. Jul. praecocius antecedentibus. H. eriophyllum Link. en. suppl. p. 54. (H. eriophyllum Link. en. p. 86., ad H. rupestris varietates pertinet.) — Variat foliorum pagina superiore glabra: H. flexuosum Waldst. et Kit. pl. r. hung. p. 231. t. 209. Porro foliis radicalibus oblongo-lanceolatis dentatis, caulinis plurimis ovatis basi subcordato-amplexicaulibus subdentatis, involucri pilis, (fortasse in speciminibus diu in herbariis conservatis,) fus-

cescentibus et brevioribus dense obsesso: H. pilocephalum Link. en. 2. 286. Willd. en. 2. 825.

Hieracium valde pilosum Vill. delph. 3. p. 106., mihi ignotum est. Villarsius sic describit: „secundum Hallerum nil est nisi varietas antecedentis, (H. villosi,) sed caulis simplex, terminatus flore unico duobusve, et dimidio altior. Calycis squamae non patulae. Tota planta minus alba, magis rufescens, et pili longi plumosique, qui in antecedente fere soli obveniunt, hic mixti sunt aliis brevioribus, glanduliferis et minutissimis ramosis, qui calycem farinosum reddunt."

21. H. DENTATUM (Hopp. ap. Sturm. h. 39. 1815.) *caule folioso* mono-pleiocephalo subcorymboso *pube stellata adsperso villosoque*, *foliis glaucis hirsutis* vel supra glabratis *lanceolatis acuminatis* repando-denticulatis denticulatisve in petiolum attenuatis, *caulinis copiosis approximatis*, *superioribus minoribus ovatis sessilibus*, pedunculis involucroque canescentibus hirsutisque, involucri foliolis acuminato-attenuatis (secund. cl. Hopp.) adpressis. ♃. In locis petrosis alpium, (wahrscheinlich durch einen grofsen Theil der Alpen.) Jul. Aug. H. speciosum Hornem. hafn. 2. p. 764., planta culta. „Non ita speciosum ut H. villosum" Link. en. 2. p. 287. Nomen Hornemannianum, eodem anno, quo Hoppianum, divulgatum, quippe minus congruum, postposui. H. speciosissimum Willd. en. suppl. p. 54. G.

22. H. LONGIFOLIUM (Schleich. cat. 1815., ab ipso auctore acceptum.) *caule* folioso mono-pleiocephalo subcorymboso *inferne hirsuto*, *foliis glaucis lato-lanceolatis acuminatis* integerrimis vel remote denticulatis *in petiolum longum attenuatis margine costaque hirsuto-barbatis*, caulinis remotis, superioribus sessilibus ovato-lanceolatis, semiamplexicaulibus, *pedunculis canescentibus glandulosoque pilosis*, involucro villoso vel dense glanduloso-piloso, foliolis acutis adpressis. ♃. In pascuis glareosis alpinis et montanis, (der südlichen u. westlichen Schweiz nicht selten, Gaud.) Jul. Aug. H. helveticum Sut. helv. 2. p. 151., sec. Gaud. H. polyphyllum Schl. cat. 1821. H. flexuosum Gaud. helv. 5. p. 95., excl. var. γ., ad H. glabratum pertinente. H. cerinthoides hortor. botanicor. german. et Smith. in Engl. bot. t. 2378., secundum iconem, nam specimen anglicum nondum vidi. — Speciosa planta, folia radicalia saepe semipedalia, capitula magna H. villosi. Variat:

β. *Mougeoti*, humilius, foliis magis dentatis: H. Mougeoti Froel. monogr. ined. H. cerinthoides Kirschleg. prod. fl. d'Als. p. 75., non Gouan. H. cerinthoides vogesianum Kirschleg. statist. de la fl. d'Als. p. 105. H. cerinthoides ζ. decipiens Monn. ess. p. 50. — H. cerinthoides Gouan. e Pyrenaeis, differt: foliis caulinis basi profunde cordata amplexicaulibus, capitulis duplo minoribus, in planta vegetiori paniculatis atque pilis glanduliferis pedunculorum et involucri luteis, nec nigris. — Varietas β. in Vogesis habitat.

23. H. SCHRADERI (Schleich. cent. pl. exsicc. n. 82. DC. fl. fr. 4. p. 20.) *caule mono-oligocephalo subnudo pube stellulata canescente tecto involucroque pilis elongatis eglandulosis* canis basi atris *villosissimo*, pedunculis angulo acuto erectis, involucri foliolis laxis, exterioribus patentibus, *foliis glaucis lanceolatis acutis*

in petiolum attenuatis integerrimis vel minute denticulatis, radicalibus cespitosis, *caulinis paucis nullisve.* ♃. In pascuis alpium editiorum, (wahrscheinlich durch d. ganze Alpenkette.) Jun.-Aug. H. Schraderi Gaud. helv. 5. p. 69., excl. var. II. et III. H. alpinum Willd. sp. 3. 1561. Hopp. ap. Sturm. h. 37., teste specimine communicato.

Sect. III. Pulmonarioidea. Caulis plus minusve foliatus. Folia viridia, vel is formis, Hieracio murorum proximis, glauca. Pili glandulosi saepe in pedunculis et involucro; at nunquam in foliis.

24. H. glanduliferum (Hopp. ap. Sturm. h. 39.) *caule monocephalo pube stellulata canescente pilisque brevibus glanduliferis dense tecto, involucro pilis elongatis fuliginoso-cinereis* basi atris *villosissimo*, foliolis laxis, (secund. cl. Hopp.,) foliis viridibus lanceolatis acutis in petiolum attenuatis integerrimis vel minute denticulatis, radicalibus cespitosis, caulinis paucis nullisve. ♃. In summis alpium jugis, (Schweiz, Kärnthen.) Jul. Aug. H. glabratum Schleich. pl. exsicc. DC. fl. fr. 5. p. 435. (non Hoppe; nec Willd.) H. Schraderi III. glabratum Gaud. helv. 5. p. 70. Variat foliis utrinque dense villosis et penitus glabris.

25. H. alpinum (L. sp. 1124.) *caule mono-oligocephalo pube stellulata canescente adsperso involucroque villosissimis, pilis elongatis canis basi atris aliisque brevibus glanduliferis aterrimis, pedunculis angulo acuto erectis, foliis viridibus* lanceolatis ellipticisve in petiolum attenuatis integerrimis dentatisve, caulinis uno pluribusve subsessilibus. ♃. In pascuis alpinis et subalpinis, (durch d. ganze Alpenkette, auf d. Vogesen, dem Feldberge d. Schwarzwaldes, d. Mährischen Karpaten, den Sudeten, d. Erzgebirge u. Brocken.) Jun. Jul. Multum variat: caule tripollicari et elongato pedali, basi unifolio vel longitudinaliter toto foliato, superne involucroque pilis elongatis densissime tecto, vel his rarioribus et eorum loco pilis brevibus glanduliferis aterrimis densius adsperso, foliis lanceolatis acutis obtusisve, ellipticis basi attenuatis, vel subito in petiolum contractis, atque floribus tubulosis, totis scilicet clausis. — „Pedunculi in formis ramosis semper erecti, qua nota illae quoque, quae ad H. murorum accedunt, ab hoc facile et certo possunt distingui.“ „Sed squamae anthodii laxatae nihil sunt nisi bracteae vel foliola caulina, quae, sicuti flori appropinguantur, in anthodii squamas abeunt. Ubi igitur caulis nunc uno, nunc pluribus foliolis vestitus est, ita etiam anthodium nunc squamas illas involucrantes gerit, nunc iis caret, atque tunc laxum, tunc densum apparet.“ Wimm. et Grab. fl. sil. 3. p. 185. Varietates notabiliores egregie in hac flora expositae sunt:

α. *alpinum genuinum*, caulis 1 cephalus, basi 1-3 folius, foliis lanceolatis, exterioribus saepe obovatis, involucro pilis elongatis cano-villosissimo: H. alpinum L. sp. 1124. et plurim. auctor. Occurrit foliis omnibus acutis et rotundato-obtusis, integerrimis vel plus minusve dentatis.

β. *pumilum*, villus involucri brevior, cetera ut antecedentis: H. pumilum Hopp. ap. Willd. sp. 3. 1562. St. h. 37. Villus quando-

que fere totus disparet, et involucrum setis nigris partim glanduliferis fere totum tectum est. Folia radicalia lanceolata.

γ. *Halleri*, folia radicalia elliptico-oblonga, rotundato-obtusa, basi dentata et saepe subhastata, petiolo angusto insidentia, caulina 1-2, lanceolata: H. Halleri Vill. delph. 3. p. 104. Hopp. ap. St. h. 39. H. atricapellum Hopp. bot. ztg. 14. 1. 184., secundum citatum auctoris. H. hybridum Vill. delph. t. 26. (non Chaix in Vill. voy.) specim. minus dentatum.

δ. *sudeticum*, caulis pedalis foliosus, foliis lanceolatis vel denticulatis, caulinis vix vel parum tantum minoribus, 1-3 cephalus, capitulis magnis et spectabilibus: H. alpinum 4. sudeticum Wimm. et Grab. I. c. (non H. sudeticum Sternb.)

ε. *nigrescens*, folia radicalia ovata, petiolata, dentata, caulis subpedalis, in medio folio unico minori; involucrum setis atris glanduliferis paucisque longioribus simplicibus apice canis obsitum: H. alpinum 5. nigrescens Wimm. et Grab. fl. sil. 3. 182. Hieracium murorum refert, sed pedunculis angulo acuto angustoque erectis statim dignoscitur; in H. murorum pedunculi semper divaricati sunt. — H. nigrescens Willd. en. 2. 823. Link. en. 2. p. 285., humilius est, quam forma hic descripta, tamen ad varietates H. alpini pertinere videtur.

26. H. SUDETICUM (Sternberg. in denkschr. d. bot. ges. in Regensb. 1. 2. p. 62. t. 5. optima.) *caule apice corymbifero a basi folioso hirsuto apice pedunculis involucroque pube stellulata subcanescente et glanduloso-piloso, pilis aterrimis intermixtis simplicibus longioribus apice canis, foliis viridibus* subtus margineque hirsutis dentatis ellipticis basi attenuatis, radicalibus inferioribusque petiolatis, superioribus sessilibus. ♃. In sudetis circa fontes fluvii Albis et in graminosis ad apicem montis Veigestein dicti, Sternberg, (in horto nostro e semine horti Pragensis eductum laete viget, nec reiterata satione mutatum est.) Jun. Jul. H. pulmonaroides Presl. cech. p. 159. (non Vill.) — Refert H. vulgatum, sed certissime H. alpino propinquius, licet toto habitu ab hoc recedat. Ab H. vulgato differt pilis glanduliferis involucri cum multis simplicibus longioribus mixtis et acheniis longioribus, ut H. alpini; ab hoc foliis omnibus ellipticis ovatisque et caule superne paniculato; H. prenanthoidi quoque non absimile, sed folia neutiquam amplexicaulia. G.

27. H. VULGATUM (Fries. novit. fl. suec. ed. 2. p. 258.) *caule corymbifero a basi folioso apice pedunculis involucroque pube* stellata canescentibus *pilisque aterrimis glanduliferis* hirtis, *foliis viridibus* subtus margineque hirsutis *ovato-lanceolatis ovatisve basi angustatis* dentatis, dentibus baseos profundioribus antrorsum versis, caulinis tribus pluribusve, radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis, superioribus subsessilibus. ♃. In sylvis, locis incultis, inter fruticeta. Jun. Jul. H. murorum γ. L. sp. pl. 1129., sec. Fries. H. murorum γ. caule magis folioso Poll. pal. 2. p. 392. H. murorum II. sylvaticum Gaud. helv. 5. p. 104. H. sylvaticum Lam. dict. 2. 366. Vill. delph. 3. p. 125. Fl. dan. t. 1113. Smith. engl. fl. 3. 361. — Gouanii planta, H. sylvaticum illustr. p. 56., hic citari

nequit, quippe e pluribus speciebus compositum. Variat foliis maculatis: H. maculatum Sm. engl. fl. 3. p. 360.; foliis latioribus subovatis: H. Lachenalii Gmel. bad. 3. p. 822., et foliis angustioribus lanceolatis: H. angustifolium Gmel. bad. 3. p. 323. Pulmonaria gallica tenuifolia Tabernaem. krtb. p. 505. ic. Locis umbrosis folia tenuioris substantiae sunt, h. l.: H. diaphanum Fries. nov. ed. 1. p. 75. H. pellucidum β. Wahlenb. suec. p. 496. — H. Mertini Gmel. bad. 4. p. 591., est specimen luxurians, monente ipso Mertino in litt. — Variat raro caule a basi ramoso, quae varietas paniculae pubescentia ab H. ramoso WK. diversa est.

28. H. RAMOSUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 240. t. 216.) *caule* paniculato-corymbifero plerumque *a basi ramoso-folioso apice pedunculis involucroque canescentibus hirtisque, pilis atris apice canis simplicibus, foliis viridibus* margine subtusque hirsutis ovato-lanceolatis *basi angustatis* dentatis, dentibus baseos profundioribus patentibus, radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis, superioribus subsessilibus. ♃. Passim in sylvis Helvet. calidioris; (auf d. Berge Jovat, nach Regnier; vergl. Hegetschw. fl. helv. 2. p. 178.; wird auch in d. Flora sedinensis u. Dresdensis angezeigt, es scheint aber hier eine Varietät von H. vulgatum vorzuliegen.) Jun.-Aug. Ab H. vulgato praecipue differt pubescentia paniculae; an huius varietas? *). H.

29. H. SCHMIDTII (Tausch. bot. ztg. 11. 1. p. 65.) *caule* corymbifero subunifolio *apice pedunculis involucroque* canescentibus pilosisque, *pilis basi atris plerisque glanduliferis, foliis caesio-glaucis* margine subtusque hirsutis ovato-lanceolatis basi angustatis dentatis, dentibus baseos profundioribus antrorsum versis, radicalibus petiolatis, *caulino subsessili.* ♃. In rupium fissuris, (Böhmen, Schlesien, Harz u. auf d. Walpurgisberg bei Erlangen, auf d. Hohneck d. Vogesen.) Jun.-Aug. Vivum possideo e seminibus speciminis sicci Tauschiani eductum. Plerumque valde hirsutum est, sed pili non crassiores, neque rigidiores, quam in affinibus. Colore glauco et caule paucifolio a H. vulgato differt. — Huius loci videtur H. murorum α. pilosissimum L. sp. 1128. — Synonyma ex auctoribus anglicis non proferam, nam absque inspectione specimi-

---

*) Hieracia, supra descripta et sequenti tabula hic proposita, fortasse non omnia bonas species efficiunt, tamen ea, ut amplius observentur, praeterire nolui; sunt sequentia:

pedunculi et involucrum glanduloso-pilosa,
- folia basi attenuata, dentibus antrorsum versis, vel baseos patentibus,
  - viridia, caulina 5-6: H. VULGATUM;
  - caesio-glauca, caulina 1-3: H. SCHMIDTII;
- folia basi obtusa, subcordata, dentibus posticis retroversis, caule 1 folio: H. MURORUM;

pedunculi et involucrum canescentia, pilis paucis eglandulosis adspersa,
- folia basi attenuata, dentes antrorsum versi vel baseos patentes;
  - caulis a basi ramosus et foliosus: H. RAMOSUM;
  - caulis simplex, 2-3 folius, folia glauca, omnia oblonga, capitula corymbosa: H. PALLESCENS;
  - caulis bifidus, vel bifido-ramosus, folia glaucescentia, lanceolata, caulinum 1, lineari vel lineari-lanceolatum: H. BIFIDUM;
- folia basi obtusa, subcordata, dentibus posticis retroversis, caule 1 folio, vel nudo: H. INCISUM.

num authenticorum, qualia nondum vidi, nihil certi ex illis erui potest. G.

30. H. PALLESCENS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 241. t. 217.) *caule corymbifero bi-quadrifolio apice pedunculis involucroque canescentibus pilosisque, pilis simplicibus canis basi atris, foliis glaucis* margine subtusque hirsutis *oblongis* basi angustatis dentatis, *dentibus baseos profundioribus antrorsum versis*, radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis, supremo subsessili. ♃. In Helvetia, (a Schleichero habeo, qui loci specialis mentionem non fecit,) in horto Jun.-Aug. Multum convenit cum H. Schmidtii, differt praecipue corymbo canescente, nec glanduloso-piloso. H.

31. H. MURORUM (L. flor. suec., ex optima parte, Fries. nov. ed. 2. p. 258.) *caule* corymbifero subunifolio *apice pedunculis involucroque* canescentibus hirtisque, *pilis aterrimis glanduliferis, foliis viridibus* subtus margineque hirsutis, *radicalibus ovatis subcordatis* dentatis, *dentibus baseos profundioribus retroversis, caulino* breviter petiolato vel *sessili*. ♃. In sylvis, collibus incultis, muris. Jun.-Aug. Praecocius floret H. vulgato, et corymbo divaricato ab hoc, praeter alias notas, differt. St. h. 39. Pulmonaria gallica mas. Tabernaem. ktrb. p. 504. Hieracium murorum Vill. delph. 3. p. 124. Fries. nov. ed. 2. p. 256. H. murorum α. Poll. pal. 2. p. 392. et multor. auct. Locis umbrosis enata folia tenuioris substantiae sunt; h. l. H. pellucidum α. Wahlenb. suec. p. 496. Variat:

β. *sylvaticum*, foliis basi inciso-dentatis, dentibus retrorsum versis: H. murorum β. sylvaticum L. sp. 1128. Poll. pal. 2. p. 392. Pulmonaria gallica fem. Tabern. krtb. p. 504. opt.; (non H. sylvaticum Gouan., quod species mixta est.)

γ. *rotundatum*, foliis radicalibus basi paucidentatis, exterioribus ovalibus antice fere latioribus rotundato-obtusissimis, interiori acuto, caulino minuto breviter petiolato: H. rotundatum Kit. ap. Schult. östr. fl. 2. p. 439. Varietas valde memorabilis, fortasse propria species. Tergesti legit cl. Biasoletto mecumque specimina nomine H. Lachenalii communicavit.

32. H. INCISUM (Hopp. ap. St. h. 39.) *caule* 1-pleiocephalo et corymbifero *subunifolio apice pedunculis involucroque canescentibus hirtisque, pilis simplicibus canis basi atris, foliis* glaucescentibus subtus margineque hirsutis, radicalibus petiolatis *ovatis* vel ovato-oblongis basi obtusis subcordatis dentatis, *dentibus baseos profundioribus patentibus, caulino* breviter petiolato vel *sessili*. ♃. In alpibus et montibus alpes comitantibus; in montibus gypsaceis Hercyniae (Wallroth.) Jun.-Aug. Simillimum H. murorum, sed diversum foliis plerumque glaucescentibus, corymbo non atro-glanduloso, et involucri foliolis attenuato-acuminatis; an nihilominus varietas?

33. H. BIFIDUM (Kitaib. ap. Hornem. hort. hafn. 2. p. 761.) *caule bifido dicephalo vel bifido-ramoso* et corymbifero apice pedunculis *involucroque canescentibus pilisque simplicibus canis basi atris* adspersis, *foliis glaucescentibus* subtus margineque hirsutis, radicalibus

lanceolatis vel oblongo-lanceolatis *basi attenuatis* dentatis, *dentibus baseos longioribus* antrorsum versis patentibusve, caulino lineari vel lanceolato-lineari subsessili. ♃. Ad rupes subalpinas, (wahrscheinlich durch die ganze Alpenkette hin u. wieder.) Jun.-Aug. Est species quasi intermedia inter H. glaucum et H. murorum. Corymbus rarius pilis aliquot glandulosis adspersus est. Variat foliis maculatis.

H. pictum Schleich. ap. Pers. syn. 2. p. 374. H. bifido valde affine, sed humilius est et hirsutius, verum e duobus speciminibus a me visis judicium ferre non audeo. Folia maculata.

34. H. RUPESTRE (Allion. auct. p. 12. t. 1. f. 2.) *caule a basi diviso, ramis paucis elongatis monocephalis apice involucroque* canescentibus hirtisque *pilis simplicibus glanduliferisque, foliis* glaucescentibus, *radicalibus lato-lanceolatis acuminatis inaequaliter paucidentatis in petiolum attenuatis* subinaequalibus margine subtusque sparsim pilosis vel dense hirsutis, caulinis paucis lanceolato-linearibus. ♃. In rupium fissuris, (im Wallis, bei Vevay, im Cant. Waadt, auf d. Walperle, (Walpurgisberg) bei Erlangen.) Jun. Jul. Caulis humilis gracilis, a basi in unum alterumve ramum monocephalum solutus. Folia petiolata, basi attenuata, apice acuminata, in medio saepe dentibus 2-3 elongatis notata. Speciem nostram pro vero H. rupestri Cl. Froelich. agnovit. — H. saxatile Vill. delph. 3. p. 118. t. 29., huic valde simile, differt foliis ovalibus obtusis, saepe valde lanuginoso-hirsutis.

Sect. III. ANDRYALOIDEA DC. Monn. ess. p. 51. Caulis plus minusve foliatus. Folia cinerea, villoso-tomentosa, pilis evidenter plumosis, dentibus pilorum nempe diametro pili triplo quadruplove longioribus.

35. H. ANDRYALOIDES (Vill. delph. 3. p. 121. t. 29.) caule adscendente simplici dicephalo vel ramoso pleiocephalo superne subnudo, pedunculis elongatis subcorymbosis involucro *foliisque canotomentosis, pilis plumosis, foliis obovato-oblongis, radicalibus caulinisque inferioribus basi dentatis* petiolatis, superioribus sublanceolatis acuminatis. ♃. Ad rupes regionum calidiorum Helvet. raro, (auf d. Saleve u. eine Varietät mit längern Haaren im mittlern Wallis.) Jun. Jul. Variat in hortis:

β. *undulatum*, foliis inferioribus basi approximato-undulatis et dentatis: H. undulatum Willd. sp. 3. 1587. H.

H. Lawsonii Vill. delph. 3. p. 118., secundum specimen ab ipso auctore, H. andryaloidi haud simile, sed proximum est H. longifolio. — H. saxatile Vill. delph. 3. p. 118., ad H. rupestre accedit, et vix aliis notis, quam foliis latioribus et obtusis, ab hoc differt. — H. Liottardi Vill. delph. p. 121. autem, quod in collectione D. Buchingeri vidi, rarissima planta, est lanatum, fere ut subsequens H. lanatum, sed caulis a basi ramosus, ramis adscendentibus, et folia basi pinnatifido-dentata, ut in H. Jacquinii nonnullis varietatibus, quibus, lana excepta, valde simile est. Ex mea sententia, planta distinctissima. Icon ap. Vill. t. 29., non bona.

36. H. LANATUM (Vill. delph. 3. p. 120.) caule simplici dicephalo vel ramoso 5-6 cephalo, ramis elongatis involucro foliisque *dense lanato-tomentosis*, *pilis plumosis*, *foliis crassis ovatis integerrimis* vel postice remote paucidentatis, radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus, inferioribus obtusis, superioribus acuminatis. ♃. In rupibus apricis Valesiae inferioris et mediae, (bei Saillon, zwischen Rida u. Martinach u. a. a. O.) Mai. Jun. H. tomentosum All. ped. 1. p. 216., (cum H. andryaloide conjunctim.) H. verbascifolium Pers. syn. 2. 374., (non Vill. voy.) Andryala lanata L. sp. 1137. Dill. elth. t. 150. H.

Sect. IV. GLUTINOSA. Caulis plus minusve foliatus. Pili glandulosi non solum in pedunculis et involucro, sed etiam in foliis.

37. H. JACQUINII (Vill. delph. 3. p. 123. t. 28.) *caule humili adscendente* folioso *pilis simplicibus glandulosisque hirto subdicephalo*, vel a basi ramoso, ramis patentibus mono-dicephalis, foliis viridibus oblongo-ovatis subtus margineque pilosis, *radicalibus caulinisque inferioribus* petiolatis *basi profunde dentatis vel subpinnatifidis*, superioribus sessilibus, supremis lanceolatis integerrimis, involucro hirto. ♃. In rupibus et saxosis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz u. durch die ganze Alpenkette stellenweise, auf d. Schwäbischen Alp.) Jun. Jul. H. humile Host. syn. 432. Willd. sp. 3. 1573. H. pumilum Jacq. a. t. 189., non Linn.

38. H. AMPLEXICAULE (L. sp. 1129.) *caule plurifolio* tri-polycephalo *pedunculis involucro foliisque glanduloso-pilosis viscidis*, *foliis radicalibus* elliptico-oblongis oblongisve *in petiolum attenuatis* caulinisque inferioribus dentatis, caulinis sessilibus vel subcordato-amplexicaulibus, *superioribus bracteisque ovatis*. ♃. In locis graminosis rupestribus apricis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Oestreich.) Jun. Jul. All. ped. t. 15. f. 1. et t. 30. f. 1. Variat foliis caulinis superioribus profunde cordatis et

β. *petraeum*, foliis caulinis superioribus sessilibus, vix semiamplexicaulibus; H. petraeum Hopp. ap. Bl. et Fing. comp. 2. p. 296. H. nitybaceum Hopp. ap. St. h. 39. (Folia non nitida, mollia. Hopp.) H. pulmonarioides Vill. delph. 3. 133.? H. amplexicaule β. DC. fl. fr. 4. p. 51. — H. albidum eodem modo variat foliis amplexicaulibus et simpliciter sessilibus.

3. H. ALBIDUM (Vill. prosp. 36. delph. 3. 133. t. 39.) *caule* folioso, cum pedunculis *involucro foliisque*, *glanduloso-piloso viscido* monocephalo, vel a basi ramoso, ramis monocephalis, *foliis elongato-lanceolatis* repando- vel sinuato-dentatis, radicalibus basi attenuatis, caulinis sessilibus vel amplexicaulibus. ♃. In rupestribus et locis glareosis alpium, (Hohneck d. Vogesen, Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen.) Aug. Flores pallide flavi. Folia, ut in H. amplexicauli, nunc simpliciter sessilia, nunc caulem profunde amplectantia. H. intybaceum Jacq. a. app. t. 43.

40. H. PICROIDES (Vill. voy. p. 22. t. 1.) *caule multifolio* superne ramoso corymboso *a basi ramis pedunculis involucro foliisque glanduloso-pilosis*, *foliis* basi cordata amplexicaulibus acumi-

natis denticulatis, *inferioribus* oblongo-ellipticis *supra basin angustatis*, *superioribus oblongo-ovatis*. ♃. In summis alpium pascuis Helvetiae rarius, (auf dem Gipfel des Valtzerjoch über Obersax in Graubünden, Vill.; auf d. Grimsel u. d. Gotthard, Sering; im Ursern Thale bei d. Realp.) Jul. Aug. H. lanceolatum Schleich. cat. 1815., (non Vill.) H. ochroleucum cat. 1821. Flores pallide flavi. Radicem et partem infimam plantae non vidi; hinc incertus sum, utrum ad hanc, an ad sequentem sectionem pertineat. H.

Sect. V. Aphyllopoda Froelich. Folia radicalia infima minuta cum sequentibus inferioribus florescentiae tempore emarcida. Fasciculi foliorum steriles nulli, qua de causa caespes foliorum radicalium desideratur.

41. H. prenanthoides (Vill. delph. 3. p. 108.) caule multifolio inferne pilis simplicibus hirsuto superne paniculato, ramis polycephalis subracemosis *pedunculis* involucroque *dense glanduloso-pilosis*, *foliis basi cordata amplexicaulibus* oblongo-lanceolatis ovatisve acuminatis denticulatis subtus reticulatis, *inferioribus supra basin angustatis* subspatulatis, *radicalibus emarcidis*. ♃. In sylvis alpinis, subalpinis et montibus altioribus, (auf d. Hohneck d. Vogesen, in d. Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette; d. Mähr., Böhm. u. Schles. Gebirg.; d. Feldberge des Schwarzwaldes.) Jul. Aug. Variat foliis latioribus ovatis, et angustioribus oblongo-lanceolatis, dentatis integerrimisque, laetius viridibus et subtus intense glaucis, basi profunde cordata amplexicaulibus, et fere sessilibus, vix semiamplexicaulibus. Varietas elatior, foliis tenuioris substantiae et subtus intense glaucis praedita, corymbo polycephalo et capitulis minoribus, est: H. prenanthoides Vill. l. c. et voy. p. 58. t. 3. f. 2.— Varietas foliis laetius viridibus et crassioris substantiae, corymbo e paucioribus capitulis composito: H. spicatum All. ped. p. 218. t. 27. f. 1., secund. Vill. voy. p. 58., sed Allionius, me quidem judicante, utramque varietatem non distinxit. — Varietas foliis glaucis simpliciter sessilibus vel vix semiamplexicaulibus est H. denticulatum Smith. engl. fl. 3. p. 368. et varietas foliis basi profunde cordata amplexicaulibus H. prenanthoides Smith. l. c. secundum specimina scotica a cl. Borrero ad b. Mertens. missa. — Celeb. Froelich. plures species affines distinguit, mihi non satis cognitas.

32. H. sabaudum (L. sp. 1131., excl. syn. fl. suec.) caule rigido multifolio hirsuto vel subglabro superne paniculato apice subcorymboso, *pedunculis involucroque canescentibus* saepeque subhirtis, *foliis* ovatis dentatis, inferioribus in petiolum brevem dilatatum attenuatis, *superioribus basi cordata arcte sessilibus amplexicaulibus*, *radicalibus nullis*, involucri foliolis adpressis. ♃. In collibus, locis incultis, inter fruticeta ditionis australioris, praecipue trans alpes. Jul. Aug. Caulis crassus, plerumque cum foliis hirsutus. Involucri foliola margine pallide viridia. All. ped. t. 27. f. 2. opt.

43. H. boreale (Fries.! nov. ed. 2. p. 161.) caule rigido multifolio hirsuto glabrove superne ramoso, ramis subcorymbosis, pedunculis involucroque canescentibus saepeque subhirtis, *foliis* ovato-lanceolatis lanceolatisve dentatis, inferioribus in petiolum brevem attenuatis, *superioribus subsessilibus*, *radicalibus nullis*, involucri

foliolis adpressis subconcoloribus *siccitate nigricantibus*. ♃. In locis incultis inter fruticeta, in ericetis, ad sylvarum oras. Jul. in autumn. H. sylvestre Tausch. bot. ztg. l. c. p. 70. H. sabaudum Linn. suec. p. 274. Smith. engl. fl. 3. p. 367., ex specim. anglico. Poll. palat. 2. p. 395. et plurim. auct. germ. H. sabaudum nigrescens Sering. pl. exsc. H. sylvaticum Wahlenb. fl. lapp. p. 197. fl. suec. p. 495. H. nemorosum Dierb. fl. heidelb. 2. p. 252., specimina a basi ramosa ramis monocephalis. Dignoscitur involucris in viva planta obscure viridibus, foliolis margine non pallidis, et, ni fallor, etiam in alabastris iunioribus arcte adpressis; in capitulo florente saepe apice parum distant, sed non reflectuntur, ut in H. umbellato.

44. H. LAEVIGATUM (Willd. sp. pl. 3. 1590.) caule rigido multifolio hirsuto glabrove superne ramoso subcorymboso, ramis subcorymbosis, pedunculis involucroque canescentibus saepeque subhirtis, *foliis* ovato-lanceolatis lanceolatis vel lineari-lanceolatis dentatis, inferioribus in petiolum brevem attenuatis, *superioribus subsessilibus*, *radicalibus nullis*, *involucri foliolis* adpressis margine *pallidis siccitate immutatis*, exterioribus alabrastrorum iuniorum erectis, alabastrum supereminentibus. ♃. In locis sylvaticis, collibus lapidosis inter virgulta. Jun. Jul. Dimidio mense praecocius floret antecedente. H. affine Tausch. bot. ztg. l. c. p. 70. H. croaticum Fl. sedinens. p. 322., secundum specim. ab auctor. miss. Involucri foliola apice quandoque paulum distant. Foliola capitulorum iuniorum, pisi magnitudinem nactorum, exteriora erecta capitulum supereminent, idque coronula quasi cingunt, qua nota praeter defectum foliorum radicalium viva etiam planta ab H. vulgato, cum quo non raro commutatur, distinguitur. Folia rarius ovata, plerumque lanceolata et saepe elongato-lanceolata, mediocriter dentata, quandoque maculata. Variat:

β. *coronopifolium*, folia anguste lanceolata, utrinque dentibus 2-3 elongatis, h. l.: H. laevigatum Willd. l. c., secund. designationem cl. Froelichii.

γ. *glandulosum*, pedunculi et involucra pilis glanduliferis adspersa: H. lanceolatum Vill. delph. p. 126. t. 30., icon mala et rudis.

45. H. UMBELLATUM (L. sp. 1131.) caule rigido polycephalo hirsuto glabrove superne ramoso, ramis ultimis subumbellatis, pedunculis canescentibus, *foliis* lanceolatis linearibusque dentatis vel integerrimis, inferioribus in petiolum brevem attenuatis, superioribus subsessilibus, *radicalibus nullis*, *involucri foliolis apice recurvis*. ♃. In pratis et pascuis siccis, ericetis, locis sylvaticis. Jul.-autumn. Fl. dan. t. 680. Exsiccatum H. boreali saepe simillimum, involucri squamae margine obscurae quoque et concolores, nec pallidae, et folia approximata, sed omnia folia, etiam superiora, lanceolata vel linearia, neque ovata et amplexicaulia. Variat foliis lanceolatis integerrimis, remote denticulatis dentatisve et

β. *coronopifolium*, foliis margine utrinque dentibus 2-3 elongatis: H. coronopifolium Bernhard.

γ. *angustifolium*, foliis anguste linearibus lineam vix latis.

Insuper occurrit caule pumilo monocephalo et caule ab basi in ramos soluto, ramis monocephalis.

Ord. LXIV. AMBROSIACEAE. Link. handb. z. erkenn. d. gew. 1. p. 816.

Flores diclini: masculi in capitulum, involucro polyphyllo vel multifido cinctum, collecti; feminei solitarii, vel gemini, involucro inclusi. Masc. Perigon. 1 phyllum, 5 dentatum, dentibus aestivatione valvatis. Stam. 5, fundo perigonii inserta, libera vel monadelpha. Ovarium liberum, minimum, abortiens; stylus filiformis; stigma obtusum, integrum. Fem. Perig. nullum. Ovarium nudum; styl. 1; stigm. 2, elongata. *Fructus involucro indurato, nucem spuriam referente, inclusus,* siccus.

1. XANTHIUM (L. gen. n. 1056.) Monoicum. Masc. Invol. polyphyllum. Flores tubulosi, paleis separati. Fem. Invol. 1 phyllum, biloculare, 2 florum, denique induratum. Perigon. o.

1. X. STRUMARIUM (L. sp. 1400.) *inerme*, foliis inferioribus cordatis trilobis dentatis, fructuum rostris rectis subconniventibus, aculeis rectis apice uncinatis. ⊙. In agris, ruderatis ad vias, (zerstreut durch d. ganze Geb.) Jul.-Oct. Schk. t. 291. Flores virides.

2. X. SPINOSUM (L. sp. 1400.) *spinis trifurcatis*, foliis integris trilobisve, lobo intermedio elongato acuminato. ⊙. Ad vias, ruderata reg. calid., (um Triest u. Fiume.) Jul. Aug. Moris. sect. 15. t. 2. f. 3. J.

Ord. LXV. LOBELIACEAE. Juss. ann. mus. 18. p. 1.

Cal. superus, 5 fidus aut integer. Cor. 1 petala, calyci inserta, irregularis, 5 fida, supra profunde longitudinaliter fissa. *Stam. 5, ante corollam ovario inserta,* laciniis alterna. Antherae filamentis adnatae. Ovarium 2-4 loculare: loculis multiovulatis; placentis centralibus. Styl. 1. *Stigma urceolo membranaceo vel corona ciliata obvallatum.* Fructus capsularis vel drupaceus. Embryo rectus, albumine tenui inclusus; radicula hilum spectante. Folia alterna.

1. LOBELIA (L. gen. 1006.) Cal. 5 fidus. Cor. hinc fissa; limbo 5 partito, irregulari. Antherae connatae. Caps. 2-3 locularis, apice 2-3 valvis.

1. L. DORTMANNA (L. sp. 1318.) foliis linearibus bilocularibus integerrimis, scapo subnudo. ♃. Sub aqua in lacubus et paludibus,

florescentiae tempore spicas emergens, (von Westphalen stellenweise bis nach Hannover u. Holstein.) Jul. Aug. Flores cyanei. Fl. dan. t. 39. G.

Ord. LXVI. CAMPANULACEAE. Juss. gen. p. 163.

Cal. superus, 5 fidus. Cor. 1 petala, calyci inserta, regularis, raro irregularis. *Stam. 5, ante corollam ovario inserta*, corollae laciniis alterna. Antherae 2 loculares, interdum basi connatae. Ovar. 3-5 loculare: loculis multiovulatis; placentis centralibus. Styl. 1. *Stigma 2-5 fidum, non obvallatum.* Fructus capsularis. Embryo rectus in centro albuminis, radicula hilum spectante. Folia alterna.

1. JASIONE (L. gen. n. 1005.) Cor. 5 partita, laciniis linearibus, primum coalitis, denique a basi ad apicem solutis. Filamenta subulata; antherae cohaerentes. Caps. bilocularis, apice foramine dehiscens. — Flores caerulei.

1. J. MONTANA (L. sp. pl. 1317.) foliis linearibus, *radice simplici* multicauli. ⊙. In arenosis siccis, ericetis, collibus incultis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 148. St. h. 15. Variat hirsuta et glabra et

β. *maior;* radix crassa, multicaulis, caules 2 pedales, capitula duplo maiora. D. fl. l. c. Hanc in rupium fissuris montium porphyriorum ad fluvium Nahe Palatinatus reperi.

γ. *littoralis;* radix multicaulis, caules digitales undique prostrati et apice tantum adscendentes; prope littora maris arenosa habitat.

2. J. PERENNIS (Lam. dict. 3. p. 216.) foliis linearibus, *radice stolonifera*, caudiculis unicaulibus. ♃. In locis rupestribus graminosis sylvaticis, (in der Rheinpfalz bei Kaiserslautern; bei Rofsleben in d. Gegend von Halle; im Gebiete d. Flora v. Spa.) Jun.-Aug. Varietatem duplo humiliorem et dense caespitosam e Pyrenaeis habemus, quae J. perennis β. humilis D. fl. 2. p. 149. J. humilis Pers. syn. 2. 215. G.

2. PHYTEUMA (L. gen. n. 220.) Cor. 5 partita, laciniis linearibus, primum coalitis, denique a basi ad apicem solutis. Filamenta basi dilatata. Antherae liberae. Caps. 2-3 locularis, foraminibus lateralibus dehiscens.

Sect. I. Flores spicati, spica globosa vel cylindrica.

a. Spica semper globosa vel post anthesin ovalis. — Flores omnium violacei.

1. P. PAUCIFLORUM (L. sp. 241.) *capitulo subgloboso quinquefloro, foliis obovatis vel obovato-lanceolatis obtusis apice subtricrenatis* in petiolum attenuatis, bracteis subrotundo-ovatis obtusis villoso-ciliatis capitulo brevioribus. ♃. In summis alpium jugis,

(Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 181. Reichenb. ic. 4. f. 545. Varietas:

β. foliis latioribus, fere obovatis, et bracteis obtusis est: P. globulariaefolium Hopp. et Sternb. denkschr. d. regensb. ges. 2. p. 100. D. fl. 2. p. 182. P. pauciflorum et globulariaefolium Reichenb. ic. 4. f. 545. 547-549.

2. P. HEMISPHAERICUM (L. sp. 241.) *capitulo globoso subduodecimfloro, foliis linearibus* vel lanceolato-linearibus *integerrimis* vel apice subcrenatis, bracteis ovatis acuminatis integerrimis villoso-ciliatis capitulo dimidio brevioribus. ♃. In locis graminosis alpium editiorum, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 2. 183. Reichenb. ic. 4. f. 544. Variat foliis omnibus anguste lanceolatis; fol. exterioribus lanceolatis, interioribus linearibus, et

β. *graminifolium;* fol. omnibus angustis linearibus, tamen basin versus attenuatis: P. graminifolium Sieb. herb. fl. a. n. 71.

3. P. HUMILE (Schleich. pl. exsicc.) *capitulo globoso sub 12floro,* foliis lanceolato-linearibus linearibusque, *superioribus remote denticulatis,* bracteisque margine ciliato-scabris, pilis brevissimis subreflexis, *bracteis* exterioribus *e basi ovata argute dentata lanceolato-attenuatis* capitulum subaequantibus. ♃. In summis jugis alpium, in rupium fissuris, (bisher blofs in d. Wallis, auf d. Räfel über Zermatten u. auf d. Mori über Macugnaga.) Jul. Aug. Gaud. helv. 2. p. 172. Hegetschw. reisen. f. 16. Reichenb. ic. 4. f. 546., specimen pusillum. P. Carestiae Bir. in Brignatell. giorn. di fis. 1. p. 37. H.

4. P. SIEBERI (Spreng. mantiss. ad fl. halens. p. 19.) *capitulo globoso sub 15 floro, foliis* fasciculorum sterilium longe petiolatis cordatis ovatis vel ovato-lanceolatis *crenatis*, caulinis lanceolatis, *superioribus* sessilibus *e basi rhombeo-ovata attenuatis, bracteis* exterioribus *ovatis acuminatis argute serratis.* ♃. In summis alpibus, (Tyrol u. Krain; Seiseralpe, Kirschbaumer u. Villacher Alpen, d. Loibl.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 184. P. Charmelii Sieb. nec Vill. Variat caule digitali et semipedali foliisque caulinis integerrimis et dentato-serratis. — Phyteuma cordata Vill. delph. t. 11. et P. lanceolata l. c. t. 12., fortasse ad hanc speciem trahendae sunt, sed absque inspectione speciminum authenticorum nihil certi erui potest. G.

5. P. ORBICULARE (L. sp. 242.) *capitulo multifloro globoso* vel deflorato ovali, *foliis crenato-serratis*, fasciculorum sterilium et saepe caulinis infimis longe petiolatis cordatis ovatis vel ovato-lanceolatis, caulinis *superioribus linearibus, bracteis* exterioribus *e basi ovata lanceolato-attenuatis subserratis.* ♃. In pratis pascuisque, praecipue sylvaticis, in alpes adscendens, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 185. Jacq. a. t. 437. Rapunculus orbicularis Scop. carn. 1. 150. Variat in locis pinguibus

β. *fistulosum;* caule fistuloso, praeterea nulla nota diversum. E semine, ab amico Hopp. accepto, specimina caule fistuloso et solido mihi enata sunt. Capitulum defloratum in formam ovalem abiens in

in varietate vulgari, si loco opimo enascitur, quoque observatur: P. fistulosum Reichenb. fl. exc. p. 297.

6. P. Scheuchzeri (All. ped. 1. p. 116. t. 39. f. 2.) *capitulo multifloro globoso*, foliis crenato-serratis, inferioribus longe petiolatis lanceolatis attenuato-acuminatis, fasciculorum sterilium cordatis, superioribus linearibus, *bracteis* exterioribus *linearibus* integerrimis capitulo plerumque longioribus. ♃. In locis rupestribus et rupium fissuris alpium et region. subalpinarum, (Walliseralpen, Gotthard, Glarneralpen, Gaud.; südl. Tyrol, Fleischer; Krain im Isonzothale, Host.) Jul. Aug. D. fl. 2. 187. Reichenb. ic. 4. f. 541. P. Charmelii Vill. delph. 2. 516. t. 11., excl. fig. B. et C. varietatem nostram β. referentibus. P. corniculatum Clairvill. man. 43. Gaud. helv. 2. p. 177., excl. varietat. P. Scheuchzeri DC. fl. fr. 3. p. 711., planta absque fol. radicalib. et P. Charmelii DC. fl. fr. 3. p. 711., planta cum foliis radicalib. Variat:

β. *serrata;* foliis argute serratis, dentibus prominentibus: P. Charmelii var. Vill. l. c. t. 11. f. B. C.

b. Spica subrotunda vel ovata sub anthesi sensim elongata, denique cylindrica. Flores omnium, excepto Phyteumate spicato, violacei.

7. P. Michelii (All. ped. 1. p. 115. t. 7. f. 3.) *capitulo* multifloro subrotundo *denique in spicam cylindricam mutato*, *foliis* radicalibus (caulis florentis) *lineari-lanceolatis attenuato-acutis* subdenticulatis *basi attenuatis*, superioribus linearibus, bracteis exterioribus linearibus flores aequantibus vel brevioribus. ♃. In alpibus Helvetiae rarissimum, (in d. Dorfe Splügen; auf d. Bernhardin; d. Walliser u. Glarner Alpen.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 4. f. 529. Diagnosin secundum descriptionem et iconem Allionii confeci, mihi enim haec species e paucis tantum speciminibus, et his quidem incompletis, nota est. Similitudinem maximam omnino cum P. scorzonerifolio Vill. habet, licet b. Gaudin. contrariam sententiam proferat, et, nisi folia fasciculorum sterilium, qualia nondum vidi, diversitatem evidentem prodant, cl. Bertolonio assentias opportet, qui ambas species sub P. Michelii combinat; conf. Bert. amoen. ital. p. 19. — P. Michelii Hegetschw. reisen. p. 148. f. 33., ad varietates P. orbicularis pertinere videtur. H.

8. P. scorzonerifolium (Vill. delph. 2. p. 519. t. 12.) *spica denique elongata cylindrica*, *foliis remote serrulatis*, *radicalibus lineari-lanceolatis longe petiolatis* in petiolum attenuatis, caulinis linearibus elongatis utrinque attenuatis, superioribus linearibus integerrimis, bracteis linearibus flore brevioribus. ♃. In alpibus valesiacis, (aber selten u. zwar auf d. Berge Aufkomen im Nicolaithale.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 3. f. 411. Plantae, mihi non satis notae, folia radicalia, (fasciculorum sterilium,) ut cordata describit cl. Bertolonius, quo diagnosis et characteres, quibus illa a P. betonicifolio distinguatur, ambigui fiunt; in loco natali ulterius observetur.

9. P. betonicifolium (Vill. delph. 2. p. 518. t. 12.) *spica denique oblongo-cylindrica*, *foliis* simpliciter crenato-serratis, inferioribus petiolatis, *fasciculorum* sterilium et saepe caulinis inferio-

ribus *cordato-oblongis*, subsequentibus lanceolatis in petiolum attenuatis, superioribus linearibus sessilibus, bracteis linearibus flore brevioribus. ♃. In pascuis alpium, (Schweiz, Tyrol, Salzburg, Kärnthen, Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 189., excl. var. γ. Reichenb. ic. 3. f. 412., (rara modificatio, foliis fere omnibus cordato-lanceolatis.) P. persicifolium Hopp. bot. ztg. 15. 1. p. 206., forma vulgaris.

10. P. NIGRUM (Schmidt. boh. 2. n. 189.) *spica oblonga, foliis simpliciter crenato-serratis*, inferioribus petiolatis *ovatis basi cordatis*, supremis linearibus, bracteis linearibus. ♃. In sylvis frondosis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 191. P. ovale Hopp. taschenb. 1794. p. 84. P. spicatum β. Rapunculus Pers. syn. 1. 194. Flores ante expansionem laciniarum atro-violacei et rugosissimi; in P. Halleri fere laeves.

11. P. SPICATUM (L. sp. 242.) *spica oblonga, foliis duplicato-crenato-serratis*, inferioribus petiolatis *ovatis basi cordatis*, supremis linearibus. ♃. In sylvis et pratis montanis, (stellenweise im Gebiete, aber bis jetzt z. B. nicht in d. Rheinpfalz, wo P. nigrum gemein ist.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 190. Schk. t. 39. Rapunculus spicatus Scop. carn. 1. p. 150. — Flores ochroleuci.

12. P. HALLERI (All. ped. 1. p. 116.) *spica obovato-oblonga, foliis grosse duplicato-serratis*, inferioribus petiolatis *ovatis*, supremis lanceolatis, bracteis linearibus. ♃. In vallibus et pascuis alpinis et subalpinis, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Steyermark; sodann auf d. Sudeten.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 192. P. ovatum Schmidt. boh. 2. n. 190. Willd. sp. 1. 923. Hoffm. D. fl. 1. p. 105. P. urticifolium Clairvill. man. 63. Flores atro-violacei.

Sect. II. PHYTEUMATA COMOSA. Flores umbellati, pedicellati. Corolla obverse pyriformis, nunquam, ut videtur, in laciniias liberas fissa.

13. P. COMOSUM (L. sp. 42.) *umbella terminali*, floribus breviter pedicellatis, foliis dentatis, radicalibus reniformibus. ♃. In rupium fissuris montium et alpium, (in Krain in d. Wochein; im südlichen Tyrol auf d. Schlehern.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 193. Jacq. a. app. t. 50. St. h. 22. Rapunculus comosus Scop. carn. 1. p. 151. G.

Sect. III. Flores breviter pedunculati, solitarii, sparsi, racemum vel paniculam formantes.

14. P. CANESCENS (Waldst. et Kit. pl. r. hung. 1. p. 12. t. 14.) foliis sessilibus, inferioribus ovatis crenato-serratis basi attenuatis, superioribus lanceolatis subintegerrimis, *floribus* breviter pedunculatis *racemoso-paniculatis*. ♃. In locis incultis, inter virgulta, (bisher blofs in Untersteyermark, nach Müller, ehemaligem Vorsteher d. Gartens zu Grätz.) Jul.-autumn. D. fl. 2. p. 193. W. et Kit. pl. r. h. t. 14.

3. CAMPANULA (L. gen. n. 218.) Cal. tubus turbinatus. Cor. campanulata vel rotata, in segmenta 5 magis minusve divisa, fundo clausa filamentis, basi dilatatis, subhaemisphaerico-conniventibus et

discum epigynum plano-convexum obtegentibus. Antherae liberae. Ovarium turbinatum. Caps. 2-3 locularis, foraminibus lateralibus dehiscens.

Sect. I. Calycis sinus appendicula destituti. Flores pedunculati, in caulibus multifloris racemosi vel paniculati. — Flores omnium caerulei vel violacei, raro in varietate albi.

1. C. Zoysii (Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 122.) *foliis* integerrimis, *infimis ovatis* petiolatis, *petiolo folium aequante*, caulinis mediis spathulatis, supremis lineari-oblongis, caule 1-plurifloro, calycis laciniis subulatis, *corolla* oblongo-campanulata, *laciniis dense barbatis*. ♃. In rupestribus alpium Carnioliae, (in der Wochein.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 150. Jacq. ic. rar. t. 334. St. h. 22. G.

2. C. pulla (L. sp. 231.) *foliis ellipticis* crenatis petiolatis *petiolo triplo longioribus*, inferioribus obtusis, superioribus acutis, *caule 1 floro*, *flore nutante*, *calycis laciniis subulatis*. ♃. In pascuis subalpinis et alpinis, (Oestreich, Steyermark, Krain, Salzburg.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 151. Jacq. a. t. 286. St. h. 34. G.

3. C. excisa (Schleicher. plant. exs. Gaud. helv. 2. 147.) foliis linearibus integerrimis sessilibus, inferioribus lineari-cuneatis in petiolum brevem attenuatis subdenticulatis, caule 1-3 floro, *corolla ventricoso-campanulata* ad tertiam partem quinquefida, *laciniis ovatis basi angustioribus sinuque subrotundo-separatis*, calycis laciniis subulatis. ♃. In rupium fissuris ad moles glaciales in Helv., (bisher blofs in d. südlichen Alpenkette des Wallis, auf d. Simplon an d. Kaltwassergletscher, auf d. Furca u. Moro.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 1. f. 159. 160. Gaud. helv. 2. t. 2., var. fol. superioribus denticulatis. H.

4. C. caespitosa (Scop. carn. 1. p. 143.) *foliis radicalibus caulinisque infimis obovatis in petiolum latiusculum folium vix aequantem decurrentibus* paucicrenatis, caulinis sessilibus lineari-lanceolatis subserratis, superioribus linearibus integerrimis, *caule plurifloro* racemoso vel paniculato, *pedunculis 1-2 floris*, *corolla oblongo-campanulata longitudinaliter striato-plicata* ad faucem subangustata, calycis laciniis subulatis ♃. In fissuris rupium calcarearum alpium et reg. subalpinarum, (Oberöstreich, Steyermark u. Krain.) icon Scopolii t. 4., non bona. — Species a C. pusilla longe diversa. G.

5. C. pusilla (Haenk. in Jacq. collect. 2. p. 79.) *foliis fasciculorum sterilium ovatis cordatis reniformibusque serratis petiolatis*, *petiolo folium pluries superante*, *caulinis inferioribus ellipticis* brevius petiolatis, *superioribus linearibus* sessilibus, *caule racemoso 3-6 floro*, *corolla hemisphaerico-campanulata*, calycis laciniis subulatis. ♃. In rupestribus et glareosis alpium, in subalpina et cum fluviis in planities, alpibus vicinas, descendens, inque sudetis, (kommt mit dem Isarkiese bis München u. mit dem Rheinkiese bis Mühlheim in Oberbaden hinab.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 152. C. caespitosa Vill. delph. 2. p. 500., non Scop. C. rotundifolia β. L. sp. 232. Variat, sicut omnes affines, magis minusve pilis brevibus adspersa, vel

β. *pubescens*, tota usque ad lacinias calycis pilis brevibus hirta: C. pubescens Schmidt. boh. n. 167. Willd. sp. 1. 894. B. Schmidt. ex alpibus Salisburgensibus, non vero e Bohemia, habuit, conf. Tausch. bot. ztg. 11. 2. p. 425. Icon Reichenbachii in ic. 1. f. 161. et 162., ob corollam subturbinatam ad varietatem pubescentem depauperatam C. rotundifoliae pertinere videtur.

6. C. ROTUNDIFOLIA (L. sp. 232.) *foliis fasciculorum sterilium ovatis cordatis reniformibusque* petiolatis, *petiolo folium pluries superante*, caulinis infimis lanceolatis, ceteris linearibus integerrimis, *caule paniculato-multifloro*, *corolla ovato- vel subturbinato-campanulata*, calycis laciniis subulatis. ♃, In pascuis, pratis siccis, sylvis, ad vias, muros. Jun.-autumn. D. fl. 2. p. 154. Fl. dan. 835. Variat:

β. *hirta*, inferior pars plantae pilis rigidulis hirta: D. fl. l. c.

γ. *velutina*, tota pilis brevibus densis cana: C. rotundifolia β. velutina DC. fl. fr. 8. p. 432.

δ. *lancifolia*, folia caulina inferiora bipollicaria, 3-4 lineas lata, superiora sensim breviora et angustiora: C. rotundifolia δ. lancifolia D. fl. l. c. C. rotundifolia β. reniformis Pers. syn. 1. p. 188. C. Baumgarteni Beck. fl. v. frankf. Haec in monte Feldberg prope Francof. ad Moen. provenit.

C. tenuifolia Hoffm. germ. 1. p. 100. constat e speciminibus inter gramina enatis, quorum folia inferiora putredine destructa fuerunt.

7. C. SCHEUCHZERI (Vill. prospect. d. l'hist. des plant. du Dauph. p. 22. 1779.) *foliis fasciculorum sterilium ovatis cordatisve* petiolatis, *petiolo folium pluries superante*, caulinis linearilanceolatis integerrimis vel inferioribus crenato-serratis, *caule 1 floro vel racemoso-2-6 floro*, *calycis laciniis subulatis*. ♃. In pascuis et pratis alpium et reg. subalpinarum, (durch d. ganze Alpenk., sodann auf d. Sudeten u. auf d. Belchen in Oberbaden.) Jul. Aug. C. linifolia Lam. dict. 1. p. 579. 1783. D. fl. 2. p. 157. Haenk. ap. Jacq. collect. 2. p. 81. 1788. C. rotundifolia γ. L. sp. 232. Var.:

α. *glabra:* C. linifolia DC. fl. fr. 3. p. 698. C. Scheuchzeri Vill. delph. 2. p. 503. t. 10.

β. *hirta:* C. valdensis All. ped. 1. p. 109. t. 6. f. 1. C. uniflora Vill. delph. 2. p. 500. t. 10.

8. C. CARNICA (Schiede ap. Mert. et Koch. D. fl. 2. p. 158.) *foliis fasciculorum sterilium ovatis cordatisve* petiolatis, *petiolo folium pluries superante*, caulinis linearibus, superioribus angustissimis, *caule unifloro*, *calycis laciniis lineari-setaceis* corollam aequantibus reflexis. ♃. In rupium fissuris alpium Carnioliae, (zwischen Resiutte u. Ponteba an d. Hauptstrasse; sodann zwischen Veldes u. Wochein.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 158. C. linifolia Scop. carn. 1. p. 144. — Nomen Scopolii ob ambiguitatem praeferre nolui. G.

9. C. RHOMBOIDALIS (L. sp. 233.) *foliis ovatis* lanceolatisve *serratis*, superioribus sessilibus, inferioribus breviter petiolatis,

floribus paniculatis secundis, calycis laciniis lanceolato-subulatis. ♃. In subalpinis, (in d. Schweiz nicht selten, auf d. Jura überall, Gaud.; in Krain auf d. Sanct Catharinenberge bei Görz, Scop.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 163. Barrel. f. 567. C. rhomboidea Willd. sp. 1. 899.

10. C. Elatines (L. sp. 240.) *foliis* serratis, fasciculorum sterilium *caulinisque inferioribus cordatis* longe petiolatis, *caulinis superioribus ovato-cordatis* acuminatis brevius petiolatis, *caulibus caespitosis simplicibus procumbentibus*, floribus racemoso-paniculatis, pedunculis axillaribus subtrifloris, calycis laciniis linearilanceolatis, *corolla ad tertiam partem quinquefida*. ♃. In rupium fissuris reg. austral., (auf d. Insel Cherso, Biasol.) Mai. Jun. All. ped. 1. p. 114. t. 7. Folia Allionius describit acuminata et ita pingenda curavit. Linnaeus suam plantam ab Allionio accepit. Quid igitur sit C. Elatines Morettii apud Host. fl. a. 1. p. 270., foliis obtusis a C. elatinoide diversa, conjicere nequeo. J.

11. C. garganica (Tenor. syllog. fl. neapol. p. 95.) *foliis* inaequaliter vel biserratis, fasciculorum sterilium *caulinisque inferioribus cordatis* longe petiolatis, *caulinis mediis ovatis in petiolum protractis*, caulibus caespitosis simplicibus procumbentibus, floribus racemoso-paniculatis, pedunculis axillaribus subtrifloris, calycinis laciniis lanceolatis, *corolla 5-partita*. ♃. In rupium fissuris reg. austr., (auf d. Insel Cherso, Biasol.) Mai. Jun. C. garganica Ten. l. c. secund. specim. ab ipso cl. auctore in herb. amic. Martii. C. Elatines Ten. fl. neap. prod. p. 16., secundum citatum ipsius auctoris, non Linn. J.

12. C. Morettiana (Reichenb. iconogr. 4. p. 18. f. 499. 500.) *foliis* simpliciter serratis, fasciculorum sterilium *cordatis* longe petiolatis, caulinis ovatis in petiolum brevem protractis, inferioribus superioribusque minoribus, caule *erecto 1-2 floro*, *floribus erectis*, corolla calycis laciniis lanceolatis quadruplo longiore quinqueloba. ♃. In rupium fissuris Tyrolis australis, (bisher bloſs am Berge Udai im Fassa-Thale im südl. Tyrol.) Jul. Aug. C. filiformis Morett. pl. it. dec. 8., non Ruiz. et Pav. G.

13. C. patula (L. sp. 232.) *foliis* crenatis *radicalibus oblongo-obovatis* in petiolum decurrentibus, caulinis lineari-lanceolatis sessilibus, *panicula* patula *subcorymbosa*, *floribus erectis*, ramis superne divisis, calycis laciniis subulatis. ⊙. In pratis, ad sylvarum oras, (zwar durch d. ganze Gebiet, aber oft auf weiten Strecken gar nicht, fehlt z. B. auf d. linken Rheinufer von d. Schweiz bis zu d. Niederlanden.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 158. Fl. dan. t. 373. Variat glabra et hirsuta, atque calycis tubo glabro, et

β. *dasycarpa*, calyce hirsuto: D. fl. l. c.

γ. *adenocarpa*, calyce glanduloso-punctato: C. patula β. punctata Wallr. sched. 85.

δ. *flaccida*, rami filiformes, flores dimidio minores: C. patula γ. flaccida Wallr. sched. 85. C. neglecta R. et S. syst. veg. 5. 104.

14. R. Rapunculus (L. sp. 232.) *foliis* crenatis *radicalibus oblongo-obovatis in petiolum decurrentibus*, caulinis lineari-lan-

ceolatis, *panicula subracemosa*, *ramulis basi divisis*, laciniis calycinis subulatis. ⊙. In pratis siccis, locis sylvaticis, collibus incultis. Mai - Aug. D. fl. 2. p. 160. Schk. t. 39. Variat caule foliisque glabris et hirtis, calycisque laciniis erectis atque reflexis.

15. C. PERSICIFOLIA (L. sp. 232.) foliis remote minute serratis, *radicalibus oblongo - obovatis in petiolum decurrentibus*, caulinis lineari - lanceolatis sessilibus, *racemo paucifloro*, *laciniis calycinis lanceolatis*. ♃. In sylvis praecipue montosis, in montosis praeruptis inter virgulta. Jun. Jul. D. fl 2. p. 160. Fl. d. t. 1087. Variat floribus praemaghis C. persicifolia β. grandiflora DC. fl. fr. 3. 700.; caule hirto canescente: C. hispida Lej. spa. 2. 299. et

γ. *eriocarpa*, calyce hispido: D. fl. l. c.

16. PYRAMIDALIS (L. sp. 232.) *foliis* serratis *glaberrimis* ovatis, superioribus lanceolatis, *fasciculorum sterilium cordatis* longe petiolatis, *caule stricto ramosissimo*, ramis erectis cauli approximatis, calycis laciniis lanceolatis. ⊙. In collibus saxosis, muris, (in Krain u. im Littorale bei Triest.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 163. G.

17. C. BONONIENSIS (L. sp. 234.) *foliis* crenato - serratis *subtus tomentoso - canis*, *inferioribus cordatis* longe petiolatis, superioribus ovatis acuminatis sessilibus, racemo terminali simplici vel paniculato - composito, calycis laciniis lanceolatis, *caule erecto tereti*. ♃. In pratis siccis, collibus apricis, sylvarum oris, (in Mecklenburg, Pommern bei Stettin, Mittelmark, Schlesien, Mähren, Böhmen; am südöstlichen Stande des Harzes; Unteröstreich, Krain u. d. südl. Tyrol; im untern Wallis.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 167. Reichenb. ic. 2. f. 221., (panicula laxiore basi ramosa,) et C. Thaliana Reichenb. l. c. f. 222. (panicula contracta.) C. Thaliana Wallr. sched. p. 87. C. simplex DC. fl. fr. 3. p. 730. (specim. racemo simplici.) C. ruthenica M. Bieberst. taur. cauc. 1. p. 151. 3. p. 142.

18. C. RAPUNCULOIDES (L. sp. 234.) *foliis* inaequaliter serratis *subhirsutis*, *inferioribus subcordatis* longe petiolatis, superioribus lanceolatis, *racemo* terminali *secundo*, calycis laciniis lanceolatis caule erecto obtusangulo, *radice repente*. ♃. In sylvis, agris, locis cultis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 167. Reichenb. ic. 6. f. 700. C. trachelioides Reichenb. l. c. f. 701., non MB.; C. crenata Link. en. h. berol. 1. p. 214. Reichenb. ic. l. c. f. 702. C. ucranica Spreng. nov. prov. p. 8. — C. trachelioidem MBieberst., in ditione florae nostrae lectam, nondum vidi.

19. C. TRACHELIUM (L. sp. 235.) *foliis grosse duplicato - serratis hispidis*, *inferioribus* longe petiolatis *cordatis*, superioribus oblongis sessilibus, pedunculis axillaribus 1 - 3 floris in racemum dispositis, calycis laciniis ovato - lanceolatis, *caule erecto argute angulato*. ♃. In sylvis et dumetis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 165. Fl. d. t. 1026. Variat:

β. *dasycarpa*, calyce hispido: C. urticifolia Schmidt. boh. n. 173. Willd. sp. 1. 901.

20. C. LATIFOLIA (L. sp. 233.) *foliis ovato - lanceolatis acuminatis grosse duplicato - serratis hirtis* breviter petiolatis, pedun-

culis axillaribus unifloris in racemum dispositis, laciniis calycis ovato-lanceolatis, *caule erecto-obsolete angulato.* ♃. In sylvis et dumetis umbrosis subhumidis, (in Mecklenburg u. durch Pommern nach Preussen, Schlesien, Böhmen u. Mähren; im Erzgebirge; bei Quedlinburg; auf d. Feldberge in Oberbaden; d. Vogesen; Steyermark; Schweiz hin u. wieder.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 164. Fl. dan. t. 85.

21. C. CENISIA (L. sp. 1669. in app.) *foliis obovatis* obtusis in petiolum brevem contractis *integerrimis glabris* basi ciliatis, *caulibus* adscendentibus *1 floris* superne calyceque hispidis, calycis laciniis e basi lata lanceolatis, *corolla subquinquepartita*, laciniis ovato-lanceolatis. ♃. In summis alpium jugis, (d. südlichen Kette im Wallis.) Jul. Aug. All. ped. t. 6. f. 9. H.

22. C. RAINERI (Perpent. in bibliothec. ital. 1817.) *foliis oblongo-obovatis* obtusis *remote crenatis* in petiolum brevem decurrentibus pubescentibus, inferioribus minoribus spathulatis, *caule* adscendente *unifloro*, flore cernuo, *calycis laciniis lato-lanceolatis acuminatis* remote denticulatis, corolla quinqueloba, lobis lato-ovatis. ♃. In rupestribus Helvet. australis, (auf d. m. Generoso im Cant. Tessin, auf d. Corni di Canzo am Comersee.) Jul. Aug. H.

Sect. II. Calycis sinus appendicula destituti. Flores sessiles, in spicas vel capitula digesti.

23. C. THYRSOIDEA (L. sp. 236.) hispida, foliis lineari-oblongis obsolete crenatis, *floribus sessilibus in spicam ovato-oblongam densam congestis*, laciniis calycis ovato-lanceolatis. ⊙. In pratis alpinis, (durch d. ganze Alpenkette.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 172. Jacq. a. t. 411. Flores ochroleuci.

24. C. SPICATA (L. sp. 234.) hispida, *foliis oblongo-lanceolatis* obsolete crenatis, *inferioribus basin versus attenuatis*, superioribus e basi dilatata amplexicauli lanceolato-acuminatis, *floribus sessilibus in spicam elongatam interruptam dispositis, inferioribus ternis, superioribus solitariis.* ⊙. In locis petrosis siccis convallium alpinarum et ad radices alpium reg. australium, (Krain; südl. Tyrol, auf d. Seiseralpe, auch tief um Botzen; im C. Wallis u. Tessin.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 173. All. ped. t. 46. f. 2. t. 47. f. 1. Flores caerulei.

25. C. CERVICARIA (L. sp. 235.) *hispida*, foliis minute crenatis, radicalibus lanceolatis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolato-linearibus, superioribus basi amplexicauli sessilibus, *floribus sessilibus in capitula terminalia et lateralia congestis.* ♃. In sylvis et collibus incultis inter virgulta, (stellenweise im ganzen Gebiete.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 176. Reichenb. ic. 6. f. 778., 779. C. ligulata Reichenb. ic. 6. f. 780., 781., non Waldst. et Kit., quae ad sectionem sequentem pertinet, et quam Cl. Reichenb. sub nomine C. capitatae ic. 6. f. 782. proposuit.

26. C. GLOMERATA (L. sp. 235.) hirta vel cano-pubescens vel glabra, *foliis* minute crenatis, *radicalibus ovatis vel ovato-lanceolatis basi rotundatis vel cordatis*, caulinis superioribus basi

cordata amplexicauli sessilibus, *floribus sessilibus in capitula terminalia et lateralia congestis.* ♃. In pratis, locis incultis herbidis, ad sylvarum oras, (durch d. ganze Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 174. Reichenb. ic. 6. f. 751-755., forma petiolis angustis; C. congesta R. et S. s. veg. 5. p. 125., forma foliis omnibus petiolatis, supremo sessili. Variat foliis latioribus et angustioribus, floribus maioribus et dimidio minoribus, glabra, hirta, hirsuta et

β. *farinosa*, caulis et folia subtus cano-tomentosa: C. glomerata β. salviaefolia Wallr. sched. p. 90. C. glomerata β. farinosa Rochel. pl. exs. C. farinosa Andrz. ap. Bess. en. pl. volh. p. 10. C. petraea Schmidt. boh. 2. p. 78. DC. fl. fr. 3. p. 730., non Linn. C. aggregata α. farinosa Reichenb. l. c. f. 757-759. Flores saepe minuti.

γ. *aggregata*, viridis, petioli foliorum caulinorum latiores, alati, flores maiores: C. aggregata Willd. en. h. berol. suppl. p. 10. Reichenb. ic. 6. f. 760. 761.

δ. *speciosa*, viridis, folia omnia ovato-cordata, flores magni speciosi: C. speciosa Hornem. hafn. 2. 957. Reichenb. ic. 6. f. 762.

ε. *elliptica*, foliis omnibus basi rotundatis vel in petiolum protractis, non cordatis: C. elliptica Kit. ap. Schult. oestr. flor. 1. p. 410. Eadem varietas, sed bracteis pallidis et reticulatis instructa, quae in aliis huius speciei varietatibus hinc inde quoque observantur: C. elliptica Reichenb. ic. 6. f. 763. 764. — Conf. fl. altaic. l. p. 241.

27. C. GRAMINIFOLIA (L. sp. 234.) *foliis* integerrimis ciliatis, *radicalibus lanceolato-linearibus, linearibusve* caulinis lineari-subulatis, *floribus terminalibus capitatis sessilibus.* ♃. In locis apricis saxosis, in rupium fissuris, (bei Triest u. Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 177. W. et Kit. p. r. h. t. 154. G.

Sect. III. Calycis sinus appendicibus deflexis instructi, quibus calycis tubus plus minusve obtegitur.

28. C. ALPINA (Jacq. en. stirp. vind. p. 36 et 210.) caule superne *foliis* margine pedunculis calycibusque *lanato-villosis*, foliis *linearibus* vel lineari-oblongis subintegerrimis, floribus longe pedunculatis subracemosis cernuis, calycis laciniis lanceolato-subulatis, *appendicibus brevissimis*, corolla calyce paulo longiore apice pilis raris adspersa. ♃. In locis siccis petrosis alpium, (in Graubünden, Tyrol, Salzburg, Steyermark u. Unteröstreich.) Jun. Jul. L. sp. 2. 1669., ex Jacq. enum. desumpta. St. h. 51. Jacq. a. t. 118. D. fl. 2. p. 171.

29. C. BARBATA (L. sp. 236.) hirsuta, foliis oblongo-lanceolatis subintegerrimis, floribus pedunculatis axillarillibus racemosis nutantibus subsecundis, calycis laciniis ovato-lanceolatis, *appendicibus tubum calycis subaequantibus, corolla* calyce subtriplo longiore *apice dense barbata.* ♃. In locis herbidis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette; in d. Sudeten.) Jul. Aug. Jacq. ob. bot. t. 37. D. fl. 2. p. 171.

30. C. SIBIRICA (L. sp. 236.) hirta, foliis lanceolatis undulatis, infimis obtusis in petiolum attenuatis, superioribus acutis semiam-

plexicaulibus, floribus pedunculatis paniculatis nutantibus, calycis laciniis lanceolato-subulatis, *appendicibus tubum calycis aequantibus, corolla apice glabra.* ⊙. In collibus herbidis, (Unteröstreich, Mähren, Schlesien u. bis Frankf. a. d. O. u. Berlin.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 169. Jacq. a. t. 200. G.

Campanula Medium L. in D. fl. 2. p. 170. proposita, loca indicata non inhabitat, et nuspiam in ditione florae nostrae indigena facta est. — C. Allionii Vill. dubia Helvetiae civis est.

4. ADENÓPHORA (Fischer. in act. mosq. 6. p. 165.) Discus epigynus circa basin styli in tubuli formam prominens; cetera ut Campanulae.

1. A. SUAVEOLENS (Fisch.) caule erecto, foliis oblongis, inferioribus subpetiolatis, panicula effusa, calycis laciniis glanduloso-subserratis, stylo exserto. ♃. In dumetis et sylvaticis, (bei Rastenburg in Preussen, Meyer!, auf d. Karlstein der Velika Gora in Böhmen sehr selten, Kosteletzky! in Schlesien am Geiersberge u. d. Strehlner Bergen.) A. suaveolens Mey. elench. plant. boruss. indig. p. 19. A. communis Fisch. l. c. Ledeb. fl. altaic. 1. p. 246. Campanula liliifolia D. fl. 2. p. 162. MBieberst. taur. cauc. 3. p. 139. et plurim. auct. C. suaveolens Willd. en. suppl. p. 10. C. intermedia Schult. s. veg. 5. p. 110. C. Fischeri Schult. l. c. p. 116. Conf. de hac specie fl. altaic. l. c. G.

5. PRISMATOCARPUS (L'Herit. sert. angl. DC. fl. fr. 3. p. 708.) Cor. rotata, limbo plana. Caps. lineari-oblonga, prismatica. Cetera ut Campanulae.

1. P. SPECULUM (L'Herit. DC. l. c. p. 709.) caule erecto ramoso divaricato, ramis inferioribus elongatis adscendentibus, foliis oblongis, inferioribus obovatis, floribus solitariis, *laciniis calycinis linearibus longitudine ovarii et corollae.* ⊙. Inter segetes, (stellenweise durch das südliche u. mittlere Gebiet.) Jun. Jul. Campanula Speculum L. sp. 1. 238. D. fl. 2. p. 178.

2. P. HYBRIDUS (L'Her. DC. l. c. p. 708.) caule erecto ramoso, ramis inferioribus elongatis adscendentibus, foliis oblongis, inferioribus obovatis, floribus solitariis, *laciniis calycis lanceolatis corolla longioribus ovario dimidio brevioribus.* ⊙. Inter segetes, (bei Basel u. stellenweise durch Elsafs bis Mainz, u. durch Baden bis Frankf. a. M.; in Thüringen bei Arnstadt; im südl. Theil v. Hanover u. in Westphalen.) Jun. Jul. Campanula hybrida L. sp. 239. D. fl. 2. 178.

6. WAHLENBERGIA (Schrad. cat. sem. hort. gött. 1814.) Capsula semisupera, ab apice in 3-5 valvulas septigeras dehiscens; cetera ut Campanulae.

1. W. ERINUS (Link. handb. 1. p. 631.) hirta, caule ramoso superne dichotomo, *foliis* inferioribus *obovato-oblongis in petiolum brevem attenuatis*, floralibus oppositis utrinque uni-bidentatis, floribus subsessilibus. ⊙. In locis siccis petrosis, (um Mömpelgard im Oberelsafs, vergl. Kirschleger prodr. fl. d'als. p. 82.) Moris. s.

5. t. 3. f. 25. Roncela Erinus Dumort. secund. Reichenb. fl. exc. p. 296.; in Dumortierii scriptis non reperio.

2. W. HEDERACEA (Reichenb. ic. 5. p. 47. t. 380. f. 673.) *foliis cordato-subrotundis angulato-quinquelobis* petiolatis glabris, caule filiformi ramoso, pedunculis solitariis elongatis. ♃. In pratis turfosis et locis uliginosis, ubi inter Sphagna repit, (in d. Rheinpfalz bei Kaiserslautern, zwischen d. Vogelwog u. d. Blechhammer u. an d. östlichen Seite des Pfaffenberges; im Oldenburgischen im Wäldchen bei Neuendorf sparsam, nicht bei Jever, Meyer chor. hanov. p. 375.; in d. Gegend v. Spa u. Malmedy, Lej.) Jun.-Aug. Campanula hederacea L. sp. 240. D. fl. 2. p. 179.

Ord. LXVII. VACCINIEAE. DC. theor. elem. p. 216.

Cal. superus, 4-5 dentatus, vel integer. Cor. monopetala, 4-5 loba. *Stam.* cum laciniis corollae alternantia, vel numero dupla, *ante discum epigynum crenatum inserta*, *corollae haud adnata.* Antherae biloculares, bicornes. Ovarium 4-5 loculare, loculis pluriovulatis, placentis centralibus. Styl. 1; stigma simplex, fructus baccatus. Embryo in axi albuminis, radicula hilum spectante. — Frutices foliis alternis.

1. VACCINIUM (L. gen. n. 483.) Cal. 4-5 fidus dentatusve, quandoque subinteger. Cor. 4-5 fida vel 4-5 dentata. Bacca globosa.

Sect. I. MYRTILLUS. Antherae medio bicornes.

1. V. MYRTILLUS (L. sp. 498.) *foliis* deciduis *ovatis* minute serratis glabris, pedunculis unifloris solitariis axillaribus nutantibus, corolla globosa, *ramis argute angulatis.* ♄. In sylvis et ad earum margines; in alpes adscendens. Mai. Jun. Schk. t. 107. Flores dilute virides, carneo colore suffusi. Baccae nigrae.

2. V. ULIGINOSUM (S. sp. 499.) *foliis* deciduis *obovatis* obtusis integerrimis *subtus glaucis reticulatis*, ramis teretibus, pedunculis aggregatis nutantibus, corolla ovata. ♄. In sylvis acerosis, solo turfoso; in alpes adscendens. Mai. Jun. St. h. 12. Flores albi vel rubelli; baccae nigrae.

Sect. II. VITIS IDAEA. Antherae muticae, corolla campanulata.

3. V. VITIS IDAEA (L. sp. 500.) *foliis* sempervirentibus *obovatis* obtusis obsolete crenatis margine revolutis *subtus punctatis*, racemis terminalibus nutantibus, corollis campanulatis, antheris muticis. ♄. In sylvis et ericetis, solo arenario; in alpes adscendens. Mai-Jul. Fl. dan. t. 40. Flores albi vel rubelli; baccae rubrae.

Sect. III. OXYCOCCOS Pers. syn. 1. 419. Antherae muticae, corolla rotata, reflexa.

4. V. OXYCOCCOS (L. sp. 500.) caule repente, ramis filiformibus prostratis, *foliis* sempervirentibus *ovatis acutiusculis subtus cinereis,*

floribus longe pedunculatis nutantibus, corolla rotata, laciniis oblongis. ♄. In locis uliginosis turfosis, Sphagno repletis. Jun.-Aug. D. fl. 3. p. 36. Schk. t. 107. Oxycoccos palustris Pers. syn. 1. p. 419. Schollera Oxycoccos Roth. tent. 1. 170.

Ord. LXVIII. ERICINEAE. Desv. journ. bot. 1813. p. 28. DC. fl. fr. 3. p. 671. et 675.

Cal. 4-5 fidus vel partitus, persistens. *Cor. 1 petala*, 4-5 fida vel partita, hypogyna, aestivatione imbricata. *Stamina* corollae laciniis alterna, aut dupla, *ante corollam disco hypogyno inserta, libera, nec corollae adnata. Ovarium* disco hypogyno insertum, liberum, *multiloculare*, loculis 1-multiovulatis, placentis centralibus. Styl. 1. Stigma 1. Fructus capsularis vel baccatus. *Sem. aptera.* Embryo in axi albuminis, radicula ad hilum versa. Folia exstipulata.

Trib. I. *ERICACEAE* DC. fl. fr. l. c. Dissepimenta, in generibus fructu capsulari praeditis, simplicia, valvulis vel suturis opposita.

1. ÁRBUTUS (L. gen. n. 552.) Cal. 5 fidus. Cor. subovata, limbo quinquefido. Stam. 10. Antherae apice poris 2 dehiscentes. Bacca 5-locularis, loculis 4-5 spermis.

1. A. Únedo (L. sp. 566.) trunco erecto, foliis obovatis vel oblongo-lanceolatis serratis coriaceis glabris, panicula terminali nutante, pedicellis glabris. ♄. In montosis rupestribus, (Krain, Istrien.) April. Mai. D. fl. 3. p. 98. Flores albi, apice virides. G.

2. ARCTOSTÁPHYLOS (Adans.) Drupa pentapyrena, pyrenis monospermis; cetera ut Arbuti.

1. A. alpina (Spreng. syst. veg. 2. 287.) trunco prostrato, *foliis* obovatis *inaequaliter minute serratis* glabris basi integerrimis ciliatisque marcescentibus reticulato-venosis, venis subtus prominulis, racemis brevibus terminalibus. ♄. In locis petrosis siccis, (Schweiz u. durch d. ganze Alpenkette) Mai. Jul. D. fl. 3. p. 99. Arbutus alpina L. sp. 566. Fl. dan. t. 73. Flores albi, fauce viridescentes, cum foliis erumpentes.

2. A. officinalis (Wimm. et Grab. fl. siles. 1. 391.) trunco prostrato, *foliis* oblongo-obovatis *integerrimis* sempervirentibus glabris reticulato-venosis, venis utrinque impressis subtus obsoletioribus, iunioribus margine pubescentibus, racemis brevibus terminalibus. ♄. In ericetis et pinetis German. borealis, inque petrosis subalpinis Helvet. et German. austral. Mai. Jun. D. fl. 3. p. 100. A. Uva ursi Spreng. s. veg. 2. 287. Arbutus Uva ursi L. sp. 566. St. h. 6. Flores carnei; bacca rubra. Foliis subtus reticulato-venosis, non punctatis et margine non revolutis, a Vaccinio Vite idaea facile

dignoscitur, cuius folia in officinis cum foliis A. Uvae ursi commutantur.

3. ANDRÓMEDA (L. gen. n. 549.) Capsula 5 locularis, 5 valvis; cetera ut Arbuti.

1. A. POLIFOLIA (L. sp. 564.) pedunculis terminalibus subumbellatis flore triplo longioribus, *foliis lineari-lanceolatis* margine revolutis supra nitidis *subtus glaucis*. ♄. In paludibus turfosis et ericetis uliginosis planitierum, inque paludibus frigidis montium altiorum, (durch d. ganze Gebiet stellenweise, aber nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 96. Schk. t. 118. Rhododendron polifolium Scop. carn. 1. p. 287. Pedunculi et calyces rosei, corollae albae, in colorem dilute roseum vergentes.

2. A. CALYCULATA (L. sp. 565.) racemis terminalibus foliatis secundis, *foliis ovali-oblongis* cum mucronulo obtusis obsolete serrulatis *utrinque lepidotis*. ♄. In locis paludosis Borussiae orientalis, (bei Spittelhof in d. Gegend v. Königsberg) April. Mai. D. fl. 3. p. 97. Schk. t. 118. Lyonia calyculata Reichenb. fl. exc. p. 414.; sed capsula exacte, ut A. polifoliae; hinc generi Lyoniae adnumerari nequit.

4. CALLUNA (Salisb. in Linn. transs. 6. p. 317.) Cal. tetraphyllus corolla longior. Cor. quadrifida. Stam. 8. Ovarium 4 loculare, pluriovulatum. Caps. quadrilocularis, quadrivalvis; dissepimenta a valvulis disjuncta, columellae adnata, suturis opposita.

1. C. VULGARIS (Salisb. l. c. Smith. engl. fl. 2. p. 225.) ♄. In sylvis, pascuis sylvaticis et pratis siccis, solo arenoso. Aug.-autumn. Erica vulgaris L. sp. 501. D. fl. 3. p. 37. St. h. 1. Flores lilacini, rarius albi; variat in locis uliginosis

β. *pubescens*, foliis pubescentibus: E. ciliaris Huds. angl. 144., non Linn.

5. ERICA (L. gen. n. 484.) Cal. tetraphyllus vel quadripartitus. Corolla limbo quadrifido. Stam. 8. Ovarium 4 loculare, multiovulatum. Caps. quadrilocularis, quadrivalvis, valvulis medio septigeris, septo completo vel incompleto.

Paucarum florae nostrae specierum characteres, quibus inter se differunt, hic solummodo proponere, mihi sufficere videbatur.

1. E. TETRALIX (L. sp. 502.) antheris aristatis inclusis, stigmate capitato, corolla urceolato-ovata quadridentata, *foliis* ternatis quaternatisve linearibus margine rotundatis *hispido-ciliatis*, floribus terminalibus capitato-umbellatis. ♄. In ericetis turfosis et locis paludosis, (auf d. Fläche des nördlich. D. vom Niederrheine u. Westphalen durch Hanover, Holstein bis Preussen u. Schlesien; bei Dresden; in d. Wetterau.) Jul.-Sept. D. fl. 3. p. 38. Fl. dan. t. 81. Flores carnei. G.

2. E. CINEREA (L. sp. 501.) *antheris aristatis inclusis*, stigmate capitato, corolla urceolato-ovata quadridentata; *foliis* ternatis linearibus margine acuto subtus convexis rima exaratis *glabris*, flo-

ribus verticillato-racemosis. ♄. In ericetis, (über Dottendorf bis Bonn.) Jun. Jul. Fl. dan. t. 38. D. fl. 3. p. 39. E. humilis Neck. gallob. 182. E. mutabilis Salisb. soc. linn. 6. 369. G.

3. E. CARNEA (L. sp. 504.) *antheris inermibus exsertis*, stigmate minutissimo, corolla urceolato-tubulosa quadridentata, calyce dimidiam corollam superante, foliis quaternis linearibus acutis margine acutis subtus convexis rima exaratis glabris, floribus racemosis subsecundis. ♄. In ericetis et sylvis accrosis montanis et subalpinis, (v. d. Schweiz durch d. ganze Alpenkette; bei Regensburg; in Oestreich, Mähren, Böhmen u. Schlesien.) April. Mai. D. fl. 3. p. 40. St. h. 26. Jacq a. t. 32. Flores autumno apparent calyce viridi inclusi; in quo statu planta E. herbaceam L. exhibet. Flores carnei.

4. E. ARBOREA (L. sp. 502.) antheris appendiculatis inclusis, stylo exserto subdeclinato, *stigmate peltato*, *corolla campanulata quadrifida*, laciniis ovatis obtusis, foliis ternis linearibus obtusis margine acutis subtus convexis rima exaratis glabris, ramis hirtis, floribus racemoso-paniculatis. ♄. In locis asperis Istriae, (bei Pola u. auf Osero u. Cherso.) Mai. Jun. D. fl. 3. p. 41. E. scoparia Wulf. in Röm. arch. 3. 359. E. lusitanica Roth. en. 2. p. 165. et, ut videtur, Rudolph. in Schrad. journ. 2. 1. p. 286. Flores albi. J.

Menziesiam caeruleam Sw., quippe civem florae nostrae valde dubiam, omisi.

Trib. II. *RHODORACEAE* DC. fl. fr. 3. p. 671. Fructus omnium capsularis; dissepimenta duplicata, ex inflexis valvularum marginibus formata.

6. AZÁLEA (L. gen. n. 212.) Cal. 5 partitus. Cor. campanulata, aequalis, quinquefida. Stam. 5. Antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes. Caps. quadrivalvis, marginibus valvularum inflexis quadrilocularis.

1. A. PROCUMBENS (L. sp. 215.) ♄. In rupibus alpium altiorum, (durch d. g Alpenk.) Jul. Aug. Schk. t. 36. Chamaeledon procumbens Link. en. p. 210. D. fl. 2. p. 139. Loiseleuria procumbens Desvaux. journ. bot. t. 3. p. 34. Flores rosei.

7. RHODODENDRON (L. gen. n. 548.) Cor. infundibuliformis vel rotata. Stam. 10. Antherae apice poris 2 dehiscentes. Cetera ut Azaleae. Flores rosei.

Sect. I. RHODODENDRA GENUINA. Corolla infundibuliformis. Stam. declinata.

1. R. FERRUGINEUM (L. sp. 562.) *foliis* oblongo-lanceolatis supra glabris *subtus ferrugineo-lepidotis* integerrimis margine revolutis, racemis subumbellatis, dentibus calycis breviter ovatis transverse latioribus, corolla infundibuliformi. ♄. In alpibus graniticis, (d. d. ganze Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 94. Jacq. a. t. 255.

2. R. HIRSUTUM (L. sp. 562.) *foliis* ellipticis obtuse minuto crenatis remote ciliatis glabris *subtus resinoso-punctatis*, racemis subumbellatis, dentibus calycinis oblongo-lanceolatis, corolla infun-

dibuliformi. ♄. In alpibus, praecipue calcareis, (durch d. g. Alpenk.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 95. Jacq. a. t. 98.

Sect. II. Rhodothamnus Reichenb. Cor. rotata, stamina patentia.

3. R. Chamaecistus (L. sp. 562.) foliis elliptico - lanceolatis serrato - ciliatis glabris *eglandulosis*, floribus subgeminis, pedunculis calycibusque glanduloso - pilosis, corolla plana rotata. ♄. In alpium calcarearum rupibus; in subalpina descendens, (Oestreich, Krain, Salzburg, Tyrol.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 95. Jacq. a. t. 217. Rhodothamnus Chamaecistus Reichenb. fl. exc. p. 417. G.

8. LEDUM (L. gen. n. 546.) Cal. minutus, quinquedentatus. Cor. pentapetala. Antherae apice poris 2 dehiscentes. Caps. 5 locularis, a basi ad apicem in valvulas 5 dehiscens; dissepimenta e marginibus valvularum introflexis. Placentae 5, ex apice columellae dependentes.

1. L. palustre (L. sp. 561.) foliis linearibus margine revolutis subtus ramulisque ferrugineo - tomentosis, floribus decandris. ♄. In paludosis turforsis, (stellenweise im nördlichen D., von Holstein bis Preussen u. Schlesien; seltner in Böhmen u. Mähren; vereinzelt bei Jena, Regensburg u. auf d. Schwarzwalde.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 92. Schk. t. 117. Flores albi, raro rosei. G.

Ord. LXIX. PYROLACEAE. Lindl. syst. edit. germ. p. 283., excl. Monotropeis Nutt.

Discus hypogynus nullus. Semina minutissima arillo tubuloso reticulato inclusa, globosa, arillo multo minora. Cetera ut Ericinearum.

1. PYROLA (L. gen. n. 340.) Cal. 5 partitus. Pet. 5. Caps. 5 locularis, rimis 5 dehiscens; valvulae basi apiceque columellae adnatae, medio septiferae. — Filamenta apice nutantia, poris 2 prope insertionem filamenti dehiscentibus.

Sect. I. Pyrolae genuinae. Filamenta subulata, a basi adscendentia. Margines rimarum capsulae pilis lanatis conjuncti. Folia rete venarum, in pagina superiore magis quam in inferiore prominulo, instructa.

1. P. rotundifolia (L. sp. 567.) staminibus sursum curvatis, *stylo* declinato *apice arcuato*, petalis obovatis, *laciniis calycis lanceolatis acuminatis* apice recurvatis corollam dimidiam aequantibus, racemo aequali. ♃. In sylvis umbrosis. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 102. Fl. dan. t. 1816. Flores albi; variat:

β. *arenaria*, minor, foliis dimidio minoribus acutiusculis, pedunculis calycem vix aequantibus, laciniis calycis latioribus oblongis obtusiusculis: haec in insula Norderney.

2. P. chlorantha (Swartz. act. holm. 1810. p. 190.) staminibus sursum curvatis, *stylo* declinato *apice arcuato*, petalis obovatis, *laciniis calycis ovatis* breviter acuminatis *aeque latis ac longis* corollae capsulaeque adpressis corolla quadruplo brevioribus, racemo

aequali. ♃. In sylvis umbrosis, (stellenweise u., wie es scheint, durch d. ganze Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 104. Sering. mus. helv. 3. icon. P. virens Schweigg. et Kört. fl. erlang. add. p. 154. P. media Hayn. darst. p. 22., non Sw., P. asarifolia Rad. monogr. p. 23., non Mich. P. rotundifolia St. h. 13.

3. P. MEDIA (Swartz. vet. ac. handl. 1804. p. 257. t. 7.) *staminibus aequaliter conniventibus*, stylo recto subobliquo, *annulo apicis styli stigmate latiore.* ♃. In sylvis umbrosis raro, (Schweiz bei Rügisb.; Mecklenb. bei Lipen; Hessen bei Allend.; Gött. am Wiessner; Schles.; bayer. Geb. bei Kreuth; Elsafs zw. Soulzmatt u. Guebw.; Oberbad.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 105. Rad. monogr. t. 3. f. 1. Flores albi.

4. P. MINOR (L. sp. 567.) *staminibus aequaliter conniventibus*, stylo recto perpendiculari, *stigmate* 5 crenato *latitudinem styli duplo superante.* ♃. In sylvis. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 106. St. h. 13. P. rosea Engl. bot. t. 2543. est eadem planta, conf. Smith. engl. fl. 2. 257. Flores rosei.

5. P. SECUNDA (L. sp. 568.) *racemo secundo.* ♃. In sylvis. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 107. St. h. 13. Corolla ovali-oblonga, virescenti-alba. Fol. ovata, acuta.

Sect. II. PARNASSIOIDES. Filamenta subulata, basi extrorsum curvata, trigona, crassa, sed non dilatata, inde adscendentia. Antherae corniculis 2 divergentibus. Margines rimarum capsulae glabri. Folia reti venarum, in pagina superiore prominulo, instructa. — Haec sectio multo magis cum sequente, quam cum antecedente, convenit.

6. P. UNIFLORA (L. sp. 568.) *scapo unifloro.* ♃. In sylvis umbrosis, rarius. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 108. Schk. t. 119. Flos speciosus, albus.

Sect. III. CHIMAPHILA Nutt. Filamenta basi extrorsum curvata, dilatata, trigona, inde adscendentia, subulata. Antherae corniculis 2 divergentibus. Margines rimarum capsulae glabri. Folia rete venarum supra impresso. Capsula Chimaphilae umbellatae certissime a Pyrolae capsula non differt, nec apice dehiscit, sed latere, ut in ceteris.

7. P. UMBELLATA (L. sp. 1. 565.) *floribus umbellatis*, foliis lanceolato-cuneatis. ♃. In sylvis, (stellenweise zerstreut durch das Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 107. Fl. dan. t. 1336. Chimophila umbellata Nutt. gen. pl. gen. pl. amer. bor. 1. 274.

Ord. LXX. MONOTROPEAE. Nutt. gen. amer. 1. 272. Dub. bot. gall. p. 319.

Cal. 5 sepalus, persistens. Cor. 5 petala, hypogyna, aestivatione imbricata, persistens. *Stam.* hypogyna, *libera*, numero petalorum dupla, *5 alterna e sinu glandularum hypogynarum, basin ovarii ambientium, egredientia;* 5 cum glandulis alternantia. *Ovarium* liberum, *semiquinqueloculare.* Caps. 5 valvis, valvulis, medio dissepimentum incompletum, ad basin columellae pentagonae adnatum, gerentibus. *Styl. 1.* Stigma magnum infundibuliforme.

Sem. copiosa, arillo tubuloso reticulato inclusa, subglobosa, arillo multo minora. Flores laterales unam fructificationis partem excludunt.

1. MONÓTROPA (L. gen. n. 536.) Cal. 5 sepalus, sepalis planis. Cor. 5 petala; pet. basi gibba, subcalcarata, intus mellifera.

1. M. Hypopitys (L. sp. 555.) racemo multifloro, petalis denticulatis. ♃. In sylvis umbrosis, intra folia semiputrida et humum laxum radices agens. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 91. Tota planta decolor, pallida; stigmate solo mellei coloris. Occurrit

α. glabra, tota glabra, ovario punctis minutis elevatis obsesso: M. Hypophegea Wallr. sched. 191. Reichenb. ic. f. 675. M. Hypoxa Spreng. s. veg. 2. 317. M. hypopitys α. Roth. tent. 2. 461.

β. hirsuta, caule inter flores pubescente, bracteis ciliatis, sepalis interne et margine petalis utrinque staminibus pistilloque hirsutis: M. Hypopitys Wallr. sched. 193. Reichenb. ic. f. 674. M. hypopitys β. hirsuta Roth. tent. 2. 462. Inter varietatem α. et β. multae reperiuntur formae intermediae, quae promiscue crescunt, tam in sylvis frondosis, quam acerosis.

Subclass. III. COROLLIFLORAE.

Calyx liber, gamosepalus, (monophyllus.) Cor. monopetala, hypogyna. Stamina corollae inserta. Ovarium liberum.

Ord. LXXI. EBENACEAE. Vent. tabl. p. 443.

Cal. 3-6 fidus, persistens. *Cor.* regularis, hypogyna; *limbo 3-6 fido*, laciniis aestivatione imbricatis. *Stam. cor. inserta, numero laciniarum duplo, aut indefinita.* Discus o. *Ovarium pluriloculare: loculis 1-2 ovulatis, ovulis pendulis.* Styl. 1, saepe divisus. Capsula aut bacca. Embryo rectus in albumine carnoso, radicula ad hilum versa. Flores saepe diclini.

1. DIÓSPYROS (L. gen. 1161.) Cal. 4-6 fidus. Cor. imo calyci inserta, urceolata, limbo 4-6 fido. Stam. 8-16, imae corollae inserta, interdum sterilia. Stigmata 4. Bacca 8-12 locularis.

1. D. Lotus (L. sp. 1510.) foliis ovato-oblongis, subtus discoloribus. ♄. In collibus et sepibus reg. calidior., (im Canton Tessin, wahrscheinlich nur verwildert.) Jul. Aug. Lam. illustr. t. 858. Flores purpurei. H.

Ord. LXXII. AQUIFOLIACEAE. DC. theor. elem. ed. 1. p. 217. Celastrin. trib. prodr. 2. p. 11.

Cal. 4-6 dentatus aestivatione imbricatus. *Cor. regularis, 4-6 partita,* hypogyna, laciniis aestivatione imbricatis. *Stamina corollae inserta, laciniis ejusdem alterna.* Discus o. *Ovarium 2-6 loculare: loculis uniovulatis, ovulis pendulis;* stigma lobatum fere sessile. Fructus drupacens, indehiscens. Albumen magnum. Embryo rectus, parvus, radicula ad hilum versa. Flores interdum unisexuales.

1. ILEX (L. gen. n. 172.) Cal. 4-5 dentatus. Cor. rotata, 4-5 partita. Stigmata 4-5, subsessilia. Drupa 4-5 pyrena.

1. I. AQUIFOLIUM (L. sp. 181.) foliis alternis ovatis acutis glabris lucidis spinoso-dentatis integerrimisve spinaque terminatis, pedunculis axillaribus brevibus multifloris, floribus subumbellatis. ♄. In sylvis et pascuis montosis, (v. Westphalen durch Hanover nach Holstein u. Mecklenburg in Menge; in d. Wäldern der die Alpen begleitenden Berge von Oestreich bis in die Schweiz; im Schwarzwalde u. d. Vogesen u. bis zur Mosel stellenweise.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 833. St. h. 7. Flores albi. Baccae rubrae.

Ord. LXXIII. OLEACEAE. Lindl. syst. ed. germ. p. 305. Oleineae Hoffmannsegg. et Link. fl. port. Lilaceae. Vent. tabl. 1. p. 308.

Cal. dentatus vel divisus. *Cor. regularis,* hypogyna, monopetala, limbo 4 fido; vel 4 petala, petalis per paria filamento connexa, aestivatione valvata. *Stam. 2,* tubo inserta et petalis adnexa. Discus o. Ovarium biloculare, loculis 2 ovulatis, *ovulis pendulis* collateralibus. Fructus capsularis, baccatus vel drupaceus. Sem. albuminosa; embryo rectus, radicula ad hilum versa. Folia alterna.

Trib. I. *OLEINEAE.* Fructus carnosus.

1. ÓLEA (L. gen. n. 20.) Cal. 4 dentatus. Corollae limbus 4 fidus. Drupa 1-2 sperma, putamine osseo.

1. O. EUROPAEA (L. sp. 11.) foliis oppositis lanceolatis integerrimis discoloribus, racemis axillaribus compositis. ♄. Colitur in regionib. transalpinis calidis ibidemque indigena facta est, (Littorale; südl. Tyrol; Cant. Tessin.) Mai. Jun. D. fl. 1. 298. Tabernaem. krth. 1450.

2. PHILLYRÉA (L. gen. n. 19.) Cal. 4 dentatus. Corollae limb. 4 fidus. Drupa 1-sperma, putamine fragili.

1. P. MEDIA (L. sp. 10.) fol. ovato-lanceolatis oblongisve minute serratis integerrimisque, drupa apiculata. ♄. In sylvis et du-

metis, (um Fiume, in Istrien.) Mart. Apr. D. fl. 1. 299. Ph. III. Clus. 1. 52. ic. — P. angustifolia L. foliis lanceolato-linearibus, duplo triplove angustioribus, integerrimis, raro denticulo uno alterove instructis, Cl. Bertolonio varietas Ph. mediae videtur. — Ph. latifolia L. secundum cl. Bertolon. differt foliis plantarum juniorum argute serratis et praecipue drupa obtusa umbilicata. J.

3. LIGUSTRUM (L. gen. n. 18.) Cal. 4 dentatus. Cor. limbus quadrifidus. Baccae loculi membrana tenuissima vestiti.

1. L. VULGARE (L. sp. 10.) foliis oblongo-lanceolatis glabris, panicula terminali coarctata. ♄. In sylvis, collibus dumetosis, ad vias. Jun. Jul. D. fl. 1. 300. St. h. 14. Flores albi. Baccae nigrae.

Trib. II. *LILACEAE* Vent. Fructus siccus.

4. SYRINGA (L. gen. n. 22.) Cal. 4 dentatus. Cor. limbus quadrifidus. Caps. 1-2 sperma, bilocularis, bivalvis, valvulis navicularibus dimidium dissepimenti, maturitate fissi, gerentibus.

1. S. VULGARIS (L. sp. 11.) foliis cordatis acuminatis. ♄. In sepibus hinc inde, quasi spontanea. Apr. Mai. D. fl. 1. 301. St. h. 2.

5. FRAXINUS (L. gen. n. 1160.) Cal. 3-4 partitus vel nullus. Cor. 3-4 partita vel nulla. Ovarium biloculare, dissepimento valvulis contrario, loculis 1 ovulatis. Nux plano-compressa. Flores polygamo-dioici.

1. F. EXCELSIOR (L. sp. 1509.) foliis 3-6 jugis, foliolis sessilibus lanceolato-oblongis acuminatis serratis, floribus nudis, nucibus apice oblique emarginatis. ♄. In sylvis; alpes adscendens ad 3500 ped. Apr. Mai. D. fl. 1. p. 297. St. h. 44. Variat ramis vitellinis: F. aurea Willd. en. 1059.; foliis crispis: F. atrovirens Desf. arb. 1. p. 104.; foliis simplicibus: F. simplicifolia Willd. sp. 4. 1098. F. heterophylla Vahl. en. p. 53. — F. oxyphylla MBieb. differt stigmate simplici subemarginato et nucibus apice rotundato-obtusis integerrimis.

2. F. ORNUS (L. sp. 1510.) foliis subtrijugis, foliolis petiolulatis lanceolatis ellipticisve acuminatis serratis, floribus completis. ♄. In montosis reg. calid., (Krain, südl. Kärnthen, südl. Tyrol.) Apr. Mai. F. florifera Scop. carn. 2. 282. Ornus europaea Pers. syn. 1. 9. D. fl. 1. 306. G.

Ord. LXXIV. JASMINEAE. Rob. Brown. prod. fl. nov. holl. p. 520. Vent. tabl. 1. p. 311.

Cal. dentatus vel divisus. *Cor. regularis*, hypogyna, *limbo 5-8 fido*, laciniis aestivatione spiraliter convolutis. *Stam. 2*, corollae inserta. Discus o. Ovarium 2 loculare, loculis 1 ovulatis, *ovulis erectis*. Styl. 1. Stigm. 1. Fructus capsularis vel baccatus.

Embryo rectus, radicula ad hilum versa, albumen subnullum. Folia opposita.

1. JASMINUM (Linn. gen. n. 17.) Cal. 5-8 dentatus. Cor. limbus 5-8 fidus. Bacca solida, 1-2 sperma.

1. J. OFFICINALE (L. sp. 9.) foliis oppositis pinnatis, foliolis acuminatis, dentibus calycis filiformibus tubum corollae dimidium superantibus. ♄. In vineis, locis apricis, muris Helvet. et Tyrol. austr. et in littor., quasi spontanea, nec vero mere sylvestris. Jul. Aug. — D. fl. 1. 302. Schk. t. 2.

Locus natalis Jasmini fruticantis prope Aquilejam valde dubius est.

Ord. LXXV. ASCLEPIADEAE. R. Brown. in Wern. soc. 1. p. 12. Apocynear. gen. Juss. gen. p. 143.

Cal. 5 partitus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, regularis*, 5 fida, aestivatione imbricata, raro valvata, decidua. Stam. 5, basi corollae inserta; filamenta saepe connata. *Pollen in massas coalescens, glandulis stigmatis affixas.* Ovaria 2, styli 2, stigma ambobus stylis commune, dilatatum, pentagonum, angulis glanduliferis. Folliculi 2; placenta suturae applicata, serius libera. Sem. imbricata, pendula. Albumen tenue. Embryo rectus, radicula ad hilum versa.

1. CYNANCHUM (R. Br. l. c.) Cor. subrotata, profunde quinquefida. Corona staminea monophylla, 5 loba, lobis antheris oppositis. Massae pollinis ventricosae pendulae. Folliculi 2.

1. C. VINCETOXICUM (R. Br. l. c. p. 47.) *caule erecto*, corollis imberbibus, *pedicellis* umbellae simplicis pedunculo *communi triplo longioribus*, corona quinqueloba. ♃. In montosis rupestribus, (stw. d. d. g. G.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 290. St. h. 9. Flores albi.

2. C. MEDIUM (R. Br. l. c. p. 48.) *caule superne volubili*, corollis imberbibus, *pedicellis* umbellae saepe divisae *pedunculo communi vix longioribus*, corona quinqueloba. ♃. In rupestribus reg. austral., (im wärmern Krain, n. Host.) Jul. Aug. Cynanchum fuscatum Link. en. h. ber. 1. 250. Asclepias fuscata Willd. en. suppl. 29. Flores dilute purpurascentes, sicci fuscescentes. G.

Locus natalis Cynanchi nigri, in D. fl. 2. p. 291., ex Schultesii oestr. fl. 1. p. 438., desumptus, valde dubius videtur.

Ord. LXXVI. APOCYNEAE. R. Brown. prodr. 465. Apocynearum gen. Juss. gen. p. 143.

Cal. 5 partitus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, regularis*, 5 fida, *aestivatione oblique contorta, decidua. Stam. 5*, corollae inserta, laciniis alterna; filamenta libera. *Antherae stig-*

mati incumbentes; pollen granulosus. Ovaria multiovulata, 2 vel 1 biloculare. Styl. 2 vel 1. Stigma 1. Pericarpium folliculare, capsulare, drupaceum vel baccatum. Sem. albuminosa, embryo rectus, radicula ad hilum versa.

1. APÓCYNUM (L. gen. n. 305.) Cor. campanulata. Denticuli tubi 5, acuti, laciniis corollae oppositi. Antherae medio stigmati cohaerentes. Ovaria 2. Styli subnulli. Stigma dilatatum. Folliculi 2.

1. A. VENETUM (L. sp. 311.) foliis oblongo-lanceolatis glabris mucronatis margine denticulato-scabris, umbellis paniculatis, pedicellis floribusque pulverulento-pubescentibus. ♃. In locis palustribus ad litus maris adriatici, (bei Triest, alla riva longa, Biasol.; zw. Monfalcone u. Aquileja, Sieb.) Jul. Aug. G.

2. VINCA (L. gen. n. 295.) Cal. 5 partitus, cor. hypocrateriformis, fauce pentagona; limbus 5 partitus, laciniis apice oblique truncatis. Antherae supra pistillum conniventes, denique contortae. Styl. 1, apicem versus stigmate succoso annulatus et apice ipso corona pilosa terminatus. Folliculi 2. Sem. nuda. — Flores caerulei, rarius in varietate albi.

1. V. MAIOR (L. sp. 304.) *foliis* ovatis antice attenuatis *postice rotundatis subcordatisque*, calycis laciniis ciliatis, *caule* prostrato *repente*, ramis floriferis erectis. ♃. In sepibus, (Krain bei Görtz, Istrien, Wallis.) April. Mai. Pervinca maior Scop. carn. 1. p. 170. Folia margine plerumque ciliata.

2. V. MINOR (L. sp. 304.) foliis lanceolato-ellipticis, *superioribus basi apiceque acutis*, calycis laciniis glabris, *caule* prostrato *repente*, ramis floriferis erectis. ♃. In nemoribus et ad sepes umbrosas. Apr. Mai. Schk. t. 51. Pervinca minor Scop. carn. 2. p. 170. Folia margine glabra.

3. V. HERBACEA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 8. t. 9.) foliis inferioribus ovatis, superioribus lanceolatis, calycis laciniis ciliatis, *caulibus procumbentibus non radicantibus, radice multicauli.* ♃. In montibus et collibus apricis, (bisher blofs a. d. Biesamberg in d. Gegend v. Wien, Pittoni u. Host.) April. Mai. Folia, saltem iuniora, margine scabra. G.

Ord. LXXVII. GENTIANEAE. Juss. gen. p. 141.

Cal. monocephalus, divisus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, 4-8 fida, marcescens. Stam. corollae inserta, tot quot laciniae corollae et iis alterna.* Ovar. 1. Styli 2, ex parte vel omnino connati. *Caps. polysperma, bivalvis, valvularum marginibus seminiferis; vel bilocularis, valvulis margine introflexis, dissepimentum constituentibus, placentis centralibus;* vel bacca polysperma. Embryo rectus, in axe albuminis carnosi, radicula ad hilum versa.

Trib. I. *MENYANTHEAE.* Ovarium disco hypogyno impositum vel glandulis stipatum. Folia alterna.

1. MENYANTHES (L. gen. 164., excl. spec.) Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformis, limbo quinquepartito, intus barbato. Ovarium annulo ciliato impositum. Stigma emarginatum. Cap. 1 locularis, bivalvis, polysperma, valvulis medio longitudinaliter placentiferis.

1. M. TRIFOLIATA (L. sp. 208.) foliis ternatis. ♃. In locis paludosis, pratis turfosis, fossis. April. Mai. St. h. 8. Flores dilute rosei, barba alba.

2. VILLARSIA (Gmel. DC. fl. fr. 5. p. 648.) Cal. 5 partitus. Cor. rotata, limbo 5 partito, marginibus laciniarum aestivatione inflexis, fauce barbata. Glandulae 5, cum staminibus alternantes, ad basin ovarii. Stigma bifidum. Caps. 1 locularis, bivalvis, polysperma, valvulis margine placentiferis.

1. V. NYMPHOIDES (Vent. choix. n. 9. p. 2.) foliis natantibus cordato-orbiculatis, umbellis axillaribus sessilibus, corolla ciliata. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus natans. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 126. Menyanthes Nymphoides L. sp. 207. St. h. 13. Waldschmidia Nymph. Wigg. prim. 20. Schweykerta Nymph. Gmel. bad. 1. 447. Lymnanthemum peltatum Gmel. art. petrop. 1769. 527. Flores flavi.

Trib. II. *GENTIANEAE VERAE.* Discus hypogynus nullus. Folia opposita.

3. CHLORA (L. gen. 1258. mant. p. 10.) Cal. 8 partitus. Cor. hypocrateriformis, limbo octopartito. Stam. 8, fauci inserta. Stigmata 2, leviter emarginata. Caps. unilocularis; placentae marginibus valvularum introflexis adnatae. — Flores lutei.

1. C. PERFOLIATA (L. syst. nat. 2. 267.) *foliis caulinis triangulari-ovatis tota sua latitudine connatis*, calyce ad basin octofido, laciniis subulatis uninerviis corolla brevioribus, corollae laciniis oblongis obtusis. ⊙. In pratis pascuisque turfosis, humidis, (stw. a. d. Flächen d. Schweiz, von Basel bis n. Mainz; v. d. Littorale n. Oestreich u. Böhmen.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 3. f. 349.; sed stylus bifidus, ut in sequente, nec integer. Gentiana perfoliata L. sp. 335.

2. C. SEROTINA (Koch. ap. Reichenb. ic. 3. p. 6. f. 351.) *foliis caulinis ovatis vel ovato-lanceolatis basi rotundata connatis*, calyce profunde octofido, laciniis lanceolato-subulatis siccitate subtrinerviis corollam subaequantibus, laciniis corollae acutiusculis vel acuminatis. ⊙. In pratis et pascuis turfosis, (auf d. Rheinfläche vom Elsafs bis Worms u. v. Obad. bis Mannheim.) Aug.-Oct. Specimina laciniis corollae acuminatis: C. acuminata K. et Ziz. cat. pl. palat. p. 20. Reichenb. ic. 3. f. 350.

4. SWERTIA (L. gen. n. 321.) Cal. 5 partitus. Cor. rotata, limbo plano 5 partito, laciniis basi foveis 2 nectariferis ambitu

fimbriatis. Caps. unilocularis placentae marginibus valvularum adnatae.

1. S. PERENNIS (L. sp. 328.) corolla 5 partita, pedunculis subalato-tetragonis, caule simplici, foliis radicalibus ellipticis. ♃. In pratis turfosis alpium, et reg. subalpinarum, et in paludosis borealis, (a. d. Voges.; d. d. g. A. K.; a. d. Sudeten u. Erzgebirge; a. d. Mooren v. Holst., Mecklb. u. Pomm.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 243. Flores triste violacei.

5. LOMATOGONIUM (Alex. Braun. bot. ztg. 13. 1. p. 221.) Cal. 5 partitus. Cor. rotata, limbo plano, 5 partito; laciniis basi foveis nectariferis destituta. Styl. o. Stigma breve, integrum, linea papillosa, per margines valvularum ad basin ovarii utrinque decurrente. Caps. unilocularis, placentis margini valvularum adnatis.

1. L. CARINTHIACUM (Alex. Braun. l. c.) corolla fauce barbata, laciniis calycis lanceolatis, foliis ovatis acutis, radicalibus obovatis obtusis, caule basi ramoso et foliato, pedunculis elongatis nudis. ⊙. In alpium locis apricis lapidosis et glarea torrentium, (a. d. Nassfelde in Salzb., a. d. Pasterze u. Fleifs b. Heiligenblut, über Sagriz u. Döllach in Kärnth.; im Saasthale in d. Schw.) Aug.-Octob. Swertia carinthiaca Wulf. ic. Jacq. misc. 2. 53. t. 6. Gentiana carinth. Froel. gent. p. 103. G.

6. GENTIANA (L. gen. n. 322.) Cal. 4-9 fidus vel partitus, vel dimidiato-spathaceus. Cor. tubus cylindricus vel campanulatus; limbus 5-9 fidus. Stam. 5-9 tubo corollae inserta. Styli 2, vel 1, stigmatibus 2. Discus hypogynus nullus. Caps. unilocularis, placentae marginibus valvularum introflexis adnatae. — Antherae quandoque connatae.

Sect. I. COELANTHE Froel. Faux corollae nuda. Cor. rotata, tubo brevi, vel subcampanulata, tubo clavato; tubus inter lacinias plica truncata, vel in appendicem integram bifidamve protracta, instructus. — Caulis omnium simplicissimus.

a. Flores verticillati vel capitati. Cal. dimidiatus spathaceus.

1. G. LUTEA (L. sp. 329.) floribus verticillatis, inferioribus pedunculatis, corollis fauce nudis rotatis 5 partitis, *laciniis lanceolatis attenuato-acutis tubo triplo longioribus, antheris liberis, calyce dimidiato* spathaceo, foliis ellipticis nervosis. ♃. In pascuis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz, Vorarlberg, südl. Tyr., Krain; a. d. höhern Weiden d. Schwäb. Alp., d. Schwarzwaldes u. d. Vogesen; selten am Thüring. Walde, a. d. Gleichen b. Arnstadt.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 334. Tabern. krtb. 1102. Flores lutei, laciniae saepe tribus seriebus punctorum fuscorum notatae.

2. G. HYBRIDA (Schleich. ap. Gaud. helv. 2. p. 271.) floribus verticillatis, inferioribus pedunculatis, corollis fauce nudis rotatis 5 partitis, *laciniis oblongo-lanceolatis breviter acutis tubo triplo longioribus, antheris liberis, calyce dimidiato*, spathaceo, foliis ellipticis nervosis. ♃. In pascuis alpinis Helv., rarissima, (a. d. Bavonaz u. am Rhonegletscher.) Jul. Aug. G. Thomasii Hall. fil. ined. G. rubra Clairv. man. 73. Flores purpurei, in varietate punctis violaceis notati; his notis et laciniis corollae oblongis, obtu-

siusculis, vel apice breviter acutis ab antecedente differt, cuius fortasse varietas. H.

3. G. PURPUREA (L. sp. 329.) floribus capitatis verticillatisque sessilibus, corollis fauce nudis campanulatis, limbo plerumque sexfido, *laciniis ovatis tubo triplo brevioribus*, *antheris coalitis*, *calyce dimidiato* spathaceo, foliis nervosis, inferioribus ellipticis. ♃. In alp. Helv. australioribus, (auf d. Aeleuer, Berner u. Walliser A.; a. d. Gotthard, Pilatus u. a.) Jul. Aug. Fl. d. t. 50. Cor. extus saturate vel etiam dilute purpurea, intus lutescens, tubus luteus. H.

b. Flores verticillati vel capitati. Cal. campanulatus, subaequaliter dentatus; rarius calyces dimidiati regularibus intermixti sunt.

4. G. PANNONICA (Scop. carn. 1. p. 182.) *floribus verticillatis* 6-7 fidis fauce nudis, tubo corollae campanulato, laciniis limbo tubo triplo brevioribus obtusiusculis, *calyce campanulato*, *dentibus* lanceolatis *recurvatis*, foliis sessilibus nervosis, inferioribus petiolatis ellipticis. ♃. In locis graminosis alpium et reg. subalp., (Tyrol u. v. da d. d. g. A. K. bis Oestr.; im Böhmerwalde.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 335. Jacq. a. t. 156. St. h. 54. G. purpurea Schrank. baier. fl. 509. Cor. saturate purpurea, punctis atropurpureis variegata, tubo pallide flavo.

5. G. PUNCTATA (L. sp. 329.) *floribus verticillatis* 6 fidis fauce nudis, tubo corollae campanulato, laciniis limbi tubo quadruplo brevioribus, *calyce campanulato*, *dentibus* lanceolatis *erectis*, foliis sessilibus nervosis, inferioribus petiolatis ellipticis. ♃. In locis graminosis apricis alpium et reg. subalp., (d. d. g. A. K.; im Gesenke d. Sud.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 336. Jacq. a. app. t. 28. St. h. 54. Flores pallide flavi, punctis atropurpureis picti. Variat:

β. *concolor*, floribus impunctatis: G. campanulata Jacq. a. app. t. 29.

6. G. CRUCIATA (L. sp. 334.) *floribus verticillatis quadrifidis* fauce nudis, tubo corollae subclavato, *foliis* lanceolatis trinerviis basi *vaginantibus*, *vaginis inferioribus elongatis* superne dilatatis. ♃. In pratis siccis, locis apricis incultis, (stw. d. d. g. G.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 337. Jacq. a. t. 372. Flores intense violacei, limbo supra azureo.

c. Flores solitarii axillares, vel ad apicem caulis solitarii vel gemini.

7. G. ASCLEPIADEA (L. sp. 329.) *floribus oppositis* axillaribus terminalibusque quinquefidis fauce nudis, *tubo corollae clavato-campanulato*, *foliis* sessilibus *e basi ovata* rotundata *lanceolato-acuminatis* quinquenerviis margine scabris. ♃. In locis graminosis et dumetis convall. alp., reg. subalp. et mont. alpes comitantium, (a. d. Vog., d. Alp. d. Schw. bis Oestr., u. a. d. Sud.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 338. Jacq. a. t. 328. St. h. 54. Corolla intus pulchre azurea, punctis obscurioribus.

7. G. PNEUMONANTHE (L. sp. 330.) caule 1-multifloro, *floribus solitariis* alternis oppositisve quinquefidis fauce nudis, *tubo corollae clavato-campanulato*, *foliis* brevissime vaginantibus lanceo-

lato-*linearibus* obtusis, *infimis* minutis *squamaeformibus*, antheris coalitis, stigmatibus linearibus elongatis. ♃. In pratis humidis turfosis, (stw. d. d. G.) Jul.-autumn. D. fl. 2. p. 339. St. h. 30. Flores intus intense azurei, striis 5 viridipunctatis.

8. G. Froelichii (Hladnik secund. D. Graf. in litt.) *caule unifloro*, *corolla* fauce nuda, *tubo clavato-campanulato*, foliis lanceolato-linearibus, radicalibus caulinisque inferioribus aggregatis vaginantibus, *vaginis membranaceis superne dilatatis*, antheris coalitis, stylo elongato dimidium ovarium subaequante, *stigmatibus oblongis*. ♃. In summis alpium carnicarum jugis, (zuerst v. D. Hladnik a. d. höchsten Kuppe d. Steineralpen Velka planava aufgefunden.) Aug. Sept. G. Hladnikiana Host. suppl. fl. a. inedit. G. angustifolia Reichenb. fl. exc. p. 427. St. h. 54. G. Froelichii Jan. Reichenb. fl. exc. add. p. 865. G. carnica Welw. sec. Reichenb. l. c. Flores dilute caerulei, impunctati. G.

9. G. frigida (Haenke in Jacq. collect. 2. p. 13.) *caule 1-2 floro*, corolla fauce nuda, *tubo clavato-campanulato*, foliis lanceolato-linearibus, radicalibus caulinisque inferioribus aggregatis vaginantibus, vaginis membranaceis superne dilatatis, *antheris liberis*, stylo brevi ovario multoties breviore, stigmatibus oblongis. ♃. In summis alp. granitic. jugis Styr., (a. d. Seckauer Alp., Haenke Wulf.; a. d. Grieskogel daselbst, Angelis.) Jul. Aug. D. fl. 2. 339. St. h. 54. Cor. albida, punctis sparsis et intus striis 5 caerulescentibus, his in fauce confluentibus. G.

10. G. acaulis (L. sp. 330.) *caule unifloro*, corolla fauce nuda, *tubo clavato-campanulato*, *dentibus* calycis e basi latiore *attenuato-lanceolatis* tubo corollae *adpressis*, *foliis radicalibus rosulatis* lanceolatis ellipticisve, antheris coalitis, stigmatibus semiorbiculatis denticulatis. ♃. In pratis et pascuis alp. et subalp., in planities descendens, (a. d. Vog. u. d. d. g. A. K.; in Oberschwaben u. durch Oberbaiern bis Regensburg hinab; bei Halle, selten.) Jul. Aug., in planitiebus Mai. Jun. D. fl. 2. p. 540. Jacq. a. t. 136. St. h. 4. G. acaulis β. L. l. c. G. angustifolia Vill. delph. 2. 526. Nomen pessimum, quum in hoc genere certo angustifolia non sit. Linnaeus hanc a subsequente non nisi ut varietatem separavit; nomen Linnaeanum autem speciei notissimae, ab omnibus auctoribus ad novissima tempora usque nomine Gentianae acaulis salutatae, conservandum esse existimo.

11. G. excisa (Presl. bot. ztg. 11. 1. p. 268.) *caule unifloro*, corolla fauce nuda, *tubo clavato-campanulata*, *dentibus* calycis e *basi paulo angustiore* ovato-lanceolatis *patentibus*, *foliis radicalibus rosulatis* ovalibus ellipticisve, antheris coalitis, stigmatibus semiorbiculatis denticulatis. ♃. In summarum granitic. alp. pratis, in convalles non descendens, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. G. acaulis α. L. sp. 330., ex citato Casp. Bauhini, qui primus huius plantae mentionem fecit, quam ex alpibus helveticis habuit; sed Cl. Preslius primus ex omnibus eam clare descripsit. G. acaulis Vill. delph. 2. p. 525. Variat foliis obtusis et acutis atque

β. *minor*, flore foliisque dimidio minoribus: G. alpina Vill. delph. 2. 526. t. 10.

Sect. II. Calathia Froel. Tubus corollae cylindricus vel subventricosus; ceteta ut sectionis antecedentis. — Antherae omnium liberae.

a. Radix multicaulis, caespitosa, caules florigeros simplicissimos, unifloros fasciculosque foliorum steriles, (capita radicalia in sequentibus annis in caules florigeros propullulantia,) agens. Flores intense azurei, rarius in varietate albi.

12. G. bavarica (L. sp. 331.) *caulibus caespitosis unifloris*, corollis fauce nudis, tubo cylindrico, *foliis obovatis rotundato-obtusissimis*, in petiolum brevem contractis, inferioribus vel omnibus confertis, *stylo profunde bifido*, stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In locis subirrigatis alp. edit., (Schw. u. d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 343. St. h. 41. G. prostrata Wahlenb. helv. p. 48., non L. Folia non rosulata, variat autem:

β. *imbricata*, foliis omnibus in caule brevi imbricatis: G. imbricata Schleich. exs., non Froel., G. rotundifolia Hopp.

13. G. brachyphylla (Vill. delph. 2. 258.) *caulibus caespitosis unifloris*, corolla fauce nuda, tubo cylindrico, *foliis subrotundo-ovatis breviter acutis* in petiolum brevem contractis, *radicalibus rosulatis*, stylo indiviso, stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In summis alp. granit., (südl. Schw., Tyr., Kärnthen u. Steyerm. u. wahrscheinlich d. d. g. A. A.) Jul. Aug. St. h. 54. G. tergloviensis Hacq. pl. alp. p. 15. t. 2. f. 3., ad hanc pertinere videtur. Praeter folia brevia a G. verna, cui valde similis, differt foliis crassiusculis subcarnosis mollibus.

14. G. verna (L. sp. 331.) *caulibus caespitosis unifloris*, corolla fauce nuda, tubo cylindrico, *calycis angulis anguste alatis, alis aequalibus*, *foliis* ellipticis lanceolatisve acutis basin versus angustioribus, *radicalibus rosulatis*, stylo indiviso, stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In pratis alp., ad nives perennes usque; descendens in subalpina et planities alpes comitantes, (d. d. g. A. K. u. a. d. niedrigern Bergen u. d. d. Flächen von Oberb., Würtemb. u. Baiern bis n. Oestreich; selten auf d. Sud. u. d. Böhm. Gebirgen.) Mai. Jun. in alp. serius. D. fl. 2. p. 341. St. h. 40. Reichenb. ic. 9. f. 1116. Flores azurei.

15. G. aestiva (Roem. et Schult. syst. veg. 6. 156.) *caulibus caespitosis unifloris*, corolla fauce nuda, tubo cylindrico, *calycis angulis alatis*, *alis medio latioribus*, *foliis* ellipticis lanceolatisve acutis basin versus angustioribus, *radicalibus rosulatis*, stylo indiviso stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In pratis alp.; in planities, ad latera alpium meridionalia sitas, descendens, (Kärnthen, Krain bis n. Triest, u., wie es scheint, noch an andern Orten d. A. K.) Mai. Jun. St. h. 54. G. angulosa MBieberst. taur. cauc. 1. 197. 3. 190. Reichenb. ic. 2. f. 246. 247. et 9. f. 1116-1118. G. verna β. angulosa Wahlenb. carp. 74. D. fl. 2. p. 342. G. utriculosa Wahlenb. helv. 273. Hippion aestivum Schmidt. boh. r. 119. Roem. arch. t. 3. f. 8. — Flores plerumque duplo maiores, quam in antecedente. Hanc seorsum proposui, quum a multis et strenuis viris ab antecedente separetur, sed vereor, ne in hanc transeat; meliores saltem characteres in viva planta eruendi sunt.

16. G. imbricata (Froelich. gent. p. 74.) *caulibus caespitosis unifloris*, corolla fauce nuda, tubo cylindrico, *foliis lanceolato-*

ellipticis acutis basi attenuatis margine scabris, *omnibus imbricatis*, stylo indiviso, stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In summis alp. jugis, Tyrol. et Carniol., (a. d. Schlehern u. d. Kirschbaumer Alpe in Tyr.; Krainer Alpen, Müller!) Jul. Aug. St. h. 41. G. verna γ. imbricata D. fl. 2. 342. G.

17. G. PUMILA (Jacq. en. stirp. vind. p. 41. et 215.) *caulibus caespitosis unifloris*, corollae fauce nuda, tubo cylindrico, *foliis linearibus basi vix angustioribus*, inferioribus confertis, stylo indiviso, stigmatibus semiorbiculatis. ♃. In summis alp. jugis, (Krain, Steyerm., Oestr.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 302. D. fl. 2. p. 343. G.

b. Radix simplex, caulis ramosus; fasciculi foliorum steriles nulli.

18. G. PROSTRATA (Haenk. in Jacq. collect. 2. p. 66. t. 17. f. 2.) *caule basi ramoso*, radice simplici, fauce corollae nuda, tubo cylindrico, *appendicibus dimidias limbi lacinias superantibus*, foliis obovatis obtusis, stigmatibus obtusis, stylo bipartito revoluto. ⊙. In summis alpibus ad moles glaciales, (a. d. Alp. Kartal u. Frosnitz in Salzb.; a. d. Heiligenblater Tauern u. d. Pasterze in Kärnthen.) Jul. Aug. Flores dilute caerulei in caulibus 1-2 pollicaribus. G.

19. G. UTRICULOSA (L. sp. 332.) *caule a basi ramoso*, radice simplici, fauce corollae nuda, foliis ovatis oblongisve obtusis, radicalibus rosulatis, *calycibus inflatis alato-angulatis oblongo-ovalibus*, stylo elongato bifido, stigmatibus semiorbiculatis. ⊙. In pasc. humidis alp. et reg. subalpin.; in planities descendens, (auf Flächen im Oberelsass, Oberbaden, Oberbayern, auch a. d. Rheinfläche zwischen Dürkheim u. Mannheim.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 345. St. h. 30. Flores splendidissime caerulei.

20. G. NIVALIS (L. sp. 332.) *caule a basi ramoso*, radice simplici, fauce corollae nuda, foliis ovatis oblongisve, radicalibus rosulatis, *calycibus cylindricis carinato-angulatis*, stylo breviusculo bifido, stigmatibus semiorbicularibus. ⊙. In summis alpibus, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 345. St. h. 22. Flores pulcherrime caerulei. In summis alpibus ad nives aeternas saepe pusilla et uniflora.

21. G. FILIFORMIS (L. sp. 335.) *caule a basi ramoso*, pedunculis elongatis nudis, radice simplici, fauce corollae nuda, foliis lanceolatis, *calycibus breviter campanulatis quadridentatis, stylo indiviso*, stigmate capitato bilobo. ⊙. In pascuis arenosis humidis, (vom Niederrheine durch Westph., Hanov., Holst. nach Mecklenb.; um Hanau in d. Wetterau.) Jul. Aug. Exacum filiforme Willd. sp. 1. 638. D. fl. 1. p. 799. Vaill. bot. par. t. 6. f. 3. Flores flavi, appendices inter corollae lacinias nullae. Hanc speciem, a b. Willdenowio ad Exaci genus translatam, ad Gentianas denuo reduco, nulla enim nota ab his recedit, nisi quod stamina paulo altius inserta sunt, quam in G. glaciali et G. nana: quod autem in genere, in quo staminum insertio in diversis speciebus valde varia observatur, levioris momenti videtur. Capsulae formatio et situs placentarum exacte, ut in G. acauli. G.

Sect. III. Endotricha Froel. gent. 86. Faux corollae intus barbata; ad singularum laciniarum basin scilicet squama bifida et simul capillaceo-multifida sita est.

a. Calyx tubulosus, 4-5 dentatus. Caulis erectus, racemosus vel paniculatus.

22. G. campestris (L. sp. 334.) *corollis* quadrifidis *fauce barbatis*, *dentibus calycinis* inaequalibus, *exterioribus duobus lato-ellipticis*, foliis ovato-lanceolatis acutis, radicalibus obovatis petiolatis. ⊙. In locis apricis alp. et subalp. atque in montosis et planitiebus reg. septentrionalium, (d. d. g. A. K.; in Mähr., Schles., Böhm. u. d. d. g. nördliche D. vom Harze an.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 347. Fl. d. t. 387. Flores saturate violacei. Variat foliis latioribus, inferioribus obtusioribus: G. chloraefolia N. v. Esenb.

23. G. germanica (Willd. sp. 1. 1346.) *corollis* quinquefidis *fauce barbatis*, *calyce 5 dentato*, dentibus lineari-lanceolatis subaequalibus, *foliis* sessilibus *ovatis* e basi latiore attenuatis *acutis*, radicalibus obovatis petiolatis. ⊙. In pratis et locis sylvaticis humidis. Aug. Sept. D, fl. 2. p. 347. St. h. 23. G. Amarella Poll. pal. 1. 255. et plurim. auct. germ. — Specim. humillima uniflora sunt: G. uniflora Willd. sp. 1346. Hippion Gentianella Schmidt. Roem. arch. 1. p. 13. t. 3. f. 4.

24. G. Amarella (L. sp. 334.) *corollis* 5 fidis *fauce barbatis*, *calyce 5 dentato*, dentibus lineari-lanceolatis subaequalibus, *foliis* sessilibus *e basi latiore lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis*, radicalibus obovatis petiolatis. ⊙. In pratis et pascuis humidis, (im nördlichen D. gemein, sodann in Sachsen, Böhmen u. Schlesien.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 548. Simillima antecedenti, sed flores dimidio minores et folia dimidio angustiora. Specimina subracemosa pedunculis brevibus, floribus internodia non aequantibus: G. Amarella Willd. sp. 1. 1347. G. axillaris Reichenb. ic. 2. f. 250. Hippion axillare Schmidt.; specimina pedunculis gracilioribus, floribus internodia caulis superantibus: G. uliginosa Willd. sp. 1. 1347. Reichenb. ic. 1. f. 118. 119.; specimen humile ramosissimum: G. obtusifolia Reichenb. ic. 2. f. 248.

25. G. obtusifolia (Willd. sp. 1. 1347.) *corollis* 5 fidis *fauce barbatis*, *calyce 5 dentato*, dentibus lineari-lanceolatis subaequalibus, *foliis* sessilibus *oblongis obtusis*, radicalibus obovatis, supremis ovato-lanceolatis acutis. ⊙. In pascuis alp. et subalp., montiumque altiorum. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 349. St. h. 54. G. pyramidalis Nees v. Esenb. St. h. 54. (specimen a basi pyramidato-ramosum.) G. spathulata Bartl. ap. Reichenb. ic. 1. f. 195-197. G. montana N. v. Esenb. Hippion obtusifolium Schmidt. boh. n. 126.

b. Calyx 4-5 partitus, corollae non accumbens. Caulis basi tantum ramosus et foliatus; rami in pedunculos nudos et plerumque elongatos abeuntes.

26. G. glacialis (Abr. Thomas. ap. Vill. delph. 2. p. 532.) *corollis* quadrifidis tubuloso-campanulatis *fauce barbatis*, *calyce quadripartito*, laciniis ovato-lanceolatis subaequalibus, *foliis elliptico-oblongis acutiusculis*, caule basi ramoso et foliato, pedunculis elongatis nudis. ⊙. In alpibus editissimis, saepe in vicinia molium glacialium, (auf d. südl. A. K. d. Schweiz; Tyr., Salzb., Kärnth.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 350. St. h. 54. G. tenella Rottb.

act. hafn. 40. p. 436. t. 2. G. tetragona Roth. tent. 2. 290. G. Koenigii Gunn. norw. p. 102. Hippion longepedunculatum Schm. Röm. arch. 1. 21. t. 3. f. 5. bona.

27. G. NANA (Wulf. in Jacq. misc. 1. 161. t. 18, f. 3.) *corollis* 4-5 fidis tubuloso-campanulatis *fauce barbatis*, *calyce 4-5 partito*, laciniis ovatis subaequalibus, *foliis obovatis rotundato-obtusis*, caule ramoso, ramis adscendentibus. ⊙. In alp. altiss. ad nives perennes, (a. d. Heiligenbluter u. Nafsfelder Tauern u. d. Gamsgrube bei Hblut.) D. fl. 2. 351. St. h. 22., haud bona. Hippion nanum Schm. Roem. arch. 1. 20. t. 4. f. 10. opt. G.

Sect. IV. CROSSOPETALUM Froel. Corollae laciniae fimbriatae; faux nuda.

28. G. CILIATA (L. sp. 334.) floribus terminalibus, *corolla* quadrifida fauce nuda, *laciniis* serratis medio *inciso-fimbriatis*, foliis lineari-lanceolatis, caule flexuoso anguloso. ⊙. In montosis asperis, locis subhumidis. Aug. Sept. D. fl. 2. p. 346. St. h. 23. Flores caerulei.

7. ERYTHRÁEA (Ren. Richard. ap. Pers. syn. 1. 283.) Cal. 5 fidus. Cor. infundibuliformis, limbo 5 fido. Antherae defloratae spiraliter contortae. Caps., marginibus valvularum inflexis bilocularis.

1. E. CENTAURIUM (Pers. syn. 1. 283.) caule simplici quadrangulari, *foliis ovali-oblongis* subquinquenerviis, *corymbo* terminali fasciculato deflorato laxiusculo *semper fastigiato*, corollae laciniis ovalibus. ⊙. In pascuis et locis sylvarum denudatis subhumidis. D. fl. 2. p. 232. Gentiana Centaurium L. sp. 232. Chironia Centaurium Schmidt. boh. 1. n. 130. St. h. 12. Flores pulchre carnei. Variat:

β. *capitata*, corymbo etiam post anthesin compacto, nec elongato: E. capitata R. et S. syst. veg. 4. 163. D. fl. 2. p. 132. In Westph. u. Brandenb.

E. grandifloram, reiterato examine, saltem quod specimina, a Cl. Preslio in Sicilia lecta, attinet, ab E. Centaurio nunc quidem nulla nota diversam puto.

2. E. LINARIAEFOLIA (Pers. syn. 1. p. 283.) caule quadrangulari, *foliis linearibus* vel lineari-oblongis subtrinerviis, *corymbo* primum fastigiato, serius in ramos erectos *paniculato-elongatos remote florigeros soluto*, laciniis corollae ovalibus. ⊙. In arenosis et pascuis salsis, (an d. Küste der Nord- u. Ostsee; in d. Mark Brandenbg, in Thüringen a. salzhaltigen Orten.) Jul. Aug. D. fl. 2. 235. (excl. syn. Eryth. confertae.) Reichenb. ic. f. 185-189. E. littoralis Fries. nov. ed. 2. p. 74. E. compressa Hayn. ap. Kunth. fl. berol. p. 65. E. angustifolia Wallr. sched. 504. Gentiana linariaefolia Lam. dict. 2. 641. Chironia uliginosa W. K. pl. r. h. 5. p. 287. t. 259. Flores carnei. G.

3. E. PULCHELLA (Fries. nov. ed. 2. p. 74.) *caule* acute quadrangulari ramosissimo inque *ramos patentes soluto*, foliis ovatis quinque nerviis, *floribus* axillaribus *pedicellatis*, corollae laciniis lanceolatis. ⊙. In pascuis et pratis sterilibus subhumidis. Jul. Aug.

D. fl. 2. 235. E. inaperta Schlechtend. fl. ber. 1. 131. E. ramosissima Pers. syn. 1. 283., excl. var. β. Chironia Gerardi Schmidt. boh. 1. n. 131. Gentiana Centaurium β. L. sp. 333. Specimina depauperata caule uni- vel paucifloro simplici: Chironia Vaillantii Schm. boh. n. 132. C. inaperta Willd. sp. 1. 1069., excl. syn. Vaill. Gentiana pulchella Swartz. act. holm. 1783. t. 3. f. 8. 9.

4. E. SPICATA (Pers. syn. 1. 283.) caule quadrangulari, *ramis simplicibus elongato-spicatis*, foliis oblongis subquinquenerviis, laciniis corollae lanceolatis, *dentibus calycinis inaequalibus, maiori capsulam superante.* ⊙. In uliginosis et paludosis ad mare adriaticum, (bei Triest u. Aquileja.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 237. Gentiana spicata L. sp. 1. 333. G.

Ord. LXXVIII. POLEMONIACEAE. Lindl. syn. 168. Polemonideae Dub. bot. gall. p. 329.

Cal. monosepalus, divisus persistens. *Cor. monopetala, hypogyna*, regularis vel paulo inaequalis, 5 fida, aestivatione imbricata. *Stam. 5, tubo corollae inserta*, eiusdem laciniis alterna. *Ovarium* liberum, *triloculare, pauci-multiovulatum*, placentis centralibus; ovulis adscendentibus vel peltatis. Styl. 1. Stigm. trifidum. Caps. 3 valvis: valvis medio septiferis, vel costa prominente instructis; axis centralis trigonus, angulis suis valvularum septis costisve applicitus. Embryo rectus in albumine corneo, radicula ad hilum versa.

1. POLEMONIUM (L. gen. n. 217.) Cal. 5 fidus. Cor. rotata, limbo quinquelobo; faux clausa staminibus basi dilatatis. Antherae incumbentes.

1. P. CAERULEUM (L. sp. 162.) caule glabro folioso, foliis pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis acuminatis glabris, panicula glanduloso-pilosa, calycis quinquefidi laciniis ovato-lanceolatis acuminatis, floribus erectis. ♃. In pratis paludosis et sylvarum locis herbidis humidis, in subalpinis, (in d. Krainer A., d. Schweiz hin u. wieder, Tyr., Würtemb., Oberbaiern, Unterharz, Preussen.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 145. St. h. 27. Flores caerulei, rarius albi.

Ord. LXXIX. CONVOLVULACEAE. Juss. gen. p. 132.

Cal. 5 fidus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, regularis;* decidua: limbo 5 lobo, plerumque longitudinaliter plicato. *Stamina 5, fundo corollae inserta*, lobis alterna. *Ovarium* liberum, disco hypogyno insertum, *2-4 loculare*, raro subuniloculare; *ovulis definitis erectis.* Styl. 1, interdum partitus. Caps. 2, 3, 4 valvis: valvulis a margine dissepimentorum solutis dehiscens, vel transverse vel non dehiscens. Semine in basi angulorum centralium affixa, dissepimentis incompletis fundum ovarii tan-

tum occupantibus, albumine parco mucilaginoso. Embryo curvatus, cotyledonibus corrugatis, radicula ad hilum versa, vel o. Plantae saepe volubiles et lactescentes, folia alterna exstipulata, in Cuscutinis nulla.

Tribus I. *GENUINAE* Link. handb. 1. 589. Foliis et cotyledonibus praeditae.

1. CONVOLVULUS (L. gen. n. 215.) Cor. infundibuliformi-campanulata, angulato-5 loba, 5 plicata. Stylus indivisus; stigmata 2. Caps. 2-4 locularis, loculis 2 spermis.

§. 1. Flores basi bracteis 2 dilatatis cincti. Calystegia R. Brown.

1. C. SEPIUM (L. sp. 218.) *foliis sagittatis*, auriculis truncatis saepe dentatis, *calyce bracteis cordatis incluso*, pedunculis quadrangularibus unifloris petiolo longioribus. ♃. In sepibus et dumetis. Jul.-autumn. D. fl. 2. p. 142. St. h. 1. Flores albi.

2. C. SOLDONELLA (L. sp. 226.) *foliis reniformibus, calyce bracteis ovatis obtusis fulto*, pedunculis alato-angulatis unifloris. ♃. In arenosis maritimis, (bei Aquileja, Biasol.! „auf d. Oldenb. Insel Wangeroog früherhin vom verstorb. Möhring gesammelt, dessen Exemplare ich besitze, im J. 1821. v. H. D. Kellner" Mey. chlor. hanov. p. 263.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 143. Engl. bot. t. 314. Flores albi. G.

§. 2. Bracteae a flore remotae; caulis volubilis.

3. C. ARVENSIS (L. sp. 218) *foliis sagittatis*, auriculis acutis, pedunculis subunifloris, *bracteis a flore remotis*. ♃. In locis cultis, aggeribus, fluviorum glareis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 141. Fl. d. t. 459. Flores rosei vel albi, extus striis 5 rubris. Variat:

β. *hirtus:* C. villosus Lej. fl. spad. 2. p. 298. Variat insuper foliis ovatis, oblongis et linearibus, auriculis acutis et obtusis.

4. C. ALTHAEOIDES (L. sp. 222.) *foliis* cordatis cauleque *argenteo-sericeis*, inferioribus integris, superioribus pedato-partitis, laciniis linearibus integerrimis, pedunculis 1-2 floris. ♃. In locis sterilibus, (Istrien, Cherso.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 143. Clus. hist. 2. p. 49. fig. inf. C. argyreus DC. fl. fr. 5. p. 423. Flores rosei. J.

§. 3. Bracteae a flore remotae; caulis non volubilis.

5. C. CANTABRICA (L. sp. 225.) *foliis lineari-lanceolatis* acutis, caulibus ramosis prostratis, calyce piloso, pedunculis subunifloris. ♃. In incultis asperis apricis, (im südl. Tyrol; Unteröstreich, Host; bei Triest, Biasol.!) D. fl. 2. p. 144. Jacq. a. t. 296. G.

Tribus II. *CUSCUTINAE* Link. handb. 1. p. 594. Folia nulla. Embryo spiralis, acotyledoneus.

2. CUSCUTA (L. gen. n. 170.) Cal. 4-5 fidus. Cor. campanulata vel urceolata, 4-5 fida. Styli 2 vel 1. Caps. circumscissa. —

Omnes species florae nostrae in tubo corollae squamis, infra stamina collocatis, instructae sunt. Herbae filiformes, aphyllae, post germinationem parasiticae.

1. C. EUROPAEA (L. sp. 180., excl. var. β) caule ramoso, *tubo* corollae cylindrico *limbum aequante, squamis erectis tubo adpressis*, stigmatibus filiformibus. ⊙. In Urtica dioica, Humulo, Cannabi, Salicibus parasitica. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 330. C. maior DeC. fl. fr. 2. p. 614. C. vulgaris Pers. syn. 1. p. 289. C. tubulosa Presl.! delic. p. 215. St. h. 10.

2. C. EPITHYMUM (L. syst. veg. ed. Murr. p. 140.) caule ramoso, tubo corollae cylindrico *limbum aequante squamis convergentibus clauso*, stigmatibus filiformibus. ⊙. In ericetis et sylvaticis, in Erica, Genista, Serpyllo parasitica. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 331. C. europaea γ. Epithymum L. sp. 180. C. minor DeC. fl. fr. 2. p. 644. Flores duplo minores, quam in antecedente.

3. C. PLANIFLORA (Tenor. syllog. pl. vasc. fl. neapolit. p. 128.) caule ramoso, tubo corollae breviter campanulato, *limbo tubum bis superante*, squamis ....., stigmatibus filiformibus. ⊙. In montosis Tyrol. aust., (bei Botzen, mein Exemplar auf Colutea arborescens.) Jul. Corolla ultra medium quinquefida, fere quinque partita, facile ab antecedente dignoscitur; comparavi specimen Tenoreanum in collect. amic. Martii. G.

4. C. EPILINUM (Weihe arch. d. apothekervereines 8. p. 51.) caule simplicissimo, *tubo* corollae *subgloboso limbum bis superante*, squamis tubi erectis tubo adpressis. ⊙. Inter Linum, quod saepe destruit, (fast in allen Provinzen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p 331. C. maior Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 5. C. vulgaris Presl. cech. 56.

5. C. MONOGYNA (Vahl. symb. 2. 32.) caule ramoso, *floribus* monogynis *spicatis* bractea fultis denique pedunculatis, tubo corollae cylindrico limbum bis superante, squamis erectis tubo adpressis. ⊙. In dumetis, praecipue in Salicibus, parasitica, (Schles. u. Böhm.) Jul. Aug. C. lupuliformis Krock. sil. p. 261. t. 6. G.

Ord. LXXX. BORAGINEAE. Desv. Juss. gen. p. 128.

Cal. divisus, dentatusve, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, 5 fida, regularis vel inaequalis. Stam. 5, corollae inserta* et ejus laciniis alterna. *Ovaria 4, libera, disco hypogyno inserta*, unilocularia, uniovulata, vel bilocularia, loculis uniovulatis, ovulis pendulis; vel ovarium unicum, maturitate in nuces 4 secedens. Styl. 1, in medio ovariorum. Nuces 4, calyci inclusae. Embryo exalbuminosus rectus, radicula supera, cotyledones foliaceae. Fol. alterna, exstipulata.

Trib. I. *HELIOTROPEAE.* Ovarium 1, suturis 4 praeditum, apice stylum communem gerens, maturitate in nuces 4, basi planas, secedens.

1. HELIOTROPIUM (L. gen. n. 179.) Nuces 4, marginibus cohaerentes, ante maturitatem fructum solitarium referentes. Cor. infundibuliformis, limbo plicato, fauce pervia. Stylus simplex.

1. H. EUROPAEUM (L. sp. 187.) caule erecto diffuso herbaceo, foliis ovatis integerrimis planis lineatis tomentoso-scabris, spicis subsolitariis lateralibus geminisque terminalibus, calycibus fructiferis stellato-patentibus. ⊙. In locis cultis, praecipue vineis, (Cant. Wallis, Genf, von Basel durch Elsafs stellenweise bis an die Mosel, durch Baden, einen Theil von Würtemberg bis Frankfurt, südl. Krain, Oestreich u. Mähren.) Jul. Aug. D. fl. 2. 37. Jacq. a. t. 207. Flores albi vel pallide violacei.

Trib. II. *CYNOGLOSSEAE.* Nuces 4, stylo persistenti adnatae.

2. ASPERUGO (L. gen. n. 189.) Nuces 4, compressae, latere angustiore stylo adnatae. Cal. fructifer compressus; lamellis planis, parallelis, sinuatis.

1. A. PROCUMBENS (L. sp. 193.) ⊙. In locis cultis, ruderatis, ad vias, (zerstreut durch d. g. Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 87. Schk. t. 31.

3. ECHINOSPERMUM (Swartz.) Nuces 4, triquetrae, margine muricatae, angulo dorsali stylo adnatae. — Flores caerulei.

B. Moenchius iam ante multos annos Echinospermum Lappula sub nomine Lappulae Myosotidis proposuit; sed nomen Echinospermi Lappulae, nunc ubique notum et usitatum, mutare nolui.

1. E. LAPPULA (Lehm. asperif. 121.) caule superne ramoso, foliis lanceolatis incumbenti-pilosis ciliatis, corollis calyce longioribus, *pedunculis fructiferis erectis*, nucibus margine aculeis glochidatis biserialibus, disco lateribusque tuberculatis. ⊙. In collibus siccis, incultis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 53. St. h. 43. Myosotis Lappula L. sp. 189. Rochelia Lappula R. et S. 4. 78. Cynoglossum Lapp. Scop. carn. 1. 192. Lappula Myosotis Moench. meth. 417. Variat magis minusve hirsutum, et, sicut multae aliae Boragineae, corollae tubo longitudine calycis, calyceque breviore; ad posteriorem varietatem: E. squarrosum Reichenb. ap. St. h. 43., non MB.

2. E. DEFLEXUM (Lehm. asperif. 120.) caule paniculato-ramoso, foliis lanceolatis pilosis, pilis patentibus, *pedunculis fructiferis reflexis*, nucibus margine aculeis glochidatis uniserialibus. ⊙. In locis lapidosis umbrosis montium altiorum, (a. d. Harze, d. Sudet. u. Mähr. u. Oestr. Gebirgen; im Nicolaithale d. Wallis, im Thale d. Hinterrheines.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 54. St. h. 43. Lithospermum deflexum Lehm. asp. p. 120. Rochelia deflexa R. et S. syst. veg. 4. 109. Myosotis deflexa Wahlenb. lapp. p. 55.

4. CYNOGLOSSUM (L. gen. n. 183., excl. spec.) Nuces 4, depressae, muricatae, margine obtusae, vel margine proprio prominulo cinctae, dorso stylo adnatae.

1. C.

1. C. OFFICINALE (L. sp. 192) caule erecto, *foliis tomento tenui molli canescentibus* acutis, inferioribus ellipticis in petiolum protractis, superioribus a basi subcordata semiamplexicauli lanceolatis, racemis ebracteatis, staminibus inclusis, *nucibus* antice planis *margine crassiusculo prominulo cinctis.* ⊙. In collibus incultis, lapidosis, ad vias, sepes. Mai - Jul. D. fl. 2. p. 66. St. h. 9. Flores rubro - violacei. Variat floribus albis cum fornicibus purpureis: C. *bicolor* Willd. en. h. berol. p. 180.

2. C. PICTUM (Ait. hort. kew. ed. 2. v. 1. p. 291.) caule erecto, *foliis tomento tenui molli canescentibus* acutis, inferioribus oblongis in petiolum attenuatis, superioribus e basi subcordata semiamplexicauli lanceolatis, racemis ebracteatis, staminibus inclusis, *nucibus* antice convexiusculis *margine non prominulis.* ⊙. In locis incultis, asperis, ad vias, (Triest; Istrien; südl. Tyr.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 67. C. cheirifolium Scop. carn. 1. p. 125. C. creticum Vill. delph. 2. 457. Flores dilute caerulei, venis purpureis picti, fornices sanguinei.

3. C. MONTANUM (Lam. dict. 2. 237.) caule erecto, *foliis sparsim pilosis acutis supra subglabris nitidis* subtus scabriusculis, inferioribus ellipticis in petiolum protractis, intermediis basi angustatis subspathulatis, superioribus e basi subcordata semiamplexicauli oblongis, racemis ebracteatis, staminibus inclusis. ⊙. In sylvis montanis, (Unteröstr. u. Mähr.; Harz; um Hanover; Halle; Vogesen, Donnersberg in d. Rheinpfalz, in Würtemb. u. Bad.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 68. C. sylvaticum Haenk. in Jacq. coll. 2. 77. C. officinale γ. L. sp. 198., secund. Smith. C. Dioscoridis Vill. delph. 2. 457.

5. OMPHALODES (Tournef. Lehm. asperif. 1. 180.) Nuces 4, depressae, margine membranaceo, apice contracto et inflexo cinctae, calathiformes, dorso stylo adnatae.

1. O. VERNA (Moench. meth. 420.) *foliis* petiolatis subglabris, radicalibus *cordato - ovatis*, caulinis superioribus ovato - lanceolatis, racemis geminatis paucifloris. ♃. In sylvis umbrosis, (in Krain u. bei Salzburg.) April. Mai. D. fl. 2. p. 69. O. repens Schrank. denks. d. Münch. ac. 1811. p. 221. Cynoglossum Omphalodes L. sp. 192. St. h. 21. Picotia verna R. et S. s. veg. 4. p. 85. Flores azurei.

2. O. SCORPIOIDES (Lehm. neu. schrift. d. ges. nat. berl. 7. p. 100.) caule prostrato, superne dichotomo, *foliis* scabris, radicalibus spathulatis, caulinis *lanceolatis* sessilibus, inferioribus oppositis, superioribus alternis, pedunculis axillaribus. ⊙. In nemoribus, dumetis umbrosis humidis, (Schlesien, Mähren, Böhmen bis Dresden; in Franken bei Schweinfurt.) April. Mai. D. fl. 2. p. 70. Cynoglossum scorpioides Haenk. in Jacq. coll. 2. p. 3. St. h. 21.

Trib. III. *ANCHUSEAE.* Nuces 4, disco hypogyno insertae, basi annulo tumido striato instructae et intra annulum excavatae. Stylus liber.

6. BORÁGO (L. gen. n. 188.) Nuces 4, liberae, basi excavatae ibidemque margine tumido plicato-striato praeditae Cor. rotata. Fornices breves, obtusi, emarginati. Filamenta bifida, crure interiore antherifero.

1. B. OFFICINALIS (L. sp. 197.) foliis inferioribus ellipticis obtusis basi attenuatis, laciniis limbi ovatis acuminatis planis. ⊙. In hortis colitur, ibique et in ruderatis atque hortorum rejectamentis quasi sponte provenit. Jun. Jul. St. h. 8. Flores caerulei.

7. ANCHUSA (L. gen. 182.) Nuces 4, liberae, basi excavatae ibidemque margine tumido plicato-striato praeditae. Cor. infundibuliformis, tubo recto; fauce clausa fornicibus obtusis.

1. A. OFFICINALIS (L. sp. 191.) foliis lanceolatis hispidis, bracteis ovato-lanceolatis, calyce quinquefido, laciniis acutiusculis, *pilis ramorum paniculae et calycis patulis, fornicibus ovatis velutinis.* ⊙ quandoque ♃. In locis incultis lapidosis, ad vias, muros. Mai-autumn. D. fl. 2. p. 59. St. h. 18. A. angustifolia DC. fl. fr. 2. p. 632. 5. p. 421. A. officinalis Reichenb. ic. 3. f. 479, forma spicis densioribus et dentibus calycis post anthesin conniventibus. A. arvalis Reichenb. ic. 3. f. 470., forma spicis laxioribus et dentibus calycis post anthesin erectis. A. officinalis et angustifolia Poll. palat. 1. p. 182. 183. Gmel. bad. 1. p. 417 et 419., omniumque flor. germ. A. officinalis et A. arvensis Tausch. bot. ztg. 7. 233. Variat hispiditate maiore vel minore, foliis latioribus vel angustioribus, spicis densioribus vel laxioribus, calycibus vix ad medium usque divisis vel, praecipue in specim. fructiferis, fere 5 partitis, dentibus calycis, peracta anthesi, erectis vel conniventibus, colore floris perfecte explicati violaceo, violaceo cum stria azurea, vel toto azureo, rarius etiam carneo et albo, sed inter omnes has variationes nullibi limites invenias.

2. A. ANGUSTIFOLIA (Lehmann. asp. 1. p. 244.) foliis lanceolatis hispidis, bracteis ovato-lanceolatis, calyce quinquefido, laciniis obtusissimis, *pilis ramorum paniculae et calycis accumbentibus, fornicibus ovatis velutinis.* ⊙. In locis incultis Tyrolis et Helv. australis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 61. A. leptophylla R. et S. syst. veg. 4. p. 90. — A. officinali omnino valde similis est, sed bona species videtur. Folia ratione latitudinis longiora, a medio apicem versus attenuata et longe acutata; panicula in planta sicca cana et subsericea ob pilos accumbentes. Verum A. angustifolia L. sp. 191., cuius „folia margine subdentata et spinulis aspera" sunt, ad nostram speciem, pilis mollioribus, quam in A. officinali, praeditam, vix pertinere potest.

3. A. ITALICA (Retzius obs. bot. fasc. 1. p. 12.) caule ramoso erecto, *foliis* lanceolatis undulatis, hispidis *nitidis*, racemis geminatis bracteatis, bracteis lineari-lanceolatis, laciniis calycis subulatis tubo corollae subaequalis longioribus, *fornicibus oblongis penicillato-pilosis.* ⊙. In vineis, ad vias, (um Triest; C. Wallis u. Tess.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 63. A. paniculata Ait. kew. ed. 1. p. 777. Flores speciosi, pulchre azurei, fornicibus albis. Variat autem, ut omnes, floribus maioribus et minoribus, stylo breviore et longiore,

staminibus altius et profundius insertis. A. angustifolia Rchb. fl. exc. p. 343. ic. 8. f. 967., A. paniculata Reichb. fl. ex. p. 343., A. azurea Reichb. fl. exc. p. 344. icon. 10. f. 1229. et A. italica Reichb. fl. exc. p. 344.; Buglossum angustifolium Tausch., B. paniculatum T., B. vulgare T. et B. italicum T. bot. ztg. 7. p. 227-30., sunt modificationes Anchusae italicae.

8. LYCOPSIS (L. gen. n. 190.) Cor. tubus infracto-flexus et sursum curvatus, vel arcuatus et limbum irregularem obliquum gerens; cetera ut Anchusae. Flores in nostris caerulei.

1. L. ARVENSIS (L. sp. 199.) caule erecto ramoso, *foliis lanceolatis repando-dentatis* hispidis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus semi-amplexicaulibus, racemis foliatis, tubo in medio curvato. ⊙. In arvis et locis cultis. Jun.-autumn. Schk. t. 31. Anchusa arvensis M. Bieb. tauc. cauc. 1. 123. D. fl. 2. p. 63.

2. L. VARIEGATA (L. sp. 198.) caulibus adscendentibus, *foliis oblongo-lanceolatis repando-dentatis* hispidis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus semiamplexicaulibus, racemis superne nudis subsolitariis, *tubo corollae rectiusculo, limbo irregulari* obliquo. ⊙. In locis cultis, ad vias, (Istrien.) Mai. Jun. L. bullata Cyr. pl. rar. fasc. 1. p. 34. t. 11. f. 3. Barrel. f. 403. A. variegata Lehm. monogr. p. 223. A. perlata Lam. ill. gen. n. 1820. Cor. limbus azureus, lineis 5 albis, fornicibus niveis. J.

3. L. ORIENTALIS (L. sp. 199.) caule erecto dichotome ramoso, *foliis ovato-oblongis integerrimis* vel remote obsolete repando-denticulatis hispidis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi inaequalibus semiamplexicaulibus, racemis foliatis, *tubo corollae infra medium curvato.* ⊙. Inter segetes, (bei Verviers, Lej., ohne Zweifel mit Baumwolle eingeführt.) Flores caerulei. G.

9. NONNÉA (Medic. phil. bot. 1. p. 31.) Corollae faux aperta, barbata, vel fornicibus minutis pilosis obsita, sed his vix coarctata.

1. N. PULLA (DC. fl. fr. 3. p. 626.) caule erecto subsimplici, foliis lanceolatis integerrimis adpresse pilosis, floralibus ovato-lanceolatis, limbo corollae aequalis tubum aequante. ⊙. In agris et ad vias, (im östlichen D.; Oestreich u. v. da durch Mähren, Böhmen, Schlesien nach Sachsen u. Thüringen u. d. Harz u. bis Berlin.) Mai. Jun. Lycopsis pulla L. sp. 198. D. fl. 2. p. 64. Anchusa pulla MBieb. taur. cauc. 1. 125. Limbus corollae intense purpureofuscus, e longinquo niger. G.

10. SYMPHYTUM (L. gen. n. 158.) Cor. cylindrico-campanulata; fornices 5, subulati, in conum collocati, margine glandulosodentati. Nuces 4, liberae, basi excavatae, et basi margine tumido plicato-striato praeditae.

1. S. OFFICINALE (L. sp. 195.) radice fusiformi ramosa, *caule ramoso, foliis decurrentibus*, inferioribus radicalibusque ovatolanceolatis in petiolum contractis, superioribus floralibusque lanceolatis, corollae limbo quinquedentato, dentibus recurvatis, antheris filamento duplo longioribus. ♃. In pratis udis, ad fluviorum ripas,

fossas et dumeta pratorum. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 76. St. h. 17. Variat corollis albis, roseis et violaceis, calyce erecto, apice recurvo vel a basi patente, stylo corolla longiore et breviore. Forma corollis violaceis et calyce patente est: S. patens Sibth. oxon. p. 70.; forma corollis albis et stylo exserto: S. bohemicum Schm. boh. n. 212.

2. S. BULBOSUM (Schimp. bot. ztg. 8. 1. p. 17.) rhizomate stolonibusque subterraneis teretibus gracilibus elongatis tubera subrotunda sparsa gerentibus, caule folioso subramoso apice bifido, foliis ovato-oblongis semidecurrentibus, inferioribus in petiolum contractis, superioribus sessilibus basi rotundatis, corollis subcylindricis, limbo semiquinquefido, laciniis erectis, antheris longitudine filamentorum, *fornicibus exsertis*. ♃. In vineis, (bei Heidelberg hinter der Krappfabrik, Schimper; im Cant. Tessin „Helvetia transalpina" Gaud.) D. fl. 2. p. 78. Schimp. beschr. d. symph. Zeyher. p. 8. S. filipendulum Bischoff. bot. ztg. 9. p. 561. S. Clusii Gmel. bad. 4. p. 144. S. punctatum Gaud. helv. 2. p. 41. Cor. tubus albidus, limbus dilute flavescens. In specimine helvetico, quod possideo, fornices et stylus parum tantum ultra corollam eminent, ceterum absque dubio huic speciei adnumerandum est. Specimen gallicum vero, ab amico b. Zizio prope Telonem lecto, ad aliam, et quidem, quantum scio, indescriptam speciem pertinet, quam in D. fl. l. c. cum S. bulboso confudi: S. mediterraneum rhizomate . . . ., caule folioso apice bifido, foliis ovatis, inferioribus in petiolum basi subdilatata amplexicaulem contractis, supremis elliptico-lanceolatis subdecurrentibus, corollis subinfundibuliformi-cylindricis, limbo quinquedentato, dentibus erectis limbo quadruplo brevioribus, antheris filamento duplo longioribus, fornicibus inclusis. Antherae basi cordatae ut in omnibus, sed auriculae in hac specie mucronulatae. Differt a S. tuberoso, foliis caulinis inferioribus ceteris maioribus, petiolo basi dilatata amplexicaulibus et summis tantum subdecurrentibus, corollis dimidio minoribus, dentibus ipsarum erectis, et antheris basi utrinque apiculatis. Radicem et fructum nondum vidi.

3. S. TUBEROSUM (L. sp. 195.) rhizomate obliquo tereti carnoso nodoso postice praemorso et breviter ramoso antice fibris descendentibus validis aucto, caule simplicissimo vel apice bifido, *foliis* semidecurrentibus, inferioribus ovatis in petiolum contractis, superioribus ellipticis, *infimis minoribus sub anthesi emarcidis*, corollis infundibuliformi-tubulosis 5 dentatis, dentibus recurvatis, antheris filamento duplo longioribus. ♃. In sylvis umbrosis, praecipue montanis, (Oberbay., Salzb., Krain, Oestr., Mähr., Böhm., Schles. u. d. Erzgeb.) April. Mai. Jacq. a. t. 3. t. 225. Flores ochroleuci. G.

Trib. IV. *LITHOSPERMEAE.* Nuces 4, disco hypogyno insertae, basi non excavatae, sed area plana vel convexiuscula affixae. Stylus liber.

11. ONOSMA (L. gen. n. 159.) Nuces 4, liberae, area basilari subtriangulari plana affixae. Cor. cylindrico-campanulata, fauce fornicibus destituta. Antherae sagittatae, basi cohaerentes. — Flores primum albi, deinde ochroleuci.

1. O. ECHIOIDES (L. sp. pl. 196.) caule ramosissimo, foliis lineari-lanceolatis hispidis *setis tuberculo glabro insidentibus*, floralibus ovato-lanceolatis, filamentis *anthera glabra* dimidio brevioribus. Biennis, saltem in horto nostro, rarius in tertium et quartum annum perdurans. In collibus asperis apricis, (in Mähr., Oestr. u. Krain, bei Fiume, im Wallis nach Gaud.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 295. D. fl. 3. p. 83. Cerinthe echioides Scop. carn. 1. p. 129. Caulis purpureus.

2. O. ARENARIUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. p. 308. t. 279.) caule ramoso, foliis lineari-lanceolatis hispidis *setis tuberculo glabro insidentibus*, floralibus ovato-lanceolatis, filamentis *anthera margine denticulato-scabra* brevioribus. ⊙. In sylvaticis siccis arenosis, (auf Sandplätzen im Föhrenwalde bei Mainz hinter der Hartmühle.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 84. G.

3. O. STELLULATUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 189. t. 279.) *caulibus simplicissimis*, foliis lineari-lanceolatis hispidis *setis tuberculo stellato-piloso insidentibus*, floralibus e basi ovata lanceolatis, filamentis anthera longioribus. ♃. In locis asperis apricis, (bei Fiume, Triest, im südl. Tyrol, in d. südl. Schweiz im Cant. Waadt u. Wallis.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 85. Variat:

β. *angustifolium*, foliis angustioribus, densius pilosis, pilis quandoque tenuioribus: O. montanum Sm. pr. fl. graec. 1. 121. O. stellulata β. M. Bieb. taur. cauc. 1. p. 138.

12. CERINTHE (L. gen. n. 186.) Nuces 2, liberae, biloculares, area basilari semicirculari plana affixae. Cor. cylindraceo-campanulata, fauce fornicibus destituta. Antherae sagittatae, basi cohaerentes.

1. C. MAJOR (L. sp. 195.) *corollis 5 dentatis*, dentibus breviter ovatis reflexis, *filamentis longitudine antherarum*. ⊙. In sylvis alpinis, (auf d. Berner Alpen; ich besitze sie vom Stockhorn.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 80. St. h. 12. Variat in hortis corolla ochroleuca, ochroleuca tubo violaceo, et tota luride violacea. Characteres vero, quibus cl. Reichenb. Cerinthen maiorem, asperam et strigosam distinguit, aut reperire nequeo, aut e speciebus memoratis duas nondum vidi. H.

2. C. MINOR (L. sp. 196.) *corollis* ultra tertiam partem *quinquefidis*, dentibus subulatis erecto-conniventibus, filamentis anthera quadruplo brevioribus. ⊙. In campis, ad agrorum margines, vias, (d. g. Oberbayern bis Regensburg, in Oestr. u. v. da durch Mähr. n. Schles., Böhm. bis Sachs.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 81. St. h. 68. C. glabra Scop. carn. 1. p. 128, corolla flava. Variat foliis emarginatis: C. minor β. L. sp. pl. 196.; atque corolla maculis 5 fuscis notata: C. maculata M. Bieberst. taur. cauc. 1. 134. et si simul folia immaculata sunt: C. maculata Reichenb. ic. 4. f. 482. G.

3. C. ALPINA (Kit. ap. Schult. oestr. fl. 1. p. 353.) *corollis quinquedentatis*, dentibus ovatis apice recurvatis, *filamentis anthera quadruplo brevioribus*. ♃. In alpibus et cum fluviiis in planities descendens, (Schweiz nicht selten; Allgäu u. Tyrol u. a. d.

Iller u. d. Lech bis gegen die Donau.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 83. St. h. 69. C. quinquemaculata Wahlenb. carp. p. 50. C. suevica Mart. reis. nach Vened. 1. 44. C. glabra Gaud. helv. p. 29. Reichenb. ic. 5. f. 658. (non Mill., cuius planta annua est neque a C. maiore differt nisi foliis glabris.)

13. ÉCHIUM (L. gen. n. 191.) Nuces 4, liberae, area basilari triangulari plana affixae. Cor. campanulata, vel a basi sensim ampliata; faux fornicibus destituta. Antherae ovales, liberae.

1. E. VULGARE (L. sp. 200.) setoso-hispidum, caule herbaceo, foliis lanceolatis, spicis indivisis, *tubo corollae calyce breviore*, stylo apice bifido, *staminibus* declinatis divaricatis corollae *limbo accumbentibus*. ⊙. In locis rupestribus, arvis, ad vias, muros. Jun.-Sept. D. fl. 2. p. 88. St. h. 18. Flores caerulei, rarius rosei vel albi. Variat corollis maioribus et dimidio minoribus, staminibus corolla brevioribus et longe exsertis. — E. Wierzbickii Haberl. Reichenb. fl. excurs. p. 336., in Germania sponte proveniens, nil est nisi varietas E. vulgaris, staminibus corolla brevioribus; quod vero in hortis botanicis sub hoc nomine colitur, id nondum satis examinavi.

2. E. PUSTULATUM (Sibth. et Sm. prodr. fl. graec. 1. p. 125.) setoso-hispidum, caule herbaceo, foliis lanceolatis, spicis indivisis, *tubo corollae calyce longiore*, stylo apice bifido, *staminibus* declinatis parallelis a *limbo corollae remotis*. ⊙. In locis incultis, (Istrien, Veglia.) Mai-Jul. Fl. graec. t. 180. — Simile E. vulgari, sed dignoscitur ab hoc, etiam planta exsiccata, setis crassioribus et rigidioribus, tuberculo duplo latiori insidentibus, tubo corollae duplo longiore; in viva planta praeterea observes calycem, apice non arcte corollae accumbentem, corollam caeruleam striis 5 violaceis dilutius marginatis, stamina ob tubum longiorem altius inserta, declinata quidem, sed parallela et nullibi corollae accumbentia. J.

3. E. RUBRUM (Jacq. fl. austr. app. p. 27. t. 3.) setoso-hispidum, caule herbaceo stricto, foliis lineari-lanceolatis, spicis indivisis, tubo corollae calyce duplo longiore, *stylo apice indiviso*, staminibus corolla longioribus. ⊙, rarius per plures annos durat. In pratis et locis sylvaticis, (Unteröstreich u. Mähren.) D. fl. 2. p. 89. Flores rubri. G.

4. E. ITALICUM (L. sp. 201.) setoso-hispidissimum, caule herbaceo stricto, foliis lanceolatis, *spicis bifidis* densis, stylo apice bifido, staminibus corolla duplo longioribus. ⊙. In collibus incultis, (Istr., Litt., südl. Tyrol, Wallis.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 90. E. altissimum Jacq. a. app. t. 16. E. asperrimum MBieb. taur. cauc. 1. 135. Flores albi.

5. E. VIOLACEUM (L. mant. 42.) caule herbaceo ramoso, *foliis* hispidis, inferioribus oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis, *superioribus e basi cordata amplexicauli attenuatis*, spicis indivisis elongatis, staminibus corollam aequantibus. ⊙. In campis, ad vias, (Istrien; auf d. Insel Osero.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 91. Flores caeruleo-violacei, spectabiles. J.

14. PULMONARIA (L. gen. n. 184.) Nuces 4, liberae, basi planae. Cor. infundibuliformis, fauce pilosa, fornicibus destituta. Cal. 5 fidus.

Species huius generis, quod florum formationem attinet, sexum polygamico-dioicum indicant: sicut Primulae. Menthae et multae aliae Boraginearum et Labiatarum species. In uno sexu stamina tubi ampliatae inserta sunt, et stylus brevis in tubo absconditur, in altero sexu stamina in medio tubi affixa sunt, et stylus haec longe superat, faucem attingit, vel longius brevisve extra tubum emergit. Flores, in forma longistyla plerumque conspicue maiores, limbum saepe duplo latiorem gerunt.

1. P. OFFICINALIS (L. sp. 194.) *foliis capitum radicalium sterilium exterioribus cordatis petiolatis, petiolo anguste alato*, pilis caulis setosis intermixtis paucis articulatis glanduliferis. ♃. In sylvis frondosis umbrosis, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) Mart. April. D. fl. 2. p. 71. Reichenb. ic. 6. f. 699. Sch. 17. Flores primum rubri, deinde violacei, ut in tribus subsequentibus. Folia quandoque maculis dilute viridibus adspersa.

2. P. SACCHARATA (Mill. gärtn. lex. ed. germ. 3. p. 702.) *foliis capitum radicalium sterilium exterioribus ovatis in petiolum anguste alatum subito contractis*, interioribus oblongis in petiolum decurrentibus, *pilis caulis setosis* intermixtis paucis articulatis glanduliferis. ♃. In sylvis umbrosis subhumidis, (im Gebiete d. fl. v. Spa u. in Pommern, nämlich bei Stettin im Schrei von Garz häufig.) Mart. Apr. D. fl. 2. p. 72. Reichenb. ic 6. f. 698. P. grandiflora DC. cat. hort. monsp. p. 135., (forma longistyla.) Rostkov. et Schm. fl. sedin. p. 103. Folia maculis albidis confluentibus, et saepe fere tota albida, maculis viridibus adspersa.

3. P. MOLLIS (Wolff. in litt. ad amic. conf. Heller. suppl. fl. wirceb. p. 13.) foliis capitum radicalium sterilium elliptico-lanceolatis lanceolatisque in petiolum lato-alatum decurrentibus, *pilis caulis mollibus articulatis viscoso-glandulosis*. ♃. In locis petrosis subumbrosis, (in d. baier. A. u. Vorberg.; in Oestr.; um Schweinfurt u. Würzb., u. vermuthlich noch an andern Orten d. südl. D. wahrscheinlich auch in d. Schweiz.) April. Mai. D. fl. 2. p. 75. Reichenb. ic. 6. f. 696. P. media Host. fl. austr. 1. p. 235; vivam ex semine, a cl. Jacquin. mecum communicato, in horto possideo. Folia molliter pubescentia.

4. P. ANGUSTIFOLIA (L. sp. 194.) *foliis* capitum radicalium sterilium *elliptico-lanceolatis lanceolatisque* in petiolum alatum decurrentibus, *pilis caulis setosis* intermixtis paucis glanduliferis, *fauce intus infra circulum barbatum pilosa*. ♃. In nemoribus, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) April. Mai. D. fl. 2. p. 73. P. tuberosa Schrank. in act. nat. cur. 9. p. 37. P. montana Lej. spa. conf. rev. de la fl. d. spa p. 43. Reichenb. ic. 6. f. 695. Flores primum rubri, dein violacei. Variat foliis lanceolatis et

β. *oblongata*, ovato-lanceolatis: P. media Reichenb. ic. 6. f. 697., non Host. P. oblongata Schrad ap. R. et S. syst. veg. 5. 744. Reichenb. fl. exc. p. 838.

5. P. AZUREA (Besser. prim. fl. galic. 1. 150.) *foliis* capitum radicalium sterilium *lanceolatis* basi in petiolum alatum attenuatis,

pilis caulis setosis, fauce intus infra circulum barbatum glabra. ♃. In nemorosis, (bei München, in Oestr., Schles., Sachs.; am Harze.) April. Mai. D. fl. 2. p. 75. Reichenb. ic. 6. f. 694. P. angustifolia Schrank. l. c. P. Clusii Baumg. transs. 1. 123. Bessera azurea Schult. obs. p. 28. 29. Flores azurei. Hanc speciem ab antecedente vere diversam esse, lubenter concedam, sed meliores characteres, quibus distinguatur, quaerendi sunt; folia subdecurrentia enim in P. angustifolia saepe occurrunt. In specimine vivo, a me examinato, tubus infra circulum pilosum faucis glaber fuit. Num vero haec nota constans sit, ulterius inquirant autoptae.

15. LITHOSPERMUM (L. gen. n. 181.) Cal. 5 partitus, cetera ut Pulmonariae. — Faux corollae aperta quidem, sed tamen plicis 5 pilosis vel fornicibus pubescentibus paulo coarctata.

1. L. OFFICINALE (L. sp. 189.) *caulibus* herbaceis erectis *ramosissimis*, foliis lanceolatis acutis venosis scaberrimis, pilis basi tuberculatis adpressis, *nucibus laevibus.* ♃. In locis montanis asperis inter dumeta. Mai-Jul. D. fl. 2. p. 55. St. h. 5. Flores virenti-albi.

2. L. PURPUREO-CAERULEUM (L. sp. 190.) *caulibus* herbaceis, *florigeris erectis apice bi-trifidis*, *sterilibus repentibus*, foliis lanceolatis acutis basi attenuatis hirto-scabris pilis adpressis, *nucibus laevibus.* ♃. In sylvis montanis, (im südl. u. mittlern Gebiete stellenweise bis Westphalen u. Hildesheim.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 56. Jacq. a. t. 14. Flores primum rubri, deinde azurei.

3. L. ARVENSE (L. sp. 190.) caule herbaceo erecto apice ramoso, simplici vel basi caulibus secundariis aucto, foliis lanceolatis acutiusculis hirtis pilis adpressis, inferioribus oblongo-lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, *calycibus fructiferis remotis*, *nucibus rugoso-scabris.* ⊙. In agris et campis. April-Jun. D. fl. 2. p. 57. Fl. dan. t. 456. Flores albi; variant raro caerulei.

4. L. APULUM (Vahl. symb. bot. 2. p. 33.) hispidum setis patulis, caule herbaceo erecto apice ramoso simplici vel basi caulibus secundariis aucto, foliis linearibus, infimis in petiolum attenuatis subspathulato-lanceolatis, *calycibus fructiferis dense approximatis*, *nucibus tuberculato-scabris.* ⊙. In arvis, (Istrien, Biasoletto!) April. Mai. Myosotis apula L. sp. 189. Column. ecphr. 185. fig. sinistra. Flores lutei.

Lithospermum maritimum Lehm., Pulmonaria maritima L., in D. fl p. 58. memorata, loca ibidem indicata non inhabitat et e flora nostra delendum est.

16. MYÓSOTIS (L. gen. n. 180.) Nuces 4, liberae, antice convexae, postice obtuse carinatae et area minuta, punctiformi, versus basin nucis sita, affixae. Cor. infundibuliformis vel hypocrateriformis, fauce fornicibus glabris coarctata. Cal. 5 fidus.

§. 1. Calyces adpresse pilosi.

1. M. PALUSTRIS (Withering. arrang. of. brit. pl. 2. 225.) *calyce* 5 dentato *adpresse piloso*, fructifero aperto, *stylo calycem*

subaequante, foliis caulinis oblongo-lanceolatis acutiusculis, caule angulato, rhizomate obliquo repente. ♃. In pratis et ericetis humidis, ad fossas, ripas, paludes. Mai-Jul. D. fl. 2. p. 40. M. scorpioides Willd. sp. 1. 746. M. scorpioides β. palustris L. sp. 188. M. scorpioides palustris Ehrh. decad. M. perennis Moench. hass. n. 154. M. palustris Reichenb. ap. St. h. 42., forma pilis caulinis patentibus; M. repens l. c. calycibus paulo profundius divisis; M. strigulosa l. c., pilis caulis adpressis. Flores pulcherrime caerulei, rarius carnei vel albi. In fossis et stagnorum marginibus magnos caespites efficit, racemi et pedicelli longiores et laxiores fiunt:

β. *laxiflora:* M. laxiflora Reichenb. ap. St. h. 42.

2. M. CAESPITOSA (Schultz. fl. starg. suppl. 11.) nucibus glabris, *calyce* quinquefido *adpresse piloso*, fructifero aperto, *stylo brevissimo*, foliis caulinis lineari-oblongis obtusis, caule (in viva planta) tereti, radice descendente undique fibrosa. ⊙. In fossis et paludibus, praecedente multo rarior. D. fl. 2. p. 42. St. h. 42. M. lingulata R. et S. syst. veg. 4. p. 780., in annot. M. uliginosa Schrad.— Caulis in viva planta, praecipue inferne, crassior, quam in antecedente, et linea a margine foliorum decurrente impressa notatus; quae linea in M. palustri prominet et angulum argutum efficit. Flores semper minores, laciniis angustioribus et plerumque integris instructi.

§. 2. Calyces pilosi, pili patuli et in basi patentissimi atque in uncum recurvati.

3. M. SYLVATICA (Hoffm. D. fl. ed. 2. p. 85.) *calycibus* profunde 5 fidis patulo-pilosis, *pilis* baseos divaricatis *uncinatis*, laciniis calycis fructiferi erecto-conniventibus, pedicellis fructiferis calycem aequantibus longioribusque, *corollae limbo plano.* ⊙. (In horto semper biennis.) In sylvis montanis; alpes adscendit ibidemque in var. β. abit. Mai-Jul. D. fl. 2. p. 43. St. h. 42. M. arvensis β. sylvatica Pers. syn. 1. 156. M. scorpioides sylvatica Ehrh. decad. 31. M. decumbens Host. fl. austr. 1. p. 128., (nulla nota diversam invenio.) Flores odorati, intensius caerulei, quam in M. palustri. Variat:

β. *alpestris*, humilior, racemis brevioribus, densius incumbenti-pilosis, pedicellis crassioribus, calycibus maioribus: M. alpestris Schm. boh. p. 26. D. fl. 2. p. 45. St. h. 42. M. suaveolens Kit. ap. R. et S. syst. veg. p. 102. St. h. 42. M. odorata Poir. dict. supp. 4. 1. p. 44. M. rupicola engl. bot. t. 2559. Forma altior huius varietatis est: M. montana M. Bieberst. taur. cauc. 3. p. 116. M. lithospermifolia Hornem. hafn. 173. St. h. 42. Pulcherrimam variationem floribus flavis, dein rubris et denique caeruleis, in alpib. Styr. lectam, misit D. Angelis.

γ. *lactea.* Bönningh. prod. fl. monast. 56., statura et indumento varietatis β, sed floribus magnis lacteis notabilis. E seminibus constanter redit, sed semina in cultis speciminibus non maiora sunt, quam in M. sylvaticae var. α., quae cl. auctor duplo maiora in loco natali vidit.

4. M. INTERMEDIA (Link. en. 4. berol. 1. 164.) *calycibus* profunde quinquefidis *fructiferis clausis* patulo-pilosis, *pilis* divari-

catis *uncinatis*, *pedicellis fructiferis patentibus calyce duplo longioribus*, corollae limbo concavo. ⊙. In agris. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 46. St. h. 42. M. scorpioides α. arvensis L. sp. 188., testantibus speciminibus, ab Ehrharto Linnaei tempore Upsaliae lectis, (Meyer. chlor. hanov. p. 270.) sed Linnaeus ipse, ut e flora suecica patet, etiam sequentes sub hac varietate comprehendit. M. arvensis Lehm. asp. 1. p. 92. — Nomen M. arvensis, toties, et ab ipso ab una ad alteram speciem Ehrharto translatum, confusionem iam ortam semper augebit.

5. M. HISPIDA (Schlechtend. mag. d. naturf. z. berl. 8. 229.) *calycibus* quinquefidis *fructiferis apertis* patulo-pilosis, *pilis* baseos divaricatis *uncinatis*, racemis pedunculatis, *pedicellis fructiferis horizontaliter patentibus calycem aequantibus*, tubo corollae incluso. ⊙. In collibus, agrorum versuris, locis cultis. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 47. M. collina Reichenb. ap. St. h. 42. M. arvensis Link. en. hort. berol. 1. 164. Flores intensius caerulei, quam in M. stricta. Herba non magis hispida, quam congenerum. Flores minuti, caerulei.

6. M. VERSICOLOR (Persoon. syn. 1. p. 156. M. arvensis γ. versicolor.) *calycibus* profunde quinquefidis *fructiferis clausis* pilosis, *pilis* baseos divaricatis *uncinatis*, racemis pedunculatis, pedicellis calyce brevioribus, *tubo corollae denique calyce duplo longiore*. ⊙ In locis cultis subhumidis, in nemorosis, fluviorum glareis, ad ripas. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 48. St. h. 42. M. scorpioides collina Ehrh. herb. n 51. — Ehrharti M. scorpioides collina ad hanc, non vero ad. M hispidam, pertinet. „M. versicolorem neque Ehrhartus neque Rothius habent" Mey. chlor. hanov. p. 271. Flores primum sulphurei, deinde caerulescentes, denique violacei.

7. M. STRICTA (Link. en. h. berol. 1. 164. 1819.) *calycibus* profunde quinquefidis *fructiferis clausis* pilosis, *pilis* baseos divaricatis *uncinatis*, *racemis basi foliatis*, pedicellis fructiferis calyce brevioribus, tubo corollae incluso. ⊙. In locis arenosis, incultis et cultis. April - Mai. D. fl. 2. p. 49. M. arenaria Schrad. ap. Schultz. fl. starg. suppl. p. 12. M. arvensis Reichenb. ap. St. h. 42. Flores minuti, caerulei.

8. M. SPARSIFLORA (Mikan, Pohl. in Hopp. taschenb. 1807. p. 71. 123.) *calycibus* profunde quinquefidis pilosis, *pilis* baseos divaricatis *uncinatis*, racemis paucifloris basi foliatis, *pedicellis fructiferis inferioribus calyce multoties longioribus refractis*. ⊙. In sylvis et dumetis humidis, (Steyerm., Oestr., Mähr., Böhm., Schles., Sachs., Harz, Preuss., Pomm.) D. fl. 2. p. 51. St. h. 42. Flores caerulei. G.

17. ERITRICHIUM (Schrad. de asperifol. gött. 1820.) Nuces 4, liberae, triquetrae, antice planae et margine prominente cinctae, angulo postico obtusiore, areola dorsali minuta punctiformi receptaculo, (nec stylo,) affixae. Cetera ut Myosotidis.

1. E. NANUM (Schrad. l. c. Gaud. helv. 2. p. 57.) nucibus margine aculeolato-fimbriato cinctis. ♃. In summarum alp. granitic. jugis, (bisher blofs in d. südl. A. K. d. Wallis, im Nicolaithale, a. d. Simplon, Furca u. a.) Jul. Aug. Myosotis nana Vill. delph. 2.

459. t. 13. (rudis) „seminum marginibus serratis" Vill. l. c., Reichenb. ap. St. h. 42. (nuces non bonae.) M. et K. D. fl. 2. p. 52., exclusa patria. Flores pulchre caerulei, magni ratione plantulae, Plantula ipsa hirsutior, quam subsequens, pili tuberculo triplo maiori insidentes. — Specimen germanicum nondum vidi. H.

2. E. Hacquetii (Koch. suppl. z. D. fl. ined.) nucibus margine laevi cinctis. ♃. In summarum alp. granit. jugis, (v. Steyerm. u. Krain u. bis Tyr.) Jul. Aug. Myosotis terglouensis Hacq. pl. alp. p. 21. t. 2. f. 6. M. nana Wulf. in Jacq. collect. 1. p. 261. Simillima antecedenti, sed nucum margo prorsus laevis est, et pili tuberculo multo minori insident. — Nomen Myosotidis terglouensis, ab uno monte desumptum, hucusque non usitatum atque plantae, per scopulos aethereos alpium late disseminatae, minime conveniens, his ex causis cum alio commutavi. G.

Ord. LXXXI. SOLANEAE. Juss. gen. p. 124.

Cal. 5 fidus, aut 5 partitus, persistens aut deciduus, basi circumscissa persistente. *Cor. monopetala, hypogyna, regularis vel subinaequalis, caduca* aestivatione plicata vel imbricata. *Stam. 5, basi corollae inserta, ejusdem laciniis alterna. Antherae in apice filamenti acuti sitae*, biloculares. Ovarium liberum, *biloculare, multiovulatum*, placentis crassis, in medio dissepimenti adnatis. Styl. 1. Stigma simplex. Fructus capsularis vel baccatus. Albumen carnosum. Embryo annularis vel spiralis. Folia alterna, superiora saepe gemina, altero minore. Inflorescentia saepe extraaxillaris.

1. SOLANUM (L. gen. 251.) Cor. rotata. Antherae conniventes, apice porro dehiscentes. Bacca.

1. S. villosum (Lam. dict. 4. p. 289.) annuum, angulis ramorum subobsoletis subtuberculatis, *foliis* ovatis sinuato-dentatis cauleque *subtomentoso-villosis*, racemis simplicibus, pedicellis fructiferis apice incrassatis deflexis. ⊙. In ruderatis, ad vias hinc inde. Jul.-autumn. Bernhard. üb. d. begriff d. pflanzenart. p. 56 et 65. S. nigrum γ. villosum L. sp. 266. S. luteum Mill. dict. n. 3. Dill. elth. t. 274. f. 353. *Baccae luteae.* Flores albi vel subviolacei ut in seq. tribus. „Pubescentia densa, asperitates caulis occultante, et fructibus luteis, denique fuscescentibus, facile a S. miniato dignoscitur" Bernh. l. c. Diagnosin huius speciei et trium subsequentium ex opere citato cl. Bernhardii mutuatus sum.

2. S. miniatum (Bernh. ap. Willd. en. h. berol. 1. 236.) annuum, angulis ramorum prominulis tuberculatis, *foliis* ovatis subdeltoideis sinuato dentatis cauleque *patenti-villosis*, racemis simplicibus, pedicellis fructiferis apice incrassatis deflexis. ⊙. In ruderatis et ad vias. Jul.-autumn. Bernhard. l. c. p. 55 et 65. S. villosum Mill. dict. n. 2. Hayn. abbild. 2. 41. S. alatum Moench. meth. 474.

S. puniceum Gmel. fl. bad. 4. 176. S. nigrum γ. D. fl. 2. p. 231. *Baccae rubrae.*

3. S. HUMILE (Bernh. ap. Willd. en. h. berol. 1. 236.) annuum, angulis ramorum subobsoletis subtuberculatis, *foliis* ovatis subrhombeis *repando-dentatis cauleque subglabris*, racemis simplicibus, pedicellis fructiferis apice incrassatis deflexis. ☉. In cultis, ad vias. Jul.-autumn. Bernhard. l. c. p. 55 et 65. S. luteo-virescens Gmel. bad. 4. 177. S. nigrum δ. D. fl. 2. p. 230. *Baccae ceraceo-flavae.* Statura humiliore, quam sequens S. nigrum, glabrius et marginibus foliorum decurrentibus minus prominulis notatum.

4. S. NIGRUM (L. sp 266., excl. variet.) annuum, angulis ramorum prominulis tuberculatis, *foliis* ovatis subdeltoideis *sinuato-dentatis cauleque pubescentibus, pilis incurvo-erectis*, racemis simplicibus, pedicellis fructiferis apice incrassatis deflexis. ☉. In cultis, ruderatis, ad vias. Jul.-autumn. Bernhard. l. c. p. 52 et 64. St. h. 1. D. fl. 2. p. 230., excl. variet. S. melanocerasum Willd. en. 1. 237. S. atriplicifolium Desp. S. nigrum Reichenb. ic. f. 1284. S. pterocaulon Reichenb. ic. 1284., non Dunal., forma angulis ramorum magis muriculatis. *Baccae atrae.*

5. S. DULCAMARA (L. sp. 266.) caule fruticoso flexuoso, *foliis* ovato-cordatis, *superioribus hastatis*, corymbis suboppositifoliis. ♄. In dumetis et locis sylvaticis humidis, ad ripas. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 230. St. h. 18. Flores violacei, maculis 2 viridibus albo-marginatis ad basin laciniarum, raro albi. Bacca rubrae. Variat:

β. *tomentosum*, caule foliisque tomentosis: S. littorale Raab. Ad muros campestres vetustos, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Swinemünde in Pommern.)

6. S. TUBEROSUM (L. sp. 265.) caule herbaceo, *foliis pinnatis*, foliolis inaequalibus, alternis minutissimis, pedicellis articulatis, corolla quinqueangulata, ramis subterraneis tuberiferis. Tuberibus annuis propagatur, „quo nihil maius meliusque terris fata donavere.“ Colit.

2. PHÝSALIS (L. gen. n. 250.) Antherae longitudinaliter dehiscentes; bacca calyci inflato et aucto inclusa; cetera ut Solani.

1. P. ALKEKENGI (L. sp. 262.) foliis geminatis integris acutis, caule herbaceo, a basi ramoso. ♃. In collibus siccis inter virgulta, in vineis, ad vias, (stellenweise d. d. g. Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 229. Schk. t. 45. Flores albi. Bacca coccinea, calyci inflato miniato inclusa.

3. ÁTROPA (L. gen. n. 249.) Cor. e tubo brevi campanulata. Stam. basi faucem claudentia, superne distantia, cum stylo declinata. Bacca bilocularis.

1. A. BELLADONNA (L. sp. 260.) caule herbaceo, foliis ovatis integerrimis. ♃. In sylvis, praecipue frondosis et caeduis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 227. Jacq. a. t. 309. St. h. 3. Flores sordide violaceo-fusci, basi luridi, venis brunneis.

Atropa Mandrágora L., Mandragora officinalis Mill., in Tyroli australi et Helvet. transalpina olim, ut dicunt, lecta, nuper non reperta est.

4. SCOPOLINA (Schultes oestr. fl. 1. 844.) Cor. tubuloso-campanulata, 5 loba. Caps. subrotunda, basi circumscissa.

1. S. ATROPOIDES (Schult. l. c.) ♃. In sylvis umbrosis Carnioliae. Apr. Mai. D. fl. 2. p. 226. Hyoscyamus Scopolia L. mant. 46. St. h. 21. Cor. externe nitidae, fuscae, interne opacae et olivaceae. G.

5. HYOSCÝAMUS (L. gen. n. 247.) cor. infundibuliformis, limbo 5 lobo. Caps. basi ventricosa, superne in collum contracta, apice circumscissa.

1. H. NIGER (L. sp. 457.) *foliis* ovato-oblongis pinnatifido-sinuatis, infimis petiolatis, *caulinis semiamplexicaulibus*, floralibus utrinque uni-bidentatis, floribus subsessilibus. ⊙ et ⊙. In ruderatis, ad vias, fimeta, in agris et cultis sparsim. D. fl. 2. p. 224. St. h. 3. Cor. sulphurea, venis nigris, in fauce atropurpureis et latioribus. In agris et locis cultis annuus est, foliis minus profunde sinuatis: H *agrestis* Kit. ap. Schult. oestr. fl. 1. 383. D. fl. 2. p. 225. H. verviensis fl. de spa. 1. 116. H. bohemicus Schmidt. Varietas, perinde annua, occurrit, sed raro:

β. *pallidus*, floribus unicoloribus pallidis: H. pallidus Kit. ap. Willd. en. h. berol. 1. 228.

2. H. ALBUS (L. sp. 257.) *foliis omnibus petiolatis* subrotundo-ovatis sinuatis obtuse lobatis, superioribus repando-dentatis, floribus subsessilibus. ⊙. In cultis, ad vias, muros, (um Fiume, in Istrien u. a. d. Inseln.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 257. Lam. illustr. t. 117. f. 1. J.

6. NICOTIANA (L. gen. n. 248.) Cor. infundibuliformis, limbo plicato, 5 lobo. Cal. persistens. Stigma capitatum. Caps. apice quadrivalvis, 2-4 locularis, polysperma.

1. N. TABACUM (L. sp. 258.) *foliis* oblongo-*lanceolatis* acuminatis, *inferioribus attenuato-decurrentibus*, fauce corollae inflato-ventricoso, corollae limbo 5 partito, lobis acuminatis. ⊙. Colitur. Jul. Aug. D. fl. 2. 223. Schk. t. 44. Flores rosei. Colit.

2. N. LATISSIMA (Mill. dict. n. 1.) *foliis ovato-lanceolatis e basi auriculata decurrentibus*, fauce corollae inflato-ventricosa, corollae limbo 5 fido, lobis breviter acuminatis. ⊙. Colitur cum priore. Jul. Aug. N. macrophylla Spreng. index hort. hal. 1807. D. fl. 2. p. 223. Colit.

3. N. RUSTICA (L. sp. 258.) caule tereti, foliis petiolatis ovatis integerrimis, tubo corollae cylindrico calycem superante, *limbi laciniis subrotundis obtusis*. ⊙. Colitur. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 224. Flores flavescenti-virides. Colit.

7. DATURA (L. gen. n. 246.) Cor. infundibuliformis, limbo plicato, 5 lobo. Cal. deciduus, basi orbiculari persistente. Stigma

bilamellatum. Caps. 4 valvis, 4 locularis, loculis bipartitis, polyspermis.

1. D. STRAMONIUM (L. sp. 255.) foliis ovatis glabris inaequaliter sinuato-dentatis, capsulis erectis spinosis. ⊙. In locis cultis, ruderatis, ad vias. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 222. Jacq. t. 43. Stramonium foetidum Scop. carn. 1. p. 157. S. vulgatum Gärtn. fruct. 2. 243. Variat foliis simpliciter et duplicato sinuato-dentatis et

β. *chalybea*, caule, petiolis, nervis foliorum saturate violaceis, calyce violaceo colore suffuso, corollis dilute violaceis: D. Tatula L. sp. 1. 256. Ad Rhenum inferiorem legit v. Bönningh.

Ord. LXXXII. VERBASCEAE. Bartling. ord. nat. p. 170, sectio Scrophularinearum.

Corolla inaequalis vel irregularis. Antherae apici dilatato filamentorum transverse vel oblique adnatae, uniloculares. Cetera ut Solanearum.

1. VERBASCUM (L. gen. n. 245.) Cor. rotata, limbo 5 lobo, inaequali. Stam. 5, inaequalia. Caps. apice bivalvis.

Sect. I. Folia penitus a folio ad folium decurrentia. (Flores flavi, lana filamentorum alba.)

1. V. SCHRADERI (Mey. chlor. hanov. p 326.) *foliis* crenulatis tomentosis, tomento lutescente, omnibus *a folio ad folium decurrentibus*, racemo subsolitario, pedicellis florigeris calyce brevioribus, corollis infundibuliformibus, filamentis albo-lanatis, *2 longioribus glabris vel superne parce pilosis anthera sua, hinc breviter decurrente, quadruplo longioribus.* ⊙. In collibus incultis, lapidosis, campis arenosis. Jul. Aug. V. Thapsus Schrad. monog. p. 17. D. fl. 2. p 204. V. Thapsus α. Wahlenb. fl. suec. p. 139. Occurrit, sed rarius, floribus pallidis: V. pallidum Nees v. Esenb. bot. ztg. 2. p. 295., vel albis: V. elongatum Willd. en. h. berol. 1. p. 223. De mutatione nominis conf. Mey. l. c.

2. V. THAPSUS (L. suec. p. 69.) *foliis* crenatis tomentosis, tomento lutescente, omnibus *a folio ad folium decurrentibus*, racemo subsolitario, pedicellis florigeris calyce brevioribus, corollis rotatis, filamentis albo-lanatis, *2 longioribus glabris vel superne parce pilosis anthera sua, hinc longe decurrente, sesqui- vel duplo-longioribus.* ⊙. In iisdem cum priore locis. Jul. Aug. V. Thapsus Mey. chlor. hanov. p. 325. V. thapsiforme Schrad. monogr. 1. p. 21. D. fl. 2. p. 206. Floribus multo maioribus et explanatis ab antecedente statim dignoscitur. Occurrit floribus albis et spica, in speciminibus macris, pineta arenosa inhabitantibus, tomento tenuiore indutis, interrupta: V. cuspidatum Schrad. l. c. p. 23. t. 1. f. 1.

Sect. II. Folia breviter vel semidecurrentia.

a. Flores flavi, lana filamentorum alba.

3. V. PHLOMOIDES (L. sp. 253.) *foliis* crenatis tomentosis, tomento lutescente, superioribus *breviter vel semidecurrentibus*, racemo subsolitario, pedicellis florigeris calyce brevioribus, corollis rotatis, *filamentis albo-lanatis*, 2 *longioribus glabris vel superne parce pilosis anthera sua, hinc longe decurrente, sesqui- vel duplo-longioribus.* ⊙. In iisdem locis cum antecedentibus. D. fl. 2. p. 206. V. rugulosum Willd. en. 1. p. 224. Occurrit, sed raro, floribus albis. Porro: 1. fol. ellipticis breviter decurrentibus, racemo laxiore: V. phlomoides Schrad. monogr. p. 29.; 2. foliis ellipticis semidecurrentibus: V. australe Schrad. l. c. p. 28 t. 2; 3. foliis oblongo-lanceolatis breviter decurrentibus: V. nemorosum Schrad. l. c. p 32.; 4 foliis ellipticis breviter decurrentibus, racemo denso: V. condensatum Schrad. l. c. p. 31. — Ceterum haec species antecedenti simillima est, neque differt, nisi foliis breviter vel semidecurrentibus.

4. V. MONTANUM (Schrad. hort. gött. fasc. 2. p. 18. t. 2.) *foliis* crenatis tomentosis, tomento lutescente, superioribus *semidecurrentibus*, racemo subsolitario, floribus solitariis fasciculatisque, fasciculis 3-4 floris, *pedicellis florigeris calyce brevioribus*, corollis rotatis, *filamentis omnibus albo-lanatis*, 2 longioribus apice glabris *anthera* sua, hinc *breviter decurrente*, quadruplo brevioribus. ⊙. In collibus sylvaticis regionum calidiorum, (bisher blofs im untern Wallis; der Standort in d. Thälern d. Vogesen scheint mir zweifelhaft.) Jul. Aug. V. montanum Schrad. monogr. p. 33. D. fl. 2. p. 209. V. crassifolium Schleich. cat. 1815. Gaud. helv. 2. p. 119., non DC., (quod filamentis glabris praeditum est; conf. diagn. in Dub. bot. gall. p. 340. Simile V. phlomoidi, sed differt foliis inferioribus ovatis, subito in petiolum contractis, et fabrica staminum.

5. V. SPURIUM (Koch. suppl. z. d. fl. ined.) *foliis* crenatis *semidecurrentibus* tomentosis, tomento adpresso cano, *caule superne acute angulato*, pedicellis calycem aequantibus, *filamentis omnibus albo-lanatis*, *antheris* aequalibus filamentorum longiorum *non decurrentibus.* ⊙. In collibus incultis, (einmal in der Rheinpfalz gesammelt.) Jul. Aug. V. Thapso-Lychnitis M. et K. D. fl. 2. p 212., excl. syn. fl. lusitan. — Refert V. Lychnitidem, sed ab hoc differt foliis decurrentibus, tomento crassiore, floribus brevius pedicellatis, calycibus maioribus. Videtur proles hybrida ex V. Lychnitide et V. Schraderi.

6. V. RAMIGERUM (Schrad. monogr. p. 34. t. 4.) *foliis* crenatis breviter vel *semidecurrentibus* tomentosis, tomento adpresso canescente, *caule superne acute angulato*, racemorum fasciculis multifloris, *pedicellis florigeris calyce longioribus*, *filamentis omnibus albo-lanatis*, *antheris filamentorum longiorum hinc breviter decurrentibus.* ⊙. In locis incultis, pascuis, (hin u. wieder im Gebiete.) Jul. Aug. V. Thapsiformi-Lychnitis Schied. de plant. hybrid. p. 38 D. fl 2. 213. Valde simile antecedenti, sed floribus triplo maioribus, fere magnitudine florum V. Thapsi, et antheris in altero latere filamenti conspicue decurrentibus differt. Videtur hybridum ex V. Lychnitide et V. Thapso.

b. Flores flavi. Lana filamentorum dilutius vel saturatius violacea.

7. V. NOTHUM (Koch. suppl. z. d. fl. ined.) foliis crenatis breviter vel semidecurrentibus tomentosis, tomento luteo-cinerascente, superioribus longe cuspidatis, *caule tereti*, racemorum *fasciculis multifloris*, pedicellis florigeris calycem aequantibus, *filamentis omnibus dilute purpureo-lanatis, antheris filamentorum longiorum subdecurrentibus.* ⊙. In collibus incultis, ad vias, (bei Mainz in Gesellschaft von V. floccosum u. anderen Arten.) Jul. Aug. Intermedium quasi inter V. floccosum et Thapsum. Flores eius duplo maiores quam in V. floccoso, ceterum huic simile, si folia decurrentia et lanam filamentorum dilute violaceam excipias. Amicus b. Ziz. suspicabatur, hybridum esse ex V. Thapso et floccoso, sed huic opinioni obstat lana filamentorum violacea. An b. l. V. nigro-pulverulentum Sm. brit. 251.? at flores magni et panicula dense floccoso-pulverulenta nec cum V. nigro, nec cum pulverulento conveniunt.

8. V. COLLINUM (Schrad. monogr. verb. p. 35.) foliis crenatis semidecurrentibus tomentosis, tomento lutescente, superioribus oblongis acutis, *caule superne acute angulato*, racemi fasciculis subquinquefloris, pedicellis florigeris calycem aequantibus, *filamentis omnibus purpureo-lanatis, antheris* aequalibus *nullis decurrentibus.* ⊙. In nemorosis lapidosis, (im nördlichen Deutschland, in Hessen, bei Hessellohe oberhalb München, bei Altötting.) Jul. Aug. V. Thapso-nigrum Schied. d. plant. hybr. 32. D. fl. 2. p. 211. V. ambiguum Lej. rev. de la fl. d. spa. p. 229., ob flores multo minores, quam in V. nemoroso. — V. seminigrum Fries. hoc tempore comparare nequeo.

9. V. ADULTERINUM (Koch. suppl. z. d. fl. ined.) foliis crenatis breviter vel semidecurrentibus tomentosis, tomento subcanescente, superioribus cuspidatis, *caule superne acute angulato*, racemorum fasciculis 5-7 floris, pedicellis florigeris calycem aequantibus, *filamentis omnibus purpureo-lanatis, antheris filamentorum longiorum oblongis decurrentibus.* ⊙. In fluviorum glareis, pascuis, hinc inde. Jul. Aug. V. thapsiformi-nigrum Schied. d. plant. hybr. p. 36. D. fl. 2. p. 211. Flores speciosi, magnitudine florum V. phlomoidis. Videtur hybridum ex V. Thaspo et V. nigro.

10. V. SINUATUM (L. sp. 154.) *foliis* tomentosis, radicalibus caulinisque *inferioribus sinuatis*, superioribus crenatis breviter decurrentibus, racemis paniculatis, *filamentis* omnibus *purpureo-lanatis*, antheris aequalibus. ⊙. In aridis asperis, (Istrien, Biasol.) Jul. Aug. J.

d. Flores rubro-ferruginei, lana filamentorum violacea.

11. V. VERSIFLORUM (Schrad. monogr. verb. p. 36.) foliis crenatis breviter decurrentibus tomentosis, tomento canescente, *caule tereti*, racemis paniculatis, *fasciculis primariis 3-5 floris*, *pedicellis floriferis calyce sesqui-fructiferis subtriplo-longioribus*, *filamentis violaceo-lanatis*, antheris filamentorum longiorum subdecurrentibus. ⊙. In locis incultis, (bisher blofs bei Prag in Böhmen.) Jul. Aug. *Flores rubro-ferruginei.* Planta mihi e descriptione cl. Schraderi tantum nota. G.

Sect. III. Fo-

Sect. III. Folia non decurrentia. Flores fasciculati.

a. Flores flavi, (in varietate albi,) lana filamentorum alba.

12. V. SPECIOSUM (Schrad. hort. gött. fasc. 2. p. 22. t. 16.) *foliis integerrimis undulatis* tomentosis, *tomento persistente*, inferioribus oblongis acutis in petiolum attenuatis, *caulinis auriculato-cordatis sessilibus*, ramis angulatis, racemis paniculatis, filamentis albo-lanatis, antheris aequalibus. ⊙. In collibus herbidis, ad sylvarum oras, (in Unteröstreich, Host.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 214. — V. longifolium DC. fl. fr. suppl. 414. secund. Schrad. ad hoc referendum est. G.

13. V. FLOCCOSUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 81. t. 71.) *foliis* dense tomentosis, *tomento albo floccoso deciduo*, radicalibus oblongo-ellipticis in petiolum attenuatis, ceteris *sessilibus* obsolete crenatis, *superioribus longe acuminatis* semiamplexicaulibus, *caule ramisque teretibus*, racemis paniculatis patentibus, *filamentis albo-lanatis* ⊙. In collibus apricis, ad vias, (auf d. Rheinfläche von Basel bis Coblenz hin u. wieder; sodann im Littorale, um Triest überall, Kützing.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 215. V. pulverulentum Smith. brit. 251. et plurim. auct. — Pedicelli et calyces ante anthesin in tomentum niveum floccosum absconditi.

14. V. PULVERULENTUM (Vill. delph. 2. p. 490., secundum Schrad. in monog. verb. 2. p. 17.) *foliis* crenatis *supra tenue-subtus densius tomentosis*, tomento canescente, inferioribus oblongo-ellipticis in petiolum decurrentibus, ceteris *sessilibus*, superioribus acuminatis, caule superne *ramisque obtuse angulatis*, *racemis* paniculatis *patentibus*, *filamentis albo-lanatis*. ⊙. In collibus et ad vias, (bisher blofs im Elsafs u. in d. Gegend v. Mainz.) Jul. Aug. Amicus Ziz., hoc hybridum ex V. floccoso et Lychnitide ortum esse, censebat.

15. V. LYCHNITIS (L. sp. 235.) *foliis* crenatis *supra glabriusculis subtus pulverulento-tomentosis* canescentibus, inferioribus elliptico-oblongis in petiolum attenuatis, ceteris inferioribus brevius petiolatis, *superioribus sessilibus* ovatis acuminatis, *ramis erecto-patulis pyramidato-paniculatis argute angulatis*, *filamentis albo-lanatis*. ⊙. In collibus incultis, locis sylvaticis lapidosis, ad ripas. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 216. Variat:

β. *album*, floribus albis: V. Lychnitis β. Schrad. monogr. 2. p. 18. V. album Mill. dict. n. 3. Moench. meth. p. 447.

b. Flores flavi, lana filamentorum purpurea.

16. V. SCHOTTIANUM (Schrad. monogr. verb. p. 13. t. 3. f. 2.) *foliis crenatis utrinque*-supra tenuius-subtus densius *tomentosis*, *radicalibus ovali-oblongis* acutiusculis *petiolatis*, *caulinis* intermediis oblongis acutis *sessilibus*, superioribus ovatis acuminatis subcordatis semiamplexicaulibus, caule superne angulato *ramis paniculatis*, pedicellis calyce duplo longioribus, *filamentis purpureo-lanatis*. ⊙. In collibus incultis, ad vias rarius, (Oestreich, Schott; Guebwiller im Elsafs, Mühlenb.; Coblenz, Wirtgen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 217. Specimen authenticum huius plantae nondum vidi, sed

illud, quod benignitati Dr. Wirtgenii debeo, cum descriptione in monogr. cl. Schraderi bene convenit, atque a Verbasco nigro-Lychnitide Schied. floribus maioribus et foliis utrinque tomentosis differre videtur; hoc ad varietates V. nigri nunc refero.

17. V. NIGRUM (L. sp. 253.) *foliis* crenatis supra glabriusculis subtus tenuiter tomentosis, caulinis *inferioribus* oblongo-ovatis basi *cordatis* longe petiolatis, superioribus ovato-oblongis subsessilibus, *caule superne acute angulato*, *racemo elongato*, pedicellis calyce duplo longioribus, *filamentis purpureo-lanatis.* ⊙. In montosis sylvaticis, ad vias. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 219. Variat:

β. *thyrsoideum*, foliis densius tomentosis: V. Alopecuros Thuill. par. p. 110. V. thyrsoideum Host. fl. a. p. 289. V. parisiense Thuill. l. c.; hoc floribus duplo minoribus praeditum.

γ. *ovatum*, foliis infimis ovatis vel ovato-oblongis, in petiolum contractis sed vix cordatis: V. nigro-Lychnitis Schied. d. pl. hybr. p. 40. D. fl. 2. p. 218.

18. V. ORIENTALE (MBieb. fl. taur. cauc. 1. 160. 3. 154.) *foliis* crenatis supra subglabris subtus tenuiter tomentosis, inferioribus ovato-oblongis *in petiolum contractis vel leviter cordatis*, intermediis ovatis breviter petiolatis, superioribus sessilibus subcordatis, *ramis paniculatis cauleque subteretibus*, pedicellis, calyce sesquilongioribus, *filamentis purpureo-lanatis.* ⊙. In collibus incultis lapidosis, ad vias, (Böhmen, Mähren, Oestreich, südl. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 218. Folia basi profundius crenata. Variat foliis subtus minus tomentosis: V. austriacum Schrad. monogr. p. 22. et

β. *Chaixi*, foliis basi sublyrato-incisis: V. Chaixi Vill. delph. 2. p. 491. t. 13., mala. V. gallicum Willd. sp. 1. p. 1005. G.

19. V. LANATUM (Schrad. monogr. 2. p. 28.) *foliis* subtus lanato-tomentosis, inferioribus mediisque oblongis petiolatis *subsinuato-duplicato-crenatis*, superioribus oblongo-ovatis sessilibus acute crenatis, *caule superne angulato*, *racemo simplici*, pedicellis calyce duplo longioribus, *filamentis purpureo-lanatis.* ⊙. In montosis, (Krain, Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 220. Nondum vidi. G.

c. Flores ferruginei.

20. V. RUBIGINOSUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 216. t. 197.) foliis crenatis subtus pubescentibus, inferioribus oblongis obtusis petiolatis, caulinis oblongo-ovatis acutiusculis sessilibus, superioribus ovatis acutis subcordatis semiamplexicaulibus, *racemis paniculatis*, *pedicellis calyce multoties longioribus*, filamentis purpureo-lanatis. ⊙. In campis, (von Herrn Doct. C. H. Schultz bei Berg, eine Stunde von München auf d. rechten Isarufer, in wenigen Exemplaren gefunden, auch über Montreux am Genfersee, nach Gaud.) Jun. Jul. V. Pseudo-Blattaria Schleich. pl. exsicc. V. blattarioides β. Gaud. helv. 2. p. 127. Flores extus rubro ferruginei, intus flavo-ferruginei, versus tubum violaceo-maculati. — V. virgatum Schleich. exs., V. blattarioides Gaud. helv. 2. 127. var. α., non nisi in imperfecto specimine vidi, sed multo magis

cum V. rubiginoso convenit, quam cum V. blattarioide Lam., pedicellis, calyce brevioribus, et spicis glanduloso-pilosis valde diverso.

Sect. IV. Folia non decurrentia. Flores solitarii vel gemini.

21. V. PHOENICEUM (L. sp. 254.) *foliis* subtus pubescentibus, *radicalibus petiolatis ovatis oblongisve crenatis*, caulinis mediis et superioribus multo minoribus minute crenatis sessilibus, *racemo glanduloso-piloso*, pedicellis solitariis bractea multo longioribus, antheris omnibus aequalibus non decurrentibus. ⊙. In collibus incultis apricis, (von Krain nach Oestr., Mähr., Schles. u. Böhm., Sachs. u. Thüring. bis Magdeburg.) Jun. Jul. D. fl. 2. 220. Jacq. a. t. 125. Flores speciosi, intense violacei, tubo flavescente. G.

22. V. BLATTARIA (L. sp. 254.) *foliis* glabris, inferioribus *obovato-oblongis basi attenuatis sinuatis*, caulinis oblongis acutis crenatis sessilibus, superioribus subcordatis acuminatis semiamplexicaulibus, *racemo glanduloso-piloso*, pedicellis solitariis bractea sesqui- vel duplo-longioribus. ⊙. In glareosis humidis, ad vias. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 221. Flores flavi, basi intus violaceo-barbati. Filamenta violaceo-lanata. Variat raro floribus albis.

2. SCROPHULARIA (L. gen. n. 756.) Cor. subglobosa, limbo minuto, 5 lobo, lobo inferiore reflexo. Stam. 4, didynama, saepe cum rudimento filamenti quinti.

Sect. I. PANICULATAE. Flores in racemis terminalibus oblongis, e ramis dichotomis compositis.

a. Sub labio superiore appendicula subrotunda, vel reniformis, vel transverse oblonga, e rudimento filamenti quinti sterilis orta.

1. S. NODOSA (L. sp. 863.) *foliis* ovato-oblongis ovatisve subcordatis *glabris duplicato-serratis*, *serraturis inferioribus longioribus acutioribusque*, caule argute quadrangulari, petiolis exalatis, panicula terminali, laciniis calycis ovatis obtusis angustissime membranaceo-marginatis, rudimento filamenti quinti transverse oblongo obsolete emarginato. ♃. In sylvis humidis, ad fossas, ripas, pratorum dumeta. Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 404. St. h. 23. Flores triste olivacei, dorso brunnei, raro ubique virentes.

2. S. AQUATICA (L. sp. 864) *foliis ovato-oblongis ovatisve subcordatis glabris serratis*, *serraturis inferioribus minoribus*, *caule petiolisque lato-alatis*, panicula terminali, laciniis calycis subrotundis obtutissimis lato-membranaceo-marginatis, *rudimento* filamenti quinti *bifido*, laciniis divaricatis. ♃. Ad rivulos, piscinas fossasque, et in aqua ipsa. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 405. St. h. 23. Flores dorso purpureo-fusci et minus triste colorati, quam antecedentis.

3. S. BALBISII (Hornem. hort. hafn. 2. 577.) *foliis cordato-oblongis* rotundato-obtusis *glabris obtuse crenatis* ad basin saepe foliolo minuto utrinque auriculatis, *caule petiolisque lato-alatis*, panicula terminali, calycis laciniis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis, *rudimento* filamenti quinti subrotundo-

reniformi *vix emarginato*. ♃. In paludosis, (bei Achen, Hornung; im Elsafs, Kirschleger.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 406. Flores maiores, quam antecedentium, toti purpureo-fusci, basi tantum virides. G.

4. S. Scopolii (Hopp. cent., Pers. syn. 2. p. 160.) *foliis* ovato-oblongis ovatisve subcordatis *utrinque pubescentibus* duplicato-crenatis, caule petiolisque villosis, *panicula terminali*, calycis laciniis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis. ⊙. In sylvis montanis, (Schles., Mähr., Kärntb., Krain.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 406. S. glandulosa W. et Kit. pl. r. h. t. 214. S. auriculata Scop. carn. 1. p. 446. t. 31., non Linn. S. Scorodonia Host. fl. a. 2. p. 204., non Linn. G.

5. S. laciniata (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 185. t. 170.) *foliis* glabris lobato-incisis *basi pinnatifidis pinnatisve*, lobis pinnisque inaequaliter dentatis, panicula terminali glandulosa, glandulis breviter petiolatis, calycis laciniis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis, *rudimento* filamenti quinti *subrotundo-reniformi*. ♃. In rupibus et ad muros, (bei Fiume in Menge.) April. Mai. D. fl. 2. p. 407. S. lucida MBieb. taur. cauc. 2. p. 77., non L. — Specimen Kitaibelianum, in collect. Willd. sub. n. 11367. asservatum, comparavi. J.

b. Appendicula sub labio superiore angusta, lineari aut lanceolata, acuta, aut nulla.

6. S. canina (Linn. sp. 2. 865.) *foliis glabris pinnatis*, pinnis inaequaliter et inciso-dentatis, panicula terminali-glandulosa, glandulis subsessilibus, calycis laciniis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis, *rudimento* filamenti quinti *lanceolato acuto nullove*, *tubo corollae labium superius ter superante*. ♃. In locis montosis et in arenosis ad lacuum ripas, inque fluviorum glareis, (in d. Schweiz an vielen Orten, längs dem Rheine auf Kies, von d. Schweiz bis Rastatt; im südl. Tyr., Krain u. d. Litt.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 408. Reichenb. ic. f. 970. S. canina Wydl. ess. monogr. p. 44., excl. var. γ. et δ. S. atropurpurea Morett. in bibl. ital. sec. Wydl. — S. chrysanthemifolia M. Bieberst. taur. cauc. 2. p. 78., secund. specimina authentica in collect. Willd. nulla nota ab hac differt. — Cor. minuta violaceo-rubra, laciniis lateralibus albidis, infima albido-marginata. Variat laciniis superioribus albido-marginatis et lateralibus totis albis. — Flores non omnino sessiles, quales a Linnaeo dicuntur, multo tamen brevius pedicellati, quam in sequente. Alioquin hanc „floribus sessilibus" definire non potuisset.

7. S. Hoppii (Koch. in deutschl. fl. 2. p. 410.) *foliis glabris pinnatis* bipinnatisque, laciniis incisis dentatisque, panicula terminali glanduloso-pilosa, pilis diametrum transversalem pedicellorum subaequantibus, laciniis calycis subrotundis obtusissimis lato-membranaceo-marginatis, *rudimento* filamenti quinti *lanceolata acuto nullove*, *labio corollae superiore tubum dimidium superante*. ⊙. In vallibus alpinis; in montes humiliores australes descendens, (a. d. Nanas in Krain; im Bodenthale u. auf d. Loibl in Kärnthen; auf d. Schlehern, im südl. Tyrol, auf d. Jura in d. Schweiz.)

Jul. Aug. S. canina Hopp. cent. 4. S. canina Sieb. herb. fl. a. n. 195. S. canina var. β. et γ. DC. fl. fr. 2. p. 582. Wydl p. 45. var. γ. et δ. Calyx duplo maior, quam antecedentis. Pedicellus capsulam plerumque aequat.

Sect. II. Flores axillares; pedunculi pluriflori, corymbosi, vel 1-2 flori.

8. S. VERNALIS (L. sp. 864.) foliis cordatis duplicato crenatis pubescentibus, *caule petiolisque villosis*, pedunculis axillaribus 3-7 floris, floribus corymboso-congestis, *laciniis calycis oblongis* acutiusculis *immarginatis* apice recurvis. ⊙. In locis humidis inter dumeta, ad sepes et vias, (Holstein, Schlesien, Böhmen, Dresden u. bei Bischoffszell, Steyermark im Peltenthale u. am Fufse d. Berges Chemin in d. Schw.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 411. St. h. 23. S. vernalis et latifolia Host. fl. a. 2. p. 205. 206. Flores flavi in colorem virescentem vergentes.

9. S. PEREGRINA (L. sp. 866.) *foliis* cordatis grosse subduplicato-crenato-serratis, *glabris* nitidis, superioribus alternis, pedunculis axillaribus paucifloris, *laciniis calycis ovato-lanceolatis acuminatis immarginatis*. ♃. In locis cultis et ruderatis, (Istrien u. auf d. Inseln.) April. Mai. D. fl. 2. p. 412. Flores obscure sanguinei. J.

Ord. LXXXIII. ANTIRRHINEAE. Juss. gen. 118. Dub. bot gall. p. 342. Personatae DC. fl. fr. 3. p. 573. Scrophularinearum gen. R. Brown.

Cal. divisus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, irregularis vel inaequalis, decidua*, aestivatione imbricata. *Stam. 4, didynama vel 2, corollae inserta; antherae basi exappendiculatae.* Ovarium liberum, biloculare, multiovulatum, placentis in medio dissepimenti adnatis. Styl. 1. Stigma integrum vel bilobum. Fructus capsularis vel baccatus. *Embryo albumini* carnoso *inclusus, rectus* radicula hilum spectante. Folia, saltem inferiora, opposita.

1. GRATÍOLA (L. gen. n. 29.) Cal. 5 partitus. Cor. labium superius bifidum, inferius trifidum. Stam. 4, 5, tubo inserta, quorum 2 fertilia. Antherae pendulae, birimosae. Stigma bilamellatum.

1. G. OFFICINALIS (L. sp. 24.) foliis sessilibus lanceolatis trinerviis serrulatis basi integerrimis, pedunculis axillaribus 1 floris. ♃. In pratis humidis, ad ripas, (stellenweise durch d. ganze Gebiet.) D. fl. 1. 340. Schk. t. 2.

2. DIGITÁLIS (L. gen. n. 758.) Cal. 5 partitus. Cor. campanulata, limbo obliquo, 4 fido, lacinia superiore emarginata. Stam. 4, didynama, in fundo corollae inserta: antherarum sacculi divaricati, hinc anthera transverse dehiscens. Caps. marginibus valvularum inflexis bilocularis, placenta superne libera.

1. D. PURPUREA (L. sp. 866.) *foliis* ovato-lanceolatis crenatis *subtus caule pedunculisque tomentosis*, inferioribus in petiolum angustatis, laciniis calycis ovato-lanceolatis breviter acuminatis trinerviis pubescentibus, *corolla ampliato-campanulata extus glaberrima*, labio superiore obtusissimo retuso vel leviter emarginato, laciniis labii inferioris breviter ovatis rotundatis. ⊙. In montosis asperis sylvaticis, (von d. nördlichen Grenze d. Schweiz durch d. Vogesen u. d. Gebirge auf d. linken Rheinufer bis nach d. Eifel, auf d. rechten durch d. Schwarz- u. Odenwald, Hessen bis Westphalen u. bis zum Harze u. durch d. ganzen Thüringer Wald.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 414. St. h. 11. Flores purpurei, raro carnei vel albi, intus punctis intense purpureis albo-marginatis adspersi.

2. D. PURPURASCENS (Roth. cat. bot. 2. p. 62.) foliis oblongo-lanceolatis serratis glabris subtus in nervis pubescentibus, inferioribus in petiolum angustatis, superioribus basi ovata sessilibus, *laciniis calycis* oblongo-lanceolatis acuminatis *trinerviis* margine pedunculis cauleque superne glanduloso-pubescentibus, *corolla tubuloso-campanulata extus glaberrima*, labio superiore obtuso emarginato, laciniis labii inferioris ovatis, lateralibus acutiusculis, *intermedio obtusissimo corolla multo breviore.* ⊙. In montibus porphyriis Palat. ad Rhenum, (in der Gegend von Kusel im baierischen Rheinkreise u. auf den einige Stunden davon entfernten Gebirgen der Nahe; nach Lejeune auch bei Lüttich u. Malmedy.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 415. Reichenb. ic. 2. f. 284. D. longiflora Lej. rev. d. la fl. d. spa. p. 126. D. purpureo-lutea Mey. chlor. hanov. p. 324. D. lutea γ. hybrida Lindl. monog. dig. 24. — Digitalis purpurascens Lej. est varietas parviflora D. purpureae. Fortasse hybrida e D. purpurea et D. lutea, sed in locis memoratis saepe solitarie crescit, neque inter affines, seminibusque propagatur. Corolla flava, colore dilute purpureo fucata, rarius tota purpurea; intus pallida, ventre punctis purpureis plus minusve adspersa. G.

3. D. GRANDIFLORA (Lam. fl. fr. 2. p. 332.) *foliis* oblongo-lanceolatis serratis ciliatis *pubescentibus*, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi ovata semiamplexicaulibus, laciniis calycis lanceolatis acutis, pedunculis cauleque superne glanduloso-pilosis, *corolla ampliato-campanulata glanduloso-pubescente*, labio superiore obtusissimo emarginato vel subdenticulato, laciniis labii inferioris triangularibus, *intermedio duplo latiore acuto obtusove corolla multo breviore.* ♃. In rupestribus et lapidosis montium; in subalpina adscendens. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 416. D. ambigua Murr. prod. fl. goett. 62. D. ochroleuca Jacq. a. t. 75. D. lutea Poll. pal. 2. p. 199. Corolla luteo-sulphurea, interne lineis fuscis reticulato-nebulosa. Variat:

α. *acutiflora*, laciniis labii inferioris acutis: D. ambigua St. h. 11. D. ochroleuca Lindl. monogr. t. 8. D. grandiflora Reichenb. ic. 2. t. 189.

β. *obtusiflora*, laciniis labii inferioris obtusis: D. ambigua Lindl. l. c. t. 7. D. ochroleuca Reichenb. ic. 2. t. 290.

4. D. MEDIA (Roth. catal. bot. 2. p. 60.) *foliis* oblongo-lanceolatis serratis *glabris ciliatis*, inferioribus in petiolum attenuatis,

superioribus basi ovata sessilibus, calycis laciniis lanceolatis uninerviis acutis margine pedunculis cauleque superne glanduloso-pubescentibus, *corolla tubuloso-campanulata extus glanduloso-pubescente*, labio superiore obtuso emarginato, lobulis acutis, laciniis lateralibus labii inferioris triangularibus acutis, *intermedio ovato obtuso corolla multo breviore.* ⊙. In montosis sylvaticis, (auf d. Porphyrgebirgen d. Rheinpfalz, bei Kusel u. Niederalben selten; in d. Thälern d. Jura, ebenf. selten.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 417. Reichenb. ic. 2. f. 281. D. intermedia Pers. syn. 2. 167. D. ambiguo-lutea Mey. chlor. hanov. p. 325. Differt a sequente D lutea corollis maioribus latioribus intus in ventre obsolete brunneo-reticulatis et ad insertionem staminum utrinque fascia lata ferruginea pictis. Hybrida censetur e Digitali grandiflora et D. lutea.

5. D. LUTEA (L. sp. 867.) foliis oblongo-lanceolatis serratis glabris vel basi subciliatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi ovata sessilibus, *caule pedunculisque glabris*, laciniis calycis lanceolatis uninerviis acutis margine glanduloso-pubescentibus, *corolla tubulosa extus glabra*, labio superiore acute emarginato, lobulis acutis, laciniis labii inferioris ovatis, lateralibus acutis, *intermedio* acutiusculo vel obtuso, *corolla multo breviore.* ⊙. In collibus et montosis asperis, (Schweiz; südl. Tyr., Oberschwaben, Schwarzw., Odenw. u. vom Elsafs durch d. Geb. d. Rheinpfalz bis nach Luxemb. u. Lüttich) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 418. Reichenb. ic. 2. f. 280.

6. D. FUSCESCENS (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 304 t. 274.) foliis oblongo-lanceolatis remote denticulatis glabris ciliatis, inferioribus in petiolum attenuatis, superioribus basi ovata amplexicaulibus, laciniis calycis oblongo-lanceolatis acutis *pedunculis cauleque superne lanato-villosis*, corolla campanulata glanduloso-pubescente, labio superiore obtuso emarginato, laciniis lateralibus labii inferioris triangularibus, *intermedio* ovato breviter acuminato *tertiam corollae partem aequante.* ⊙. In montosis reg. calid., (bei Fiume, Bartling.) D. fl. 4. p. 419. Reichenb. ic. 2. f. 288. D. lanato- (laevigato-) ambigua Mey. chlor. hanov. Corolla ochracea intus reti rubro-fusco extus transparente picta. — Cl. Mey. hanc plantam hybridam e D. lanata vel D. laevigata, quam posteriorem tanquam speciem ab illa non separat, et e D. grandiflora ortam esse, existimat. J.

7. D. LAEVIGATA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 171. t. 158.) foliis lanceolatis remote denticulatis integerrimisque cauleque glabris, laciniis *calycis lanceolatis acuminatis* margine corollaque glanduloso-pubescentibus, corolla breviter campanulata pone labium inferius gibba, *lacinia intermedia labii inferioris corollam fere aequante ovata acuminata.* ⊙. In collibus lapidosis reg. calid., (Innerkrain u. bei Fiume.) Jul. D. fl. 4. p. 420. Corolla ochracea, venis fuscis striata et reticulata, labio inferiore albo, venis aquose virescentibus notato. G.

8. D. FERRUGINEA (L. sp. 2. 867.) foliis lanceolatis remote denticulatis subciliatis, *calycis laciniis* oblongo-ovatis *rotundato-obtusis margine lato-membranaceo cinctis*, corolla breviter campa-

nulata, pone labium inferius gibba, *lacinia media labii inferioris corollam subaequante ovata rotundato-obtusa.* ⊙. In locis saxosis, (im wärmern Krain u. im Littorale, Host.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 422. Reichenb. ic. 2. f. 286. Corolla ochracea, intus ferrugineo-in labio inferiore fusco-purpureo-reticulata.

D. LUTESCENS Lindl. monogr. t. 21., secundum cl. Mey., chlor. bor. p. 324., eadem planta est, ac D. fucata Ehrh. beitr. 7. 151. et hybrida e D. purpurea et D. grandiflora. Hanc nondum vidi. G.

3. ANTÍRRHINUM (L. gen. n. 750., excl. specieb.) Cal. 5 partitus. Cor. basi gibba, bilabiata, labio inferiore trifido, in medio inflato-prominente et faucem claudente; superiore bifido vel bipartito. Stam. 4, didynama. Capsula apice foraminibus 3 dehiscens.

1. A. MAIUS (L. sp. 859., excl. var. α.) foliis oppositis alternisve lanceolatis glabris, floribus racemosis, *foliolis calycinis* ovatis obtusis, *corolla multo brevioribus*, labio corollae superiore bipartito. ♃. In muris vetustis et fluviorum glareis, (Istrien, Oestreich, Böhmen u. Schlesien, in d. westlichen Schw., u. v. da auf allen alten Mauern u. Kirchen von Basel bis an die Niederlande, aber nur längs dem Rheine hin.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 384. Corolla sesquipollicaris, purpurea vel alba, maculis 2 flavis in palato, (in prominentia labii inferioris, quae palatum dicitur.) — A. maius α. L. sp. 859., A. latifolium Mill. dict. 4., in Littorali austriaco fortasse quaerendum, differt: tota planta a basi dense pilis glanduliferis tecta; folia, etiam superiora, lata, ovalia vel ovali-lanceolata; flores flavi, palato saturatiore, quandoque purpureo-striati; labium superius brevius, neque ad medium usque bifidum.

2. A. ORONTIUM (L. sp. 860.) foliis oppositis alternisve lanceolatis, floribus remotis, *laciniis calycis* lanceolatis *corolla longioribus.* ⊙. In cultis et ruderatis. Jul.-autum. D. fl. 4. p. 385. St. h. 27. Flores purpurei, raro albi.

4. LINARIA (Tournef. Mill. dict.) Cal. 5 partitus. Cor. basi calcarata, bilabiata; labio inferiore trifido, in medio inflato-prominente, faucem plus minusve claudente; superiore bifido vel bipartito. Stam. 4, didynama. Caps. apice in valvulas 2 dehiscens, remanente, arcu stylifero, dissepimentum tegente; valvulae integrae vel trifidae.

Sect. I. CYMBALARIA. Caules a basi divisi in ramos flagelliformes filiformes prostratos. Folia lata, subrotunda, ovata vel hastata, omnia, etiam suprema, conspicue petiolata. Pedunculi tenues, elongati, solitarii in axillis foliorum a basi caulis ad apicem usque. Faux palato non penitus clausa.

1. L. CYMBALARIA (Mill. dict. n. 17.) *foliis* cordato-subrotundis *quinquelobis* glabris. ♃. In muris vetustis, praecipue vinearum; hinc inde, sed rarius, in rupium fissuris, (südl. D. u. Schw., seltner im nördl. D.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 386. St. h. 70. Antirrhinum Cymbalaria L. sp. 851. Cymbalaria muralis Fl. wett. 2. 397. Cor. dilute violacea, palato albo, gibbis 2 vitellinis.

2. L. ELATINE (Mill. l. c. n. 16.) *foliis* sparsis *ovato-hastatis*, inferioribus ovatis, caulibus prostratis, *calcare recto*, pedunculis glabris. ⊙. In agris solo argillaceo et calcareo. Jul.-autumn. D. fl. 4. p. 387. St. h. 70. Antirrhinum Elatine L. sp. 821. Cor. albida, labio superiore intus violaceo, inferiore sulphureo.

3. L. COMMUTATA (Bernhard. ap. Reichenb. fl. exc. p. 373.) *foliis* sparsis *hastatis*, infimis obovatis, caulibus prostratis, *calcare subuncinato*, pedunculis glabris. ⊙. In agris Istriae. Aug. Sept. D. fl. 4. p. 388. Corolla duplo maior, quam in antecedente. J.

4. L. SPURIA (Mill. dict. n. 15.) *foliis* sparsis *subrotundo-ovatis integerrimis*, caulibus prostratis, calcare arcuato, pedunculis villosis. ⊙. In agris solo calcareo et lutoso. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 389. St. h. 70. Antirrhinum spurium L. sp. 851.

Sect. II. CHAENORRHINUM DC. fl. fr. 5. p. 140. Flores solitarii in foliorum axillis, racemos foliatos valde laxos formantes; folia lanceolata vel elliptica, interiora plus minusve conspicue petiolata, superiora sessilia. Faux plerumque palato non penitus clausa.

5. L. MINOR (Desfont. atl. 2. 46.) *tota glanduloso-pilosa*, foliis lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis linearibus, floribus solitariis axillaribus subracemosis, *pedunculis calyce triplo longioribus*, *laciniis labii superioris divaricatis*, seminibus oblongis sulcatis. ⊙. In agris et locis cultis. Jul.-autumn. D. fl. 4. p. 389. St. h. 70. L. viscida Moench. meth. 524. Antirrhinum minus L. sp. 852. Cor. dilute violacea, labiis ochroleucis.

6. L. LITTORALIS (Bernhard. ap. Spreng. syst. veg. 2. 793.) *tota glanduloso-pilosa*, foliis lanceolatis obtusis in petiolum attenuatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis angustioribus, floribus solitariis axillaribus subracemosis, *pedunculis calycem aequantibus*, *laciniis labii superioris sinu clauso parallelis*, seminibus oblongis sulcatis. ⊙. In litore maris Istriae. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 390. St. h. 70. Flores antecedente paulo maiores, laetius violacei. J.

Sect. III. LINARIASTRUM DC. Caulis ramique racemo vel spica terminati. Folia sessilia vel infima tantum in petiolum brevem attenuata. Faux arcte clausa. — Praeter caules primarios florigeros non raro occurrunt alii tenues, debiles, filiformes, steriles, foliis, brevioribus et latioribus, quam cetera, densius obsiti, quod non solum in speciebus perennibus, sed in annuis etiam observatur.

a. Folia infima opposita vel verticillata.

7. L. TRIPHYLLA (Mill. dict. n. 2.) *glabra*, *foliis ternatis* sessilibus *ovali-oblongis* nervosis, *floribus dense spicatis*, calycis laciniis oblongis acutiusculis obsolete trinerviis inaequalibus capsula subrotunda emarginata longioribus, *seminibus* oblique ovatis *trigonis* foveolato-rugosis. ⊙. In locis cultis Istriae, Host. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 391. Antirrhinum triphyllum L. sp. 852. Bocc. sic. t. 22. Flores ochroleuci, palato vitellino, calcare violaceo. J.

8. L. ALPINA (Mill. dict. n. 5.) glaberrima, *foliis quaternis*, lineari-oblongis basi attenuatis, racemis ovatis brevibus, *calycis laciniis* lanceolatis acutis *capsula* obovata apice integra *brevioribus*,

seminibus planis *ala* orbiculari *cinctis* glabris. ⊙. In locis lapidosis et glareis alpium, cum fluviis in convalles et planities, alpes comitantes, descendens. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 392. St. h. 51. Antirrhinum alpinum L. sp. 856. Corolla caerulea, gibbis palati croceis.

9. L. PELISSERIANA (Mill. dict. n. 11.) *tota glabra*, *foliis linearibus* basi apiceque attenuatis, *inferioribus quaternis*, caulium sterilium ellipticis, *racemis* pedunculatis *capitatis* serius elongatis, *calycis laciniis* e basi latiore attenuatis acutissimis *capsula duplo longioribus seminibus* .... ⊙. In locis lapidosis incultis Istriae. Mai. Jun. D. fl. 4. p. 395. Antirrhinum pelisserianum L. sp. 2. 855. Cor. dilute caerulea venis saturatioribus, palato albo, striis caerulescentibus; calcar corolla dimidio brevius. Variat floribus paulo maioribus et calcare longitudine corollae: Antirrhinum gracile Pers. syn. 2. 156., secund. Salzmann. J.

10. L. ARVENSIS (Desfontain. atl. 2. 45.) glabra, *calycibus pedicellisque glanduloso-pilosis*, *foliis* linearibus basi apiceque attenuatis, *inferioribus quaternis*, *racemis pedunculatis capitatis* serius elongatis, laciniis calycis linearibus obtusiusculis, inferioribus capsula obovata integra brevioribus, *seminibus* planis ala lata orbiculari cinctis *glabris* ⊙. In agris et campis arenosis, (Rheingegenden bis nach d. Niederlanden, sodann im mittlern u. nördlichen D.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 393. St. h. 70. L. arvensis α. Desf. atl. 2. 45. Antirrhinum arvense α. L. sp. 2. 855. A. arvense Willd. sp. 3. 244. Cor. parva, dilute caerulea, striis saturatioribus, palatum albidum rete subtili violaceo. G.

11. L. SIMPLEX (DeCand. fl. fr. 3. p. 588.) glabra, calycibus pedicellisque glanduloso-pilosis, *foliis* linearibus basi apiceque attenuatis, *infimis quaternis*, *racemis pedunculatis capitatis* serius elongatis, calycis laciniis obtusiusculis, inferioribus capsula obovata integra brevioribus, *seminibus* planis ala lata cinctis medio *tuberculato-scabris*. ⊙. In agris, (bei Lüttich, Lej.) D. fl. 4. p. 394. St. h. 70. Antirrhinum simplex Willd. sp. pl. 3. 243. A. parviflorum Jacq. ic. rar. 499. A. arvense β. L. sp. 555. Cor. dilute flava, striis tenuibus violaceis, labium inferius et palatum vitellina, concolora. G.

12. L. STRIATA (DeCand. fl. fr. 3. p. 586.) *tota glabra, fol. anguste lanceolatis linearibusque* uninerviis vel obsolete trinerviis acutis, *inferioribus verticillatis*, superioribus sparsis, racemis laxis, *calycis laciniis* lanceolatis acutis *capsula brevioribus*, *seminibus* ovatis *trigonis* apteris rugis anastomosantibus impresso-punctatis, angulis acutis impunctatis. ♃. In locis apricis, (im Lüttichischen bei Mastricht, Lej.; im Oberelsafs bei Siegolsheim, im St. Amarinthale bei Wesserling, Wildenstein, Geishausen; im Cant. Waadt.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 401. Reichenb. ic. f. 610. L. decumbens Moench. meth. 523. Antirrhinum striatum et A. galioides Lam. dict. 2. p. 351. A. repens Sm. brit. p. 658. A. monspessulanum et A. repens L. sp. 854. Cor. cinerascenti-alba vel caerulescens, striis violaceis; color in planta culta variat.

13. L. CHALEPENSIS (Mill. dict. n. 12.) *glaberrima, foliis* lineari - lanceolatis acutis obsolete trinerviis, *infimis verticillatis,* racemis elongatis laxis flexuosis, *laciniis calycis* linearibus acutis patentibus, *capsula* subrotunda compressa emarginata *duplo longioribus, seminibus* ovatis *trigonis* transverse foveolato - rugosis. ⊙. In locis lapidosis reg. calid., (Insel Veglia u. Cherso.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 395. L. alba Moench. meth. 524. Antirrhinum chalepense L. sp. 859. Cor. alba, quandoque obsolete caeruleo-striata, labiis ochroleucis.

b. Folia alterna vel absque ordine sparsa.

14. L. LOESELII (Schweigger. im königsb. arch. 1. p. 228.) *glaberrima, foliis* lineari - lanceolatis longe attenuatis obsolete trinerviis *alternis remotis,* racemis laxis, calycis laciniis oblongo - lanceolatis breviter acuminatis obsolete nervosis capsula brevioribus, *seminibus* planis *ala reniformi cinctis glabris.* ♃. In arenosis maritimis, (Kurische Nehrung in Preussen, bei Heubude, nahe bei Danzig, in Pommern.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 396. L. maritima Reichenb. fl. exc. p. 375. L. juncea Reichenb. ic. 5. f. 612. 613. Antirrhinum odoratum MBieb. taur. cauc. 2. p. 76. A. odoratissimum Güldenst. it. 1. 111.; atque verosimile: A. linifolium L. sp. 858. Flores sulphurei, calcare leviter purpurascente.

15. L. ITALICA (Trev. act. leopold. car. 13. p. 188.) *tota glabra, foliis* lineari - lanceolatis trinerviis acutis *alternis sparsisve,* floribus racemosis, laciniis calycis oblongo - lanceolatis breviter acuminatis enerviis capsula brevioribus, *seminibus* planis *ala* orbiculari *cinctis medio tuberculato - scabris.* ♃. In locis incultis asperis, (im Wallis; südl. Tyrol, u. bei Marburg in Steyermark.) Jul. - Sept. D. fl. 4. p. 397. Reichenb. ic. 5. f. 608. L. genistifolia DC. fl. fr. 3. p. 591. L. angustifolia Reichenb. fl. exc. p. 375. L. paniculata bot. ztg. 12. 1. beil. p. 30. L. linifolia Roch, bann. p. 60. f. 47. Antirrhinum genistifolium Vill. delph. 2. 439. A. Bauhini Gaud. helv. 4. p. 154. Cor. citrina.

16. GENISTIFOLIA (Mill. dict. n. 14.) *tota glabra, foliis* lanceolatis vel lineari - lanceolatis trinerviis *acuminatis alternis* sparsisve, racemis laxis, laciniis calycis e latiore basi attenuato - acutis capsula longioribus, *seminibus ovatis trigonis* apteris rugulis tenuibus anastomosantibus impresso - punctatis, angulis acutis impunctatis. ♃. In collibus apricis, (Oestreich, Mähren, Böhmen, Erzgeb.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 399., non DC. Reichenb. ic. 5. f. 626. Antirrhinum genistifolium L. sp. 858. Cor. citrina. Variat foliis latioribus, ovato - lanceolatis: Jacq. a. t. 244.; atque foliis latioribus floribusque maioribus: L. chloraefolia Reichenb. f. 627. G.

17. L. VULGARIS (Mill. dict. n. 1.) glabra, *rachi pedicellisque glanduloso - pubescentibus, foliis lanceolato - linearibus* acutis trinerviis *sparsis dense congestis, racemo imbricato,* laciniis calycis oblongo - lanceolatis trinerviis acutis capsula brevioribus, seminibus planis ala orbiculari cinctis medio tuberculato - scabris. ♃. In campis, aggeribus, ad vias. Jul. Sept. D. fl. 4. p. 400. Antirrhinum Linaria L. sp. 858. St. h. 18. Cor. sulphurea, labio inferiore vitellino, palato croceo.

5. ANÁRRHINUM (Desfont. fl. atl. 2. p. 51.) Tubus corollae subcylindricus, limbus planus, obliquus; faux aperta, palato deficiente. Corolla calcarata vel ecalcarata. Cetera ut Linariae.

1. A. BELLIDIFOLIUM (Desf. l. c.) foliis radicalibus oblongo-obovatis obtusis inaequaliter serratis, caulinis 5-7 partitis, laciniis linearibus integerrimis. ♃. In declivibus apricis, (an Gebirgsabhängen längs d. Mosel zwischen Trier u. Bernkassel; im Cant. Genf.) Jul. Aug. Cor. parva violacea, calcare gracili adscendente.

6. ÉRINUS (L. gen. n. 771.) Cal. 5 partitus. Cor. hypocrateriformis; tubo gracili, tereti; limbo plano, subinaequali, 5 fido, laciniis emarginatis subaequalibus. Stam. 4, didynama, tubo inclusa; antherae reniformes. Caps. apice bivalvis, valvulis dissepimento longioribus.

1. E. ALPINUS (L. sp. 878.) corymbo simplici serius racemoso, foliis spathulatis antice crenatis. ♃. In locis petrosis graminosis alpium et montium altiorum, (in der Schweiz nicht selten, auch a. d. z. Elsafs gehörigen Jura; nach Host auch im südl. Tyrol.) Mai.-Jul. D. fl. 4. p. 423. Schk. t. 176. Flores violacei.

7. VERÓNICA (L. gen. n. 25.) Cal. 4-5 partitus. Corollae limbus quadrifidus, lacinia superiore latiore. Stam. 2; antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes. Stigma integrum. Caps. emarginata.

Sect. I. CHAMAEDRYS. Racemi axillares. (Radix perennis.)
a. Calyces quadripartiti.

1. V. SCUTELLATA (L. sp. 16.) *fol.* sessilibus *lanceolato-linearibus acutis remote antrorsum denticulatis*, racemis axillaribus, pedicellis fructiferis patentissimis, capsula compressa emarginato-biloba transverse latiori. ♃. In uliginosis, ad fossas, etiam in cultis humidis. Jun.-Sept. — D. fl. 1. 315. St. h. 58. Flores albidi roseo- vel caeruleo-striati.

β. pubescens, caule, pedunculis vel calyce quoque margineque capsularum villosis: V. parmularia Poit. et Turp. fl. par. 19. t. 14.

2. V. ANAGALLIS (L. sp. 16.) *fol. sessilibus* lanceolatis ovatisque *acutis serratis*, *racemis axillaribus*, pedicellis fructiferis patentissimis, *capsula orbiculari leviter emarginata*. ♃. In aquis stagnantibus et rivis. Mai-Aug. D. fl. 1. 316. Fl. dan. t. 903. Flor. pallide caerulei venis saturatioribus. Variat fol. subintegerrimis: V. tenella Schmidt. boh. cent. 1. 14.; flor. roseis: V. aquatica Bernhardii über pflanzenart. p. 66. — V. anagalloides Guss. fl. sic. prodr. 1. p. 10. Differt fol. lanceolato-linearibus, capsulis ellipticis, minute emarginatis.

3. V. BECCABUNGA (L. sp. 16.) *fol. petiolatis* ellipticis oblongisve *obtusis crenato-serratis*, *racemis axillaribus*, pedicellis fructiferis patentibus, *capsula subrotunda* turgida *leviter emarginata*. ♃. In aquis stagnantibus, fontibus, rivis. Mai-Aug. D. fl. 1. 317. St. h. 17. Flores caerulei venis saturatioribus. Var. maior et minor; fol. subintegerrimis; flor. roseis et bracteis pedicello longioribus: V. limosa Lej. rev. p. 3.

4. V. URTICIFOLIA (L. fil. suppl. 83.) *fol. sessilibus ovatis argute serratis, superioribus longe acuminatis, racemis axillaribus*, pedicellis fructiferis patentissimis, capsula suborbiculari transverse latiore emarginata, *caule sparsim piloso.* ♃. In nemorosis subalpinis, cum fluviis in planities descendens, (von d. Schweiz d. d. g. A. K.) Mai-Jul. — D. fl. 1. 321. V. latifolia Scop. carn. 1. 13. — St. h. 58. Jacq. a. t. 59. — Flor. dilute caerulei vel rosei, striis saturatioribus.

5. V. CHAMAEDRYS (L. sp. 17.) fol. subsessilibus ovatis inciso-crenato-serratis, racemis axillaribus, pedicellis fructiferis adscendentibus, capsula triangulari obcordata ciliata longioribus, *caulibus* adscendentibus *bifariam pilosis.* ♃. In pratis siccioribus, ad sylvarum oras, sepes, vias, etiam in alpinis. April. Mai. — D. fl. 1. 319. — St. h. 58. — Flores pulchri, dilute caerulei, venis saturatioribus. — Var. caule undique piloso, pilis vero in lineis 2 oppositis densioribus: V. pilosa Schm. cent. 1. 17. Willd. sp. pl. 1. 66. V. plicata Pohl. boh. 15.

6. V. MONTANA (L. sp. 17.) *fol. longe petiolatis* ovatis inciso-crenato-serratis, racemis axillaribus, pedicellis fructiferis patulis, *capsula transverse latiore basi apiceque emarginata complanata glabra margine crenulata ciliata*, caulibus basi repentibus sparsim pilosis. ♃. In nemoribus frondosis umbrosis, (d. d. g. Geb., aber nicht überall, in d. Schweiz sehr selten.) Mai. Jun. — D. fl. 1. 319. — St. h. 58. Jacq. a. t. 109. Cor. albida, striis purpureo-caeruleis, racemi, laxi, pauciflori. Caps. magnae, subbiscutatae.

7. V. OFFICINALIS (L. sp. 14.) fol. breviter petiolatis obovato-ellipticis oblongisve serratis, *racemis axillaribus multifloris densis, pedicellis fructiferis erectis, capsula triangulari-obcordata obtuse emarginata brevioribus*, caulibus hirsutis basi repentibus apice adscendentibus. ♃. In pascuis, ericetis sylvaticis, (in den Alpen bis 5500 F.) Jun.-Jul. — D. fl. 1. 318. St. h. 58. Cor. dilute caerulea, venis saturatioribus, rarius tota alba, vel alba venis roseis. — Specim. pusilla fol. subrotundo-obovatis: V. Tournefortii Schm. boh. cent. 1. 12. Reichenb. ic. fig. 1054. 1055. Specimen luxurians, racemis paniculatis: V. spadana Lej. fl. d. spa. 1. 22. — Distinguitur: V. pyrenaica All., V. Allionii Vill., hucusque nec in G. nec in Helv. lecta: fol. glabris serrulatis, cor. laciniis oblongis linearibusve et praecipue caps. oblongo-obcordata acute emarginata, lobis rotundatis. Secundum cl. Sternberg. in alpe Spinale Tyrolis provenit, sed in Hostii fl. austriacam non recepta est.

8. V. APHYLLA (L. sp. 14.) fol. breviter petiolatis obovato-ellipticis crenato-serratis integerrimisque, *racemo axillari subsolitario subquadrifloro*, pedicellis fructiferis erectis capsula obcordata longioribus. ♃. In alpibus, rarius cum fluviis in humiliora loca descendens. Jun.-Aug. — D. fl. 1. 314. St. h. 56. V. depauperata WK. t. 245.

b. Calyx quinquepartitus, lacinia quinta minuta.

9. V. PROSTRATA (L. sp. 22.) fol. breviter petiolatis lineari-lanceolatis crenato-serratis basi subincisis subintegerrimisve, racemis

axillaribus, pedicellis capsulam leviter emarginatam subaequantibus, *calycibus quinquefidis*, *caulibus sterilibus prostratis*, floriferis adscendentibus. ♃. In ericetis siccis, collibus apricis, (zerstreut d. d. g. Geb. an manchen Orten häufig, aber nicht allgemein verbreitet.) Mai. Jun. — D. fl. 1. p. 323. St. h. 58.? fig. pessima. Viva non difficile distinguitur a duabus sequentibus: tempore florendi praecociori, caulibus multo gracilioribus, basi duris lignosis, iunioribus et sterilibus in orbem prostratis, floribusque pallidioribus; ludit quoque floribus albis et carneis, quod in sequentibus non occurrit.

10. V. AUSTRIACA (L. sp. 17.) *foliis subpetiolatis* lanceolatis crenato- vel pinnatifido-serratis vel ambitu ovatis multifidisque, racemis axillaribus, pedicellis superioribus capsulam acute emarginatam aequantibus, *calycibus quinquefidis, caulibus omnibus erectis vel e basi arcuata adscendentibus.* ♃. In collibus siccis apricis Germ. orientalis et australis et in Helv. australi, (α. bei Troppau in Schles.; bei Karlstein in Böhm.; Oestr.; bei München; Genf; β. et γ. Oestr. u. Krain.) Tres varietates insignes sunt:

α. *dentata*, folia lanceolata vel lanceolato-linearia, plerumque remote crenato-serrata, quandoque integerrima: V. dentata Schmidt. boh. cent. 1. 20. V. Schmidtii R. et S. 1. 115.

β. *pinnatifida*, folia lanceolata vel lanceolato-linearia pinnatifido-dentata: V. austriaca L. l. c. M. et K. d. fl. 1. 326. Jacq. austr. t. 329., cum varietate sequ. V. polymorpha Willd. en. suppl. p. 2., sec. Link. jahrb. 1. 3. 43. V. Jacquini Schott. R. et S. 1. 108. Forma laciniis foliorum lineari-filiformibus: V. tenuifolia MB. t. c. 1. 13., sec. ipsum auctorem in suppl.

γ. *bipinnatifida*, folia bipinnatifida ambitu ovato: V. multifida L. sp. 1. 17. D. fl. 1. 327. — Si caps. pilosae sunt: V. pilocarpa Link. en. 1. 25. V. trichocarpa R. et S. mant. 1. 106.

Omnes hae varietates formis intermediis confluunt, et e semine unius plantae enascuntur. Var. β. et γ. non raro in uno caule reperiuntur. Florent antecedente praecocius et sequente serius. Planta viva habitu proprio sese prodit.

11. V. LATIFOLIA (L. sp. 18.) *foliis sessilibus* e basi subcordata ovatis oblongisque inciso-serratis pinnatifidisque, racemis axillaribus, pedicellis erectis capsulam acute emarginatam subaequantibus, *calycibus quinquefidis*, *caulibus omnibus erectis vel e basi arcuata adscendentibus.* ♃. In graminosis siccioribus, praecipue montanis, (d. d. g. Geb., doch nicht aller Orten.) Jun. Jul. — D. fl. 1. 322. V. Pseudochamaedrys Jacq. a. t. 60. Flores pulcherrimi, caerulei venis saturatioribus. Variat:

α. *maior*, fol. basi cordata amplexicaulibus: V. latifolia maior Schrad. g. 1. 35.

β. *minor*, fol. basi ovatis et plerumque oblongis: V. latifolia minor Schrad. l. c. V. Teucrium Vahl. en. 1. 76., secundum descriptionem. Num V. Teucrium L. sp. 16., ad hanc varietatem, an ad varietates V. austriacae pertineat, nondum satis constat.

Sect. II. Pseudo-Lysimachium. Racemus terminalis, et saepe plures secundarii laterales. Cor. tubus cylindricus, diametro suo transversali longior; limbus subbilabiatus. (Radix perennis.)

12. V. spuria (L. sp. 13.) foliis oppositis ternis quaternisque oblongo-lanceolatis lanceolatisve acutis simpliciter vel subduplicato-serratis, *racemis terminalibus* subpaniculatis elongatis *laxiusculis, bracteis* lineari-lanceolatis *pedicellum aequantibus brevioribusque,* capsula subrotunda emarginata turgida. ♃. In nemorosis, (bisher bloſs um Halle in Thüring. u. zw. Verviers u. Limburg im Geb. d. Fl. v. Spa.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 303. Variat pedicellis bracteam aequantibus et duplo triplove longioribus, foliis lanceolatis et fere ellipticis, longius et brevius acuminatis, serraturis simplicibus et duplicatis. Foliorum apex plus minusve integerrimus est, et bracteae saepe pedicellos, nunquam autem calyces aequant. Variat porro:

α. *Schraderi*, folia lanceolata brevius acuminata, serraturae remotae, sed non semper aequales, pedicelli plerumque longi: V. spuria Schrad. comment. p. 36. t. 2. f. 4. V. amethystina Willd. en. 1. 17. herbar. 171. fol. 1. (fol. 2. specimina Pallasiana medium tenent inter hanc varietatem et var. nostram δ.) V. paniculata L. sp. 18.

β. *laxiflora*, folia lanceolata longe acuminata, serraturis approximatis: V. laxiflora Lej. rev. p. 4. V. spuria Spreng. hal. t. 1. f. 1., serraturis simplicibus.

γ. *foliosa*, fol. elliptico-lanceolata plerumque inaequaliter serrata: V. foliosa WK. t. 102. Spr. hal. t. 1. f. 2. V. nitida Ehrh. pl. sel. n. 4. V. brevifolia MB. (specim. superne pubescentia.)

δ. *subcordata*, foliis e basi ovata et subcordata attenuatis: V. glabra Ehrh. pl. sel. n. 11. Schrad. comm. p. 25. t. 1. f. 4. Occurrit haec varietas foliis simpliciter et duplicato-serratis, ut antecedentes.

Veronica arguta Schrad., ex horto Goettingensi accepta, omnibus partibus V. longifoliae simillima est, nec differt, nisi apice foliorum ad unguicularem longitudinem circiter integerrimo. Ab hac V. alternifoliam Lej. plana diversam, eamque progeniem V. spicatae esse, mihi persuasum habeo: qua de causa illam inter varietates huius cum V. paludosa Lej. refero, quae posterior cum V. crenulata Hoffm., saltem cum V. villosa Schraderi, eadem esse nequit, quamvis etiam haec ultima e V. spicata vel e quadam eiusdem varietate ortum duxerit. Nota, a petalis crenulatis et integerrimis petita, fallacissima est.

13. V. longifolia (L. sp. 13.) *foliis* oppositis ternis quaternisve ex ovata vel cordata basi lanceolatis acuminatis *ad apicem usque argute duplicato-serratis*, *racemis terminalibus* elongatis spiciformibus *densissimis*, bracteis lineari-subulatis calycem subaequantibus, capsula subrotunda turgida emarginata. ♃. In pratis humidis, ad fossas, ripas. Jul. Aug. D. fl. 1. 505. Schrad. comment. t. 2. f. 1. Variat foliis latioribus et angustioribus, brevioribus et elongatis, basi profunde cordatis subcordatis et ovatis, atque, basi praecipue, inciso-serratis. Forma fol. anguste lanceolatis basi

ovatis: V. maritima L. sp. 13. Schrad. comm. t. 1. f. 1. — V. elatior Host. V. complicata Hoffm. V. grossa, V. acuta, V. ambigua Mart. V. persicifolia Schott. sunt modificationes.

V. media Schrad. comm. p. 23. t. 1. f. 2. convenit cum V. longifolia fol. in apicem usque argute duplicato-serratis, differt tantum foliorum basi cuneata, in petiolum latum sensim attenuata. Hucusque tam vivam quam exsiccatam non nisi cultam vidi; specimina sicca ex horto Goett. accepi a D. Fischer. et Griesebach. Verum in chlori hanoverana p. 329. cl. Meyer. aliam speciem, (prope Wester-Celle lectam,) proposuisse videtur, quum, varietatem V. spicatae luxuriantem, e loco humido ortam, esse suspicetur.

14. V. SPICATA (L. sp. 14.) *foliis* oppositis ovatis lanceolatisve *crenato-serratis apice integerrimis, inferioribus obtusis, racemo terminali* subsolitario, elongato spiciformi densissimo, bracteis lanceolato-subulatis pedicellum superantibus, capsula subrotunda emarginata turgida. ♃. In apricis siccis planitierum et montium, (d. d. g. Geb., doch nicht überall.) Jul. Aug. D. fl. 1. 307. Vaill. par. t. 33. f. 4. Flor. caerulei, raro carnei vel albi. Variat: 1. pubescentia brevissima glandulosa, 2. brevissima crispula, 3. longiore subsetulosa, pilis rectis, 4. calycibus glabris, glabris et ciliatis, pilosisque; atque 5. caule foliisque glabris. Porro:

α. *vulgaris*, crispulo- vel glanduloso-pubescens, fol. infer. oblonga basi cuneata: V. spicata Auct.; V. Clusii Schott. R. et S. 1. 94., si pili glandulosi sunt; eadem calyce glabro ciliato: V. squamosa Presl. cech. p. 2. Haec varietas, solo sylvestri pinguissimo vel cultura multum aucta, refert: V. argutam Morett. V. spicatam var. γ. Bertol. fl. ital. 1. 63.

β. *latifolia*, crispulo- vel glanduloso-pubescens, foliis inferioribus ovatis vel etiam subcordatis argutius serratis: V. hybrida L. sp. 14. V. australis Schrad. comm. p. 24. t. 2. f. 3. V. paludosa L. fl. spa. 1. p. 22. Reichenb. fl. g. exsicc. n. 621. (si flores purpurei sunt.) Cultura oritur haec varietas.

γ. *lancifolia*, crispulo-pubescens, foliis lanceolatis argutius serratis: V. alternifolia Lej. fl. de spa. 2. 386. V. media Lej. rev. p. 4.

δ. *nitens*, tota glabra, fol. calycibusque ciliatis: V. nitens Host. fl. a. 1. 7. V. Sternbergiana Bernhard. herbar. Willd. n. 161.

ε. *setulosa*, setuloso-pubescens, pilis rectis eglandulosis, calycibus glabris ciliatis: V. Barrelieri Schott. R. et S. 1. 94. Plerumque elatior est, quam antecedens, et folia elliptico-oblonga habet; sed foliis ellipticis quoque lanceolatisque occurrit.

ζ. *cristata*, elatior, superne puberula, corollis laciniis angustioribus tortuosis: V. cristata Bernhardi. V. orchidea Crantz. austr. 4. 333. V. hybrida MB. t. c. 1. 8.; conf. flor. altaic. 1. 31. V. crassifolia Kit. R. et S. 1. 96., sec. Cl. Sadler.

Ab omnibus hisce varietatibus V. incana et canescens, quam pro varietatibus unius speciei habeo, differunt pilis calycis lanuginosis, flexuosis, tenuioribus, sub microscopio remotissime vel non articulatis; in varietatibus V. spicatae crebre articulati et crassiores sunt.

Sect. III. VE-

Sect. III. VERONICASTRUM. Racemi in caule ramisque terminales. Cor. tubus brevissimus. Folia caulina in plerisque sensim in bracteas transeunt.

* Semina plana, peltiformia.

15. V. BELLIDIOIDES (L. sp. 15.) *foliis* obovatis obtusis subcrenatis, *inferioribus maioribus congestis* subrosulatis, caulinis oppositis remotis, racemo terminali brevi paucifloro pilis articulatis villoso, capsula obovata leviter emarginata. ♃. In graminosis alpium et reg. subalpinarum, (d. d. g. A. K. u. in d. Sudet.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 314. St. h. 58. Cor. luride caerulea.

16. V. FRUTICULOSA (L. sp. 15.) foliis oblongis obtusis subcrenatis, infimis minoribus, *racemo terminali paucifloro glanduloso-pubescente*, capsula ovali leviter emarginata. ♃. In locis rupestribus et graminosis alpium et reg. subalpinarum, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 311. St. h. 56. V. frutescens Scop. carn. 1. 19. Cor. carnea, venis roseis. Paria foliorum caulinorum approximata. Ovarium sub anthesi subrotundum, obtusissimum, glanduloso-pilosum.

17. V. SAXATILIS (Jacq. obs. 1. 200. L. fil. suppl. 83.) foliis oblongis ellipticisve subcrenatis, infimis minoribus, *racemo terminali paucifloro pilis* crispulis *eglandulosis* pubescente, *capsula* ovata *superne attenuata* vix emarginata. ♃. In locis graminosis et rupestribus alpium et reg. subalp., (d. d. g. A. K. u. a. d. Voges.) Jul. Aug. D. fl. 1. 312. St. h. 58. — Cor. speciosa, caerulea, fauce annulo purpureo picta. Paria fol. caulinorum remota. Ovarium sub anthesi ovatum, acutum, cano-pilosum, pilis eglandulosis.

18. V. ALPINA (L. sp. 15.) foliis ellipticis crenatis integerrimisque, infimis minoribus subrotundis, *racemo terminali paucifloro hirsuto, pilis patentibus articulatis eglandulosis*, capsula oblongo-obovata emarginata. ♃. In graminosis alpium et reg. subalp., (d. d. g. A. K. u. in d. Sudet.) Jul. Aug. D. fl. 1. 312. — St. h. 56. — Flor. parvi, caerulei. Folia obtusa vel acutiuscula. Occurrit foliis integerrimis: V. integrifolia Schranck. salisb. n. 10. V. Gebhardiana Vest. R. et S. mant. 1. 104.; foliis crenatis: V. rotundifolia Schr. salisb. n. 13.; fol. crenatis acutioribus: V. pumila All. ped. 1. 75. t. 22. f. 6., sed hae formae vix varietates dicendae sunt.

19. V. SERPYLLIFOLIA (L. sp. 15.) foliis ovatis oblongisve subcrenatis, infimis minoribus subrotundis, floralibus superioribus lanceolatis integerrimis, *caule ramisque multifloris laxe racemosis*, pedicellis erectis calycem subaequantibus, *capsula* compressa subrotundo-obcordata *transverse latiore obtuse emarginata*, stylo porrecto. ♃. In pascuis et aliis locis humidis. Apr.-autumn. D. fl. 1. 319. — St. h. 58. — Fl. albi, venis caeruleis. Forma maior fol. ovatis: V. neglecta Schmidt.; forma minor, fol. subrotundis: V. tenella All. ped. 1. 75. t. 22. f. 1.

20. V. ACINIFOLIA (L. sp. 19.) foliis ovatis subcrenatis, floralibus lanceolatis integerrimis, *caule ramisque multifloris laxe racemosis*, pedicellis patentibus calyce duplo longioribus, *capsula* compressa planiuscula *transverse latiori semibifida, lobis orbiculatis*, stylo fissuram aequante. ⊙. Inter segetes, (a. d. Rheinfläche von Mühlheim bis Carlsruh u. im Oberelsafs; im Thale der Rhone, in

Istrien.) Apr. Mai. D. fl. 1. 328. Vaill. par. t. 33. f. 3. opt. St. h. 58. pessima.

21. V. ARVENSIS (L. sp. 18.) foliis cordato-ovatis crenatis, floralibus superioribus lanceolatis integerrimis, *caule ramisque multifloris laxe racemoso-spicatis, pedicellis erectis calyce brevioribus, capsula* compressa *obcordato-biloba*, stylo fissuram paulo superante. ⊙. In cultis et campis sterilibus. Mart. et per tot. aest. D. fl. 1. 330. — St. h. 58. Specim. maxima: V. polyanthos Thuill; spec. parvula simplicia: V. nana Lam. V. Bellardi All. ped. t. 85. f. 1., sec. Balb.; conf. Bert. fl. it. 1. 93. V. romana Schmidt. boh.

22. V. VERNA (L. sp. 19.) *foliis pinnatipartitis*, imis ovatis integris, floralibus lanceolatis, *caule ramisque* multifloris *racemoso-spicatis, pedicellis erectis calyce brevioribus*, capsula compressa obcordata, stylo fissuram aequante. ⊙. In apricis sterilibus, campis et sylvis arenosis. Apr. Mai. D. fl. 1. 336. V. Dillenii Crantz. a. 352. V. pinnatifida Lam. n. 194. V. succulenta All. ped 1. 78. t. 22. f. 4. (ic. mala) Schm. boh. c. 1. n. 43. St. h. 13. — Fl. caerulescentes, venis saturatis. — Specim. minuta, fol. integris: V. Bellardi Wulf. Röm. arch. 3. 312. et V. Bellardi All. sec. herbar. auctoris. V. polygonoides Lam. illustr. 195.

V. peregrina (L. sp. 20.) D. fl. 1. 337. a. b. Flüggio semel prope Hamburgum ad ripam Albis lecta, postea vero frustra quaesita, plantis indigenis non adnumeranda est. In Bohemia quoque non crescit.

** Semina concava pelviformia.

23. V. TRIPHYLLOS (L. sp. 19.) *foliis digitato-partitis*, imis ovatis integris, floralibus lanceolatis, *caule ramisque* multifloris *laxe racemosis, pedicellis calyce longioribus patentibus* adscendentibus, capsula subrotundo-obcordata turgida. ⊙. In agris et cultis. Mart.-Mai. D. fl. 1. 335. St. h. 8. Flor. saturate caerulei, specim. parvula: V. romana All. ped. 1. 79. t. 83. f. 2., nec Linn. et quidem sec. Bertolon.

24. V. PRAECOX (Allionii auct. 5. t. 1. f. 1.) foliis inferioribus cordato-ovatis crenatis obtusis, floralibus lanceolatis, *caule ramisque multifloris laxe racemosis*, pedicellis calycem subaequantibus adscendentibus, *capsula* subrotundo-obcordata *turgida*. ⊙. In agris et cultis, (im Rhonethale, v. Basel d. d. Rheinthal bis Holland; im Mainthale v. Mainz bis Wertheim; v. Berlin durch Sachs., Böhm., Oestr. bis an das Adriatische Meer) Mart.-Mai. D. fl. 1. 329. V. romana Scop. carn. 1. p. 18. V. ocymifolia Thuill. par. 1. 10., pedicellis longitudine fol. floralium. — St. h. 58. Fl. caerulei, venis saturatioribus.

Sect. IV. ALSINOIDES. Bracteae nullae. Folia floralia inferioribus conformia. Pedunculi axillares, solitarii, fructiferi reflexi.

25. V. AGRESTIS (L. sp. 18.) *pedunc. axillaribus solitariis* folium subaequantibus, fructiferis reflexis, foliis ovatis subcordatis serrato-crenatis, *capsula* sparse *glanduloso-pilosa* subrotunda acute emarginata, lobis turgidis ad suturam subcompressis, *staminibus margini inferiori tubi insertis*. ⊙. In agris et cultis. Mart.-

autumn. D. fl. 1. 331. V. pulchella Bast. fl. maine et loire 414. V. pulchella Guss. sic. 1. 12. St. h. 58. Reichenb. ic. 3. f. 440. Cor. lactea, subtiliter caeruleo-striata, lobo superiore dilute caeruleo vel carneo. Folia luteo- vel olivaceo-viridia, magis oblongo-ovata quam subsequentium. Capsula loculis 4-5 spermis.

26. V. Didyma (Ten. fl. neap. prod. p. 6. 1811.) *pedunc. axillaribus solitariis* folium subaequantibus, fructiferis reflexis, foliis subrotundo-ovatis subcordatis profunde serrato-crenatis, *capsula pilis patentibus dense pubescente* acute emarginata, *lobis globoso-convexis, staminibus margini inferiori tubi insertis.* ⊙. In agris et cultis. Mart. in autumn. D. fl. 1. 331. annot. 1. V. polita Fries. nov. ed. 2. p. 1. Reichenb. ic. 3. f. 304. 305. Cor. laete caerulea. Fol. intense viridia, subrotunda, cordata. Calycis laciniae ovatae, etiam sub anthesi basi se invicem tegentes. Caps. loculis sub 10 spermis.

27. V. opaca (Fries. nov. ed. 2. p. 3.) *pedunculis axillaribus solitariis* folium subaequantibus, fructiferis reflexis, foliis subrotundo-ovatis subcordatis serrato-crenatis, *capsula crispulo-pubescente* transverse latiore acute emarginata, *lobis* turgidis ad marginem *compresso-carinatis, staminibus fauci insertis.* ⊙. In agris et cultis hinc inde. Mart. — St. h. 58. Reichenb. ic. 3. f. 441. Cor. caerulea. Capsula latitudine sua dimidio brevior, fere obreniformis, pilis eglandulosis crispulis tecta, turgida quidem, sed ad marginem evidenter compressa; his notis et insertione staminum differt ab antecedentibus duabus. Loculi 3-5 spermi.

28. V. Buxbaumii (Tenor. fl. neap. 1. p. 7.) *pedunculis axillaribus solitariis*, fructiferis reflexis, superioribus folia superantibus, foliis ovatis subcordatis profunde crenato-serratis, *capsula* transverse latiori *venis elevatis reticulata* obtuse emarginata, *lobis* ad suturam compressis *divaricatis.* ⊙. In cultis et agris, (d. d. g. Geb. stw.) April. Mai. — St. h. 56. Reichenb. ic. f. 430. 431. V. hospita D. fl. 1. 332. V. persica Poir. enc. 8. 542. V. Tournefortii Gmel. bad. 1. 39. V. cymbalariaefolia Schmidt. sec. R. et S. V. filiformis DeC. fl. fr. 5. 388. — Variat caule tenuissimo, filiformi, foliis et calycibus dimidio minoribus, illis haud profunde crenatis: V. hospita β. D. fl. 1. 332., exclus. synonym. Huic varietati simillima est V. filiformis Sm. act. soc. linn. 1. 195., differt vero: crenis fol. obtusioribus, capsula aeque longa ac lata, acute emarginata, lobis obtusioribus, stylo capsula fere duplo longiore, qui in V. Buxbaumii longitudinem dissepimenti capsulae aequat, pedunculisque longioribus.

29. V. hederifolia (L. sp. 19.) *pedunc. axillaribus solitariis* folium subaequantibus, fructiferis reflexis, foliis cordato-rotundatis crenato-subquinquelobis, *capsula globoso-quadriloba, calycis laciniis cordatis*, fructiferi erectis. ⊙. In agris et cultis inque campis sterilibus. Mart.-Mai. D. fl. 1. 334. St. h. 56. V. hederif. Schrank. baier. fl. 1. 217.; fol. lobis rotundatis; V. Lappago Schr. l. c. 218.; fol. lobis acutiusculis.

30. V. Cymbalaria (Bodard. diss. 1798.) *pedunculis axillaribus solitariis*, fructiferis reflexis, superioribus folio longioribus, foliis subcordato-semiorbiculatis lobato-crenatis, *capsula globoso-quadriloba*, *calycis laciniis ellipticis* fructiferi patentissimis. ⊙. Ad muros campestres vetustos et in cultis. — D. fl. 1. 334. V. cymbalariaefolia Vahl. en. 1. 81. V. hederaefolia β. L. sp. 19. V. panormitana. — Guss. suppl. 1. 4., specim. macra sec. Bertolon.

8. PAEDERÓTA (L. gen. n. 26.) Cal. 5 partitus. Cor. limbus quadrifidus, lacinia superiore latiore, integra vel bifida. Stamina 2, in imo tubo, annulo pilorum ibidem clauso inserta. Antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes. Stigma integrum. Caps. bilocularis, rostrato-acuminata.

1. P. Bonarota (L. sp. 20.) fol. serratis, superioribus ovatis acutis, corollae labio superiore integro, *staminibus corolla longioribus*. ♃. In rupium fissuris alpium, (südl. Kärnth., südl. Tyrol., Schlehern, Kirschbaumeralpe.) Jun. Jul. D. fl. 1. 339. P. caerulea L. fl. suppl. P. chamaedryfolia Suffr. forojul. 108. Wulfenia Bonarota Sm. trans. 6. 69. W. chamaedryfolia Host. a. 1. 19. St. h. 24. Flores caerulei, rarius rosei. Variat minor, racemo compacto; P. Bonarota Suffr. forojul. 108. P. chamaedryfolia Roem. et Schult. s. veg. 1. 178. Micheli gen. t. 15. f. 2. G.

2. P. ageria (L. mant. 171.) foliis serratis, superioribus ovato-lanceolatis longe acuminatis, corollae labio superiori bifido, *staminibus corolla brevioribus*. ♃. In rupium fissuris montium et alpium, (in Krain auf d. Steiner- u. Wocheiner-Alpen.) Jun. Jul. D. fl. 1. 338. St. h. 24. P. lutea L. fil. suppl. 84. P. urticifolia Brign. fasc 8. P. Bonarota Jacq. hort. vind. 2. t. 121. Bonarota chamaedryfolia Scop. carn. 1. 22. Wulfenia Ageria Sm. trans. 6. W. lutea Host. fl. a. 1. 19. Variat minor, foliis brevioribus, minus acuminatis, racemo composito. P. Zanichellii Brign. fasc. 9. G.

9 WULFÉNIA (Jacq. collect. 2. p. 66.) Cal. 5 partitus. Cor. labium superius bifidum, inferius trifidum. Stam. 2, in apice fauci ad basin sinuum, labia seiungentium, inserta; antherae reniformes, in patellulam bilobam dehiscentes. Stigma capitatum, umbilicatum.

1. W. carinthiaca (Jacq. l. c.) ♃. In solo pingui alpium calcarearum, (bisher blofs auf der im Gailthale bei der Kapelle Hermagor in Oberkärnthen gelegenen Küweger Alpe.) Jul. Jacq. ic. rar. t. 2. St. h. 59. D. fl. 1. 339. Flores caerulei. G.

10. LINDÉRNIA (L. gen. n. 1315.) Cal. 5 partitus. Cor. labium superius emarginatum, inferius trifidum, lacinia media maiore. Stam. 4, didynama, fauci inserta; antherarum sacculi non coaliti. Stigma capitatum. Placenta centralis, cylindrica, libera.

1. L. pyxidaria (Allion. misc. taurin. 3. 178.) foliis oblongo-ovatis integerrimis trinerviis sessilibus, pedunculis unifloris, caulibus procumbentibus. ⊙. In locis humidis hyeme inundatis, ad ripas lacuum et fluviorum, (bei Genf, im Oberelsafs u. gegenüber im

Badischen; bei Regensburg; Wittenberg; in Schles.; Böhm.; bei Klagenfurth.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 424. St. h. 30. Capraria gratioloides L. sp. 876. Anagalloides procumbens Krock. fl. sil. 2. 398. Cor. albida, limbo dilute carneo.

11. LIMOSELLA (L. gen. n. 776.) Cal. 5 dentatus. Corollae limbus quinquefidus, aequalis. Stam. 4, didynama, fauci inserta. Antherae sacculis in unum coalitis, transverse dehiscentes. Stigma capitatum. Placenta centralis, cylindrica, libera et basi tantum dissepimento brevissimo adnata.

1. L. AQUATICA (L. sp. 881.) ⊙. Ad margines piscinarum et paludum, inque locis humidis hyeme inundatis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 425. St. h. 30. Cor. tubus viridis, limbus carneus. Caulis praeter stolones nullus. Variat autem:

β. *caulescens*, caule 1-2 pollicari. D. fl. l. c.

Ord. LXXXIV. OROBANCHEAE. Juss. annal. mus. 12. p. 445.

Ovarium 1 loculare, placentis parietalibus. Cetera ut Antirrhinearum. — Folia ad squamas reducta, nunquam viridia.

1. OROBÁNCHE (Linn. gen. 779.) Cal. quadrifidus vel disepalus, sepalis saepius bifidis. Cor. ringens, inferne glanduloso-carnosa, denique, basi circumscissa remanente, secedens. Caps. 1-locularis, placentis parietalibus oppositis.

Sect. I. OSPROLEON Wallr. diasc. p. 21. Cal. disepalus, sepalis quandoque antice coalitis, bractea unica fultus.

1. O. CRUENTA (Bert. rar. it. pl. dec. 3. p. 56.) *sepalis plurinerviis* subaequaliter bifidis tubum corollae superantibus, *corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa* dorso arcuata, *labiis* inaequaliter denticulatis *glanduloso-fimbriatis*, superiori galeato integro vel subemarginato, lobis patentibus, laciniis labii inferioris subaequalibus, *staminibus in basi corollae insertis dense pilosis* superne styloque glanduloso-pubescentibus, disco stigmatis holosericeo elevato-marginato. ♃. In locis graminosis, pratis ad radices Loti corniculati et Hippocrepidis comosae, (von Regensburg durch Baiern bis in die Voralpen von Baiern und Salzburg; in der Schweiz gemein.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 430. Reichenb. ic. 7. f. 896. O. gracilis Sm. linn. trans. 4. 172. Reichenb. ic. 7. f. 898. 899. O. vulgaris Gaud. helv. 4. 176. O. caryophyllacea Schultz. beitr. 8. Cor. campanulata, ampla, basi antice strumoso-gibba, intus sanguinea, staminibus in ima basi corollae insertis, *stigmate luteo, margine fusco-purpureo cincto*, et tota pilis copiosis brevibus glanduliferis tecta, atque odore suaveolente dignoscitur.

2. O. RAPUM (Thuill. par. ed. 2. 317.) *sepalis plurinerviis* subaequaliter bifidis integrisve tubum corollae subaequantibus, *cor. campanulata antice basi strumoso-ventricosa* dorso arcuata, *labiis* undulatis *obsolete denticulatis*, (*haud fimbriatis*,) superiori

galeato emarginato, lobis patentibus, lobo intermedio labii inferioris lateralibus duplo maiori, *staminibus in basi corollae insertis inferne glaberrimis* apice styloque glanduloso pubescentibus, disco stigmatis holosericeo immarginato. ♃. In locis sterilibus ad radices Sarothamni scoparii, (auf dem Kniebis, Zeyh.; auf dem Siebengeb., Nees; als Bürger der Schweiz zweifelhaft, Gaud. 4. 175.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 435. O. maior DeC. fl. fr. 3. 488. Reichb. ic. f. 900. (O. maior.) f. 923. (O. Rapum.) Corolla ampla, campanulata O. cruentae, sicca luteo-fusca, antheris defloratis albis, staminibus inferne glaberrimis et labiis non fimbriatis dignoscitur. G.

3. O. PROCERA (Koch. in d. fl. 4. p. 438.) *sepalis plurinerviis lato-ovatis* subaequaliter bifidis integrisque tubo corollae brevioribus, *corolla campanulata antice basi strumoso-ventricosa* dorso curvata, *labiis* inaequaliter *denticulatis* margine subglandulosis, superiore galeato emarginato, lobo intermedio labii inferioris paulo maiore, *staminibus in basi corollae insertis glabris ima basi parce pilosis* apice styloque subglandulosis. ♃. In agris, parasitica in radice Cirsii arvensis, (bisher bloſs um Mannheim in d. Rheinpfalz.) Jun. G.

4. O. PRUINOSA (Lapeyrous. suppl. p. 87.) *sepalis quinquenerviis* bifidis, laciniis subaequalibus angustis subulatis tubum corollae aequantibus, *corolla campanulata dorso subcurvata*, *labiis expansis undulato-plicatis crispis obtuse denticulatis non ciliatis colorato-venosis*, superiore bilobo, lobis labii inferioris rotundatis, intermedio duplo maiori, staminibus supra basin corollae insertis, *inferne villosis* apice styloque subglandulosis. ⊙. In radice Viciae Fabae parasitica, (bei Fiume, Noé.) D. fl. 4. 439. Reichenb. ic. f. 911. Cor. magna praecedentium, sed tenuis substantiae, exsiccata papyracea, labiis magnis plicato-crispis instructa venisque caeruleis pulchre picta. Secundum Vauch. stigma violaceum. J.

5. O. SCABIOSAE (Koch. in deutschl. fl. 4. p. 440.) *sepalis plurinerviis ovatis* in apicem subulatum attenuatis corollae tubum superantibus, vel bifidis, laciniis parallelis, *corolla campanulata* dorso arcuata *extus labioque superiore intus piloso-scabris*, *pilis* sparsis brevibus glanduliferis, *tuberculo violaceo nigrove insedentibus*, labiis inaequalibus acute dentatis margine crispis, superiore paulo sursum curvato-bilobo, lobis patentibus, laciniis labii inferioris aequalibus, *staminibus prope basin* corollae *insertis* inferne *sparsim pilosis* apice styloque subglabris. ♃. In pascuis alpium, in radice Scabiosae columbariae parasitica, (bei Berchtesgaden, Berger; bei Lofer, v. Spitzel.) D. fl. 4. p. 440. Similis O. Epithymo, differt autem caule crassiore, altiore, tuberculis nigris piligeris corollae, lobis labii inf. aequalibus et filamentis apice glabris conniventibus, nec arcuato-descendentibus. G.

6. O. PALLIDIFLORA (Wimm. et Grab. fl. sil. 2. 233.) *sepalis plurinerviis lato-ovatis* subito in acumen subulatum contractis tubum corollae aequantibus, *corolla campanulata in medio dorsi rectiuscula* superne antrorsum curvata *extus labioque superiore intus glanduloso-pilosis*, *pilis tuberculo ochraceo insidentibus*, labiis inaequalibus acute denticulatis margine crispatis, superiore

apice paulo sursum curvato bilobo, lobis patentibus, *laciniis* labii inferioris *subaequalibus*, *staminibus prope basin corollae insertis* inferne *sparsim pilosis* superne glabris, stylo superne glanduloso-piloso. ♃. In radice Cirsii arvensis parasitica, (in Schlesien u. bei Frankfurt a. d. O.) Jun. D. fl. 4. p. 441. Simillima antecedenti, differt praecipue sepalis et colore florum, tuberculisque piligeris minoribus et ochraceis. G.

7. O. Epithymum (DC. fl. fr. 3. p. 490.) *sepalis plurinerviis lanceolatis* subulato-acuminatis tubo corollae longioribus indivisis vel dente divaricato bifidis, *corolla campanulata dorso leviter arcuata extus labioque superiore intus glanduloso-pilosis*, pilis tuberculo minutissimo insidentibus, labiis inaequalibus acute dentatis margine crispatis, superiore apice paulo sursum curvato bilobo, lobis patentibus, *lobo intermedio* labii inferioris lateralibus *duplo longiore, staminibus prope basin corollae insertis* inferne *sparsim pilosis* apice styloque glanduloso-pilosis, disco stigmatis velutino margine elevato destituto. ♃. In ericetis et campis incultis in radice Thymi serpylli parasitica, (im südl. Geb.: Schweiz, Rheinfläche, Würtemberg, Baiern.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 443. Reichenb. ic. 7. f. 887-889. O. rubra Engl. bot. t. 1786., pessima. Reichenb. ic. f. 885. O. sparsiflora Wallr. sched. p. 309. Humilior antecedentibus, plerumque 5-6 pollicaris, viva sordide lutescens, saepe colore purpureo suffusa, tota pilis ferrugineis viscidis tecta, suaveolens. Stigma obscure purpureum; qua nota viva planta ab O. Rapo et O. cruenta facile dignoscitur; exsiccata ab illa differt praeter alias notas antheris fuscis, nec albis, ab hac filamentis basi parce pilosis.

8. O. Galii (Duby. bot. gall. 1. 349.) *sepalis plurinerviis* subaequaliter bifidis tubum corollae dimidium aequantibus antice contiguis connatisve, *corolla e basi sensim ampliata campanulata dorso curvata*, *labiis* inaequaliter denticulatis, superiori galeato lateribus *porrectis* (non patentibus), labii inferioris laciniis ovatis subaequalibus porrectis tubo dimidio brevioribus, *staminibus* supra basin corollae insertis *dense pilosis* superne styloque glanduloso-pilosis, disco stigmatis velutino margine elevato destituto. ♃. In collibus incultis, campis, sylvarum oris, in Galii veri et G. Molluginis radice parasitica, (am weitesten d. d. Geb. verbreitet.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 447. O. caryophyllacea Sm. in act. soc. linn. 4. p. 169. O. vulgaris DC. fl. fr. 3. 489. O. bipontina Schultz. beitr. p. 7. O. caryophyllacea Reichenb. ic. f. 890. 891. O. Galii f. 892-895. O. strobiligena f. 905. 906. O. laxiflora Reichenb. fl. ex. p. 355. O. vulgaris ic. f. 808-810. O. maior Poll. pal. 2. p. 200. — Stigma obscure purpureum. Staminibus dense pilosis a praecedentibus praeter alias notas differt, excepta O. cruenta, quae autem corollam ampliorem antice basi gibbam aliterque coloratam, lobos labii superioris patentes et stigma luteum habet.

9. O. rubens (Wallroth. diasc. orob. gen. 46.) *sepalis plurinerviis* lato-ovatis subulato-acuminatis postice anticeque dente instructis vel inaequaliter bifidis tubum corollae subaequantibus antice contiguis vel coalitis, *corolla e basi curvata tubuloso-campanulata dorso recta apice galeata declivi*, labiis inaequaliter dentatis, su-

periore bilobo, *lobis patentibus*, labii inferioris ovatis subaequalibus, lateralibus patentibus, *staminibus* in curvatura corollae insertis a basi ad medium *dense pilosis*, stigmatis disco velutino margine elevato destituto. ♃. In agris et pascuis, in radice Medicaginis falcatae et sativae parasitica. Mai. Jun. D. fl. 4. p. 449. O. elatior Koch. et Ziz. cat. pl. pal. p. 12. Reichenb. ic. f. 901. 902. O. Medicaginis Schultz. in annal. d. regensb. bot. ges. 5. 505. Cor. 9-10″ longa, tubulosa, tubo supra basin conspicue curvato, dorso recto vel subimpresso, labio superiore insigniter galeato et curvato, apiceque paulo sursum curvato haec species dignoscitur. *Stigma cerino-flavum.*

10. O. LORICATA (Reichenb. fl. exc. p. 355., excl. synonymo O. flavae et locis natal. germanicis.) *sepalis 3-5 nervis bipartitis* tubum corollae aequantibus, *corolla tubuloso-campanulata dorso recta* apice antrorsum curvata, labiis obtuse denticulatis, superiore bilobo, lobis patentibus, *staminibus sub medio tubi insertis* glabris basi *parce pilosis*, stigmatibus disco .... ♃. In montanis incultis, in radice Artemisiae campestris parasitica, (auf d. Westerbergen bei Aschersleben u. bei Frankenhausen in Thüringen; selten auch im Wallis.) Jun. D. fl. 4. p. 451. O. Artemisiae campestris Gaud. helv. 4. p. 479. O. elatior Schleich. exs. secund. specimina a me examinata. Sepalis angustis 3-5 nerviis, profunde divisis, corollam aequantibus longioribusque, corolla 7-8 lineas longa, a basi ad labium inferius usque recta, in dorso labii superioris tantum paulo curvata, labio bilobo patente, staminibus parce pilosis, alte supra finem tertiae partis tubi insertis, haec dignoscitur. Stigma secund. Vauch. dilute purpureum.

11. O. PICRIDIS (F. W. Schultz. ap. Koch. d. fl. 4. p. 453.) sepalis uni-binerviis integris vel antice dente auctis tubum corollae superantibus, corolla tubuloso-campanulata dorso recta apice antrorsum curvata, *labiis* obtuse denticulatis, *superiori integro* margine laterali patulo, *staminibus* fere in medio tubi insertis a basi ultra medium *dense pilosis* superne verruculoso-scabriusculis, stigmatis disco *sublaevi, granulis minutissimis obtusissimis dense obtecto.* ⊙. In locis montanis, in radice Picridis hieracioidis parasitica. Jun. *Stigma sordide violaceum.* Simillima O. loricatae, sed caulis superne et bracteae multo magis villosae, sepala 1 nervia rarius dente aucta, et tunc trinervia, corolla superne paulo magis antrorsum curvata, labium superius integrum, stamina a basi supra medium dense pilosa et superne verruculis obsita. Ab O. flava differt: pilosior est, sepala corollae tubum superant, corolla dorso multo minus curvata est et labium superius integrum, lateribus vix patulis, nullo modo refractis, filamenta longiora, apice multo minus curvata sunt, stigma ultra curvaturam filamentorum eminet, sordide violaceum nec cerino-flavum, latius, et in disco subtiliter granulatum, non cicatricosum est. Ab O. lucorum differt: corolla recta, antice tantum paulo curvata, labiis obtuse crenulatis, labio superiore integro, insertione staminum altiore et stigmate subtiliter granulato. G.

12. O. FLAVA (Martius in Schultz. beitr. p. 9.) sepalis uninerviis vel obsolete trinerviis integris vel antice dente auctis tubum

dimidium aequantibus, corolla tubuloso-campanulata dorso curvata, labiis denticulatis, superiori bilobo, *lobis reflexis retrorsum accumbentibus*, *staminibus* fere in medio tubi insertis a basi ultra medium *dense pilosis*, stylo glabro, *stigmatis disco verrucoso-cicatricoso*. ♃. In pascuis subhumidis, in radice Tussilaginis niveae, (auf den Isarauen bei München.) Jul. Species lobis labii superioris refractis et postice sibi contiguis, ut Antirrhinorum, valde insignis. Tota cerino- vel dilute flava; corolla 7''' longa, stamina longiora apice manubrii instar fortiter arcuata et descendentia, *stigma cerino-flavum* verrucoso-cicatricosum. G.

13. O. LUCORUM (Alex. Braun. ap. Schultz. in annal. d. gewk. d. regensb. bot. ges. 5. p. 504.) *sepalis binerviis* inaequaliter bifidis tubum corollae aequantibus, corolla tubuloso-campanulata dorso curvata, labiis subtiliter glanduloso-ciliatis obsolete denticulatis superiore bilobo, *lobis patentibus*, *staminibus* prope basin corollae insertis a basi supra medium *dense pilosis*, stylo glabro, stigmatis disco laevi velutino. ♃. In radice Berberidis vulgaris parasitica, (bisher blofs im Englischen Garten zu München u. in d. baier. Alpen bei Partenkirchen.) D. fl. 4. p. 457. O. loricata Reichenb. ic. f. 918., staminum insertio in icone nimium alta. Colore flavo-rubente, corolla ampliore, rictu multo maiore, lobis patentibus non refractis, filamentis longioribus apice multo minus curvatis, stylo ultra staminum curvaturam emerso et *stigmate* maiore *fusco-rubro* profundius bilobo, velutino neque verrrucoso-cicatricoso ab O. flava insigniter differt. Variat:

β. *Rubi*, floribus paulo maioribus et amplioribus, in radice Rubi caesii habitans. Br. ap. Koch. d. fl. 4. p. 458., non Vauch. G.

14. O. SALVIAE (F. W. Schultz. in ann. d. gewk. d. reg. ges. 5. p. 505.) *sepalis uninerviis* inaequaliter bifidis tubum corollae superantibus, corolla tubuloso-campanulata dorso curvata, labiis denticulatis subciliatis, superiori bilobo, *lobis porrectis*, *staminibus* supra basin corollae insertis a basi ultra medium *dense pilosis* superne pilis glanduliferis parce adspersis, stigmatis disco velutino. ♃. In subalpinis, in radice Salviae glutinosae parasitica, (in den Salzb. Alp., der Ramsau bei Berchtesgaden, u. in d. baier. Alp. zwischen Lengries u. d. Glashütte.) Jun. Jul. *Stigma intense cerino-luteum*. Simillima O. lucorum, a qua differt sepalis semper uninerviis, labiis copiose denticulatis, lobis labii superioris semper porrectis, nunquam patentibus *stigmateque cerino flavo*. Ab O. flava, quacum colore convenit, sepalis longioribus, lobis labii superioris porrectis, filamentis non in manubrii formam curvatis et disco stigmatis velutino; ab O. Picridis labio superiore bilobo, stigmate cerino et velutino; ab O. loricata sepalis uninerviis, corolla dorso curvata, filamentis dense pilosis et stigmate cerino; ab O. minore sepalis uninerviis, filamentis dense pilosis et stigmate cerino differt. G.

14. O. MINOR (Sutton. act. soc. linn. 4. p. 178.) *sepalis plurinerviis* e basi ovata subito anguste subulatis bifidisve, laciniis subulatis tubum corollae aequantibus longioribusque, *corolla tubulosa arcuata*, *labiis obtuse denticulatis* venosis undulatis, superiore

bilobo porrecto, lobis labii inferioris subrotundis subaequalibus, *staminibus sub medio tubi insertis* glabris inferne *pilis sparsis* obsitis. ⊙ In radicibus Trifolii pratensis parasitica, (bei Bonn; im Cant. Waadt u. Wallis, bei Fiume.) D. fl. 4. p. 459. *Stigma purpureum vel lilacinum.* Similis proxime subsequenti, differt bracteis e basi ovata lanceolatis, tubum, vel etiam corollam, aequantibus, corolla, aequelata quidem, sed breviore, tubulosa, sensim curvata, nec subito in genu flexa, labiis rotundatis, obtuse denticulatis, staminibusque minus alte insertis.

16. O. AMETHYSTEA (Thuillier. fl. par. 2. 1. p. 317.) *sepalis 3-6 nerviis* e basi ovata subito anguste subulato-attenuatis bifidisve, laciniis angustis subulatis corollam aequantibus, *corolla tubulosa basi subito in genu flexa* et antrorsum curvata deinde rectiuscula, *labiis* inaequaliter *acute denticulatis undulato-crispis* ramoso-venosis, superiore galeato porrecto emarginato vel subquadrilobo, lobis lateralibus labii inferioris subbifidis, intermedio duplo maiore bi-trilobo, *staminibus curvaturae corollae insertis* glabris inferne *sparse pilosis.* In ramis radicis Eryngii campestris, sub terra horizontaliter repentibus, parasitica, (bisher blofs bei Bonn u. Coblenz.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 462. O. Eryngii Dub. bot. gall. 1. p. 350. O. elatior β. microglossa Wallr. diasc. p. 51. Caulis violaceus vel purpureus, flores albidi, vel dorso leviter lilacini vel toti lilacini, venisque purpureis picti. *Stigma fuscum vel rubrofuscum.* G.

17. O. FRAGRANS (Koch. deutschl. fl. 4. 463.) sepalis integris vel inaequaliter bifidis, *corolla basi tubulosa superne sensim ampliata* dorso curvata, *staminibus in medio tubi insertis* e basi arcuato-patente adscendentibus inferne pilosis superne glabris, sacculis antherarum breviter et tenuissime mucronatis. In Austria inferiore a Doct. Schiedeo lecta. Planta, etiam exsiccata, fragrans. G.

18. O. CAERULESCENS (Stephan. ap. Willd. sp. 3. p. 349.) sepalis indivisis bifidisque tubo corollae longioribus, corolla tubulosa, *tubo curvato inferne ovato supra ovarium coarctato*, laciniis labii inferioris concavis, staminibus supra medium tubi insertis, basi parce pilosis. Ad ripam Danubii in Artemisia campestri parasitica, (bisher blofs bei Regensburg.) Flores e minoribus, caerulei. Spica lanato-villosa, in speciminibus exsiccatis quasi mucore obducta. G.

Sect. II. TRIONYCHON Wallr. l. c. Cal. monosepalus, circum circa clausus, bracteis 3 fultus.

19. O. CAERULEA (Vill. delph. 2. 406.) *calyce monosepalo* 5 dentato, dentibus lanceolatis, acutis, corolla tubulosa antrorsum curvata, tubo medio angustato, *laciniis* labiorum *acutis* planis, *antheris glabris* vel basi paulo pubescentibus, *caule simplici.* ♃. In radice Achilleae Millefolii parasitica, (in d. meisten Provinzen.) Jun. Jul. D. fl. 4. 466. O. purpurea Jacq. a. t. 276. Flores caerulei, e maioribus.

20. O. ARENARIA (Borkhausen. in Röm. u. mag. p. 6. 1794.) *cal. mono-sepalo*, 5 dentato, dentibus subulatis, corolla tubulosa

subrecta, tubo medio angustato, fauce subinflata, *laciniis* labiorum *obtusis* margine reflexis, *antherarum sutura lanato-pilosa*, caule simplici. ♃. In radice Artemisiae campestris parasitica tam in solo arenario quam argillaceo, (in mehrern Prov. D.) Jul. Aug. D. fl. 4. 467. Reichenb. ic. f. 929-931. Flores caerulei, aeque longi, atque antecedentis speciei. G.

21. O. RAMOSA (L. sp. 882.) cal. *mono-sepalo*, 4 dentato, dentibus ovato-triangularibus subulato-acuminatis, antheris glabris, *caule ramoso*. D. fl. 4. 468. Reichenb. ic. f. 933. 934. Flores dimidio triplove minores, quam in antecedentibus duabus.

2. LATHRÆA (L. gen. n. 743.) Cor. basi integra decidens. Ovar. antice glandula libera fultum; cetera ut Orobanches.

1. L. SQUAMARIA (L. sp. 848.) caule simplici, floribus pendulis secundis, labio inferiore corollae trifido. ♃. In sylvis frondosis, umbrosis, non ubique. Mart. April. D. fl. 4. 361. Schk. t. 170.

Ord. LXXXV. RHINANTHACEAE. DC. fl. fr. 3. p. 454 (excl. gen.) Pediculares Juss. gen. 99. (excl. gen.)

Antherae basi mucronatae vel spinulosae, cetera ut Antirrhinearum.

1. TOZZIA (L. gen. n. 745.) Cal. 5 dentatus. Corollae tubus cylindricus, superne sensim ampliatus; limbus bilabiatus, labio superiore 2-inferiore 3 fido, lobis subaequalibus. Ovar. biloculare, loculis biovulatis. Caps. 1 sperma.

1. T. ALPINA (L. sp. 844.) ♃. Ad rupes umbrosas madentes Alpium et reg. subalpinarum, (d. d. g. Alpenk. u. auf d. Sudet.) Jul. Aug. D. fl. 4. 363. St. h. 30. Cor. flava, labio inferiore sanguineo-punctato.

2. MELAMPYRUM (L. gen. 742.) Cal. tubulosus, 4 dentatus. Ovarii loculi 1-2 spermi. Sem. laevia. — Corollae labium superius margine replicatum, inferius 3 sulcatum.

1. M. CRISTATUM (L. sp. 2. 842.) spicis quadrangularibus dense imbricatis, bracteis cordatis sursum complicatis recurvatis pectinato-dentatis. ☉. In sylvis et pratis siccis. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 356. Fl. dan. t. 1104. Flores albidi, antice pallide flavi, labio inferiore vitellino; vel purpurei, labio inferiore intus flavo.

2. M. ARVENSE (L. sp. 842.) spicis laxis aequalibus, bracteis ovatis lanceolato-acuminatis subulato-dentatis subtus bifariam punctatis, calycibus pubescenti-scabris tubum corollae subaequantibus, dentibus e basi ovata elongatis setaceo-acuminatis. ☉. In agris, solo calcareo et argillaceo. Jun. Jul. D. fl. 4. 357. Fl. d. t. 911. Cor. purpurea, medio annulo albo, et macula flava ad basin labii inferioris; bracteae purpureae.

3. M. BARBATUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 89. t. 86.) spicis laxis aequalibus, bracteis ovatis lanceolato-acuminatis subu-

lato-dentatis infra impunctatis, calycibus hirsutis tubo corollae triplo brevioribus, dentibus ovatis acuminatis. ⊙. Inter segetes, (im Litt., in Oestr. u. Mähr.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 358. Bracteae luteo-virides, raro purpureae. Corollae flavae.

4. M. NEMOROSUM (L. sp. 843.) spicis laxis secundis, bracteis superioribus profunde cordatis dentatis, calycibus hirsutis corollam dimidiam subaequantibus, dentibus lanceolato-subulatis patentibus. ⊙. In sylvis et nemoribus, non ubique, (fehlt in d. ganzen Rheingegend.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 358. St. h. 29. Bracteae azureae. Cor. aureae, tubo ferrugineo.

5. M. PRATENSE (L. sp. 843.) spicis laxis secundis, bracteis lanceolatis, superioribus basi utrinque 1-2 dentatis, calycibus glabris corolla triplo brevioribus, floribus horizontaliter patentibus. ⊙. In sylvis, ericetis, pratis turfosis et sylvaticis. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 360. M. vulgatum Pers. syn. 2. 151. Variat floribus albis, superne flavis, atque totis flavis.

6. M. SYLVATICUM (L. sp. 843.) spicis laxis secundis, bracteis lanceolatis integerrimis, calycibus glabris corollam aequantibus, floribus erectis. ⊙. In sylvis et pratis subalpinis, (d. d. g. A. K.; Vog.; Schwarzw.; Sud.; Thüring. W.; Harz.) Jul. Aug. Flores dimidio, quam antecedentis, minores, aurei; erecti; fructus autem nutantes.

3. PEDICULARIS (L. gen. n. 746.) Cal. tubulosus vel inflatus, 5 dentatus. Ovarii loculi multiovulati. Sem. reticulato-scrobiculata.

Sect. I. Labium corollae superius in rostrum, apice truncatum, ibidemque saepe crenulatum, contractum; anguli inferiores apicis rostri in dentem conspicue non protracti. Capsula compressa, oblique ovata.

1. P. JACQUINII (Koch. d. fl. 4. p. 363.) corollae labio superiore subito in *rostrum elongatum lineare* truncatum emarginatum angustato, filamentis longioribus apice sparsim pilosis, *calyce oblongo-campanulato glabro vel nervis margineque pubescente*, *laciniis* superne foliaceis inaequaliter crenatis, *apice recurvatis* calycis tubo triplo brevioribus, foliis profunde bipinnatifidis, pinnulis dentatis, caulibus adscendentibus. ♃ In locis madidis alp. altiorum, (v. den baier. Alp. u. v. Tyr. bis Oestr.) Jul. Aug. D. fl. 4. p 363. P. rostrata Jacq. a. t. 205. St. h. 20. Flores rosei. Caulis linea decurrente, e pube brevissima formata notatus.

2. P. ROSTRATA (L. sp. 845.) corollae labio superiore subito in *rostrum elongatum lineare* truncatum supra medium barbatis, *calyce tubuloso* basin versus attenuato *ubique breviter villoso*, *laciniis* superne foliaceis inaequaliter crenatis *apice uncinatis* tubo calycis triplo brevioribus, foliis profunde pinnatifidis, pinnulis duplicato-dentatis, caulibus prostratis adscendentibus. ♃. In locis humidis alp. altior., (Schweiz, nicht überall; Tyr. a. d. Zielalpe u. d. Alp. im Suldenthale.) D. fl. 4. p. 367. Gay. ann. d. scienc. nat. mart. 1832. Flores rosei. Caulis linea decurrente villoso-pubescente.

3. P. ASPLENIFOLIA (Floerk. ap. Willd. sp. 208.) corollae labio superiore subito in *rostrum elongatum lineare* truncatum emarginatum angustato, filamentis glabris, *calyce oblongo-campanulato lanato-villoso*, *laciniis* superne foliaceis crenatis *apice uncinatis* tubo calycis triplo brevioribus, foliis profunde pinnatifidis, foliolis duplicato-dentatis, caule erecto. ♃. In locis madidis alp., (Tyr.; Salzb.; Kärnth.; Steyerm.) Jul. D. fl. 4. p. 367. St. h. 20. Flores rosei. G.

4. P. PORTENSCHLAGII (Sauter. ap. Reichenb. ic. 5. f. 587.) corollae *labio superiore in rostrum breve conicum apice truncatum sensim abeunte*, filamentis longioribus supra medium barbatis, *calyce* tubuloso-campanulato glabro nervis margineque pubescente, *laciniis* superne inaequaliter crenatis *apice recurvatis* tubo calycis brevioribus, foliis pinnatifidis, pinnis duplicato-dentatis, caule erecto dense foliato. ♃. In locis humidis alp. altiss. granitic. Styr. sup. Jun. Jul. D. fl. 4. 369. Flores rosei. G.

5. P. FASCICULATA (Bellard. app. altera ad fl. ped. ined. secund. Willd. sp. 3. 218.) corollae labio superiore *in rostrum breve conicum apice truncatum sensim abeunte*, filamentis longioribus supra medium barbato-villosis, *calyce* campanulato ultra medium quinquefido dense pubescente, *laciniis foliaceis pinnatifidis dentatisque rectis*, bracteis superioribus trifidis, segmentis pinnatifidis. ♃. In alp. et subalp., (a. d. Monte Generoso im C. Tessin.) Jul. Aug. Flores purpurei. H.

6. P. TUBEROSA (L. sp. 847.) corollae labio superiore subito in *rostrum elongatum lineare* truncatum emarginatum angustato, filamentis longioribus superne barbato-villosis, *calyce campanulato ad medium quinquefido*, *laciniis foliaceis inciso-dentatis rectis*, bracteis superioribus trifidis, laciniis inciso-dentatis, foliis profunde bipinnatifidis, pinnulis dentatis. ♃. In locis humidis alp altior., (Schw.; Tyr.; Salzb.; Kärnth.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 369. St. h. 30. P. gyroflexa b. Vill. delph. 2. 427. P. adscendens Hopp. et Sternb. denkschr. 1. 2. 122.

7. P. BARRELIERII (Reichenb. fl. exc. p. 362.) corollae labio superiore subito in *rostrum elongatum lineare* truncatum emarginatum angustato, filamentis longioribus superne barbato-villosis, *calyce* anguste campanulato ad medium quinquefido *glabro*, *laciniis* margine puberulis lanceolatis acuminatis *integerrimis* rectis, bracteis superioribus pinnato-3-5 fidis, laciniis lateralibus integerrimis, foliis profunde bipinnatifidis, pinnulis dentatis. ♃. In alp. calcareis, (a. d. Joche d. Alp zw. d. Cant. Bern u. Wallis.) Jul. Aug. P. adscendens Gaud. helv. 4. p. 145., non Schleich. Spica multo longior et inferne laxior, quam in antecedente. Flores flavi. H.

8. P. INCARNATA (Jacq. fl. a. 2. p. 24. t 140.) corollae labio superiore in *rostrum elongatum lineare* truncatum emarginatum angustato, filamentis glabris, *calyce* tubuloso-campanulato *lanato* quinquefido, *laciniis* lanceolato-subulatis acutis *integerrimis rectis*, longioribus tubum suum subaequantibus, bracteis superioribus trifidis integerrimis, foliis bipinnatifidis serrulatisque. ♃. In locis

subhumidis alp., (Oestr., Steyerm., Kärnth., Salzb., Wallis.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 371. Flores rosei, labio superiore saturatiore. Spica valde laxa.

9. P. ATRORUBENS (Schleich. pl. exs. et ap. Gaud. helv. 4. p. 139.) corollae labio superiore *breviter rostrato*, *rostro truncato subtridentato*, filamentis longioribus superne pilosis, calyce campanulato lanuginoso, laciniis lato-lanceolatis acuminatis serrulatis, *bracteis superioribus lanceolato-linearibus indivisis* apice serrulatis, foliis profunde pinnatifidis, pinnis inciso-serratis serrulatisque. ♃. In locis herbidis alp. altiss., (a. d. grofsen Bernhard, nicht weit von d. Kloster.) Jul. Aug. Planta habitu P. sudeticae et P. recutitae. Spica densa; flores saturate purpurei. H.

Sect. II. Labium superius corollae breviter rostratum, rostro truncato et utrinque ad angulum in dentem acutum vel subulatum protracto. Caps. compressa, oblique ovata.

10. P. SYLVATICA (L. sp. 845.) corollae labio superiore subfalcato brevissime rostrato truncato, angulis in dentem triangulari-subulatum protractis, calyce 5 dentato, dentibus superne foliaceis dentatisque, foliis pinnatis, pinnis ovalibus subpinnatifido-lobulatis, lobulis 2-3 dentatis, *caule primario erecto a basi florigero*, *secundariis prostratis*. ♃ vel ⊙. In pratis vilioribus, ericetis sylvisque humidis. Mai-Jul. D. fl. 4. p. 372. St. h. 13. Flores rosei.

11. P. PALUSTRIS (L. sp. 845.) corollae labio superiore subfalcato brevissime rostrato truncato, angulis in denticulum subulatum protractis, calyce bilobo, lobis inciso-dentatis crispis, foliis pinnatis, pinnis oblongis subpinnatifidis lobulatis, lobulis crenatis, *caule erecto a basi ramoso*. ♃ vel ⊙. In paludibus et pratis humidis spongiosis. Mai-Jul. D. fl. 4. p. 374. Schk. t. 171. Flores carnei. Praeter denticulum in apice labii superioris, alius minutus in medio marginis ipsius.

12. P. SUDETICA (Willd. sp. 3. 209.) corollae labio superiore *falcato* brevissime rostrato truncato, *angulis in dentem* triangulari-subulatum *protractis*, *calyce quinquefido* angulis villoso, *dentibus lanceolatis* indivisis serrulatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis acutis lobulato-dentatis serrulatis, caule simplici. ♃. In locis irroratis et ad fontes in Sudetis. Jun. Jul. D. fl. 4. p. 374. Reichenb. ic. f. 574. G.

13. P. COMOSA (L. sp. 847.) labio corollae superiore *falcato* breviter rostrato truncato, *angulis in dentem* triangulari-subulatum *protractis*, *calyce 5 dentato*, angulis puberulis, *dentibus brevissimis ovatis* obtusis *latitudine sua brevioribus*, foliis pinnatis, pinnis oblongis acuminatis pinnatifidis, laciniis mucronato-serratis. ♃. In montosis, (südl. Tyrol, Pollin.) Jun. Aug. Cor. ochroleuca vel citrina. G.

Sect. III. Corollae labium superius rectum vel falcatum, apice, plerumque non latiore, galeato-obtusum, nec vero rostratum neque dentibus instructum. Capsula compressa, oblique ovata.

14. P. FOLIOSA (L. mant. p. 86.) corollae *labio superiore subrecto obtuso edentulo hirsuto*, *calyce* campanulato *integro*, an-

gulis villoso 5 dentato, *dentibus tubo multo brevioribus* e basi triangulari acuminatis, posteriore longiore, filamentis omnibus apice dense barbatis, foliis bracteisque inferioribus pinnatis, pinnis profunde pinnatifidis, pinnulis lineari-lanceolatis inciso-mucronato-serratis, bracteis superioribus lanceolatis pinnatifido-serratis. ♃. In locis glareosis subalpinis, (d. d. g. A. K; a. d. Hohneck d. Vog.) Jul. Aug. Planta 6-12 pollicaris. Corolla sulphurea.

15. P. Hacquetii (Graf. in bot. ztg. 17. 1. 42.) corollae *labio subrecto obtuso edentulo glabriusculo*, *calyce* campanulato *semibifido subspathaceo* antice villoso 3-5 dentato, *dentibus brevissimis triangularibus*, posteriore paulo maiore, filamentis longioribus apice dense barbatis, foliis bracteisque inferioribus pinnatis, pinnis profunde pinnatifidis, pinnulis lineari-lanceolatis inaequaliter mucronato-serratis, bracteis superioribus lanceolatis pinnatifido-serratis. ♃. In alpibus vochinensibus Carniol., (bisher bloſs a. d. Javernik von Hacquet u. a. d. Zherna perst von Graf gefunden.) Planta 2-4 pedalis; flores sulphurei. G.

16. P. recutita (L. sp. 648.) corollae *labio superiore subrecto obtuso edentulo glabro*, *calyce* campanulato *glabro subsemiquinquefido*, *dentibus* inaequalibus *lanceolatis* acutis, bracteis lanceolatis indivisis trifidisque flore brevioribus, inferioribus pinnatifidis elongatis, foliis profunde pinnatifidis elongatis, foliis profunde pinnatifidis, *pinnis* lanceolatis pinnatifido-dentatis denticulatisque, *superioribus* basi *lato-confluentibus*. ♃. In pratis humidis et ad fontes alp. altiorum, (d. d. g. A. K.) D. fl. 4. p. 377. Jacq. austr. t. 258. St. h. 30. Flores ferrugineo-purpurei.

17. P. rosea (Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 57.) corollae labio superiore *recto subfalcato edentulo obtuso glabro*, *calyce* tubuloso campanulato *lanato subsemiquinquefido*, *dentibus* aequalibus *lanceolato-subulatis* acutis, bracteis pinnatifido dentatis calyce paulo longioribus, superioribus subintegerrimis, foliis pinnatis, pinnis anguste lanceolatis acute serratis. ♃. In alp. calcareis, (Tyr., Steyerm. u. Käruth.) D. fl. 4. 378. Jacq. ic. rar. t. 115. St. h. 20. Cor. rosea, labio superiore saturatiore. G.

18. P. versicolor (Wahlenb. fl. helv. p. 118., non fl. suec.) corollae labio superiore *recto subfalcato apice edentulo obtuso glabro*, calyce tubuloso-campanulato cum bracteis villoso 5 dentato, dentibus inaequalibus lanceolatis apice recurvatis subcrenatis, bracteis oblongis pinnatifido-crenatis, superioribus subintegerrimis calyce paulo longioribus, foliis pinnatis, *pinnis ovalibus* duplicato-crenatis, *superioribus deorsum imbricatis*. ♃. In rupium fissuris et glareis humidis alp., (Schw., Baiern, Tyrol, Steyerm.) Juni. D. fl. 4. p. 380. P. flammea Wulf. in Jacq. coll. 1. 70. (non L.) Cor. citrina, macula punicea vel atropurpurea sub apice labii superioris.

19. P. acaulis (Scop. fl. carn. ed. 2. 1. p. 439.) corollae *labio* superiore falcato rotundato-obtuse edentulo *margine villoso*, calyce semiquinquefido, dentibus superne foliaceis inciso-dentatis, *pedunculis radicalibus solitariis*, folio multo brevioribus, foliis pinnatis,

pinnis ovatis pinnatifido-incisis mucronato-dentatis. ♃. In declivibus apricis inter fruticeta, (in Krain auf niedrigern Bergen u. bis in die Alpen hinauf.) Apr. Mai., in alp. serius. D. fl. 4. p. 381. Jacq. coll. 1. t. 11. Cor. alba, in color. carneum vergens. G.

20. P. VERTICILLATA (L. sp. 846.) corollae labio superiore subrecto obtuso edentulo glabro, *calyce inflato hirsuto apice fisso*, dentibus brevissimis, foliis profunde pinnatifidis, pinnis ovato-oblongis obtusis inaequaliter dentatis, *foliis caulinis bracteis floribusque verticillatis.* ♃. In locis graminosis humidis, (d. d. g. A. K.) D. fl. 4. p. 382. Jacq. a. t. 206. St. h. 20. Cor. purpurea.

Sect. IV. Cor. tubus superne in faucem campanulatam, labiis conniventibus clausam dilatatus.

21. P. SCEPTRUM CAROLINUM (L. sp. 845.) *corollae tubo superne campanulato, fauce labiis conniventibus clausa*, labio superiore falcato obtuso edentulo, calyce glabro 5 dentato, dentibus oblongis obtusis acute inaequaliter crenatis, bracteis ovatis indivisis, foliis pinnatifidis, *pinnis ovato-oblongis obtusis duplicato-crenatis.* ♃. In pratis turforsis paludosis, (Oberbayern b. Münch., Salzb., Steyerm., Mähr., Mecklenb., Preuss. b. Königsb.) Jun.-Aug. Cor. speciosa, sulphurea, margine labii inf. sanguineo. G.

4. RHINANTHUS (L. gen. n. 740.) Cal. inflatus, 4 dentatus. Ovarii loculi multiovulati. Sem. ala orbiculari cincta. — Flores omnium flavi, tubo albido; saepe macula violacea una alterave notati.

1. R. MINOR (Ehrh. beitr. 6. 144.) *bracteis concoloribus*, superioribus inciso-serratis, dentibus acuminatis, labiis corollae porrectis, tubo recto, dente in utroque latere labii superioris breviter ovato, aeque longo ac lato, foliis oblongo-lanceolatis. ⊙. In pratis. Mai. Jun. D. fl. 4. p. 343. R. Crista galli Poll. pal. 2. p. 175. R. Crista galli α. L. sp. 840. Alectorolophus parviflorus Wallr. sched. 348. Reichenb. ic. 8. f. 974. Dens labii superioris nunc albidus nunc violaceus. Flores dimidio minores, quam in subsequente; bracteae saepe brunneo colore suffusae. Variat:

β. *fallax*, altior, caule lineolis nigris adsperso: Alect. minor β. fallax Wimm. et Grab. fl. sil. 2. 213.

γ. *angustifolius*, foliis dimidio angustioribus: Alect. minor β. Reichenb. ic. 8. f. 973. Rhin. minor β. alpinus Gaud. helv. 4. p. 197. ? In alpibus altioribus. In loco natali ulterius observanda varietas.

2 R. MAIOR (Ehrh. beitr. 6. 144.) *bracteis decoloribus* pallidis, superioribus inciso-serratis, dentibus subulatis cuspidatis, *labiis* corollae *porrectis*, tubo subcurvato, dente in utroque latere labii superioris ovato, *calyce glabro*, vel subpubescente, seminum alis, dimidio semine latioribus, *foliis oblongo-lanceolatis.* ⊙. In pratis. Mai. Jun. D. fl. 4. p. 341., exclus. var. β. R. Crista galli β. L. sp. 840. Alectorolophus grandiflorus Wallr. sched. 316. A. maior Reichenb. ic. 8. f. 975. Dens labii corollae violaceus.

3. R. ALECTOROLOPHUS (Poll. palat. 2. 177.) bracteis decoloribus pallidis, superioribus inciso-serratis, dentibus subulatis cuspidatis, labiis

labiis corollae porrectis, tubo subcurvato, dente in utroque latere labii superioris ovato, *calyce villoso*, seminum alis semine ipso triplo angustioribus, foliis oblongo-lanceolatis. ⊙. In agris inter segetes, (im mittlern u. südl. Gebiete sehr gemein, im nördl. fast ganz fehlend) Mai. Jun. R. Crista galli γ. L. sp. 2. 480. L. villosus Pers. syn. 2. 151. R. hirsutus Lam. fl. fr. 2. 353. Mimulus Alectorolophus Scop. carn. 1. p. 435. Alectorolophus grandiflorus β. pubens Wallr. sched. 316. A. hirsutus All. ped. 1. 58. Reichenb. ic. 8. f. 966. (exclus. seminibus.) Planta saepe sesquipedalis et bipedalis. Suadente cl. Meyer. in chor. hanov. p. 314., et seminibus denuo inter se comparatis, hunc separavi.

4. R. ANGUSTIFOLIUS (Gmel. fl. bad. 2. p. 669.) *bracteis decoloribus pallidis*, superioribus inciso-serratis, dentibus subulatis longe aristatis, *labio* corollae superiore adscendente, *inferiore patente*, dente in utroque latere labii superioris oblongo, *foliis e basi lanceolata longe attenuatis*. ⊙. In subalpinis et montibus conterminis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 344. R. Crista galli β. L. sp. 840. γ. angustif. Gaud. helv. 4. p. 108. Praeter dentem labii superioris violaceum, *macula violacea ad basin labii inferioris*. Corolla dimidio minor et tubus dimidio angustior, quam in R. minore.

5. R. ALPINUS (Baumgart. en. stirp. transs. 2. p. 194.) *bracteis decoloribus pallidis nigro-striolatis punctatisque*, superioribus inciso-serratis, dentibus subulato-cuspidatis, *labio* superiore corollae adscendente, *inferiore patente*, dente in utroque latere labii superioris oblongo, foliis oblongo-lanceolatis. ⊙. In subalpinis, (a. d. Mähr. Karpaten u. d. Sudet.) Folia et bracteae R. maioris, flores R. angustifolii. *Labium cor. inferius maculis pluribus caeruleis.* G.

5. BARTSIA (L. gen. n. 739.) Cal. campanulatus, quadrifidus. Ovarii loculi multiovulati. Sem. ad hilum compressa, superficie costata, costis dorsalibus alato-dilatatis.

1. B. ALPINA (L. sp. 839.) foliis oppositis ovatis subamplexicaulibus obtuse serratis. ♃. In pratis et glareosis humidis alp. et reg. subalp.; cum fluviis in planities descendens, (d. d. g. A. K.; a. d. Sudet.; d. Feldb. d. Schwarzw.) D. fl. 4. p. 340. St. h. 17.

6. TRIXÁGO (Link. en. h. berol. 2. p. 134.) Caps. in rostrum attenuata; cetera ut Euphrasiae.

1. T. LATIFOLIA (Reichenb. fl. germ. excurs. p. 360.) foliis palmato-dentatis, floribus subcapitato-aggregatis. ⊙. In collibus incultis, (Istrien.) April. Mai. D. fl. 2. p. 346. Bartsia latifolia Sm. fl. graec. t. 386. Euphrasia latifolia L. sp. 841. Cor. purpurea. J.

7. EUPHRASIA (L. gen. n. 741.) Cal. tubulosus vel campanulatus, 4 dentatus vel 4 fidus. Ovarii loculi multiovulati. Sem. aequaliter striata, striis apteris. Caps. obtusissima vel emarginata.

Sect. I. EUPHRASIUM. Antherarum sacculus inferior staminum breviorum spinula longiore armatus, ceteri sacculi tenuissime et breviter mucronati.

1. E. OFFICINALIS (L. sp. 841.) *foliis ovatis utrinque subquinquedentatis*, dentibus inferioribus approximatioribus, foliorum superiorum acuminatis brevius longiusque mucronatis, *labio corollae superiore* bilobo, *lobis patentibus* 2-3 dentatis, *inferiore* trifido, *laciniis profunde emarginatis*. ⊙. In pratis, sylvarum locis denudatis, ericetis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 347. Variat:

α. *pratensis*, glanduloso-pilosa, pilis patentibus, dentes foliorum superiorum mucronati. Flores plerumque maiores, albi, macula citrina ad basin labii inferioris, lineis 6 violaceis in labio superiore et 9 in lab. inferiore notati: E. off. var. A. pratensis Fries. nov. 2. p. 196. E. pratensis Reichenb. fl. exc. p. 359. E. Rostkoviana Hayn. arzgw. 9. t. 7. E. off. St. h. 3. — In pratis frequens.

β. *neglecta*, pilosa, pilis patentibus eglandulosis, folia superiora, sicut in varietate subsequente, profundius serrata, dentibus cuspidatis: E. off. β. neglecta Wimm. et Grab. fl. siles. 2. p. 218. Specimina valde pilosa: E. nemorosa β. pectinata Reichenb. fl. exc. p. 359. In subalpinis provenit.

γ. *nemorosa*, pilis crispulis adpressis pubescens, folia superiora profunde serrata, dentibus cuspidatis, labium superius plerumque caeruleum et quandoque totus flos caeruleus: E. off. β. nemorosa Pers. syn. 2. 149. E. off. Hayn. arzgw. 9. t. 8. Reichenb. fl. exc. p. 358. E. stricta Host. a. 2. p. 185. In locis siccioribus frequens.

δ. *alpestris*, forma foliorum ut in var. α., pubescentia ut in var. γ. Haec varietas occurrit, 1. floribus maioribus eiusdem coloris ac varietatis α: E. off. alpestris Wimm. et Grab. fl. sil. 2. 218.; 2. floribus maioribus caeruleis Tausch. pl. sel.; 3. floribus minoribus varietatis nemorosae: E. nemorosa Reichenb. fl. exc. p. 358. var. α.; 4. dentibus foliorum obtusioribus, floribus minutis: E. micrantha Reichenb. fl. exc. p. 358. In subalpinis et montibus altioribus crescit.

2. E. MINIMA (Schleich. ap. DC. fl. fr. 3. p. 473.) *foliis ovatis utrinque subquinquedentatis*, dentibus superiorum breviter mucronatis, *labio* corollae *superiore* bilobo, *lobulis conniventibus* bidentatis, *inferiore* trifido, *laciniis profunde emarginatis*. ⊙. In alpium pratis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 350. E. pratensis α. Reichenb. fl. exc. p. 359. Humilis, ramosissima, foliis et pubescentia similis E. officinalis varietati nemorosae. Flores minuti, labium superius caeruleum, inferius totum flavum; praeterea autem utraque lineis picta, ut in antecedente.

3. E. SALISBURGENSIS (Funk. in Hopp. taschenb. 1794. p. 190.) *foliis* lanceolatis oblongisve basi cuneatis *utrinque bi-tridentatis, dentibus aequidistantibus foliorum superiorum* calycisque *cuspidato-aristatis*, *labio* corollae superiore bilobo, lobis 2-3 dentatis, *inferiore* trifido, *laciniis profunde emarginatis*. ⊙. In alpibus et subalpinis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 351. E. alpina DC. fl. fr. 3. p. 473. Lamarckii planta eiusdem nominis humillima est et flores magnos caeruleos fert; tamen huius varietas videtur.

4. E. TRICUSPIDATA (L. sp. 841.) *foliis linearibus apice utrinque unidentatis*, *dentibus* foliorum etiam superiorum calycisque

acutis muticis, labio corollae superiore bilobo, lobis 2-3 dentatis, *inferiore* trifido, *laciniis profunde emarginatis.* ⊙. In montosis Tyr. austr.! Jul. Aug. D. fl. 4. p. 351. Folia angusta, linearia, lin. 6 longa, ½ lata, a basi usque ad tres longitudinis partes edentula, deinde dentibus 2 brevibus, non mucronatis, instructa. Flores ut in E. officinali. G.

Sect. II. Odontites Dub. bot. gall. p. 354. Antherarum saccuii aequaliter mucronati.

5. E. Odontites (L. sp. 841.) *foliis e basi latiore attenuatis* lanceolato-linearibus remote serratis, bracteis oblongo-lanceolatis flore longioribus, *corollis* superficie margineque *dense pubescentibus*, labio superiore compresso truncato-obtuso, laciniis inferioris oblongis obtusis, *antheris apice villo connexis.* ⊙. In agris subhumidis et locis hyeme inundatis. Jun.-autumn. D. fl. 4. p. 352. E. verna Bellard. app. ad fl. ped. in mem. d. l'ac. d. scienc. tur. t. 5. Bartsia Odontites Sm. brit. 2. p. 648. Odontites verna Reichenb. fl. exc. p. 359. Cor. dilute purpurea.

6. E. serotina (Lam. fl. fr. ed. 2. 3. p. 350.) *foliis lanceolatis acuminatis* basin versus subattenuatis remotiuscule serratis, bracteis oblongo-lanceolatis flore brevioribus, *corollis* superficie margineque *dense pubescentibus*, labio superiore compresso, truncato-obtuso, inferioris laciniis oblongis obtusis, *antheris apice villo connexis.* ⊙. In montosis siccis, (in d. südl. Schw.; um Triest u. wahrscheinlich a. mehren Orten im südl. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 353. E. Odontites β. L. sp. 842. Bartsia serotina Bert. amoen. ital. p. 33. Odontites serotina Reichenb. fl. exc. p. 359. G.

7. E. lutea (L. sp. 842.) foliis lanceolato-linearibus obsolete remote serratis, superioribus linearibus integerrimis, omnibus cauleque superne calycibusque pubescentibus, pilis adpressis crispulis eglandulosis, *corolla barbato-ciliata*, lobis superiore compresso truncato-obtuso, *staminibus corollam superantibus*, *antheris glabris liberis.* ⊙. In montibus humilior. collibusque incultis, solo calcareo, (im mittl. u. südl. Geb.; u. in Pomm.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 355. Jacq. a. t. 398. Odontites lutea Reichenb. fl. exc. p 359. var. β. Flores vitellini. — E. linifolia L. sp. 842. var. α., differt calycibus glabris et capsulis calyce longioribus; in ditione florae nostrae nondum lecta est. Ab hac autem bonis notis recedit Eufragia linifolia Column. ecphr. 2. p. 68. t. 69., quae in spec. plant. ad Euphrasiam linifoliam trahitur, calyce scilicet tubuloso, angustiore et duplo fere longiore, bracteis erectis, staminibus corolla brevioribus et praecipue antheris circum circa barbato-ciliatis. Haec ad E. tenuifoliam Pers., E. linifoliam Brot., pertinet.

8. E. viscosa (L. mant. 86.) foliis lanceolato-linearibus obsolete remote serratis, superioribus linearibus integerrimis, *his cauleque* superne calycibusque pubescentibus, pilis glanduliferis patentibus, *corolla margine glabra*, *labio superiore compresso truncato*-obtuso, staminibus corolla brevioribus, antheris apice villo connexis. ⊙. In Vallesia media. Jul. Aug. E. linifolia β. L. sp. 842. Flores pallide flavi. Cor. glabra statim ab affinibus distinguitur. Folia latiora, quam in antecedente. H.

Euphrasia lanceolata Gaud. helv. 4. p. 116., quae autem in Helvetia nondum reperta est, flores luteos, stamina corollam superantia, antheras glabras liberasque E. luteae, et folia E. Odontitis habet; sed ab illa abunde differt foliis omnibus, etiam rameis lanceolatis, et omnibus, ut bracteae, serratis, corollae labiis subaequalis longitudinis, superiore profunde emarginato subbifido et inferiore, si reflectitur, longitudinem tubi attingente; ab E. Odontite colore floris, staminibus corolla longioribus et antheris glabris liberisque.

Ord. LXXXVI. LABIATAE. Juss. gen. p. 110.

Cal. tubulosus, persistens. *Cor.* monopetala, hypogyna, *irregularis*, saepe bilabiata. Stam. corollae inserta, 4, didynama, vel 2. *Ovaria 4 libera, disco hypogyno inserta*, 1 locularia, 1 ovulata, ovulo erecto. *Styl. 1, in medio ovariorum.* Nuces 4, calyci inclusae. Embryo rectus, radicula infera, ad hilum versa. Albumen nullum. Folia opposita, exstipulata*).

Trib. I. *OCYMOIDEAE.* Benth. lab. p. 1. Cor. bilabiata. Stam. declinata. Antherae reniformes, uniloculares, rima semicirculari dehiscentes, polline emisso patellulam orbicularem planam exhibentes.

1. ÓCYMUM (L. gen. n. 732.) Stam. labio corollae inferiori incumbentia. Antherae reniformes, uniloculares, in patellulam orbicularem planam dehiscentes. Labium corollae superius quadrifidum, inferius integrum. Calycis labium superius integrum, inferius quadridentatum.

1. O. Basilicum (L. sp. 833.) foliis petiolatis ovatis oblongisve remote obsolete serratis glabris, calycibus ciliatis, caule pubescente. ⊙. Ex India orientali allatum; nunc ob gratum odorem et hinc inde quoque in usum culinarium plures varietates coluntur. Jul. Aug. D. fl. 4. 330. Colit.

---

*) Labiatarum tribus sequentibus notis dignoscuntur:
Stamina declinata, I. Ocymoideae.
Stamina distantia et vel superne divergentia, vel sub labio superiore conniventia.
Corolla infundibuliformis vel subcampanulata, II. Menthoideae.
Corolla bilabiata.
Antherarum sacculi apice coniuncti, V. Melissineae.
Antherarum sacculi connectivo dilatato utrinque oblique adnati, apice seiuncti, IV. Satureineae.
Stamina sub labio superiore parallela.
Corolla unilabiata, X. Ajugoideae.
Corolla bilabiata, stamina duo, III. Monardeae.
Corolla bilabiata, stamina quatuor, fructus drupacei, IX. Prasieae.
Corolla bilabiata, stamina quatuor, fructus exsucci.
Calyx fructifer apice compresso-clausus, VIII. Scutellarineae.
Calyx fructifer apice non compressus.
Stamina superiora longiora, VI. Nepeteae.
Stamina inferiora longiora, VII. Stachydeae.

2. LAVÁNDULA (L. gen. n. 711.) Stamina cum stylo in tubo corollae abscondita. Antherae reniformes uniloculares, in patellulam orbicularem planam dehiscentes. Labium corollae superius bifidum, inferius trifidum. Cal. inaequaliter dentatus, fructifer dentibus conniventibus clausus.

1. L. VERA (DC. fl. fr. 5. 398.) foliis oblongo-linearibus lanceolatisve integerrimis, iunioribus canis margine revolutis, spicis interruptis, bracteis rhombeo-ovatis acuminatis, omnibus fertilibus, supremis calyce brevioribus. ♃. In montosis siccis incultis, (bei Trient im südl. Tyr., a. d. Lavendelberge bei Kreuznach in d. Rheinpfalz; in Schwaben a. einigen Orten.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 239. L. Spica α. L. sp. 800. L. officinalis Chaix ap. Vill. delph. 1. 355. 2. 363.

Trib. II. *MENTHOIDEAE*. Benth. lab. p. 152. Cor. subcampanulata vel infundibuliformis, limbo 4-5 fido, lobis subaequalibus. Stam. distantia, recta. Antherarum sacculi paralleli vel divaricati, rima dehiscentes.

3. ELSHOLTZIA (Willd. in Ust. mag. 11. p. 5. sp. pl. 3. 59.) Stamina distantia, recta, superne divergentia. Antherarum sacculi divergentes. Cor. subaequaliter 4 fida, lobo superiore suberecto, subconcavo, emarginato, inferioribus patulis. Cal. 5. dentatus.

1. E. CRISTATA (Willd. l. c.) herbacea, glabriuscula, foliis petiolatis ovatis oblongisve utrinque angustatis, bracteis lato-ovatis acutis ciliatis secundis, verticillis approximatis secundis, spicis paniculatis. ⊙. In cultis, (in d. Gegend v. Hamburg.) Jul. Aug. Hyssopus ocymifolius Lam. dict. 3. 187. Mentha Patrini Lepech. nov. act. petrop. 1. 336. t. 8. M. ovata Cav. ic. rar. 4. 36. t. 360. f. 1. Cor. pallide purpurea. G.

4. MENTHA (L. gen. n. 713.) Stamina distantia, recta, superne divergentia. Antherarum sacculi paralleli, rimis longitudinalibus parallelis dehiscentes. Cor. infundibuliformis, 4 fida, subaequalis, lacinia superiore emarginata; annulus in tubo nullus. Cal. 5 dentatus.

Menthae variant caule foliisque hirsutis et glabris, vel tomentosis et glabris; et insuper foliis crispis; occurrunt itaque varietates hirsutae, tomentosae, glabrae, et crispae. Folia crispa plerumque latiora fiunt, et petioli, si planta iisdem instructa est, latiores et simul breviores redduntur. Varietates staminibus exsertis floribusque maioribus, atque staminibus inclusis floribusque minoribus, sexus diversitatem et sexum polygamo-dioicum indicant.

Sect. I. MENTHAE GENUINAE. Calycis faux nuda.

1. M. ROTUNDIFOLIA (L. sp. 805.) *spicis lineari-cylindricis, bracteis lanceolatis, calycibus* obsolete striatis, *fructiferis subgloboso-ventricosis*, dentibus lanceolato-subulatis denique conniventibus, *foliis sessilibus* subovatis crenato-serratis. ♃. Ad fossas et dumeta in locis humidis, (in d. westl. Schw. u. d. d. Rheinthal bis n. Spa; im Mainthale; um Halle.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 244. M. macrostachya Ten. syllog. p. 282., staminibus exsert. M. rugosa Lam.

fl. fr. 2. 420. Roth. cat. 1. 65. M. fragrans Presl. delic. prag. 78. M. suaveolens Ehrh. beitr. 7. 149.

2. M. SYLVESTRIS (L. sp. 804.) *spicis lineari-cylindricis, bracteis lineari-subulatis, calycibus* leviter striatis, *fructiferis ventricosis superne coarctatis*, dentibus lineari-subulatis denique paulo conniventibus, *foliis subsessilibus* ovatis lanceolatisve dentato-serratis. ♃. Ad ripas, fossas, dumeta in humidis. Jul. Aug. Variat:

α. vulgaris, folia tomentosa, plana, vel parum tantum undulata; atque haec occurrit

A. tomento in caule foliisque laxo, crassiore: M. sylvestris Willd. sp. 3. 74. M. hybrida Schleich.! exs. M. canescens Roth. cat. 3. 46. M. nemorosa Beck. fl. v. Frankf. M. sylv. nemorosa Reichenb. ic. f. 1315. M. niliaca Jacq. h. vind. 3. t. 87. — M. velutina L. rev. p. 115., M. gratissima Lej. fl. d. spa. 2. p. 15., est forma memorabilis foliis subrotundo-ovatis, profunde dentatis.

B. tomentum caulis et paginae inferioris foliorum adpressum, albidum; M. nemorosa Willd. sp. 3. 75. M. serotina Tenor. syllog. p. 281. M. candicans Opitz.! M. sylvestris Beck. fl. v. Frankf. — Sexus alter staminibus inclusis: M. reflexifolia Opitz.! M. Halleri Gmel. bad. 2. 594.

C. folia supra tenuiter, subtus dense caulisque tomento crassiusculo tecta: M. sylvestris α. molliss. Benth. lab. p. 171. M. mollissima Borkh. in flor. wett. 2. p. 348. M. chalepensis Mill. dict. n. 10.; si folia tomento brevissimo cana sunt: M. candicans Crantz. a. 330. Huius modificatio fol. angustis elongato-lanceolatis: M. niliaca Willd. sp. 2. p. 76. Vahl. symb. 3. 75.

β. undulata, folia plerumque breviora, margine undulata et inciso-dentata, dentibus lanceolatis inaequalibus acuminatis: M. sylvestris η. crispa Benth. lab. p. 172. M. undulata Willd. en. h. 6. p. 608. Reichenb. ic. f. 1311. M. crispa Ten. fl. neap. 2. 19. (M. tomentosa Deurv. secund. cl. Benth. speciem propriam constituit.) Ex semine huius varietatis varietatem vulgarem eduxi.

γ. pubescens, folia primo adspectu supra glabra, subtus pubescentia, sub lente vero supra pilis brevissimis rare adspersa, subtus in rete venarum pilis brevibus obsita; caulis pube adpressa tectus vel subglaber: M. balsamea W. en. h. berol. 2. 608., sec. specim. in coll. reg. berol. M. pyramidalis Ten. sec. specim. ex h. Gotting. Ad litt. mar. prope Servola leg. Biasol.; aliam formam misit D. Lang.

δ. glabra, folia glabra vel subtus in venis sparsim pilosa, caulis glaber vel subpubescens: M. viridis L. sp. 804. — M. laevigata Willd. en. h. berol. 2. 609., est modificatio foliis latioribus ovato-oblongis.

ε. crispata, folia glabra, bullato-rugosa, inciso-dentata: M. crispata Schrad. cat. sem. h. gött. Willd. en. 2. p. 608. M. hercynica Röhl. d. fl. p. 328.

3. M. NEPETOIDES (Lej. rev. de la flore de spa. p. 116.) *spicis oblongo-cylindricis*, bracteis superioribus lineari-subulatis, *denti-*

bus calycis lineari-setaceis, *fructiferi porrectis* striatis, *foliis petiolatis ovatis* serratis. ♃. Ad fossas et ripas. Jul. Aug. D. fl. 4. 248. M. aquatica-sylvestris Mey. chlor. bor. p. 289. Folia M. aquaticae, spicae M. sylvestris, sed crassiores, fortasse hybrida ex ambabus. Folia hirsuta. Variat autem foliis subtus laxius hirsutis et praecipue in venis tantum pilosis: M. hirta Willd.! en. h. berol. 2. 608.; atque foliis subtus densius pilosis, pilis crispulis: M. pubescens Willd.! l. c.; vidi specimina authentica collectionis regiae berolinensis. G.

4. M. PIPERITA (L. sp. 805.) *spicis oblongo-cylindricis*, bracteis superioribus lanceolatis, *dentibus calycis* lanceolato-subulatis, *fructiferi porrectis*, tubo sulcato, *foliis petiolatis oblongis* vel ovato-oblongis serratis. ♃. Ad ripas, (in Oberbaden am Klemmbach bei Mühlheim beide Abarten, die Var. *α*. auch in Tyrol bei Kufstein.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 250. Variat:

α. Langii, simillima sequenti, copiose in hortis pharmacopolarum cultae, a qua praeter pubescentiam nulla alia nota differt. Caulis enim, petioli, folia subtus, pedicelli et calyces hirsuta, foliaque supra sparsim pilosa sunt: M. Langii Steudel. in litt. M. pyramidalis Benth. lab. p. 175., excl. plur. syn.

β. officinalis, glabra, caulis foliaque subtus pilis brevibus adpressis raro adspersa: M. glabrata Vahl. symb. 2. 75., secund. Benth.

γ. crispa, structura et glabrities caulis ramorum, spicarum, pedicellorum, calycum florumque exacte ut varietatis antecedentis, M. piperitae officinarum, sed folia ovata, bullato-rugosa, margine crispa et inciso-dentata, dentibus lanceolatis acuminatis: M. crispa L. sp. 805. M. aquatica *γ*. crispa Benth. lab. 177. Spicae maximam similitudinem cum spicis M. piperitae habent, saltem in speciminibus vivis, quae in horto colo; qua de causa eam M. piperitae ut varietatem subiunxi. Hanc cultam tantum vidi. G.

5. M. AQUATICA (L. sp. 805.) *floribus* verticillato-*capitatis*, dentibus calycis e basi triangulari subulatis, fructiferi porrectis, tubo sulcato, foliis petiolatis ovatis serratis. ♃. Ad ripas, fossas ubique. Jul. Aug. D. fl. 4. 251. M. palustris Mill. dict. 11. M. intermedia et purpurea Host. fl. a. 2. 141. (specim. paulo villosiora.)

β. hirsuta, pilosior, foliis saepe brevius petiolatis: M. hirsuta L. mant. 81. M. dubia Vill. delph. 2. 358.

γ. glabrata, glabra calycibus tantum ciliatis: M. citrata Ehrh. beitr. 7. p. 172. M. odorata Sol. menth. 21. t. 9. M. adspersa Moench. meth. 379.

M. aquaticam cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 291. cum M sativa coniungit. Occurrunt formae omnino intermediae, quae vero pro hybridis haberi possunt.

6. M. PRATENSIS (Sol. menth. brit. t 17. sec. Benth. lab. 174.) floribus verticillatis, *verticillis omnibus remotis globosis*, *calycibus* campanulatis *dentibus triangulari lanceolatis acuminatis*, calycis fructiferi porrectis, *foliis sessilibus* vel subpetiolatis lanceola-

tis serratis, floralibus subconformibus sensim minoribus, omnibus verticillo longioribus. ♃. Ad ripas, (in d. südl. Hälfte von Hanover, Meyer.) Jul. Aug. M. gentilis Mey. chlor. hanov. p. 292. „M. rubra Huds. angl. secund. Fries. nov. fl. suec. ed. 2. 179., non Smith." sec. cl. Bentham., qui M. rubram b. Smithii varietatem M. sativae nostrae declarat. M. gentilis Sol. menth. brit. t. 15. M. gracilis γ. Sm. Variat:

β. *crispa*, foliis crispis: M. pratensis β. crispa Benth. lab. p. 174., hanc nondum vidi.

Nomen Menthae gentilis Linnaei, ab auctoribus praestantissimis nunc ad hanc, nunc ad illam speciem et varietatem relatum, et ab ipsis Anglis, qui herbarium Linnaeanum inspicere possunt, hucusque varie usurpatum, adhibere nolui.

7. M. SATIVA (L. sp. 805. conf. D. fl. 4. p. 253.) floribus verticillatis, *verticillis omnibus remotis globosis*, *calycibus* tubuloso-infundibuliformibus, *dentibus triangulari-lanceolatis acuminatis*, calycis fructiferi porrectis, *foliis petiolatis* ovatis ellipticisve serratis. ♃. Ad aquas ubique. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 253. M. palustris Moench. meth. p. 380. M. verticillata Roth. tent. fl. germ. 2. 2. p. 11. Variat:

α. *vulgaris*, pilis caulis deflexis vel sursum adpressis; haec abit in

β. *glabram*, pilis plerisque evanescentibus: M. rubra Smith. engl. fl. 3. p. 82. M. arvensis δ. rubra Benth. lab. p. 179. M. sativa (Agardhiana) Fries. nov. ed. 2. p. 184. — Altera extremitate seriei formarum varietas α. abit in

γ. *hirsutam*, pilis, etiam calycis et pedicellorum horizontaliter patentibus. Occurrit rarius:

δ. *crispa et pilosa*, foliis lato-ovatis, bullato-rugosis, irregulariter inciso-dentatis: M. dentata Roth. manual. 2. 815. M. sativa Tausch. bot. ztg. 11. p. 238.

ε. *crispa et glabra*, eadem foliis glabris: M. dentata Moench. meth. 380.

ζ. *parviflora*, corolla calyce paulo tantum longiore: M. parviflora Schultz. fl. starg. suppl. 34. M. gentilis Fries. nov. ed. 2. p. 187. M. austriaca Jacq. a. 5. p. 14. t. 30. Omnes generis species occurrunt floribus dimidio minoribus, sed in hac varietate, si ceteras species comparaveris, conspicue minores sunt.

Ad hanc speciem, sec. Benth., pertinent: M. origanifolia, tortuosa, maculata, serotina, nemorosa, longifolia, alata, carniolica, viridula, nitida, montana et sylvatica Host. fl. austr.

8. M. ARVENSIS (L. sp. 806.) floribus verticillatis, *verticillis omnibus remotis globosis*, *calycibus* campanulatis, *dentibus* triangulari-ovatis *aeque latis ac longis*, calycis fructiferi porrectis, foliis petiolatis ovatis ellipticisve serratis. ♃. Ad ripas et in cultis subhumidis ubique. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 256. M. arvensis Benth. var. ζ-ϑ. Calycis structura, praecipue fructiferi, ab antecedente specie haec recedit. Variat:

α. *vulgaris*, caule foliisque villosis pedicellis villosis vel glabris: M. arvensis ζ. vulgaris Benth. l. c. M. arvensis Sol. menth. brit. t. 12. M. agrestis Sol. l. c. t. 14. (fol. basi subcordatis.)

β. *glabriuscula*, pedicellis glabris, foliis cauleque glabriusculis: M. arvensis η. Benth. l. c. M. gentilis Sm. brit. 621. M. gracilis α. Sm. trans. soc. linn. 5. 210.

γ. *glaberrima*, M. praecox Sol. menth. brit. t. 13.

Sec. cl. Benth. ad hanc speciem referendae sunt: M. suaveolens, stachyoides, multiflora, tenuifolia, carinthiaca, divaricata, varians, prostrata, laxa, parviflora, polymorpha, pulchella, austriaca, grata, atrovirens, rubra et gentilis Host. fl. austr.

Sect. II. Pulegium. Calycis faux pilis clausa.

9. M. Pulegium (L. sp. 807.) floribus verticillatis, verticillis globosis omnibus remotis, *calycibus* tubulosis, *fructiferis annulo pilorum clausis*, dentibus calycis superioribus recurvatis, foliis petiolatis ellipticis obtusis obsolete dentatis. ♃. Ad ripas et in locis paludosis, non ubique. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 257. Pulegium vulgare Mill. dict. n. 1. Reichenb. fl. exc. p. 312. Flores dilute purpurei vel lilacini.

5. LÝCOPUS (L. gen. n. 33.) Stam. distantia, recta, divergentia; 2 perfecta, antherarum sacculis parallelis, rimis 2 longitudinalibus dehiscentibus; 2 sterilia, filamentis brevibus capitellatis instructa, vel plane carentia. Cor. infundibuliformis, 4 fida, subaequalis, lacinia superiore emarginata; annulus in tubo nullus. Cal. 5 dentatus.

1. L. europaeus (L. sp. 30.) *foliis* petiolatis *ovato-oblongis* grosse inciso-dentatis *basi pinnatifidis*, calycis dentibus acuminatis, staminum sterilium rudimentis nullis. ♃. In humidis, ad ripas. Jul. Aug. D. fl. 1. 346. Schk. t. 4. Flores albi, intus punctis purpureis.

2. L. exaltatus (L. fil. suppl. 87.) *foliis* petiolatis *ambitu lato-ovatis ad nervum medium usque pinnatifidis*, laciniis inferioribus subdentatis, superioribus confluentibus, calycis dentibus acuminatis, staminum sterilium rudimentis capitatis. ♃. In humidis, (am grofsen Teiche bei Caprio auf d. Insel Veglia, Noé.) Jul. Aug. D. fl. 1. 346. J.

Trib. III. *MONARDEAE*. Benth. lab. p. 190. Cor. bilabiata. Stam. 2 fertilia, sub labio corollae superiore parallela.

6. ROSMARÍNUS (L. gen. 38.) Cor. ringens, labio superiore bipartito. Stam. exserta, curvata, basi dente reverso instructa. Antherae uniloculares. Cal. bilabiatus.

1. R. officinalis (L. sp. 33.) foliis sessilibus. ♄. In collibus incultis asperis, (Littorale u. südl. Schw.) D. fl. 1. 347. Flores pallide caerulei.

7. SÁLVIA (L. gen. n. 39.) Cor. ringens. Connectivum antherarum filamentiforme, adscendens, apice sacculum 1 locularem gerens. Cal. bilabiatus.

Sect. I. EUSPHACE Benth. lab. p. 207. Tubus corollae intus annulo piloso instructus. Connectiva, postice sacculum lateraliter adnatum gerentia, connexa.

1. S. OFFICINALIS (L. sp. 34.) *caule* suffruticoso, ramis *foliisque iunioribus incano-tomentosis*, fol. ovato-lanceolatis lanceolatisque dense crenulatis rugosis, verticillis 6-12 floris denudatis, *bracteis caducis*, *dentibus calycis porrectis spinuloso-aristatis*, corollae tubo intus piloso-annulato. ♄. Inter saxa in montosis, (im Litt.; im Cant. Tessin.) Jun. Jul. D. fl. 1. 348. Cor. violaceo, raro alba.

Sect. II. DRYMOSPHACE Benth. lab. 218. Cor. tubus exannulatus. Connectiva antherarum postice dilatata, sacculum cassum ferentia, libera. Calycis labium superius brevissime tridentatum.

2. S. GLUTINOSA (L. sp. 37.) caule herbaceo superne bracteis calycibusque glanduloso-villosis viscidis, *foliis cordato-hastatis* grosse serratis pubescentibus, superioribus *longe acuminatis*, verticillis disiunctis 6 floris, calycis labio superiori ovato minutissime tridentato, inferiore bidentato, dentibus ovatis acutis inermibus. ♃. In sylvis, locis umbrosis inque dumetis, subalpina adscendens, (längs der ganzen Alpenkette; in Oberbaden auf dem Kaiserstuhle u. in Schlesien u. Böhmen.) Jun. Jul. D. fl. 1. 356. St. h. 17. Fl. sulphurei fusco-punctati.

Sect. III. AETHIOPIS Benth. lab. 222. Cor. tubus exannulatus. Connectiva antherarum postice dilatata, sacculum cassum ferentia, connexa. Calycis labium superius tridentatum, dentibus rectis.

3. S. AETHIOPIS (L. sp. 39.) *caule* herbaceo, *foliis calycibusque albo-lanatis*, foliis ovatis subcordatis eroso-crenatis sinuatis lobatisve rugosissimis, bracteis subrotundo-ovatis cuspidatis concavis, verticillis disiunctis 6-10 floris, *dentibus calycis ovatis acutis spinoso-aristatis*. ⊙. In locis incultis, ad viarum margines Austriae. Jun. Jul. D. fl. 1. 354. Jacq. austr. t. 211. Cor. alba, labium sup. interdum col. violaceo tinctum. G.

4. S. SCLAREA (L. sp. 38.) *caule* herbaceo villoso, *superne glanduloso-piloso*, foliis ovatis duplicato crenatis subtomentosis, inferioribus cordatis rugosis, *bracteis* lato-ovatis cuspidatis membranaceis *coloratis* calyces superantibus, verticillis sexfloris disiunctis, *dentibus calycis ovatis acutis longe spinuloso-aristatis*. ⊙. In collibus graminosis, ad vias, (im Gebiete der Fl. v. Spa bei Verviers; in Istrien; im Rhonethale d. Wallis.) Jun. Jul. D. fl. 1. 353. St. h. 9. S. Simsiana R. et S. mant. 1. 210. Cor. dilute caerulescens; bracteae roseae.

Sect. IV. PLETHIOSPHACE Benth. Calycis labium superius concavum, bisulcatum, dentibus 3 minutis conniventibus. Cetera ut sectionis antecedentis.

5. S. AUSTRIACA (Jacq. austr. t. 112.) caule herbaceo superne bracteis calycibusque glanduloso-pilosis villosisque, foliis ovatis duplicato-crenatis lobatis subpinnatifidisque pubescentibus, radica-

libus petiolatis, caulinis paucis (2-4) sessilibus multoties minoribus, bracteis ovatis acutis calyces aequantibus herbaceis, labio calycis superiore breviter tridentato, inferiore bifido, dentibus ovatis mucronulatis, *staminibus corolla duplo longioribus.* ♃. In collibus herbidis Austr. Mai. Jun. D. fl. 1. 353. Cor. albidae vel dilute ochroleucae. G.

6. S. PRATENSIS (L. sp. 35.) *caule* herbaceo *superne bracteis calycibus corollisque viscoso-pilosis*, *foliis* ovatis oblongisve duplicato-crenatis *integris vel trilobis* rugosis subtus pubescentibus, *radicalibus basi cordatis* petiolatis, caulinis paucis, superioribus multo minoribus amplexicaulibus, bracteis ovatis acuminatis calyce brevioribus herbaceis, verticillis subsexfloris disiunctis, *labio calycis superiore breviter tridentato*, inferiore bifido, dentibus ovatis mucronatis, cor. labio superiore inferius superante, staminibus corolla brevioribus. ♃. In pratis siccis aggeribusque. Mai-Jul. D. fl. 1. 350. Cor. saturate caerulea, dilutius caerulea, rosea et alba, atque caerulea cum lacinia intermedia labii inferioris alba: S. variegata Kit. in Willd. en. 1. 36.

7. S. SYLVESTRIS (L. sp. 34.) *caule* herbaceo multifolio, foliisque subtus *calycibusque cano-pubescentibus*, foliis inferioribus petiolatis duplicato-crenatis basi cordatis, superioribus decrescentibus brevius petiolatis sessilibus subsimpliciter crenatis basi ovatis cordatisve, *bracteis* ovatis acuminatis *coloratis* flore brevioribus, verticillis subsexfloris disiunctis, *labio calycis superiore breviter tridentato*, inferiore bifido, dentibus ovatis acuminato-mucronatis, staminibus corolla brevioribus. ♃. In collibus herbidis ad vias, (in Krain u. durch Oestreich nach Böhm., Schles., Sachs. u. d. Elbe nach bis Thüringen, im Rheinthale zw. Cölln u. Limburg.) Jul. Aug. D. fl. 1. 352. S. sylvestris Spreng. fl. hal. 11. Reichenb. ic. 6. 723. — S. nemorosa L. sp. 35. Spreng. hal. 12. Reichenb. ic. 722., var. pilis caulis longioribus patulis. — S. deserta Schangin. Reichenb. f. 724., fol. latioribus. — S. elata Host. fl. a. 1. 21. S. valentina Vahl. en. 1. 268., sec. Cl. Benth. sunt quoque varietates. G.

8. S. CLANDESTINA (L. sp. 36., non herb. ipsius.) *caule* herbaceo *pubescente vel villoso* paucifolio, *foliis oblongis lobato-dentatis pinnatifidisve* inaequaliter crenatis rugosis glabris vel subtus puberulis, inferioribus petiolatis basi subcordatis supremis sessilibus, bracteis subrotundo-ovatis acuminatis herbaceis margine calycibusque hirsutis denique deflexis, verticillis subsexfloris inferioribus remotis, *calycis lab. superiori rotundato minute tridentato*, inferiore bifido, dentibus ovatis mucronatis. ♃. In collibus herbidis, (Istrien, Biasol.!) Mai-Aug. D. fl. 1. 355. S. praecox Savi pis. 1. 22. Lois. not. 6. S. verbenaca Vahl. en. 1. 255. Reichenb. ic. f. 718., non Linn. S. polymorpha Hoffm. et Lk. fl. port. 1. 149. t. 19. Reichenb. f. 719. S. oblongata Reichenb. f. 717., non Vahl. S. multifida Sibth. et Sm. fl. gr. 1. 17. t. 23. Reichenb. ic. f. 720. S. clandestina Vahl. en. 1. 256. Reichenb. ic. f. 721. Conf. Benth. lab. g. et sp. 241. — Flor. pallide caerulei. J.

Sect. V. Hemisphace Benth. lab. 310. Cor. tubus exannulatus. Connectiva antherarum postice remota, brevissima, deflexa, acuta, dentiformia; filamenta erecta cum connectivo subcontinua.

9. S. verticillata (L. sp. 37.) fol. subtriangulari-cordatis inaequaliter dentato-crenatis, petiolis inferiorum auriculatis, *verticillis subglobosis* multifloris disiunctis, pedicellis calycem subaequantibus, *stylo labio inferiori incumbente.* ♃. In collibus sterilibus, ad vias, (im Oberbadischen bei Engen u. Stockach, v. da durch Würtemb. bis Mergentheim, d. Oberbaiern n. Krain u. Oestr. u. n. Böhm., Sachs. u. Schles.) Jul. Aug. D. fl. 1. 349. Clus. hist. 2. 29. f. 3. Flor. caerulei.

Trib. IV. *SATUREINEAE.* Benth. lab. p. 324. Corolla bilabiata. Stam. 4, distantia, atque vel superne divergentia, vel sub labio corollae superiore conniventia. *Antherarum sacculi invicem seiuncti, connectivo transverse dilatato utrinque oblique adnati.*

8. ORIGANUM (L. gen. n. 726.) Stamina distantia, superne patula; sacculi antherarum seiuncti, connectivo dilatato subtriangulari utrinque oblique adnati. Cor. labium superius rectum, emarginatum, inferius trifidum; annulus in tubo nullus. Cal. 5 dentatus, vel oblique fissus et apice tridentatus aut integer.

Sect. I. Genuina. Calyx aequaliter 5 dentatus vel bilabiatus, labio superiore tri-inferiore breviore bidentato. Faux pilis obsita.

1. O. vulgare (L. sp. 2. 824.) calyce 5 dentato, dentibus aequalibus, *bracteis latere interiore eglandulosis*, foliis ovatis acutis. ♃. In locis incultis apricis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 304. Fl. dan. t. 1581. Flores purpurei, rarius albi. Planta polygamo-dioica; sexus femineus stamina habet tubo breviora et corollas dimidio-minores. Sexus uterque variat bracteis calyce duplo longioribus vel eum vix superantibus, cum câlyce hirtis vel glaberrimis, pubescentia caulis et paniculae crispa vel patente, et

β. megastachyum, spicis, fere pollicem longis, prismaticis: O. vulgare β. prismaticum Gaud. fl. helv. 3. 78. O. creticum DC. fl. fr. 3. p. 558. O. creticum β. Linn. sp. 832. O. monspeliense Tabern. ktb. 726. f. 5.

2. O. hirtum (Link.! en. h. berol. 2. p. 114.) calyce 5 dentato, dentibus aequalibus, *bracteis latere exteriore et interiore glanduloso-punctatis*, foliis lato-ovatis breviter acuminatis. ♃. In siccis incultis asperis, (Istrien, Biasol.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 305. O. creticum Sieb. fl. cret. Antecedenti simillimum, sed caulis gracilior, folia duplo minora et ratione longitudinis latiora, obtusa quidem, sed saepe apiculo prominulo instructa et cum bracteis densius glandulosa, glandulis, (in sicca planta,) prominulis et ignei coloris, spicae graciliores. Bracteae calycem nunc aequant, nunc duplo longiores sunt. An h. l. Origanum heracleoticum Benth. lab. 326? J.

O. paniculatum (Koch. d. fl 4. p. 306, in annot.) vulgari proximum, sed spicis paniculato-dispersis et calyce bilabiato, labio

superiore breviter tridentato, inferiore bipartito, transitum praebet ad sequentem sectionem.

Sect. II. Maiorana. Cal. dimidiatus, altero latere fere ad basin fissus, apice tridentatus vel integer.

3. O. Maiorana (L. sp. 825) calyce dimidiato edentulo, *bracteis sulcatis* densissime imbricatis, spicis ovalibus ternatis sessilibus, foliis petiolatis ellipticis obtusis integerrimis utrinque canotomentosis. ⊙ et ♃. Ex Africa mediterranea allata, nunc ubique in usum culinarium colitur. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 306. Maiorana hortensis Moench. meth. 406. — O. maioranoides Willd. sp. 3. p. 137., eadem planta est in frigidario asservata. Colit.

9. THYMUS (L. gen. n. 727.) Stamina distantia, superne patula; sacculi antherarum seiuncti, connectivo dilatato subtriangulari utrinque oblique adnati. Cor. labium superius rectum, emarginatum; inferius trifidum; annulus in tubo nullus. Calyx bilabiatus. — Flores purpurei.

Sexus polygamico-femineus floribus dimidio minoribus, staminibus in tubo corollae absconditis imperfectis et stylo porrecto instructus est. Sexus polygamico-masculus, vel potius hermaphroditus, stamina stylumque exserta et perfecta habet.

1. T. vulgaris (L. sp. 2. 825.) verticillis capitatis racemosisve, *foliis* linearibus vel oblongo-ovatis acutis glanduloso-punctatis, *margine revolutis in axillis fasciculatis*, floralibus lanceolatis obtusis. ♄. In locis rupestribus, (Istrien, Host.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 307. J.

2. T. Serpyllum (L. sp. 825.) verticillis capitatis racemosisve, *foliis* linearibus ellipticisve obtusis basi in petiolum brevem contractis integerrimis, *planis* glanduloso-punctatis glabris hirsutisve margine postico ciliatis, floralibus subconformibus, *labio corollae superiore* emarginato *ovato-subquadrangulo*. ♄. In campis collibusque incultis, ericetis, sylvarum locis denudatis ubique. Jul.-Sept. D. fl. 4. p. 308. Mire variat, duae vero varietates praecipue distinguendae sunt.

α. Chamaedrys, caulis bifariam pilosus: T. Chamaedrys Fries. nov. ed. 2. 197. T. Serpyllum Pers. 2. 130. S. Serpyllum β. L. sp. 825. T. Serpyllum, T. citriodorus, T. subcitratus et T. sylvestris Schreb. ap. Schw. et Kört. fl. Erlang. Occurrit

hirsutus, foliis utrinque et caule hirsutis, sed duo latera caulis glabra vel saltem minus hirsuta sunt: T. lanuginosus Schk. t. 164. T. Serpyllum γ. L. sp. 825. Vaill. t. 32. f. 6.; porro

odore citri: T. Serpyllum δ. L. l. c. T. citriodorus Link. en. 2. 115.

β. angustifolius, caulis undique aequaliter pilosus: T. angustifolius Pers. syn. 2. 130. T. Serpyllum Fries. l. c. p. 195. Folia linearia vel lineari-oblonga; occurrit quoque foliis ellipticis vel obovatis: T. Serpyllum Reichenb. fl. exc. p. 312. T. reflexus Lej. rev. 121. et floribus albis T. inodorus Lej. rev. 122.; porro foliis hirsutis: T. lanuginosus Link. en. 115.

3. T. PANNONICUS (All. ped. 1. p. 20.) verticillis capitatis racemosisve, *foliis* linearibus ellipticisve, basi in petiolum brevem contractis integerrimis, *margine subrevolutis* glanduloso - punctatis glabris hirsutisve margine postico ciliatis, *labio corollae superiore* emarginato *transverse latiore.* ♄. In locis incultis asperis, (von d. südl. Schweiz durch Südtyr., Littor., Unteröstr., Mähr., Böhm.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 313. St. h. 70. Variat 1. fol. ellipticis, caule quadrifariam piloso: T. montanus WK. pl. var. h. t. 71.; 2. fol. ellipticis et caule undique pilosis; 3. fol. ellipticis utrinque hirsutis: T. nummularius MB. 2. p. 59.; 4. fol. oblongo - obovatis, vel lineari-oblongis: T. collinus MB. l. c. 3. p. 401., T. Marschallianus Willd. MB. l. c. p. 403, caule patenter piloso, et T. glabrescens Willd. en. suppl. p. 42., caule leviter pubescente; 5. fol. linearibus: T. odoratissimus MB. l. c. 405.; 6. fol. angustioribus hirsutis: T. hirsutus MB. l. c. 406.

10. SATURÉIA (L. gen. n. 707.) Stamina distantia, sub labio corollae superiori conniventia; sacculi antherarum seiuncti, connectivo dilatato subtriangulari utrinque oblique adnati. Cor. labium superius rectum, emarginatum, inferius trifidum; annulus in tubo nullus. Cal. tubuloso - campanulatus, 10 striatus. — Satureia differt a Thymo et Origano staminibus superne arcuato - conniventibus; a Calamintha calyce aequaliter 5 dentato, vel aequaliter 5 fido.

1. S. HORTENSIS (L. sp. 795.) caule erecto ramosissimo herbaceo, *corymbulis axillaribus* subquinquefloris, *foliis lineari - lanceolatis* acutis *muticis.* ⊙. In glareis fluviorum reg. calid., (am Isonzo in Krain, Host; wird häufig gebauet.) Jul. - autumn. D. fl. 4. p. 229. St. h. 5. Flores lilacini, polygamo - dioici. G.

2. S. MONTANA (L. sp. 794.) caule suffruticoso, *subtereti pubescente,* racemis verticillatis subsecundis, corymbulis axillaribus pedunculatis subtrifloris, *foliis* lanceolatis acuminatis basin versus attenuatis *utrinque glanduloso - punctatis, superioribus mucronatis, laciniis labii inferioris* corollae oblongis obtusis *subaequalibus.* ♄. In montosis asperis, (Krain u. d. Littor.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 230. Schk. t. 156. Micromeria montana Reichenb. fl. exc. 311. Cor. alba, labio superiori dilutissime in roseum vergente, inferiori basi et fauce punctis aliquot purpureis. G.

3. S. VARIEGATA (Host. fl. austr. 1. 134.) *caule* suffruticoso *subtereti pubescente,* racemis verticillatis subsecundis, corymbulis axillaribus pedunculis subtrifloris, *foliis* lanceolatis acuminatis basin versus attenuatis *utrinque glanduloso - punctatis, superioribus mucronatis, laciniis* corollae lateralibus retusis, *intermedio duplo latiore* subrotundo integro margine undulato. ♄. In montosis asperis, (im wärmern Krain u. d. Litt., Host; Fiume, Noé.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 231. Micromeria variegata Reichenb. fl. exc. p. 859. Simillima antecedenti, sed caespitibus minus densis crescit, folia paulo angustiora, nervus medius, etiam in viva planta prominulus, et tubus corollae longitudine labii inferioris sunt; in antecedente tubus duplo longior, et labii inferioris lacinia intermedia antice duplo latior est. Flores plantarum, e semine horti Vindob. eductarum,

albi sunt, labio superiore dilute carneo, basi intus striolis aliquot purpureis, et labio inferiore punctis aliquot purpureis picto. G.

4. S. PYGMAEA (Sieb. in litt. ad Funk.) *caule* suffruticoso *quadrangulari glabro*, racemis verticillatis subsecundis, corymbulis axillaribus pedunculatis subtrifloris, *foliis* lanceolatis acuminatis basin versus attenuatis, *subtus parce glanduloso-punctatis*, *superioribus mucronatis*, laciniis lateralibus labii inferioris corollae retusis, *intermedio* latiore *obcordato*. ♄. In montosis rupestribus Carnioliae. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 232. S subspicata Vis. sp. pl. dalm. p. 11. t. 4. S. illyrica Host. a. 2. p. 133. Micromeria pygmaea Reichenb. fl. exc. p. 311. Cor. violacea, maculis intense violaceis in fauce. G.

11. MICROMÉRIA (Bentham. lab. gen. et spec. p. 368.) Stam. per paria approximata. Cal. tubulosus, 13 striatus, cetera ut Satureiae. — In Micromeriis, mihi notis, quas nunc vivas examinare nequeo, calyx, accuratius inspectus, bilabiatus est, et totum genus fortasse non immerito cum Calamintha conjungatur.

1. M. JULIANA (Benth. l. c. p. 373.) caule suffruticoso obtuse quadrangulari, floribus verticillatis, corymbulis verticillorum 3-5 floris erectis densissimis fastigiatis, foliis pubescenti-hirtis ovatis obtusiusculis basi rotundatis margine revolutis, superioribus linearibus convolutis, floralibus erectis verticillo adpressis. ♃. In locis asperis, lapidosis, (a. d. Ins. Cherso u. Osero.) Jul. Aug. Satureia Juliana L. sp. 793. D. fl. 4. p. 232. J.

12. CALAMÍNTHA (Moench. meth. p. 408.) Cal. conspicue bilabiatus; cetera ut Satureiae.

Sect. I. ACINOS Moench. meth. 407. Verticilli e pedunculis sex indivisis compositi. Calycis faux annulo pilorum obsita.

1. C. ÁCINOS (Clairvill. in Gaud. fl. helv. 4. p. 84.) verticillis sexfloris, *pedunculis indivisis*, foliis ovatis serratis, *radice simplici*, caule erecto basi ramoso, ramis adscendentibus, *calyce fructifero* apice contracto, *dentibus accumbentibus clauso*. ⊙. In campis et locis incultis. Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 315. St. h. 70. C. arvensis Lam fl. fr. 2. 394. Thymus Acinos L. sp. 826. Acinos thymoides Moench. meth. 407. A. vulgaris Pers. syn. 2. 131. Melissa Acinos Benth. lab. p. 289.

2. C. ALPINA (Lam. fl fr. 2. 394.) verticillis sexfloris, *pedunculis indivisis*, foliis ovatis serratis, *radice multicipite*, caulibus procumbentibus adscendentibus, *dentibus calycis fructiferi erecto-patulis*, fauce pilis clausa. ♃. In locis subalpinis et alpinis inferioribus; cum fluviis descendens. Jul. Aug. D. fl. 4. 316. Thymus alpinus L. sp. 826. Jacq. a. t. 97.

Sect. II. CALAMINTHA GENUINA. Verticilli e corymbis dichotomis compositi.

a. Calycis faux annulo pilorum obsita.

3. C. GRANDIFLORA (Moench. meth. p. 408.) verticillis corymbosis, *pedunculis dichotomis* 3-5 floris, *foliis ovatis acutis pro-*

funde et acute serratis cauleque pilosis, nucibus subrotundo-ovalibus. ♃. In locis rupestribus sylvaticis, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Krain, Litt., Istr.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 317. St. h. 70. Melissa grandiflora L. sp. 827. Thymus grandiflorus Scop. carn. 1. 424. Flores rosei; *nuces atrae.*

4. C. OFFICINALIS (Moench. meth. p. 409.) verticillis corymbosis, *pedunculis dichotomis* 3-5 floris, *foliis ovatis obtusis adpresso-serratis* cauleque hirtis, fauce calycis parcius pilosa, pilis subinclusis, *nucibus subrotundis.* ♃. In sylvis planitierum et montium, (Schweiz u. d. d. Rheinfläche zerstreut bis Achen; Krain u. Litt.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 318. St. h. 70. C. montana α. Lam. fl. fr. 2. p. 396. C. menthaefolia Host. a. 2. p. 129., sec. cl. Benth., C. umbrosa Reichenb. fl. exc. p. 329., non MB., Thymus Calamintha DC. fl. fr. 3. p. 563., non Scop. Melissa Calamintha L. sp. 358. Flores purpurei, labio inferiore macula alba violaceo-punctata. *Nuces subglobosae, brunneae.*

5. C. NÉPETA (Clairvill. man. 197.) verticillis corymbosis, *pedunculis dichotomis* 12-5 floris, *foliis* subrotundo-ovatis *obtusis adpresso-serratis* cauleque hirtis, fauce calycis dense pilosa, pilis emersis, *nucibus oblongis.* ♃. In declivibus et convallibus calidioribus, (von Regensb. bis Oestr.; Salzb.; Tyr.; Litt.) Jul. Aug. D. fl. 4. 319. St. h. 70. C. parviflora Lam. fl. fr. 2. 396. C. trichotoma Moench. meth. 409. C. rotundifolia Host. a. 2. 131. C. obliqua Host. l. c., sec. cl. Benth. Melissa Nepeta L. sp. 319. Thymus Nepeta Smith. brit. 642. T. Calamintha Scop. carn. 1. p. 425. Varietas humilior et glabrior est: Thymus athonicus Bernh. Melissa Nepeta β. athonica Benth. lab. 387. *Nuces oblongae, brunneae.*

b. Calycis faux nuda.

6. C. THYMIFOLIA (Reichenb. fl. exc. p. 328., non Host.) verticillis corymbosis, *pedunculis dichotomis* subquinquefloris, foliis ellipticis obtusis obsolete serratis glabris, fauce calycis glabra, *nucibus oblongis apice in mucronem angustatis.* ♃. In locis rupestribus, (Krain, Görz, Kärnthen, in d. Schweiz stw., vorzüglich in d. südl. Theile.) Jul. Aug. D. fl. 4. p 320. St. h. 70. C. rupestris Host. a. 2. 131. Satureia thymifolia Scop. carn. 1. p. 428. S. rupestris Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 130. Melissa alba W. K. pl. r. h. 2. 175. t 205. Nepeta croatica Spreng. syst. 2. 727. N. pumila Spreng. cent. sp. min. cogn. 29. Cor. alba, labio superiore dilute violaceo, inferiore violaceo-punctato. G.

13. CLINOPODIUM (Linn. gen. n. 725.) Flores involucro, e foliolis setaceis composito, verticillum totum nec singulos flores sustinente, cincti. Cetera ut Calaminthae.

1. C. VULGARE (L. sp. 2. 821.) caulibus erectis villosis, verticillis aequalibus multifloris, involucro calycem aequante. ♃. In sylvarum locis denudatis, collibus incultis, ad sepes. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 322. C. aegyptiacum Lam. dict. 2. 50., non differt. Melissa Clinopodium Benth. lab. 392. Flores purpurei.

Trib. V. *ME-*

Trib. V. *MELISSINEAE.* Bentham. lab. p. 365. Cor. bilabiata. Stam. 4, distantia, et vel superne divergentia, vel sub labio corollae superiore conniventia. Antherarum sacculi apice coniuncti, denique divergentes, vel ab initio fere horizontaliter divergentes, rima ambobus communi dehiscentes.

14. MELÍSSA (L. gen. n. 728.) Stam. distantia, apicibus sub labio superiori arcuato-conniventibus; antherarum sacculi apice connexi, rima dehiscentes, denique divergentes. Cor. labium superius concavum, inferius trifidum; annulus in tubo nullus. Cal. bilabiatus, supra planus, dentibus lateralibus labii superioris in carinam, per tubum decurrentem, plicatis.

1. M. OFFICINALIS (L. 3p. 827.) herbacea, erecta, ramosa, foliis ovatis crenato-serratis, inferioribus basi subcordatis, verticillis axillaribus dimidiatis secundis, bracteis ovatis. ♃. In locis sylvaticis et ad sepes, (Oestr. Litt. u. Istr.; südl. Schw.; in d. Weinbergen v. Unterelsafs.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 323. M. graveolens Host. a. 2. 128., sec. cl. Benth. Variat:

β. *villosa:* M. officinalis β. villosa Benth. lab. p. 393. M. romana Mill. dict. n. 2. M. hirsuta Hornem. hafn. 2. 562. M. cordifolia Pers. syn. 2. 132. M. altissima Sibth. et Sm. fl. graec. t. 579., sec. Benth.

15. HORMÍNUM (L. gen. n. 730.) Stam. distantia, apicibus sub labio superiori arcuato-conniventia; antherae per paria connexae, sacculis divergentibus apice connexis, rima longitudinali communi dehiscentibus. Cor. labium superius rectum, bifidum; inferius trifidum; tubus annulo pilorum notatus. Cal. bilabiatus, dentibus lateralibus labii superioris in carinam plicatis.

1. H. PYRENAICUM (L. sp. 831.) ♃. In locis graminosis siccis alp., (a. d. Schlehern, Wormser Joch in Tyrol u. d. Graubündener A.) Jul. Aug. D. fl. 4. p 328. Melissa pyrenaica Jacq. hort. vind. 2. p. 86. t. 183. Cor. violacea.

16. HYSSÓPUS (L. gen. n. 709.) Stam. distantia, superne divergentia, antherarum sacculi divergentes apice cohaerentes, rima dehiscentes. Cor. labium superius rectum, planum, bifidum; inferius trifidum, lacinia intermedia maiori, obcordata; annulus in tubo nullus. Cal. 5 dentatus.

1. H. OFFICINALIS (L. sp. 796.) floribus verticillato-racemosis secundis, dentibus calycis erectis subaequalibus, foliis lanceolatis integerrimis. ♃. In locis apricis rupestribus, (Oestr., Krain, Litt., Unterwallis.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 233. St. h. 3.

Trib. VI. *NEPETEAE.* Benth. lab. p. 462. Cor. bilabiata. Stamina sub labio corollae superiore parallela, approximata, deflorata quandoque deflexa, superiora longiora. (Benth. l. c.) Dentes calycis fructiferi patuli vel conniventes.

17. NÉPETA (L. gen. n. 710.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela, deflorata extrorsum reflexa. Antherarum

sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Car. labium superius planum, rectum, bifidum; inferioris lacinia intermedia rotundata valde concava; annulus in tubo nullus. Cal. tubulosus, quinquedentatus.

1. N. Cataria (L. sp. 796.) foliis petiolatis ovatis acutis profunde serrato-crenatis basi cordatis subtus cano-tomentosis, corymbulis pedunculatis densis multifloris, bracteis calycis tubum subaequantibus, calycis ovati pubescentis subincurvi ore obliquo, dentibus e basi lanceolata subulato-mucronatis, *nucibus laevibus glabrisque.* ♃. In ruderatis circa pagos, ad vias. Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 235. Hayn. arzngew. 4. t. 8. Flor. albi, in roseum vergentes, labio inf. purpureo-punctato. Occurrit odore citri: N. citriodora Beck. fl. v. Frankf. 218.

2. N. Nepetella (L. sp. 797.) foliis breviter petiolatis lanceolatis crenatis basi rotundatis cordatisve utrinque cano-pubescentibus tomentosisve, corymbulis pedunculatis multifloris, bracteis pedicello vix longioribus, *calycis* tubulosi tomentosi *incurvi ore obliquo,* dentibus e basi lanceolata subulatis, *nucibus tuberculato-scabris apice glabris.* ♃. In vallibus apricis ad pedes alpium Valles., (im Thale Tormanche u. am Matterhorn.) Jul. Aug. Gaud. helv. 4. p. 24. Cor. alba vel dilute carnea, purpureo-punctata. Occurrit elatior: N. Nepetella All. ped. 1. 37. t. 2. f. 1. Reichenb. ic. 3. f. 423. N. amethystina Poir. dict. suppl. 3. 206. N. paniculata Mill. dict. n. 4. et

β. *humilior:* N. lanceolata Lam. dict. 1. 710. Reichenb. ic. 6. f. 805. N. angustifolia Vahl. symb. 1. 41. N. graveolens Vill. delph. 2. 366. N. arragonensis Lam. dict. 1. 703. H.

3. N. nuda (L. sp. 797.) erecta, glabriuscula, foliis cordato-oblongis crenato-serratis utrinque viridibus sessilibus, inferioribus breviter petiolatis, corymbulis pedunculatis multifloris, bracteis calyce brevioribus, *calycis* fructiferi ovati pubescentibus *ore subaequali,* dentibus linearibus acutiusculis muticis, *nucibus tuberculato-scabris apice pubescentibus.* ♃. In collibus incultis, ad sylvarum margines, (vom Litt., nach Oestr., Mähr., Böhm., Schles.; in Thüring. am Schlosse Gleichen u. bei Eisleben; südl. Schweiz.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 236. Jacq. a. 1. t. 24. N. ucranica M. Bieb. taur. cauc. 2. 41., (non L.). Flores albi. Variat:

β. *violacea,* floribus dilute violaceis, punctis intense violaceis in fauce et labio inferiore: N. pannonica Jacq. a. t. 129. N. paniculata Crantz. a. 270. N violacea Vill. delph. 2. 367. — Nepeta pannonica et N. violacea L. sp. 797., sunt plantae dubiae, ut ex opere cl. Benth. p. 486. patet.

18. GLECHOMA (L. gen. n. 714.) Stamina approximata, sub labio superiore parallela; antherae per paria in crucem dispositae, rimis dehiscentes. Cor. labium superius planum, rectum, bifidum; inferioris lacinia intermedia obcordata, plana; annulus in tubo nullus. Cal. tubulosus, 5 dentatus.

1. G. hederacea (L. sp. 807.) foliis crenatis reniformibus, superioribus subcordatis, verticillis 6 floris, *dentibus* calycis ovatis

in aristam acuminatis *tubo triplo brevioribus*. ♃. In nemoribus, ad sepes et dumeta humida, pratorum margines. April. Mai. D. fl. 4. p. 258. St. h. 8. Nepeta Glechoma Benth. lab. p. 485. Calamintha hederacea Scop. carn. 2. p. 423. Cor. dilute violacea, maculis intense violaceis in fauce et in basi labii inferioris. Occurrit:

β. *maior*, omnibus partibus duplo maior: G. hederacea β. maior Gaud. helv. 4. p. 46.

γ. *villosa:* G. heterophylla Opitz.

2. G. HIRSUTA (W. K. pl. rar. hung. 2. p. 124. t. 112.) foliis crenatis cordatis, inferioribus reniformibus, verticillis 6 floris, *dentibus* calycis lanceolatis in aristam acuminatis *tubo dimidio longioribus*. ♃. In sylvis et ad sepes, (in Unteröstr.) Mai. Jun. D. fl. 4. 259. Nepeta Glechoma β. hirsuta Benth. lab. 485. — Cl. Benth. hanc, et quidem non immerito, ut videtur, pro varietate G. hederaceae habet; equidem plantam vivam nondum observare potui. G.

19. DRACOCEPHALUM (L. gen. n. 729.) Stam. approximata, sub labio superiori parallela, apice antrorsum curvata; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius fornicatum; inferioris lacinia intermedia obcordata; annulus in tubo nullus. Cal. tubulosus, bilabiatus, dentatus. — Flores violacei, in varietate albi.

Sect. I. MOLDAVICA. Antherae glabrae.

1. D. MOLDAVICA (L. sp. 830.) verticillis axillaribus, *foliis lanceolatis obtuse profunde serratis* apice obtusis integerrimis, superioribus bracteisque lanceolatis acute serratis, serraturis longe mucronatis. ⊙. In locis cultis, (in d. Neumark nach Rebentisch; ob blofs verwildert? Wird als Küchengewächs hin u. wieder cultivirt.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 326. G.

Sect. II. RUYSCHIANA. Antherae villosae.

2. D. RUYSCHIANA (L. sp. 830.) verticillis spicatis, *foliis lineari-lanceolatis indivisis integerrimis* muticis. ♃. In pascuis alpium et montium, (in d. A. v. Aelen u. Wallis gemein; südl. Tyr.; a. d. Rheingrafenfeld b. Schweinfurt; Königsberg.) Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 326. Fl. dan. t. 121.

3. D. AUSTRIACUM (L. sp. 829.) verticillis interrupte spicatis, *foliis pinnato-quinquepartitis*, laciniis linearibus obtusis, rameis floralibusque tripartitis, laciniis foliisque supremis indivisis mucronatis. ♃. In declivibus petrosis montium et alpium, (Unteröstr. bei Petersdorf, Bertholsdorf; Böhmen bei Karlstein; Wallis au Rosó u. au Ziablei.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 326. Jacq. ic. rar. t. 112.

Trib. VII. *STACHYDEAE*. Benth. lab. p. 503. Cor. bilabiata. Stam. sub labio corollae superiore parallela, approximata, deflorata quandoque deflexa, inferiora longiora. Dentes calycis fructiferi patuli.

20. MELITTIS (L. gen. n. 731.) Stam. approximata, sub labio superiore corollae parallela, antherae per paria in crucem dispositae,

rigis dehiscentes. Cor. labium superius planiusculum, rectum; inferioris lacinia intermedia obovata, plana; annulus in tubo nullus. Cal. amplus, campanulatus, lobato-bilabiatus.

1. M. Melissophyllum (L. sp. 832.) ♃. In sylvaticis, dumetis, (stw. d. d. südl. u. mittlere Geb. bis z. Harze.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 329. Schk. t. 166. Jacq. a. t. 26. Cor. purpurea, vel albo et purpureo variegata, vel tota alba. M. grandiflora Sm. brit. p. 644., calyce 4 dentato, non differt; calyx 3, 4 et 5 dentatus, non raro in uno caule, observatur.

21. LAMIUM (L. gen. n. 716.) Stam. approximata, sub labio superiore corollae parallela; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius fornicatum; labii inferioris laciniae laterales minimae, dentiformes, vel nullae. Annulus pilorum in tubo corollae, (rarius deficiens.)

Sect. I. Orvala Benth. lab. 508. Corollae tubus rectus, intus transverse annulato-barbatus. Faux amplissima. Antherae glabrae.

1. L. Orvala (L. sp. 808.) foliis lato-ovatis acuminatis basi truncatis cordatisve subvillosis duplicato-profunde serratis, tubo corollae recto, basi intus piloso-annulato, margine faucis antice dente utrinque bi-trifido, *antheris glabris.* ♃. In collibus herbidis inter virgulta, ad sylvarum oras et sepes, (Litt., Kärnth., Krain, südl. Tyr.) Apr. Mai. D. fl. 4. p. 261. L. pannonicum Scop. carn. 1. 406. Orvala lamioides DC. fl. fr. 3. p. 539. — Varietas monstrosa fol. laciniato-incisis: Orvala garganica L. sp. 807. Papia Mich. gen. t. 17. Cor. purpurea, tubo albo.

Sect. II. Lamiopsis Dumort. fl. belg. 45. Cor. tubus rectus, nudus, vel piloso-annulatus; faux inflata. Antherae barbatae.

2. L. amplexicaule (L. sp. 809.) *foliis subrotundo-reniformibus* obtusis obtuse crenatis, superioribus sessilibus amplexicaulibus sublobatis, corollae tubo recto intus nudo, fauce utrinque denticulis duobus brevissimis notata, *dentibus calycis ante et post anthesin conniventibus*, antheris barbatis. ⊙. In locis cultis ubique. Floret per totum fere annum, vere autem et autumno clandestino. D. fl 4. p. 268. Schk. t. 159. — Planta vernalis corollas habet imperfectas, tamen fertiles: Reichenb. ic. 8. f. 950. Flores purpurei ut subsequentium.

3. L. incisum (Willd sp. 3. p. 89.) *foliis* inaequaliter inciso-crenatis, inferioribus cordato-ovatis, *superioribus subrhombeis* breviter petiolatis, petiolo dilatato, *tubo corollae recto*, *intus nudo*, fauce utrinque denticulis duobus notata, superiore subulato, *dentibus calycis post anthesin patentibus*, antheris barbatis. ⊙. In locis cultis, (Westphalen, Mecklenb., Schweiz.) Floret cum praeced. D. fl. 4. p. 266. Reichenb. ic. f. 370, 371. L. dissectum With. brit. p. 527. L. hybridum DC. fl. fr. 3. 541. L. purpureum β. hybridum Vill. delph. 2. 385. L. hybridum et dissectum Reichenb. fl. exc. p. 321. L. westphalicum Weihe bot. ztg. — Cl. Benth. faucem intus pilosam describit, quae in omnibus speciminibus a me examinatis nuda fuit. An igitur anglica planta a Germanica et Gallica diversa?

4. L. PURPUREUM (L. sp. 809.) *foliis ovato-cordatis* inaequaliter crenato-serratis petiolatis, *tubo corollae recto* supra basin coarctato *intus piloso-annulato*, fauce utrinque denticulis duobus notata, superiore subulato, dentibus calycis post anthesin patentibus, *antheris barbatis*. ⊙. In locis cultis ubique. Floret cum praeced. D. fl. 4. 265. Fl. dan. t. 523.

Sect. III. LAMIOTYPUS Dumort. fl. belg. 45. Corollae tubus intus piloso-annulatus, sub annulo contractus, curvato-adscendens. Antherae barbatae.

5. L. MACULATUM (L. sp. 809.) foliis ovato-cordatis acuminatis inaequaliter serratis, *tubo corollae curvato* supra basin ventricoso-dilatato *infra dilationem constricto* et intus piloso-annulato, *strictura annuloque transversis*, margine faucis rotundato dente subulato notato, antheris barbatis. ♃. Ad margines sylvarum subhumidos, vias, dumeta. April-autumn. D. fl. 4. 263. L. album β. Poll. pal. 2. 142. L. vulgatum α. rubrum Benth. lab. 514. L. rubrum Wallr. sched. 300. L. rugosum Ait. kew. 2. 296., secund. Benth. L. maculatum Reichenb. ic. 3. f. 215., forma foliis vitta alba notatis; L. laevigatum Reichenb. l. c. f. 216., forma vulgaris, foliis subtriangulari-cordatis; L. rugosum Reichenb. l. c. f. 217., forma foliis magis ovatis. L. laevigatum L. sp. 808., secund. Benth., qui propter hoc et L. maculatum herbar. Linn. inspexit, non differt. — Flores purpurei, labium inferius lilacinum, maculis purpureis.

6. L. ALBUM (L. sp. 809.) foliis ovato-cordatis acuminatis inaequaliter serratis, *tubo corollae curvato* supra basin cum crena dilatato *sub crena constricto* et intus piloso-annulato, *strictura annuloque oblique adscendentibus*, marginibus faucis denticulis tribus minutis longioreque subulato notatis, antheris barbatis. ♃. Ad sepes, muros, nemorum oras. April. Mai. D. fl. 4. p. 262. St. h. 8. L. vulgatum β. album Benth. lab. 514. Flores albi, labiis ochroleucis, inferiore basi maculis pallide olivaceis picto.

22. GALEÓBDOLON (Hudson. fl. angl. 258.) Stam. approximata, sub labio corollae superiore parallela; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius fornicatum; labii inferioris laciniae omnes acutae. Annulus pilorum in tubo corollae.

1. G. LUTEUM (Huds. l. c.) ♃. In sylvis et dumetis subhumidis. Mai. Jun. D. fl. 4. p. 269. Engl. bot. t. 787. G. vulgare Pers. syn. 2. 122. Galeopsis Galeobdolon L. sp. 810. Lamium Galeobd. Crantz. a. p. 202. Pollichia Galeobd. Willd. prodr. 4. 613. Leonurus Galeobd. Scop. carn. 1. p. 409. — Cor. flava, labii inf. lobo medio toto et lateralibus basi vitellinis, maculis fuscescentibus. Specimina fol. superioribus lanceolatis: G. vulgare β. montanum Pers. l. c.

23. GALEÓPSIS (L. gen. n. 717.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela; antherae valvulis duabus dehiscentes. Cor. labium superius fornicatum; inferius basi utrinque dente acuto cavo notatum; lacinia intermedia obtusa vel emarginata. —

Antherarum sacculis, valvula dehiscentibus, Galeopsidis genus ab omnibus labiatarum generibus discedit.

1. G. Ladanum (L. sp. 810.) *caule pilis* deorsum adpressis *mollibus pubescente* sub geniculis non incrassato, *foliis lanceolatis vel oblongo-lanceolatis* serratis subintegerrimisque, labio corollae superiore leviter denticulato. ⊙. Inter segetes. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 270. St. h. 62. *Cor. purpurea*, area ochroleuca purpureo-maculata in basi labii inferioris. Occurrit:

α. latifolia, folia oblongo- vel rarius ovato-lanceolata, remote obtusiuscule serrata, basi apiceque integerrima: G. Ladanum α. latifolia Wimm. et Grab. fl. sil. 2. 190. G. latifolia Hoffm. d. fl. 2. 8. G. Ladanum Reichenb. fl. exc. p. 322.; occurrit quoque tubo corollae calyce duplo longiore et eundem aequante; praeterea

β. latifolia parviflora, eadem ac antecedens, sed corolla plus dimidio minor: G. intermedia Vill. delph. 2. 387. t. 9. Reichenb. ic. f. 99. G. parviflora Lam. dict. 2. 600.

γ. canescens, folia paulo angustiora, serraturis paucioribus notata, obscure viridia; bracteae apice saepe reflexae; caulis superne et calyces pilis brevibus patentibus dense tecti, sed pili glanduliferi nulli vel paucissimi: G. canescens Schult. obs. p. 108. MB. taur. cauc. 3. 397. G. grandiflora Bl. et Fing. comp. 2. 26., (non Roth.)

δ. angustifolia, folia angustius lanceolata vel lineari-lanceolata, dentibus paucis remotis in margine instructa et saepe integerrima, calycis dentes, uti bracteae, angustiores, reflexi, et pili omnes adpressi: G. angustifolia Ehrh. herb. 137. Hoffm. d. fl. 2. 8. G. Ladanum β. angustifolia Wimm. et Grab. fl. sil. 2. 190. St. h. 62. Corolla magnitudine corollae var. α.; sed non raro quoque occurrit

ε. angustifolia parviflora, corollis duplo triplove minoribus.

2. G. ochroleuca (Lam. dict. 2. p. 600.) *caule pilis* deorsum adpressis *mollibus pubescente* sub geniculis non incrassato, *foliis* serratis, *caulinis ovatis*, ramorum ovato-lanceolatis, corollae labio superiore inciso-denticulato. ⊙. Inter segetes et in campis arenosis incultis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 272. St. h. 62. G. cannabina Poll. palat. 2. 149., (a b. Rothio male ad G. versicolorem relata,) G. villosa Huds. ang. 256., (nomen pessimum, planta enim villosa non est.) G. grandiflora Roth. tent. fl. germ. 1. 254. G. segetum Reichard. fl. moeno-francof. 2. p. 8. G. dubia Leers. herb. p. 133. G. prostrata Vill. delph. 2. p. 388., sec. DC., nam descriptio non in omnibus notis convenit. *Cor.* duplo maior, quam in varietate grandiflora antecedentis, *ochroleuca*, area sulphurea in basi labii inferioris.

3. G. Tetrahit (L. sp. 810.) *caule hispido* sub geniculis incrassato, foliis oblongo-ovatis acuminatis, *tubo corollae calycem aequante vel breviore*, *lacinia intermedia labii inferioris subquadrata plana* crenulata obtusa vel leviter emarginata. ⊙. Inter segetes, in ruderatis, ad vias. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 273. St. h. 62. Cor. dilute purpurea vel alba, area sulphurea purpureo-maculata ad basin labii inferioris. Variat floribus dimidio minoribus.

4. G. BIFIDA (v. Bönninghausen, fl. monast. prodr. p. 178.) *caule hispido* sub geniculis incrassato, foliis oblongo-ovatis acuminatis, *tubo corollae calycem non aequante*, *lacinia intermedia labii inferioris oblonga* integerrima apice emarginata *serius margine revoluta*. ⊙. Inter segetes et ad vias. D. fl. 4. p. 274. St. h. 62. Cor. parva, rosea, lacinia media labii inferioris intensius purpurea vel violacea, margine albido cincta, et basi maculis 2 flavis picta. Cum cl. a Bönningh. hanc ab antecedente separavi; an sit huius varietas nec ne, ulterius inquirendum est; reliquas autem huius generis species, hic propositas, bonas species esse iudico.

5. G. VERSICOLOR (Curt. lond. f. 6. t. 38.) *caule hispido* sub geniculis incrassato, foliis oblongo-ovatis acuminatis, *tubo corollae calycem bis superante*, lacinia media labii inferioris subrotundo-quadrata plana crenulata obtusa vel emarginata. ⊙. In nemoribus, glareis fluviorum, ad fossas, (in Böhm., Schles., u. d. nördl. D.; auch in d. Voralp. v. Baiern, Salzb. u. Oestr.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 275. St. h. 62. G. cannabina Roth. tent. 1. p. 254. (non Poll.) G. Tetrahit β. L. sp. 819. Cor. magna, sulphurea; tubus inferne albus, labium inferius basi citrinum, laciniis lateralibus a medio albis, intermedia violacea albido-marginata. Variat corollis unicoloribus luteis; conf. Mey. chl. hanov. p. 296.

6. G. PUBESCENS (Bess. prim. fl. galic. 2. p. 27.) *caule pube deorsum adpressa molli tecto sub geniculis hispido et subincrassato*, foliis lato-ovatis acuminatis, inferioribus subcordatis, tubo corollae calyce longiore, lacinia media labii inferioris subquadrata plana crenulata leviter emarginata. ⊙. In agris et ad vias, (im grössern Theile v. D. u. d. Schw.; fehlt aber in d. mittl. u. untern Rheingegend, in Westphalen, Hanover u. Mecklenb.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 276. St. h. 62. G. Walterina v. Schlechtend. fl. ber. t. 320. G. cannabina Gmel. bad. 2. p. 623. (non Poll.) G. versicolor Spenn. fr. 2. 394. Cor. plerumque saturate purpurea, in basi labii inferioris dilutior ibidemque purpureo-maculata; tubus albidus superne fuscescenti-lutescens, qua ultima nota ab omnibus facile dignosci potest.

24. STACHYS (L. gen. n. 719.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela, simplicia, deflorata contorta et extrorsum reflexa, antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum; inferioris lacinia intermedia obovata vel obcordata. Annulus pilorum in tubo corollae. Nuces rotundato-obtusae.

Sect. I. ERIOSTACHYS Benth. lab. 535. Verticilli multiflori. Bracteae calycem dimidium vel totum aequantes. Flores purpurei.

1. S. GERMANICA (L. sp. 812.) verticillis multifloris, *caule* erecto dense *lanato-villoso* pilis simplicibus, *foliis* petiolatis ovato-cordatis crenatis lanato-*tomentosis*, *superioribus* sessilibus angustioribus *lanceolatis*, dentibus calycis ovatis acuminatis mucronatis pungentibus. ⊙. In locis incultis, asperis, ad vias, solo calcareo. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 282. Jacq. a. t. 319. S. lanata Crantz. a. p. 267., non Jacq. S. polystachya Ten. neap. t. 53. syllog. p. 290.

(cl. Tenorius S. germanicam describit dentibus calycis obtusis et inermibus; talis vero species in Germania non crescit.). — S. biennis Roth. cat. bot. 1. 68., non differt.

2. S. SALVIAEFOLIA (Tenor. fl. neap. prodr. 34. syllog. p. 291.) *verticillis multifloris*, *caule* erecto *lanato-tomentoso*, *foliis* petiolatis crenulatis *tomentosis*, caulinis oblongis basi rotundatis subcordatisve, infimis in petiolum attenuatis, *superioribus* sessilibus *subtriangulari-ovatis*, dentibus calycis lanceolatis acuminatis spinuloso-mucronatis. ♃. In locis asperis, (Istr., Biasol.!) D. fl. 4. 484. J.

3. S. ALPINA (L. sp. 812.) *verticillis multifloris*, *caule* erecto *hirsuto superne glanduloso-piloso*, foliis petiolatis ovato-cordatis acutis serratis, dentibus calycis ovatis obtusiusculis mucronatis. ♃. In sylvis mont. altiorum et reg. subalp., (d. d. A. K.; a. d. Gebirgen v. Böhm., Schles., bei Herborn in Hessen, a. d. Hesselberg in Frank.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 284. Cor. obscure purpurea, in brunneum vergens.

Sect. II. STACHYOTYPUS Benth. lab. 541 Verticilli 2-6 flori. Bracteae minutae. Flores purpurei.

4. S. SYLVATICA (L. sp. 811.) *verticillis 6 floris*, *caule* erecto hirsuto *superne ramoso et glanduloso-piloso*, *foliis* petiolatis *ovato-cordatis acuminatis* serratis hirsutis, dentibus calycis e basi triangulari subulatis mucronatis, corollis calyce duplo longioribus. ♃. In locis nemorosis et sylvaticis subhumidis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 285. Tabern. 921. f 5. Flor. brunneo-purpurei, labio inferiore striis flexuosis albidis variegato.

5. S. AMBIGUA (Smith. in engl. bot. t. 2089.) verticillis 6 floris, caule erecto hispido pilis deorsum flexis, *foliis petiolatis e basi cordata lanceolatis acuminatis* serratis, dentibus calycis e basi triangulari subulatis acuminatis, corollis calyce duplo longioribus. ♃. In locis nemorosis humidis, (sehr zerstreut d. d. Geb.) D. fl. 4. p. 286. Media quasi inter antecedentem et sequentem; ab illa differt foliis lanceolatis et floribus laetius purpureis, ab hac foliis serratis, evidenter et longius petiolatis floribusque obscure purpureis; est, ut videtur, progenies hybrida, ex ambabus, quas dixi, orta.

6. S. PALUSTRIS (L. sp. 811.) verticillis 6-12 floris, caule erecto simplici hispido vel pilis deflexis hirto, *foliis e cordata basi lanceolatis acutis crenato-serratis pubescentibus*, inferioribus breviter petiolatis *superioribus sessilibus semiamplexicaulibus*, dentibus calycis e triangulari basi subulatis mucronatis, corollis calyce duplo longioribus ♃ Ad ripas, in pratis paludosis et agris humidis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 286. St. h. 18.

7. S. ARVENSIS (L. sp. 814.) verticillis 6 floris caule hispido basi ramoso, ramis adscendentibus, *foliis* petiolatis *ovato-cordatis obtusis* crenatis sparsim pilosis, *floralibus* sessilibus ovato-oblongis *aristatis*, *calycibus corollam subaequantibus*, dentibus lanceolatis mucronatis. ⊙. In locis cultis, (sehr zerstreut durch D. u. d. Schw.; nicht in Böhm. u. Oestr.) Jul.-autum. D. fl. 4. p. 291. Glechoma Marrubiastrum Vill. delph. 2. 371. Trixago cordifolia Moench. meth. 398.

Sect. III. Pseudo-sideritis. Verticilli 2-6 flori. Bracteae minutae. Flores ochroleuci.

8. S. annua (L. sp. 813.) verticillis 4-6 floris, caule a basi ad apicem ramoso superne pubescente, *foliis* glabris petiolatis crenato-serratis, inferioribus *ovali-oblongis*, *floralibus lanceolatis acuminatis* integerrimis *breviter mucronatis*, calycibus villosis, dentibus tubo corollae brevioribus lanceolatis mucronato-subulatis, mucrone ad apicem fere pubescente. ⊙. Inter segetes solo calcareo et argillaceo, (fast d. d. g. Geb.) Jul.-autumn. D. fl. 4. p. 290. Jacq. a. t. 360.

9. S. maritima (L. mant. 82.) verticillis subsexfloris, caulibus adscendentibus superne foliisque superioribus tomentoso-villosis, *foliis* petiolatis *ovali-oblongis* crenatis obtusis in petiolum attenuatis, *floralibus ovato-oblongis obtusis* subapiculatis integerrimis *inermibus*, calycibus tomentoso-villosis, dentibus tubum corollae superantibus ovato-lanceolatis acuminatis ad apicem usque pubescentibus. ♃. In littore maris adriatici, (bei Monfalcone, Triest u. in Istrien.) Jun. Jul. D. fl 4. p. 288. Jacq. h. vind. t. 70. G.

10. S. recta (L. mant. 82.) verticillis subsexfloris, caulibus erectis foliisque hirsutis, *foliis* petiolatis *oblongo-lanceolatis* crenato-serratis in petiolum attenuatis, *floralibus superioribus ovatis acuminatis integerrimis aristatis*, calycibus hirsutis, dentibus triangularibus acuminatis mucrone glabro terminatis corollae tubum subaequantibus. ♃. In montosis asperis inter virgulta. Jun.-Aug. D. fl. 4. p. 288. Jacq. a. t. 359. S. Betonica Scop. carn. 1. p. 411. S. sideritis Vill. delph. 2. 375. S. procumbens Lam. fl. fr. 2. 385. S. bufonia Thuill. par. 2. 1. p. 295.

25. BETONICA (L. gen. n. 718.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela; antherarum sacculi divergentes vel subparalleli, rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum, inferioris lacinia intermedia obtusa; annulus in tubo nullus. Nuces rotundato-obtusae. Cal. 5 dentatus.

1. B. officinalis (L. sp. 810.) foliis e cordata basi ovato-oblongis ovatisve hirsutis glabrisve, *calyce avenio*, corolla extus dense puberula, labiis divergentibus, superiore oblongo-ovato integerrimo crenato emarginatove serius reflexo, *staminibus labium dimidium non attingentibus*. ♃. In pratis, ericetis, sylvis denudatis. D. fl. 4. 277. Schk. t. 160. Flores purpurei. Variat:

α. hirta, caule hirto, calyces hirsuti: B. hirta Reichenb. ic. 8. f. 953.

β. glabrata, caule calycibusque glabris: B. officinalis Spreng. s. veg. 2. 738., et Reichenb. ic. 8. f. 952. Haec varietas crescit in pratis turfosis. Occurrit etiam haec forma, sed rarissime, tubo corollae longitudine calycis.

γ. stricta, maior, hirsutior, foliis latioribus: B. stricta Ait. kew. e. 299. Reichenb. ic. 8. f. 954. Haec copiose in subalpinis provenit.

δ. latifolia, robustior, foliis latioribus, spica densa: B. incana Reichenb. ic. 8. f. 955. Haec cultura orta est. Labium su-

perius emarginatum, in hac varietate ne in unica quidem spica constans, in ceteris quoque varietatibus non raro observatur. Praeterea omnes varietates, supra memoratae, obveniunt spica dense congesta, et, verticillis remotis, interrupta, atque in campis sylvisque nullibi limites reperiuntur. Forma hirta verticillis interruptis: B. serotina Host. fl. a. 2. p. 165. Praeter notas memoratas tam in planta sylvestri exsiccata, quam in viva culta, nullum discrimen detegere potui.

2. B. HIRSUTA (L. mant. 2. 248.) foliis e basi cordata oblongis obtuse crenatis hirsutis, *calycibus reticulato-venosis*, corollis pube rara adspersis, labio superiore glabro porrecto antice latiore obtusissimo vel leviter emarginato, *staminibus labium subaequantibus.* ♃. In montosis, (in d. Walliseralpen an manchen Orten in Menge; in Krain, Host; ich habe von letzterm Orte noch kein Exemplar gesehen.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 280. Reichenb. ic. 8. f. 956. B. densiflora Benth. lab. 532. B. Monnieri Gouan. ill. 36. B. danica Mill. dict. n. 2., sec. cl. Benth. B. incana Ait. kew. 2. 293., sec. eund. auct. Cal. duplo longior, quam in antecedente, 5-6 lineas longus, et, praecipue in planta exsiccata, reticulato-venosus. Corolla purpurea.

3. B. ALOPECUROS (L. sp. 811.) foliis e cordata basi lato-ovatis profunde crenatis hirsutis, calyce superne reticulato-venoso, *corolla glabra*, *labiis externe villoso-barbatis*, superiore in apicem bilobum angustato, staminibus dimidium labium non attingentibus. ♃. In pascuis alpium, (Tyrol, Salzb., Steyerm., Oestr.; für d. Schw. sehr zweifelhaft.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 281. Reichenb. ic. 8. f. 951., mala; Jacq. a. t. 78. bona, labii superioris figura bene expressa est. Corollae pallide flavae, in virescentem vergentes.

26. SIDERÍTIS (L. gen. n. 712.) Stamina cum stylo in tubo corollae abscondita, antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Annulus pilorum interrruptus ad insertionem staminum. Calycis fructiferi dentes patuli. Nuces apice rotundato-obtusae.

Sect. I. EUSIDERITIS. Folia floralia bracteiformia, flores amplectentia, margine spinoso-dentata. Calyx 5 dentatus dentibus aequalibus. Suffrutices vel frutices.

1. S. SCORDIOIDES (L. sp. 803.) suffruticosa, hirsuta vel subglabra, caulibus adscendentibus, *foliis* ovatis oblongis vel oblongo-linearibus basi angustatis inciso-crenatis subintegerrimisque, inferioribus muticis, superioribus mucronatis, *floralibus lato-ovatis spinoso-dentatis.* ♃. In montibus apricis reg. calid., (bisher blofs am Thoiry u. Dole im Jura.) Jul. Aug. S. hyssopifolia Gaud. helv. 4. p. 29. S. scordioides Benth. lab. p. 578. Cl. auctor coniungit S. scordiodem et S. hyssopifoliam L., ut varietates, et septem formas diversas cum multis synonymis clare distinguit. Cor. flava. H.

Sect. II. HESIODIA Benth. lab. 582. Folia floralia caulinis subconformia, at minora, subdentata, dentibus muticis. Cal. bilabiatus. Herbae annuae.

2. S. MONTANA (L. sp. 802.) herbacea, radice simplici, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis antice serratis, *calycibus corolla*

longioribus, *labio* calycis *superiore trifido*. ⊙. In arvis et vineis, (Oestr.; bei Hornburg u. Ebersrode im Geb. d. Flor. v. Halle.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 240. Jacq. a. t. 434. Cor. primum concolor citrina, mox vero margine fusca, denique tota labia fusca. G.

3. S. ROMANA (L. sp. 802.) herbacea, radice simplici, foliis elliptico-lanceolatis in petiolum attenuatis antice serratis, calycibus corollam aequantibus, *labio calycis superiore ovato indiviso*, inferiore quadridentato. ⊙. In agris et ad littus maris, (Istrien, Veglia u. Cherso.) Jul. Aug. D. fl. 4. 241. Moris. s. 11. t. 12. f. 5. Cor. alba, labium superius quandoque colore roseo fucatum. J.

27. MARRUBIUM (L. gen. n. 721.) Nuces apice plano triangulari truncatae. Cetera ut Sideritidis. — Flores omnium albi.

1. M. PEREGRINUM (L. sp. 810.) *caule ramosissimo*, ramis divaricatis, foliis cano-tomentosis infra reticulato-venosis, infimis ovatis obtusis crenatis, superioribus oblongo-lanceolatis crenato-serratis postice integerrimis, *verticillis sex-plurifloris subfastigiatis*, calycibus 5-10 dentatis, *dentibus* bracteisque subulatis *tomentosis*. ♃. In locis incultis, ruderatis, aggeribus, ad vias, (Oestr.; bei Erdeborn im Geb. der Flor. v. Halle.) Jul. Aug. D. fl. 4. 295. M. pauciflorum Wallr. sched. p. 295. Occurrit:

a. latifolium, folia latiora, tomentum paulo laxius, mucro dentium calycis longius denudatus, calyces plerique inter dentes maiores minoribus instructi: M. peregrinum *α*. L. sp. 815. M. peregrinum Willd. sp. 3. 110. Spr. hal. t. 6. f. 1. M. paniculatum Desr. in Lam. dict. 3. 716. Reichenb. ic. 2. f. 176. M. remotum Kit. in Schult. oestr. fl. 2. 161. M. pannonicum Reichenb. fl. exc. 1. 325. Benth. lab. p. 590. M. affine Host. a. 2. 172., non Hornem. — Calyces in verticillis superioribus fere semper 5 dentati, nec 10 dentati.

β. angustifolium, folia in superiore parte caulis et ramorum angustiora, acutiora, remotius serrata, tomentum densius, praecipue in calycibus et in eorum dentibus longius adscendens: M. peregrinum *β*. L. sp. 816. M. peregrinum Jacq. a. t. 160. Benth. lab. p. 590. M. creticum Mill. dict. n. 3. Spr. hal. t. 6. f. 2. Reichenb. ic. 3. f. 461. G.

2. M. CANDIDISSIMUM (L. sp. 816., secund. cl. Benth., qui herbarium Linn. inspexit.) *caule* albo tomentoso *basi ramoso*, *ramis* adscendentibus *simplicibus*, foliis tomentosis subtus reticulato-venosis, inferioribus lato-ovatis inaequaliter crenatis, superioribus ovalibus crenato-serratis, *verticillis* multifloris *subglobosis*, calycibus 5 dentatis, *dentibus* bracteisque subulatis *tomentosis*. ♃. In locis incultis asperis, (im Littorale bei Triest, Duino u. in Istrien.) Jul. Aug. M. incanum Desrouss. in Lam. dict. 3. 716. D. fl. 4. p. 297. M. peregrinum Rchb. ic. 4. f. 485., non Linn. M. supinum Scop. carn. 1. 414. Nomen M. candissimi nunc anteposui, quum cl. Bentham., ut supra dictum est, herbarium Linnaeanum inspexerit; sed nunc quoque synonymon Dillenii „hort. elth. p. 218. t. 174." in systemate naturae, utpote ad aliam speciem pertinens, delendum et

huic speciei synon. Dill. p. 219. t. 174., per errorem ad M. peregrinum allatum, subiungendum est. G.

3. M. VULGARE (L. sp. 816.) caule albo-tomentoso basi ramoso, ramis adscendentibus simplicibus, foliis ovatis in petiolum decurrentibus inaequaliter crenatis tomentosis rugosis subtus reticulato-foveolatis, inferioribus cordato-subrotundis, verticillis multifloris subglobosis, calycibus 10 dentatis, *dentibus* bracteisque subulatis villosis *a medio glabris apice uncinato-revolutis.* ♃. In campis arenosis, ruderatis, ad vias, muros, (in mehren Gegenden gemein, in andern gar nicht.) Jul.-Sept. D. fl. 4. p. 298. Varietas foliis densius lanatis secundum cl. Benth. est: M. apulum Tenor. fl. neap. t. 154.

28. BALLÓTA (L. gen. n 720.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela, simplicia, deflorata recta; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum; labii inferioris lacinia intermedia obcordata. Annulus pilorum in tubo corollae. Nuces rotundato-obtusae.

1. B. NIGRA (L. sp. 814.) foliis ovatis calyce 5 dentato, dentibus ovatis aristatis. ♃. In campis arenosis, ad vias, ruderata. Jun.-Aug. B. nigra Benth. lab. 597. Variat pilis brevioribus, in caule deorsum curvatis, et longioribus rectis, hirta atque hirsuta, nec non

α. foetida, calycis dentes lato-ovati, in aristam terminati, dentem aequantem vel breviorem: B foetida Lam. dict. 1. 357. D. fl. 4. p. 293. B. nigra Sm brit. 635. Eadem floribus albis: B. alba L. sp. 814. Modificatio huius varietatis, cuius arista in dentibus calycis dente ipso brevior est: B. borealis Schweigg. Reichenb. ic. 8. f. 1042.; si dentem subaequat: B. foetida Reichenb. ic. 8. f. 1041. Huius forma pilis caulis rectis patentibus: B. hirta hort. berol.

β. ruderalis, calycis dentes ovati, in aristam dente longiorem terminati: B. ruderalis Fries. fl. hall. p. 101. nov. ed. 2. p. 194. B. nigra Reichenb. ic. f. 1039. B. vulgaris Hoffmgg. et Link. fl. port. t. 115. Modificatio huius varietatis dentibus angustioribus: B. urticifolia Ortmann. ap. Reichenb. ic. 8. f. 1040.; in speciminibus autem, ab auctore ipso collectis, quae examinavi, dentes calycis evidenter latiores sunt, quam in icone citata.

29. LEONÚRUS (L. gen. n. 722.) Stam. approximata, sub labio superiori parallela, simplicia, deflorata contorta et extrorsum reflexa; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum; inferioris laciniae obtusae, plerumque in unam acutam revolutae. Annulus pilorum in tubo corollae. Nuces plano triangulari truncatae.

1. L. CARDIACA (L. sp. 2. 817.) foliis inferioribus palmato-quinquefidis inciso-dentatis, superioribus integerrimis trilobis basi cuneatis, calycibus glabris, labio corollae inferiore in laciniam oblongam revoluta. ♃. In ruderatis, ad vias. Jul. Aug. D. fl. 4. 299. St. h. 9. Cor. purpurea, labio inferiore medio ochroleuco et macula lutea purpureo-punctata praedito. Laciniae labii inferioris, corolla vix explicata, in unam acutam sese convolvunt.

30. CHAITÚRUS (Host. synops. fl. austr. p. 331.) Nuces apice plano triangulari truncatae; cetera ut Betonicae.

1. C. MARRUBIASTRUM (Reichenb. fl. excurs. p. 317.) ⊙. In ruderatis, ad vias, (in Oestreich u. v. da d. Mähr., Böhm., Schles., Brandenb. u. Sachs. nach Holst. u. d. nördl. Hanover.) Jul. Aug. D. fl. 2. 301. Jacq. a. t. 405.

31. PHLOMIS (L. gen. n. 723.) Stam. approximata, sub labio superiori corollae parallela, basi adnata et sub adnata basi appendiculata; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius fornicatum; labii inferioris lacinia intermedia obcordata. Annulus pilorum in tubo corollae.

1. P. TUBEROSA (L. sp. 819.) fol. radicalibus ovatis basi profunde cordatis crenatis, floralibus oblongo-lanceolatis, bracteis subulatis hispidis, tubo calycis cauleque glabris. ♃. In locis sylvaticis, ad vias, (Oestr., Mähr.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 301. Schk. t. 163. Flores purpurei. G.

Trib. VIII. *SCUTELLARINEAE*. Benth. lab. p. 416. Cor. bilabiata. Stam. sub labio corollae superiore parallela, approximata. Cal. bilabiatus, labio superiore integro vel breviter tridentato; fructifer labiis incumbentibus complanato-clausus.

32. SCUTELLARIA (L. gen. n. 734.) Stam. approximata, sub labio superiore parallela, apice antrorsum curvata; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Corollae labium superius concavum, trifidum; inferius indivisum; annulus in tubo nullus. Cal. bilabiatus, labiis integris, squama concava pone labium superius; fructifer apice compresso-clausus.

Sect. I. LUPULINARIA Benth. lab. 120. Bracteae saepe membranaceae. Flores tetragono-spicati vel aequaliter subracemosi, nec secundi.

1. S. ALPINA (L. sp. 834.) caule procumbente, foliis subsessilibus vel breviter petiolatis ovatis serrato-crenatis concoloribus, bracteis membranaceis imbricatis, spicis tetragonis. ♃. In alpium glareosis rupestribusque, (in d. südwestl. Schweiz.) Jul. Aug. Gaud. helv. 4. 98. All. ped. t. 26. f. 3. Cor. lab. superius violaceum, inferius magnum, albidum. H.

Sect. II. GALERICULARIA Benth. lab. 436. Flores axillares vel superiores in racemum dispositi; folia herbacea, caulinis conformia, sed gradatim minora.

2. S. GALERICULATA (L. sp. 835.) foliis e basi cordata oblongo-lanceolatis remote obtuse crenato-serratis, floribus axillaribus oppositis secundis, calycibus glabris, tubo corollae basi fere rectangulo-curvato calyce multoties longiore. ♃. In nemoribus humidis et ad ripas. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 331. Schk. t. 167. Cor. dilute violacea.

3. S. HASTIFOLIA (L. sp. 835.) foliis oblongo-lanceolatis basi utrinque uni-bidentatis subhastatis, infimis ovatis, supremis lanceolatis basi subcordatis, floribus axillaribus oppositis secundis subracemosis, calycibus glanduloso-pubescentibus, tubo corollae basi

fere rectangulo-curvato calyce multoties longiore. ♃. In pratis humidis et ad fossas, (an einzelnen Stellen d. d. g. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 332. Cor. violacea.

4. S. MINOR (L. sp. 835.) foliis oblongo-lanceolatis basi utrinque uni-bidentatis subhastatis, infimis ovatis, supremis lanceolatis basi subcordatis, floribus axillaribus oppositis secundis, calycibus hirtis, pilis eglandulosis, tubo corollae recto basi paulum ventricoso. ♃. In pratis paludosis et fossis, (a. d. Rheinfläche u. d. d. Gebirge auf d. link. Rheinufer bis Westphalen u. v. da bis Hanov., Oldenb., Holstein.) Jul. Aug. D. fl. 4. 333. Cor. violacea. G.

33. PRUNELLA (L. gen. n. 735.) Stam. approximata, sub labio corollae superiore parallela, apice dentifera; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum; inferioris laciniae obtusae. Annulus pilorum in tubo corollae. Cal. bilabiatus, fructifer compresso-clausus.

1. P. VULGARIS (L. sp. 837.) staminibus longioribus apice dente spiniformi recto instructis, dentibus labii superioris calycis brevissimis truncatis mucronatis, labii inferioris ovato-lanceolatis mucronatis leviter ciliatis, foliis petiolatis oblongo-ovatis integerrimis dentatis pinnatifidisve. ♃. In pratis, pascuis, sylvarum locis denudatis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 334. St. h. 5. Flores violacei, rarius albi. Variat:

β. *parviflora*, floribus vix calyce longioribus: P. parviflora Poir. dict. suppl. 1. 711.

γ. *pinnatifida*, foliis pinnatifidis: P. vulgaris β. pinnatifida Reichenb. ic. f. 394. P. vulgaris b. intermedia Koch. et Ziz. cat. pl. pal. p. 11. P. laciniata γ. L. sp. 837. (et floribus albis P. laciniata β. L. 837.) P. intermedia Link. ann. d. nat. gesch. st. 1. secund. Roth. tent. 2. 2. p. 43. P. pinnatifida Pers. syn. 2. 137. P. laciniata Gaud. helv. 4. p. 104.

2. P. GRANDIFLORA (Jacq. fl. austr. 4. p. 40. t. 377.) staminibus omnibus muticis, longioribus apice gibbo parvo instructis, dentibus labii superioribus calycis lato-ovatis acuminato-aristatis, labii inferioris lanceolatis in aristam acuminatis ciliatis, foliis petiolatis oblongo-ovatis integerrimis dentatis pinnatifidisve. ♃. In montosis lapidosis siccis, solo calcareo-(stw. d. d. g. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 435. Schk. t. 168. P. vulgaris β. grandiflora L. sp. 837. Flores violacei, duplo maiores, quam in varietate antecedente.

β. *pinnatifida*, foliis pinnatifidis: P. grandiflora β. pinnatifida K. et Z. l. c. Gaud. helv. 4. p. 103. Jacquin. describit varietatem utramque; pinnatifidam autem pingendam curavit.

3. P. ALBA (Pallas. ap. M. Bieb. fl. taur. cauc. 2. 67.) staminibus longioribus apice spina antrorsum arcuata instructis, dentibus labii superioris calycis lato-ovatis acuminato-aristatis, labii inferioris lanceolato-subulatis pectinato-ciliatis, foliis petiolatis oblongo-ovatis integerrimis dentatis pinnatifidisve. ♃. In locis montosis incultis et pratis siccis, (Unteröstr., südl. Tyrol, Schweiz u. hin u. wieder in d. Rheingegenden.) Jul. Aug. D. fl. 4. 336. Flores ochro-

leuci. Dentes labii inferioris marginibus rectis acutati et inter nervos laterales non venulosi, ut in duabus antecedentibus; folia angustiora; spica foliis 2 elongatis fulta. Varietatem integrifoliam Jacq. in descriptione memorat; varietas:

β. *pinnatifida*, foliis pinnatifidis: P. laciniata L. sp. 837., excl. variet. β. et γ. Jacq. a. t. 378. Reichenb. ic. 3. f. 393.

Trib. IX. *PRASIEAE*. Benth. lab. 646. Cor. bilabiata. Fructus drupacei.

34. PRASIUM (L. gen. n. 737.) Stam. approximata, sub labio corollae superiori parallela, simplicia; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes. Cor. labium superius concavum; inferioris laciniae obtusae; annulus pilorum in tubo corollae. Nuces subdrupacei. Cal. bilabiatus, fructifer apertus.

1. P. MAIUS (L. sp. 838.) ♄. In collibus lapidosis incultis, (a. d. Insel Osero) Mart.-Mai. Flores albi. P. minus L. secund. cl. Benth. non differt. J.

Trib. X. *AJUGOIDEAE*. Benth. 657. Corolla unilabiata; labium superius nullum vel brevissimum. Nuces reticulato-rugosae. — In genere Aiugae labium brevissimum adest; in Teucrii stamina e fissura egrediuntur et labium plane deficere videtur, sed omnino adest, at bipartitum, laciniis in marginem labii inferioris translatis, qua de causa hoc e lobis quinque compositum est.

35. ÁJUGA (L. gen. n. 705.) Corollae labium superius brevissimum, e lobulis 2 minutis compositum; inferius trifidum, multoties maius. Stam. approximata, parallela, sacculi antherarum rima longitudinali communi dehiscentes. Annulus pilorum in tubo corollae.

Sect. I. BÚGULA Tournef. t. 98. Florum verticilli multiflori. Annulus pilorum in tubo corollae integer, ab insertione stamiuum remotus.

1. A. REPTANS (L. sp. 785.) floribus verticillatis, *stolonibus repentibus*, foliis repandis vel obsolete crenatis. ♃. In pratis et pascuis; in alpes adscendens. Mai. Jun. D. fl. 4. 215. Flores caerulei, rarius carnei vel albi. Variat:

β. *alpina*, stolonibus brevibus vel nullis: A. alpina Vill. delph. 2. 347.

2. A. GENEVENSIS (L. sp. 785.) floribus verticillatis, *stolonibus nullis*, *bracteis* inferioribus trilobis dentatis integerrimisque, *superioribus verticillo brevioribus*. ♃. In campis arenosis, ericetis, ad vias. Mai. Jun. D. fl. 4 218. A. alpina L. mant. p. 30. Sm. brit. 2. 605. A. montana Reichenb. fl exc. p. 314. A. rugosa Host. a. 2. 120., sec. Benth. Flores caerulei vel carnei.

3. A. PYRAMIDALIS (L. sp. 785) floribus verticillatis, stolonibus nullis, *bracteis* repando-crenatis, superioribus *verticillo duplo longioribus*. ♃. In locis sylvaticis denudatis et pascuis subalpinis, (d. d. g. A. K.; ausserdem selten in d. Rheinpfalz u. d. Mark

Brandenburg.) Mai. Jun. D. fl. 4. 218. A. rupestris Schleich. exs. Flores conspicue minores quam in antecedente.

Sect. II. Chamaepitys Tournef. t. 98. Flores in axillis foliorum solitarii, oppositi; annulus in tubo corollae ad insertionem staminum collocatus, e fasciculis pilorum interruptis compositus.

4. A. chamaepitys (Schreb. unilab. p. 24.) floribus solitariis axillaribus folio fulcrante brevioribus, *foliis* trifidis, *laciniis linearibus*. ⊙. In agris et arvis, solo calcareo, (d. d. g. Geb., doch nicht überall.) Jun. - autumn. D. fl. 4. p. 220. Fl. d. t. 733. Cor. albida, labio inferiore citrino, seriebus 4 punctorum ferrugineorum ad basin picto.

36. TEUCRIUM (L. gen. n. 706.) Cor. labium superius bipartitum, laciniis margini labii inferioris impositis; hinc fissura loco labii superioris et labium inferius 5 lobum; annulus in tubo nullus. Stam. approximata, e fissura labii superioris egredientia; antherarum sacculi rima longitudinali communi dehiscentes.

Sect. I. Scorodonia Adans. fam. p. 188. Cal. bilabiatus, labio superiore ovato, indiviso; inferiore quadridentato.

1. T. Scorodonia (L. sp. 789.) foliis cordato-ovatis vel cordato - oblongis crenato - serratis rugosis pubescentibus, racemis axillaribus terminalibusque, *labio calycis superiore ovato indiviso*. ♃. In locis asperis incultis sylvaticisque, aggeribus, (an vielen Orten gemein; aber in Baiern, Oestr., Böhm. u. Schles. gar nicht.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 221. Scorodonia heteromalla Moench. meth. p. 384. Flores albi, in viridem vergentes, staminibus fusco-rubris.

Sect. II. Scordium. Cal. quinquedentatus. Verticilli 2-6 flori, axillares, distantes; folia floralia caulinis conformia.

2. T. Botrys (L. sp. 786.) *foliis bipinnatifido-laciniatis*, floralibus conformibus, verticillis 2-6 floris. ⊙. Inter segetes. Jul.-autumn. D. fl. 4. 222. Flor. purpurei.

3. T. Scordium (L. sp. 790.) *foliis* sessilibus lanceolato-oblongis grosse obtuse serratis pubescentibus, inferioribus basi rotundatis *superioribus postice attenuatis* et a medio deorsum integerrimis, *floralibus conformibus*, verticillis quadrifloris, caule villoso. ♃. In pratis paludosis, fossis et inundatis. Jul. Aug. D. fl. 4. p. 223. Fl. d. t. 593. Flores purpurei.

4. T. scordioides (Schreber. unilobiat. p. 37.) *foliis* cordato-oblongis crenato-serratis albo-lanatis, *ramorum cordato-ovatis* basi latioribus circum circa crenatis, *floralibus conformibus*, verticillis quadrifloris, caule lanato-villoso. ♃. In fossis et ad littora maris, (bei Monfalcone in Menge, Wulfen.) Jun. Jul. D. fl. 4. p. 224. G.

Sect. III. Chamaedrys Dillen. gen. t. 3. Cal. 5 dentatus. Verticilli 2-6 flori, in racemum terminalem dispositi, foliis floralibus superioribus vel omnibus bracteiformibus.

5. T. Chamaedrys (L. sp. 790.) *foliis* petiolatis *cuneato-ovatis* inciso-crenatis, *verticillis sexfloris racemosis*, caulibus procumbentibus,

tibus, ramis adscendentibus pubescentibus. ♃. In collibus et montibus asperis, ad vias et muros. Jul.-Sept. D. fl. 4. p. 224. Hayn. arzgw. 6. 4. Flores purpurei.

6. T. FLAVUM (L. sp. 791.) *foliis* petiolatis subtriangulari-ovatis obtuse crenatis *basi subtruncatis*, *verticillis sexfloris racemosis*, caulibus adscendentibus fruticosis. ♄. In montosis lapidosis, (Görtz, Triest, Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 226. G.

Sect. IV. POLIUM Benth. lab. 684. Calyx 5 dentatus. Verticilli in capitula terminalia condensati.

7. T. POLIUM (L. sp. 792.) canescenti-tomentosum lanatum vel piloso-hispidum, foliis sessilibus cuneatis oblongis linearibusve obtusis crenatis margine revolutis tomentosis, *capitulis subrotundis ovalibusque pedunculatis*, caulibus suffruticosis adscendentibus. ♃. In locis petrosis apricis, (Aquileja, Sieb.; Triest, Istrien, Host; Fiume, Bartl.) Jul. Aug. D. fl. 2. 227. Cl. Benth. cum multis synonymis sex varietates proponit, de quibus in ditione fl. nostr. repertae sunt:

γ. vulgare, foliis oblongis capitulisque tomentoso-lanatis, floribus albis: T. Polium L. l. c. T. Pseudo-hyssopus Schreb. unilab. 45. T. Teuthrion Schreb. l. c. 46. T. Belion Schreb. l. c. 47. T. album Poir. dict. suppl. 2. 770.

δ. angustifolium, foliis linearibus vel lineari-oblongis capitulisque parvis cano-tomentosis, rarius flaventibus: T. capitatum L. sp. 792. T. flavescens Schreb. unilab. 44. T. valentinum Schreb. l. c. 46. G.

7. T. MONTANUM (L. sp. 791.) *foliis lineari-lanceolatis integerrimis* subtus vel utrinque incanis, corymbis terminalibus, caulibus suffruticosis prostratis. ♃. In apricis petrosis glareosis planitierum et montium, solo calcareo, (stw. im südl. u. mittlern Geb.) Jun.-Aug. D. fl. 4. 226. T. supinum Jacq. a. t. 417. T. supinum L. sp. 791., est forma magis angustifolia.

Ord. LXXXVII. VERBENACEAE. Juss. ann. mus. p. 63.

Cal. tubulosus persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, tubulosa, limbo irregulari vel inaequali*, decidua. *Stam. 4, didynama, vel 2, corollae inserta.* Ovarium liberum, 4 loculare, ovulis erectis, solitariis vel geminis. Styl. 1. *Pericarpium drupaceum, pyrenas quatuor monospermas continens, vel in nuculas 4 secedens.* Embryo rectus, radicula infera, ad hilum versa. Albumen nullum.

1. VITEX (L. gen. n. 790.) Cal. 5 dentatus. Cor. hypocrateriformis, limbo obliquo, 5-6 lobo, subbilabiato. Drupa sicca, nuce quadriloculari, tetrasperma.

1. V. AGNUS CASTUS (L. sp. 890.) foliis digitato-quinatis septenatisque, foliolis lanceolatis acuminatis integerrimis subtus cano-to-

mentosis, spicis terminalibus interruptis. ♄. In locis arenosis et in scopulis ad mare adriaticum, (Triest, Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 4. p. 469. Schk. t. 177. Flores violacei. G.

2. VERBÉNA (L. gen. n. 32.) Cal. 5 fidus. Cor. hypocrateriformis, limbo 5 lobo subbilabiato. Fructus in nuces 4 dilabens.

1. V. OFFICINALIS (L. sp. 29.) spicis filiformibus paniculatis, foliis ovato-oblongis trifidis laciniatis crenatisque in petiolum latum contractis. ⊙. In ruderatis, ad vias, muros. Jun.-autum. D. fl. 4. 339. St. h. 3. Flores dilute purpurei.

Ord. LXXXVIII. ACANTHACEAE. Juss. gen. p. 102.

Semina exalbuminosa, saepe funiculis cartilagineis adscendentibus affixa. Cetera ut Antirrhinearum.

1. ACÁNTHUS (L. gen. 793.) Cal. pleiosepalus, foliola inaequalia, difformia. Cor. unilabiata, trifida. Caps. bilocularis.

1. A. MOLLIS (L. sp. 891.) foliis pinnatifidis, laciniis sinuato-dentatis inermibus. ♃. In locis graminosis, inter virgulta, (bei Veprinaz im Littorale, Host; in Istrien, Biasol.) Mai. Jun. D. fl. 4. p. 470. Lam. illustr. t. 550. f. 2. Flores fere bipollicares, albidi. G.

Ord. LXXXIX. LENTIBULARIEAE. Rich. in fl. paris. 1. p. 26.

Cal. divisus, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, irregularis, bilabiata, calcarata. Stam. 2, basi corollae inserta.* Ovarium liberum *1 loculare, multiovulatum, placenta centrali libera.* Styl. 1. Fructus capsularis. Embryo exalbuminosus, quandoque indivisus.

1. PINGUICULA (L. gen. n. 30.) Cor. ringens, calcarata. Cal. 5 partitus.

1. P. ALPINA (L. sp. 25.) *calcare conico* corollae laciniis breviore recurvo, capsula acuminata. ⊙. In pratis spongiosis alpium et reg. subalp.; in planities, alpes comitantes, descendens. April. Mai., in alpib. serius. D. fl. 1. 342 St. h. 14. P. flavescens Flörk. apud Schrad. fl. g. 53. P. alba Kuchl. in Hopp. taschenb. 1800. p. 223. P. purpurea Willd. act. berol. 2. 112. Flores albi, maculis 2 citrinis in basi lobi intermedii labii inferioris, saepe in unam confluentibus. — Specimina lapponica non differunt.

2. P. VULGARIS (L. sp. 25.) *calcare subulato* rectiusculo petalo breviore, *laciniis* corollae oblongo-obovatis *seiunctis*, capsula ovata. ♃. In pratis turfosis spongiosis, (d. d. g. G., doch nicht überall.) Mai. Jun. St. h. 14. Reichenb. ic. f. 175. P. vulgaris β. alpicola, specim. maius. Flor. violacei.

3. P. GRANDIFLORA (Lam. dict. 3. 23.) *calcare subulato* recto longitudine petali, *corolla fauce ampla* breviter conica, *laciniis* subrotundo-obovatis *contiguis*. ♃. In pascuis uliginosis alpium, (Tyrol u. Schweiz.) Jul. Aug. — P. leptoceras Reichenb. ic. fig. 171. P. grandiflora Lam. ill. t. 14., hanc, nec grandifloram DeC. refert „lobes arrondis" Lam. dict. l. c. — Cor. violacea, intus maculis 2 albis.

4. P. LONGIFOLIA (Ramond. DC. fl. fr. 3. 728.) *calcare subulato* recto longitudine petali, *corolla fauce oblongo-conica*, *laciniis* obovatis subretusis *contiguis*. ♃. In alpibus, (häufig auf dem Thoiry in d. Schweiz; a. d. Seiseralpe in Tyrol.) Jul. Aug. — Var. fol. longioribus: P. longifolia DC. l. c.; et brevioribus: P. grandiflora DC. fl. fr. 3. 575. (Reichenb. ic. f. 174., specim. respectu floris giganteum). Serius cl. DeC. utramque coniungit, fl. fr. 5. p. 404. — Flores sec. Gaud. pulchre purpureo-violacei, intus lineis albidis, in speciminibus siccis caerulea, sed antecedentis rubroviolacea.

2. UTRICULARIA (L. gen. n. 31.) Cor. personata, calcarata. Cal. 2 phyllus. Caps. 1 locularis.

1. U. VULGARIS (L. sp. 26.) fol. undique patentibus *pinnato-multipartitis* ambitu ovatis, laciniis capillaribus remote subtiliter spinulosis, calcare conico, *labio superiore longitudine palati*. ♃. In aquis stagnantibus. Jun.-Aug. D. fl. 1. 343. Hayn. in Schrad. journ. 1800. 1. t. 6. A. St. h. 13. — Flor. vitellini, palatum striis aurantiis.

2. U. NEGLECTA (Lehmann. ind. schol. Hamb. 1828.) *foliis* undique patentibus *pinnato-multipartitis* ambitu ovatis, laciniis capillaribus remote subtiliter spinulosis, calcare conico, *labio superiore palato subtriplo longiore*. ♃. In aquis stagnantibus agri Hamburgensis, praesertim prope Eppendorf, Lehmann! Jul. Aug. Differt ab antecedente caule tenuiore, foliis magis distantibus, vesiculis, non solum foliis sed etiam caulibus adhaerentibus, forma corollae memorata et antheris liberis, quae in U. vulgari connatae sunt. G.

3. U. INTERMEDIA (Hayn. in Schrad. journ. 1800. 1. p. 18.) *foliis distichis dichotome multipartitis* ambitu reniformibus, *laciniis* setaceis *spinuloso-denticulatis*, calcare conico, labio superiore integro palato duplo longiore, pedunculis fructiferis erectis. ♃. In aquis stagnantibus, fossis, (durch das ganze Geb., jedoch nicht überall.) Jul. Aug. D. fl. 1. 344. U. media Schum. saell. 1. 9. St. h. 17. Hayn. l. c. t. 5. — Cor. sulphurea, labium superius et palatum striis purpureis picta.

4. U. MINOR (L. sp. 26.) *fol. undique patentibus dichotome multipartitis* ambitu breviter ovatis, *laciniis* setaceis *glabris*, calcare brevissimo subconico, labio superiore emarginato longitudine palati, pedunculis fructiferis reflexis. ♃. In paludosis et fossis hinc inde. Jun.-Aug. D. fl. 1. 345. Hayn. l. c. t. 6. f. B. St. h. 17. — Cor. pallide flava, palatum (non gibbum, sed e margine elevato constans,) striis ferrugineis notatum.

Ord. XC. PRIMULACEAE. Vent. tabl. 2. p. 285.

Cal. 4-5 divisus dentatusve, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna, regularis, 4-5 fida. Stam. corollae inserta, eius lobis numero aequalia et iisdem opposita*, vel numero dupla, exteriora laciniis corollae alterna, sterilia. *Ovarium liberum, 1 loculare, multiovulatum, placenta centrali libera.* Styl. 1. Fructus capsularis. Sem. peltata. Embryo rectus, intra albumen carnosum; radicula infera, ad hilum versa.

1. TRIENTÁLIS (L. gen. n. 461.) Cal. profunde 7 partitus. Cor. plana, 7 petala, petalis annulo intus prominente connexa, tubus nullus. Stamina annulo imposita; antherae defloratae ab apice retrorsum convolutae. Caps. subcarnosa, denique in 7 valvulas ad basin usque dehiscens. Partes floris et fructus quandoque a 5 ad 9 variant. Capsularum valvulae plures in hoc genere, sicut in Lysimachia, saepe coniuncta remanent, dum fructus semina demittit.

1. T. EUROPAEA (L. sp. 1. 488.) ♃. In sylvis montosis humidis et ericetis spongiosis, (Mähr., Böhm., Schles., Fichtelgeb., Harz u. im nördl. D.; im Schwarzwalde u. im Ursern-Thale d. Schw.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 637. St. h. 17. Cor. nivea, annulo basios ochroleuco, pilis glanduliferis tenuissimis obsito.

2. LYSIMÁCHIA (L. gen. n. 205.) Cal. quinquepartitus. Cor. rotata, tubo brevi vel subnullo; limbo 5 partito. Stam. in basi corollae inserta, 10, 5 exteriora breviora sterilia; vel 5, libera vel plus minusve connata. Caps. 5 valvis. — Sem. ovata vel oblonga, dorso carinata, et carina placentae affixa; umbilicus linearis, vel semina ad umbilicum excavata.

Capsula in omnibus speciebus florae nostrae 5 valvis est; omnes, quod fructum attinet, investigavi, excepta L. nemorum, quam nunquam capsulis bene explicatis reperire potui. Hanc cl. Reichenb. cum L. Ephemero et L. dubia ob capsulam bivalvem sub Ephemeri genere a Lysimachia separat; de L. nemorum diiudicare nequeo, quum fructus ad manus non sint, L. Ephemerum vero et L. dubia capsulis 5 valvibus instructae sunt, sicut omnes, quas examinavi, generis species.

Sect I. NAUMBURGIA. Flores in racemis densis axillaribus. Dens parvus inter lacinias corollae. Stam. basi annulo brevissimo connata. Sem. laevia, vix marginata; umbilicus non excurvatus.

1. L. THYRSIFLORA (L. sp. 209.) *racemis axillaribus pedunculatis densis* cylindricis folio fulcrante brevioribus, foliis oppositis ternis quaternisque elongato-lanceolatis. ♃. In piscinis, paludibus profundis et in fossis, (stw. d. d. g. Geb.; an d. d. südl. Grenze seltner.) Jun. Jul. D. fl. 2. 131. Fl. d. 517. Naumburgia guttata Moench. meth. suppl. 23. Thyrsanthus palustris Schrank. denkschr.

d. münch. acad. 1813. 73. Cor. flava apice, sicut calyx, rubropunctata.

Sect. II. Lysimastrum Dub. bot. gallic. 380. Flores paniculati, verticillati, vel axillares solitarii. Sinus inter corollae lacinias edentuli. Sem. laevigata, marginata.

a. Stamina 10, libera, alterna minora, castrata.

2. L. ciliata (L. sp. 210.) caule erecto, foliis oppositis ternis quaternisve petiolatis ovato-oblongis subcordatis glabris margine scabris, petiolis ciliatis, *pedunculis* axillaribus oppositis verticillatisque *apice nutantibus*, corollae laciniis subrotundis acute crenatis obtusissimis cum cuspide imposita, *staminibus 10, alternis sterilibus*. ♃. In paludosis, ad fossas et ripas, (im Geb. d. Fl. v. Spa, nach Lejeune wirklich eingebürgert.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 133. Flores flavi. G.

b. Stamina 5, ad tertiam longitudinis partem vel ad medium usque connata, ovarium tegentia.

3. L. vulgaris (L. sp. 209.) caule erecto, foliis oppositis verticillatisve breviter petiolatis oblongo-lanceolatis ovatisve subtus subvillosis, pedunculis erectis alternis verticillatisve racemosis, racemis paniculatis, *corollae laciniis* ovatis acutiusculis integerrimis *margine glabris*, *staminibus 5 a basi ad medium connatis* ♃. In locis paludosis, ad ripas et pratorum dumeta Jun.-Jul. D. fl. 2. p. 130. Fl. dan. t. 689. Flores aureo-flavi. Variat in limo molli paludum stolonibus 4-8 pedalibus: L. paludosa Baumg. transs. 1. 141.; atque foliis floralibus inferioribus racemi terminalis maguis: quibus varietas haecce paene habitum L. verticillatae acquirit, sed racemi laterales eius et Lysimachiae vulgaris inter se non differunt; h. l. L. westphalica Weyh. bot. ztg. 5. 2. 411.

4. L. punctata (L. sp. 210.) caule erecto, foliis oppositis verticillatisve breviter petiolatis oblongo-lanceolatis ovatisve pubescentibus, pedunculis axillaribus oppositis verticillatisve unifloris vel infimis bi-trifloris, *corollae laciniis* acutis *glanduloso-ciliatis*, *staminibus 5 a basi ad medium connatis*. ♃. Ad ripas et aquas stagnantes, (Oestr., Böhm., Mähr., Zürch am Vorgebirge Horn.) Jun. Jul. D. fl. 2. 132. Jacq. a. t. 366. Specimina pedunculis verticilli infimi divisis et bi-trifloris constituunt L. verticillatam MBieb. taur. cauc. 1. 141. In planta culta vero ex una radice caules pedunculis infimis bi-trifloris et alii pedunculis omnibus unifloris progrediuntur. Flores flavi, basi ferruginea; variant toti flavi: L. villosa Schm. boh. cent. 2. p. 57. Folia subtus, quamvis non semper, punctis nigris adspersa.

c. Stamina 5, libera, vel basi brevissime connata, ovarium non tegentia.

5. L. Nummularia (L. sp. 211.) *caule prostrato* repente, foliis oppositis cordato-subrotundis, pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus, *laciniis calycis cordatis*. ♃. Ad fossarum margines, in locis paludosis, sylvis humidis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 135. Schk. t. 36. Flores citrini.

6. L. NEMORUM (L. sp. 211.) *caule prostrato*, foliis oppositis ovatis acutis glabris, pedunculis axillaribus solitariis folio longioribus, *laciniis calycis lineari-subulatis.* ♃. In nemoribus et sylvis frondosis subhumidis. Jun. Jul. D. fl. 2. 135. St. h. 1.

Sect. III. ASTEROLÍNUM Link. et Hoffmannsegg. fl. port. 332. Flores axillares, solitarii. Sinus inter corollae lacinias edentuli. Stam. libera. Sem. transversim rugosa, antice planiuscula, postice ad umbilicum excavata.

7. L. LINUM STELLATUM (L. sp. 211.) caule erecto, foliis oppositis sessilibus lanceolatis acuminatis glabris margine scabriusculis, floribus axillaribus solitariis, *calycis laciniis* lanceolatis cuspidatis *corolla triplo-longioribus.* ⊙. In locis apricis, (Istrien, Müller; auch von Lejeune bei Verviers gesammelt, aber wahrscheinlich mit ausländischer Wolle eingebracht, u. später nicht wieder gefunden.) Jun. D. fl. 2. 136. Asterolinon stellatum Fl. port. l. c. Link. en. h. berol. 1. p. 160. Cor. albida, minuta, laciniis lato-ovatis breviter acuminatis. J.

3. ANAGÁLLIS (L. gen. n. 206.) Cal. 5 partitus. Cor. rotata, tubo brevi vel subnullo; limbo 5 partito. Stam. 5, in basi corollae inserta, libera. Caps. circumscissa.

1. A. ARVENSIS (L. sp. 211.) caule diffuso, foliis oppositis ternisve sessilibus ovatis, *laciniis corollae crenulatis minute glanduloso-ciliatis calyce paulo longioribus*, pedunculis folia superantibus. ⊙. In agris, vineis et locis cultis. Jun.-autum. D. fl. 2. p. 136. St. h. 1. A. phoenicea Lam. fl. fr. 2. 45. A. mas Vill. delph. 2. 461. Flores miniati, basi sanguinei. Variat foliis ternis; corollis albis basi sanguineis, carneis unicoloribus, et carneis ad basin laciniarum parva tantum macula sanguinea notatis: A. carnea Schrank. baier. fl. 1. 461. — Hanc speciem et sequentem varietates unius speciei esse, non negaverim, sed quum nuper eas accuratius observandi tempus defuerit, ut species propono, donec ulteriores observationes me aliud docuerint.

2. A. CAERULEA (Schreb. spicileg. fl. lips. p. 5. 1771.) caule diffuso, foliis oppositis ternisve sessilibus ovatis, *laciniis corollae crenulatis eglandulosis calyce paulo longioribus*, pedunculis folia subaequantibus. ⊙. Cum antecedente, sed rarior. Jun.-autumn. D. fl. 2. p. 138. A. femina Vill. delph. 4. 336. A. Monelli Reichenb. fl. exc. p. 408., non Linn. „Anagallis foliis lanceolatis. Hospitatur in tepidario, perennis.“ Haec verba Linn. in horto ups. p. 38. de sua A. Monelli profert. Flores caerulei. Variat corollis albis et foliis ternis.

3. A. TENELLA (L. mant. 335.) *caule filiformi prostrato* basi repente, foliis oppositis petiolatis subrotundo-ovatis apiculatis, pedunculis folio longioribus, *calyce corolla triplo breviore.* ♃. In locis turfosis spongiosis, (Westphalen bei Dorsten u. Schelmbeck; Ostfriesland im Hochmoore bei Aurich; im C. Waadt an mehren Orten, Lausanne, Vevay u. a.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 139. Fl. d.

t. 1085. Jirasekia alpina Schmidt. in ust. ann. st. 6. 124. J. tenella Reichenb. fl. exc. p. 408. Cor. rosea, venis saturatioribus.

4. CENTUNCULUS (L. gen. n. 145.) Cal. 4 partitus. Corollae tubus subgloboso-ventricosus; limbus 4 partitus, patens. Stam. 4. Caps. circumscissa.

1. C. MINIMUS (L. sp. 169.) foliis alternis ovatis, floribus sessilibus. ⊙. In agris, pascuis, ericetis, solo humido arenoso. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 815. St. h. 30. Flores albi vel pallide rosei.

5. ANDRÓSACE (L. gen. n. 196., inclusa Aretia specier. plant.) Cal. 5 fidus vel 5 dentatus. Cor. hypocrateriformis vel infundibuliformis, tubo ovato apice coarctato; fauce fornicibus brevibus instructa. Ovarium 5-multiovulatum. Caps. 5 valvis.

Sect. I. ARETIA Linn. Caudiculi ramosissimi, densos caespites formantes; folia imbricata atque vel omnia, vel in apice ramorum in rosulas expansa, inferiora emortua quidem, sed ceterum non mutata; pedunculi uniflori, nudi, bracteis destituti; ovula 5-8 in plantis siccis inveni. — Praeter inflorescentiam inter Aretias, sub hac sectione enumeratas, et Androsacas sectionum sequentium nullum characterem genericum hucusque reperire potui.

1. A. HELVETICA (Gaud. fl. helv. 2. p. 106.) *foliis dense imbricatis* lanceolatis *hirtis*, *pilis deorsum versis* simplicibus, floribus solitariis subsessilibus, calycis laciniis acutiusculis tubum corollae aequantibus. ♃. In rimis rupium alp. altiorum, (Tyrol; baier. Alp.; Schweiz.) Jul. Aug. D. fl. 2. p 92. A. bryoides DC. fl. fr. 3. 440. Aretia helvetica Schk. t. 30. Wahlenb. helv. p 33. Diapensia helvetica L. sp. 203. (per errorem in D. fl. 2. p. 93. ad A. imbricatam relata.) Flores ob pedunculos breves vix lineam longos intra folia inmersi. Cor. alba, area in medio circulari luteola, fornicibusque luteis.

2. A. IMBRICATA (Lam. dict. 1. 162. illustr. t. 98. f. 4.) *foliis dense imbricatis* lanceolatis obtusis, pedunculis calycibusque *tomentoso-canis* pilis brevissimis stellulatis, floribus solitariis subsessilibus pedunculatisque, calycis laciniis obtusis tubo corollae longioribus. ♃. In summarum alp. rupibus, (a. d. Trone in Graubünden, a. d. Grueben, Zmuth u. Fineln über Zermatten im Wallis u. a. d. Rosa.) Jun. Jul. A. Aretia Lap. abr. 91. A. argentea Gärtn. fruct. 3. t. 198 f. 4. A. tomentosa Schleich. exs. Gaud. helv. 2. p. 110. Haec ultima non differt nisi pedunculis longioribus; A. alpina eodem modo variat. Cor. tubo purpureo, limbo albo, fornicibus rubicundis; var. rubicunda et rosea, Gaud. l. c. 111. H.

3. A. ALPINA (Lam. dict. 1. 162. ill. t. 98. f. 3.) *foliis dense approximatis* ad apicem ramorum *rosulatis* lanceolatis acutiusculis basi attenuatis pedunculis calycibusque *pubescentibus*, *pilis sparsis stellatis* brevissimis *diametro pedunculorum* transversali *brevioribus*, floribus solitariis subsessilibus pedunculatisque, calycis laciniis acutis tubo corollae longioribus. ♃. In alpium altiorum rupibus, (v. d. Schweiz durch Tyrol bis Steyerm. u. Kärnth.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 93. A. pennina Gaud helv. 2. p. 108. Aretia alpina Wulf. ap. Jacq a. suppl. t. 18. A. glacialis Schleich. cat 1821. Cor. rosea vel alba fornicibus luteis. — Nomen huius speciei, a Cl. DeCandollio adoptatum, retinui, Linnaeanum Aretiam alpinam

omittens; Linnaeus enim Aretiam suam ex Hallero recepit, qui speciem, ex tribus diversis compositam, in suis operibus descripsit.

4. A. PUBESCENS (DC. fl. fr. 3. p. 438.) *foliis dense approximatis* ad apicem ramorum *rosulatis* lanceolatis obtusiusculis basi attenuatis pedunculis calycibusque *hirto-pubescentibus, pilis* patentibus *diametrum* transversalem *pedunculorum aequantibus simplicibus* intermixtis furcatis vel omnibus simplicibus, floribus solitariis subsessilibus pedunculatisque, laciniis calycis acutis tubo corollae longioribus. ♃. In alpibus altioribus, (Cant. Waadt, Genf u. Glarus.) Jun. Jul. A. alpina Gaud. helv. 2. p. 107. DC. ic. pl. rar. gall. t. 5. Cor. alba, centro luteola. G.

Sect. II. CHAMAEIASME. Radix multiceps; caudiculi apice rosulati, caespitem formantes; pedunculi umbellati, involucro cincti; ovarium 5-10 ovula, in A. obtusifolia 25-30, continens.

5. A. VILLOSA (L. sp. 203.) radice multicipiti, rosulis remotis subglobosis, *scapo umbella foliisque villosis, pilis elongatis obscure articulatis, foliis* lanceolatis basi attenuatis *integerrimis*, pedunculis sub anthesi involucrum aequantibus brevioribusque, corolla calycem superante. ♃. In alpium rupibus, (a. d. Jura, d. A. v. Krain u. Steyerm.) Jun.-Aug. Jacq. collect. 1. 131. t. 12. f. 3. A. villosa α. D. fl. 2. p. 99. Flores albi vel rosei, umbone luteo vel purpureo, Gaud.

6. A. CHAMAEIASME (Host. syn. p. 95., non Wulf.) radice multicipite caespitosa, rosulis explanatis, *scapo umbella margineque foliorum villosis, pilis elongatis conspicue articulatis, foliis* lanceolatis basi attenuatis *integerrimis*, pedunculis sub anthesi involucrum aequantibus brevioribusque, corolla calycem superante. ♃. In rupibus alp. et reg. subalpin., (d. d. g. A. K.) Jun.-Aug. A. villosa Jacq. a. t. 332. A. villosa β. D. fl. 2. p. 100. Cor. alba, umbilico luteo, Gaud.

7. A. OBTUSIFOLIA (All. ped. 1. p. 90. t. 46. f. 1.) radice multicipite caespitosa, *scapo* pedunculis calycibus *margineque foliorum* puberulis, *pilis brevissimis in scapo* pedicellisque *stellatis, foliis* lanceolatis basi attenuatis *integerrimis*, pedunculis involucro longioribus, corolla calyce longiore. ♃. In alpium altissimarum iugis, (d. d. g. A. K. u. am Basalt in d. kleinen Schneegrube d. Sudeten.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 100. A. Chamaeiasme Wulf. in Jacq. collect. 1. p. 194., sub A. villosa, (secundum descriptionem et specimina ab ipso auctore donata, in herbario Mertens. et Froelich. asservata.) A. Lachenalii Gmel. bad. 1. 437. A. lactea Vill. delph. 2. 476. Cor. alba vel rubella, tubo luteolo, Gaud. Variat pedunculo unico radicali: A. obtusifolia β. aretioides Gaud. helv. 2. p. 100.

8. A. LACTEA (L. sp. 204.) radice multicipite caespitosa, *scapo pedunculis calycibusque glaberrimis*, foliis lanceolato-linearibus linearibusque integerrimis glabris vel apice margineve parce ciliatis, pedunculis elongatis, corolla calyce longiore. ♃. In alpibus calcareis, (Jura, Tyrol, Salzb., Steyerm., Oestr.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 101. Jacq. a. t. 333. A. pauciflora Vill. delph. 2. 477. Cor. ni-

vea, circulo aureo ad oram faucis; scapus 2-5 flores, non raro etiam unum tantum fert.

9. A. CARNEA (L. sp. 204.) radice multicipite caespitosa, scapo pedunculisque puberulis, pilis brevissimis stellulatis, *foliis linearibus a basi apicem versus attenuatis* glabris breviter ciliatis subtus carinatis apice verrucatis, pedunculis involucrum subaequantibus, corolla calyce longiore. ♃. In rupibus graniticis alpium et reg. subalpinar., (a. d. Ballon d. Vogesen, d. A. des untern Wallis u. in d. Appenzeller A., a. d. Seiseralpe in Tyrol.) Jul. Aug. D. p. 2. p. 102. Cor. pulchre carnea.

Sect. III. ANDRASPIS Dub. bot. gall. p. 382., pro parte. Radix simplex, rosula foliorum terminata, scapum unum pluresque proferens. Flores umbellati. Ovarium multiovulatum, 15-30 ovula gerens. Fornices faucem coarctantes.

10. A. ELONGATA (L. sp. 1668.) radice simplici foliorum rosula coronata, foliis lanceolatis dentatis margine *scapo* umbellaque puberulis, pilis brevissimis *stellulatis*, *calycibus corolla longioribus*. ⊙. In collibus apricis, incultis, etiam in agris arenosis, (stw. in Oestr., Mähr., Böhm., Schles., Sachs., Thüring., bei Würzb., Regensb., in d. Rheinpfalz.) Jul. Aug. D. fl. 2. 97. Jacq. a. t. 330. A. nana Hornem. hort. hafn. 1. 184. Cor. lactea, fornicibus luteolis. G.

11. A. SEPTENTRIONALIS (L. sp. 203.) radice simplici foliorum rosula coronata, *foliis* lanceolatis *dentatis* scapo pedunculisque puberulis, pilis, brevissimis stellulatis, *calycibus* glabris *corolla brevioribus*, laciniis corollae integris. ⊙. In agris arenosis, (stw. in Unteröstr., Mähren, Schles., Sachs.; sodann Unterhessen, Frankf. a. M., Würzb. u. Werthheim; vereinzelt bei Königsberg u. im Nicolaithale d. Schw.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 98. Fl. d. t. 7. Cor. lactea, fornicibus luteis.

Sect. IV. ANDROSACE Haller. helv. 1. p. 276. Fornices breves, ut in antecedentibus, sed erecti et faucem neutiquam angustantes; cetera ut in sect. III.

12. A. MAXIMA (L. sp. 203.) radice simplici foliorum rosula coronata, foliis ellipticis lanceolatisve dentatis, *scapo* umbellaque pilosa, *pilis articulatis*, *calycibus corolla longioribus*, fructiferis maximis. ⊙. In agris, inter segetes, (im mittlern Wallis, in d. Rheingegend zwischen Worms, Kirchheimbolanden u. Mainz, bei Wiesbaden; an d. Mosel bei Winningen, in Unteröstr.) Apr. Mai. D. fl. 2 p. 97. Jacq. a. t. 337. Cor. alba vel rubella, fornicibus luteolis.

6. ARÉTIA (Gaud. helv. 2. p. 95.) Cal. 5 fidus. Cor. hypocrateriformis, tubo cylindrico, ad insertionem staminum dilatato; faux fornicibus brevibus instructa. Ovarium 5 ovulatum. Caps. 5 valvis. — Ovarium in planta viva constanter quinque fert ovula, e quibus vero plerumque 2 vel 3 ad perfectionem non perveniunt. Cor. exacte ut in Primula longiflora, et genus Aretiae, a b. Gaudinio de novo constitutum, a Primula non differt nisi numero ovulorum.

1. A. VITALIANA (L. syst. veg. ed. Murr. p. 162.) ♃. In summarum alpium graniticarum rupibus, (in d. südl. Walliser Alpen;

a. d. Schlehern im südl. Tyrol.) Jul. Aug. Primula Vitaliana L. sp. 206. Androsace Vitaliana Lap. abr. 94. D. fl. 2. p. 96. Cor. lutea.

7. PRIMULA (L. gen. n. 197.) Cal. 5 fidus. Cor. hypocrateriformis vel infundibuliformis, tubo cylindrico, ad insertionem staminum dilatato; faux fornicibus praedita vel nuda. Ovarium multiovulatum. Caps. 5 valvis.

Sect. I. Aleuritia Dub. bot. gall. 384. Folia iuniora revolutiva, explicata plana, parum rugosa et subtus plus minusve farina adspersa. Foliola involucri basi saccato-incrassata. *Fornices breves coloratae in fauce.*

1. P. farinosa (L. sp. 205.) *foliis* obovato-oblongis obtuse crenatis *glabris subtus farinosis*, umbella multiflora, *calycis dentibus ovatis*, tubo corollae ad faucem fornicibus brevibus instructo calyce et limbo subsesquilongiore, *involucri foliolis linearibus basi saccato-incrassatis.* ♃. In pratis turfosis, paludosis, planitierum, montium et alpium, (d. d. g. A. K. u. die sie begleitenden Flächen von Oberschwaben, Oberbaiern bis Oestr.; sodann im Norden in Mecklenb., Pommern u. Preuss.; zerstreut bei Ansbach u. Würzburg.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 104. St. h. 14. Flores carnei. Stamina sexus longistyli in medio tubi, sexus brevistyli in apice tubi inserta. Variat:

β. *denudata*, foliis subtus farina destitutis. Haec foliis accedit ad P. strictam Hornem. hort. hafn. 1. p. 186. D. fl. 2. p. 103., quae autem calyce ventricoso et limbo corollae multo minore, tubo suo fere triplo breviore, satis differt; hanc in subalpinis Tyrolis 1813 ipsum legisse testatur cl. Lehmann., sed nuper non reperta est.

2. P. longiflora (Allion. ped. 1. p. 92. t. 39. f. 3.) *foliis* obovato-oblongis obsolete crenatis *glabris subtus farinosis*, umbella 2-5 flora, *calycis dentibus lanceolatis*, tubo corollae ad faucem fornicibus brevibus instructo calycem et limbum corollae fere ter superante, *involucri foliolis linearibus basi saccato-incrassatis.* ♃. In pascuis summarum alp., (in d. Schw. nur bei d. Gletschersee Matmor über Saas im Wallis; häufiger in Tyrol, Salzb., Oberkärnth., Oestr.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 106. St. h. 14. Cor. carnea. Stamina semper in summo apice tubi inserta.

Sect. II. Primulastrum Dub. bot. gall. p. 383. Folia iuniora revolutiva, tenuioris substantiae, rugosa, pubescentia vel tomentosa, farina destituta. *Calyx argute angulatus.* Fornices ad faucem breves, plerumque cum basi limbi concolores. Involucri foliola e basi ovata subulata.

3. P. officinalis (Jacq. misc. 1. 159.) foliis ovatis rugosis undulato-crenatis subtus *scapo umbellaque tomentoso-velutinis*, umbella multiflora, dentibus *calycis argute angulati* inflati ovatis breviter acuminatis, *limbo corollae concavo*, involucri foliolis e basi ovata subulatis. ♃. In pratis et sylvis denudatis. Aprili et initio Maii. D. fl. 2. p. 106. St. h. 14. P. veris α. officinalis L. sp. 107. P. veris Lehm. monog. p. 27. In forma brevistyla corollae tubus apice hemisphaerico-inflatus et stamina fauci inserta, in sexu longistylo stamina in medio tubi, supra insertionem cylindrico-am-

pliati, inserta sunt. Flores suaveolentes, citrini, maculis 5 croceis ad faucem. Variat:

β. *ampliata*, calyce valde ampliato; an h. l. P. suaveolens Bert. amoen. ital. p. 95.? folia enim in nostra subtus non albo-tomentosa. Cl. Bertol. describit formam brevistylam.

4. P. ELATIOR (Jacq. misc. 1. 158.) foliis ovatis rugosis undulato-crenatis subtus *scapo umbellaque hirtis*, umbella multiflora, dentibus *calycis argute angulati ovatis acuminatis*, *limbo corollae plano*, involucri foliolis e basi ovata subulatis. ♃. In sylvis et pratis sylvaticis. Mart. April. D. fl. 2. p. 108. St. h. 14., forma longistyla. P. veris β. elatior L. sp. 204. Flores sulphurei; variant autem circulo vitellino ad faucem, et, quamvis raro, in locis sylvestribus floribus purpureis; in hortis autem innumerae coluntur modificationes, coloribus variis splendentes, et praeterea singularis illa varietas calycantha, cuius calyx, in corollam mutatus, figuram et colorem corollae ipsius acquisivit. — Forma brevi- et longistyla ut in antecedente.

5. P. ACAULIS (Jacq. misc. 1. 158.) foliis oblongo-obovatis basi attenuatis dentatis rugosis subtus in venis hirtis, *pedunculis radicalibus* unifloris calyceque villosis, dentibus calycis argute angulati subquinquefidi lanceolatis acuminatis. ♃. In sylvis subalpinis et in planitiebus ad radices alpium, (v. d. Schweiz durch Oberschwaben, Oberbaiern bis Oestreich; wird als Seltenheit in Westphalen, Mecklenb. u. um Halle angegeben.) Floret sub finem hyemis ad initium veris. D. fl. 2. 109. St. h. 14. P. veris γ. acaulis L. sp. 205. P. vulgaris Smith. brit. 222. P. grandiflora Lam. fl. fr. 248. P. hybrida Schrank. baier. fl. 1. p. 449. P. sylvestris Scop. carn. 1. p. 132. P. uniflora Gmel. bad. 1. 442. Flores sulphurei, maculis 5 croceis ad faucem; raro, secund. Gaud., rubelli. Forma brevi- et longistyla ut in antecedentibus duabus. Variat:

β. *caulescens*, scapo 2-3-multiflora. Haec antecedenti similis quidem, sed notis ceteris, speciem utramque distinguentibus, absque difficultate cognoscitur.

Sect. III. AURICULA Dub. bot. gall. p. 384. Folia iuniora convolutiva; adulta plana, subcarnosa, non rugosa. Calyx campanulatus vel oblongus teres. Faux corollae fornicibus destituta. Involucri foliola ovata.

a. Umbella speciminum maiorum multiflora; pedunculi inaequales, longiores calycem bis terve superantes. Laciniae corollae obcordatae quidem, sed non ad quartam longitudinis partem emarginatae.

6. P. AURICULA (L. sp. 205.) *foliis* obovatis dentato-serratis subintegerrimisque *sparsim margine dense glandulosis*, glandulis minutissimis brevissime stipitatis, scapo glabro superne umbellaque farinosis, *involucro pedicellis multo breviore*, *foliolis ovatis* obtusis, calyce corollae tubo triplo breviore, *staminibus sexus brevistyli in fauce insertis*, capsula calyce paulo longiore. ♃. In rupibus alpium et reg. subalpin., etiam in planitiebus alpes comitantibus, (d. d. g. A. K., a. d. Schwarzwalde, auf Torfbrüchen von Oberschwaben u. Oberbaiern.) Vere in demissis locis, aestate in alpinis floret. D. fl. 2. p. 110. St. h. 14. Variat foliis dentato-serratis et fere integerrimis, plus minusve pulvere albo conspersis, et margine linea, eximie pulverulenta, cincto. Stamina formae bre-

vistylae in apice tubi infundibuliformis et formae longistylae in basi tubi cylindrici inserta. In hortis eminet floribus purpureis et versicoloribus, sylvestre vero specimen, floribus purpureis ornatum, nondum vidi. — P. marginatam Curt. mag. t. 191., P. crenatam Lam. illustr. 2. 98. f. 3., D. fl. 2. p. 112., quum pro certo non constet, eam in ditione flor. nostrae lectam fuisse, omisi. P. Auriculae similis est, sed dimidio minor, folia glaberrima et margine tantum linea pulverulenta alba cincta, profundius serrata, floresque minores et rosei sunt.

7. P. VILLOSA (Jacq. fl. austr. 5. p. 41.) *foliis* obovatis vel subrotundis a medio apicem versus dentato-serratis in petiolum contractis utrinque *viscoso-pubescentibus* pilisque glanduliferis dense ciliatis, scapo pedunculisque glanduloso-pilosis, umbella 2-multiflora, *involucro pedicellis multo breviore, foliolis ovatis, calyce* semiquinquefido tubo corollae triplo breviore, *fructifero capsula duplo longiore, staminibus sexus brevistyli in tubo supra medium ipsius insertis.* ♃. In rupibus alpium graniticarum editiorum, (a. d. südl. A. d. Schweiz u. Tyrols, u. d. Alp. zwischen Kärnthen u. Krain.) Mai., in alp. serius. P. villosa Jacq. l. c., secund. specimen e manu Wulfenii, in collectione Froelichiana asservatum, Jacq. fl. a. app. t. 27.; figura superior bona, inferior pessima. St. h. 24. (copia posterioris.) P. villosa Willd. herbar. 3483. fol. 2. P. ciliata Schrank. prim. fl. salisb. p. 64. n. 186. Lehm. monogr. p. 79. D. fl. 2. 113. (non P. villosa D. fl. 2. 112., quae ad P. latifoliam pertinet.) P. hirsuta DC. fl. fr. 3. p. 449., sexum brevistyl. describit. Reichenb. ic. f. 854., sex. brevistyl. P. villosa Reichenb. ic. f. 855., sex. longistyl. P. viscosa Reichenb. fl. exc. p. 403. (P. viscosam Villarsii cl. DC. ad P. viscosam suam, P. latifoliam Lap., trahit.) P. viscosa Gaud. helv. 4. p. 89., non DC. — Flores dilute purpurei, siccati violacei. Variat raro floribus albis: P. nivea hortor. P. villosa var. nivea bot. mag. 1161. P. ciliata var. Reichenb. fl. exc. p. 404. — P. villosa in horto ob viscositatem semper terrae et arenae particulis contaminata est.

Primula latifolia Lap. abr. p. 97. (nomen ceteris, saepe confusis, praeferendum) in Deutschlands flora 2. p. 112., sub nomine P. villosae recepta, in Germania non crescit, neque in Helvetia hucusque lecta est. Differt a P. villosa foliis duplo maioribus, oblongo-obovatis, antice inaequaliter dentato-serratis vel etiam subintegerrimis, siccatis tenuioris substantiae et fere pellucidis, *calyce* subhemisphaerico, dentibus brevioribus, *fructifero capsulam aequante, staminibus sexus brevistyli ad finem tubi in fauce ipsa insertis,* atque (secund. Lap. et DC.) floribus violaceis. Ad hanc pertinet: P. viscosa DC. fl. fr. 3. p. 449. (describit sexum longistylum.) P. hirsuta All. ped. n. 337., sec. DC. (in herbario Willd. autem specimen P. hirsutae, a cl. Balbisio communicatum, sub n. 3483. fol. 5. asservatur, quod ad P. pedemontanum pertinet.) — Num P. viscosa Villarsii ad P. latifoliam, an ad P. villosam Jacq. pertineat, ex descriptione eius clare non elucet.

P. pedemontana Thom. cat. pl. exsicc., Reichenb. fl. exc. p. 403. P. hirsuta β. DC. fl. fr. suppl. p. 384., P. hirsuta All. ex specim. Balbisiano in herb. Willd., P. pubescens Reichenb. ic. 7. f. 856.,

(sexus brevistylus,) Primulae villosae simillima est, sed *folia*, quae saepe magis oblonga et fere integerrima reperiuntur, *glabra vel glandulis minutis adspersa et margine tantum glandulis rufis stipitatis ciliata*, pili glanduliferi in scapo brevissimi et glandulae fere sessiles sunt, *calyx* basi latior, quinquedentatus et dentibus ad tertiam partem tantum incisus est atque *fructifer capsulam aequat*, nec bis superat. Varietas huius floribus albis in herbario amici Zeyheri sub nomine P. ciliatae Morett. asservatur.

8. P. VENUSTA (Hort. flor. austr. 1. p. 248.) *foliis* obovatis dentato-serratis subintegerrimisque *utrinque glabris* margine remote minutissime glandulosis, scapo glabro superne umbellaque parce calycibus margine intusque dense farinosis, *involucro pedicellis multo breviore, foliolis ovatis* obtusis, calyce corollae tubo triplo breviore dentibus ovatis, *staminibus sexus brevistyli fauci insertis*, capsula calycem subaequante. ♃. In montanis et subalpinis, (bei Idria, Hladnik, Graf.) April. Mai. St. h. 54. Flores exsiccati saturate violacei. Simillima P. Auriculae, sed folia utrinque glabra, margine glandulis stipitatis remotis obsita, vix ciliata, scapus superne et calyces farina paucissima adspersi et calyces margine tantum et intus dense farinosi. G.

9. P. CARNIOLICA (Jacq. flor. austr. 5. p. 28. app. t. 4.) *foliis* obovatis oblongisve repando-crenatis integerrimisve scapo pedunculis calycibusque *glaberrimis, involucro pedicellis multo breviore, foliolis ovatis* obtusis, calyce corollae tubo triplo breviore, dentibus ovatis, *staminibus sexus brevistyli in medio tubi insertis*, capsula calycem subaequante. ♃. In montanis et alpinis, (Krain.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 114. St. h. 54. P. integrifolia Scop. carn. 1. 133. Flores rubro-violacei. Insertione staminum et glabritie statim ab antecedentibus duabus distinguitur. G.

Sect. IV. ARTHRITICA Dub. bot. gall. p. 384. Folia iuniora convolutiva, adulta plana, subcarnosa. Umbella pauciflora, non raro uniflora; flores brevissime pedunculati, vel sessiles; involucri foliola oblonga vel lineari-oblonga, obtusa, pedicellos longe superantia. Laciniae corollae semibifidae, lobis divaricatis.

10. P. SPECTABILIS (Tratt. tabular. 1. 426., sec. R. et S. syst. veg. 4. 146.) *foliis* elliptico-lanceolatis lanceolatisve *integerrimis glabris cartilagineo-marginatis*, margine brevissime ciliato vel minute denticulato, scapo glanduloso-scabriusculo 1-3 floro, *involucri foliolis linearibus pedicellos aequantibus superantibusque, calyce tubuloso*-campanulato *tubo corollae breviore*, staminibus sexus brevistyli supra medium tubi insertis. ♃. In glareosis alpium, in subalpina descendens, (Salzb., Kärnth., Krain, Steyerm., Oestr.) Jul. Aug. D. fl. 2. p 116. P. integrifolia St. h. 24., (non bona, itaque dubia) P. integrifolia L. sp. 205., secundum citatum ex Clusii hist. Flores purpurei. Variat:

α. *ciliata*, foliorum margo cartilagineus et insuper ciliis brevibus obsitus: P. integrifolia Jacq. a. t. 327. Reichenb. ic. 1. f. 69., omisso margine cartilagineo, qui nunquam desideratur. P. Clusiana Tausch. bot. ztg. 4. 1. p. 364.

β. *denticulata*, foliorum margo cartilagineus, subtiliter denticulatus, ciliis destitutus: P. integrifolia Tausch. bot. ztg. 4. 1. 364.

P. calycina Reichenb. ic. 1. f. 70. D. fl. 2. p. 116., forma dentibus calycis acutiusculis; non Gaud.

Varietatem foliis dentatis nondum vidi. G.

11. P. CALYCINA (Dub. ap. Gaud. helv. 2. p. 94.) *foliis* oblongo-vel elliptico-lanceolatis *glabris* cartilagineo-marginatis integerrimis, scapo glabro 3-5 floro, *involucri foliolis linearibus pedicellos superantibus*, *calyce* tubuloso-campanulato *tubum corollae superante.* ♃. In montibus humilioribus reg. austral., (auf d. Corni di Canzo am Comersee, jetzt nicht mehr im Gebiete d. Schweiz.) Planta culta floret apud nos Aprili et Maio. E semine eduxi specimina foliis gramineo-viridibus et neutiquam glaucis. In Germania haec species nondum lecta est. — Sexum longistylum tantum vidi. H.

12. P. INTEGRIFOLIA (Linn. sp. pl. 205., secund. citat. ex Hallero et locum natalem helveticum et pyrenaicum.) *foliis* ellipticis oblongisve glabris vel supra sparsim pilosis *margine* (non cartilagineo) *scapoque villosis*, scapo 1-3 floro, *involucri foliolis linearibus pedicellos superantibus*, calyce tubuloso-campanulato tubo corollae breviore, staminibus sexus brevistyli supra medium tubi insertis. ♃. In subuliginosis summarum alpium Helvetiae, (bisher noch nicht in Deutschland aufgefunden.) Jul. Aug. DC. fl. fr. 3. p 450. Gaud. fl. helv. 2. p. 93. D. fl. 2. p. 115. P. Candolleana Reichenb. ic. 6. f. 802. 803. Cur nomen, a praestantissimis viris Candollio et Gaudinio adoptatum, mutetur, non video. Linnaeus plantam helveticam, pyrenaicam et styriacam sub una specie comprehendit, et scriptores modo commemorati multis annis ante cl. Reichenb. illam, quae Helvetiam et Pyrenaeos inhabitat, non vero styriacam, sub hoc nomine proposuerunt. H.

13. P. GLUTINOSA (Wulfen. ap. Jacq. flor. austr. 5. p. 41. append. t. 26. 1778.) *foliis* cuneato-lanceolatis obtusis scapoque glaberrimis *a medio ad apicem serratis*, *serraturis muticis*, scapo 3-5 floro, floribus sessilibus, *involucri foliolis ovalibus calycem aequantibus superantibusque*, calyce tubuloso-campanulato tubum corollae dimidium superante, staminibus sexus brevistyli in fauce, longistyli in medio tubi insertis. ♃. In locis humidis alpium altiorum, (Tyrol, Kärnth., Steyerm.) Jun.-Aug. P. glutinosa L. fil. suppl. p. 133. 1781. D. fl. 2. p. 117. St. h. 24., non bona. Flores sature violacei. G.

14. P. FLOERKEANA (Schrader. in Krünitz. oecon. encycl. vol. 117. p. 393., secund. Lehm. monogr. prim. p. 81.) *foliis obovatis* basi cuneatis scapoque glabris subglutinosis *a medio crenato-dentatis*, *dentibus acuminato-mucronulatis*, scapo 3-5 floro, floribus sessilibus, *involucri foliolis ovali-oblongis calycem subaequantibus*, calyce tubuloso-campanulato tubum corollae dimidium superante, staminibus sexus brevistyli in medio tubo insertis. ♃. In summis alpibus, (Oberkärnthen u. d. südl. Tyrol, Hopp. bot. ztg. 10. 2. p. 504.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 118. Lehm. monogr. prim. t. 8. Cor. purpurea. Sexum longistylum non vidi. G.

15. P. MINIMA (L. sp. 205.) *foliis obovato-cuneatis* scapoque glabris *antice truncato-obtusis crenatisque*, *crenis acuminato-*

mucronatis, scapo 1-2 floro, floribus subsessilibus, involucri foliolis linearibus calycem subaequantibus, calyce tubuloso-campanulato tubum corollae dimidium subaequante, staminibus sexus brevistyli supra medium tubi insertis. ♃. In locis rupestribus humidis alpium, (Tyrol, Salzb., Kärnth., Steyerm., Oestr., a. d. Schneekoppe in d. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 118. St. h. 29. Flores rosei, rarius albi. Variat:

β. pubescens, Bl. et F. compend. fl. germ. 1. ed. 2. p. 332, foliis sesquipollicem longis, subpubescentibus: P. truncata Lehm. monogr. p. 87. t. 8. In alpibus Salisb. Nondum vidi.

8. HOTTÓNIA (L. gen. n. 203.) Cal. 5 partitus; cetera ut Primulae.

1. H. PALUSTRIS (L. sp. 208.) floribus verticillatis pedunculatis, internodiis aequalibus, corolla calycem multum superante, foliis pectinato-pinnatifidis. ♃. In fossis, paludibus, et aquis lente fluentibus. Mai. Jun. D. fl. 2. 128. Schk. t. 35. Flores albi vel dilute rosei. In sexu brevistylo stamina ad marginem faucis inserta, filamentis, anthera quadruplo longioribus, longe emergunt, stylus tubum aequat; in sexu longistylo stamina, in medio tubi inserta, filamentis, vix longitudine antherarum, non ultra tubum progrediuntur, stylus vero, tubo sesquilongior, emergit.

9. CORTÚSA (L. gen. n. 198.) Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformis, tubo brevi, stamina fauci inserta, ex annulo prominente egredientia. Ovarium multiovulatum. Caps. bivalvis, valvulis apice bifidis.

1. C. MATTHIOLI (L. sp. 206.) ♃. In locis irriguis, ad margines fontium et torrentium, convallium alpinarum et reg. subalpinarum, in reg. inferiorem alpium descendens, (Schwab., Baiern, nördl. Tyrol u. Steyerm.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 120. Jacq. ic. rar. t. 32. Flores purpurei.

10. SOLDANÉLLA (L. gen. n. 199.) Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformi-campanulata, limbo 5 fido, laciniis multifidis. Caps. apice circumscisse dehiscens, operculo delapso multidentata.

1. S. MONTANA (Willd. en. hort. berol. 1. p. 192.) foliis subrotundis leviter remote crenatis, *scapo 2-4 floro*, *pedicellis pubescentibus*, *pube brevissime glandulifera*, corolla ad medium fissa, squamis faucis filamenta subaequantibus, stylo corollam aequante vel longiore. ♃. In locis turfosis spongiosis, montanis et subalpinis, (Salzb., Oestr., Böhm.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 122. S. alpina Schm. boh. 2. p. 49. Flores exsiccati violacei. Filamenta antheris dimidio breviora. G.

2. S. ALPINA (L. sp. 206.) foliis subrotundo-reniformibus integerrimis vel subrepandis, scapo *2-4 floro*, *pedicellis scabriusculis glandulis minutis sessilibus*, corolla ad medium fissa, squamis faucis filamenta aequantibus, stylo corollam aequante vel longiore. ♃. In alpibus ad nivem aeternam usque; etiam in subalpina descendens, (d. d. g. A. K., sodann a. d. Feldberge im Schwarzw., u.

a. d. Mährischen Karpat.) Mai., ad nives liquefactas in Autumn. D. fl. 2. p. 122. St. h. 20. S. Clusii Schm. boh. p. 50., non Gaud. Cor. violacea, striis saturatioribus, in laciniis corollae nervum aemulantibus. Filamenta antheris dimidio breviora.

3. S. PUSILLA (Baumgarten. fl. transs. 1. p. 158.) *foliis cordato-reniformibus* subrepandis, *scapo unifloro*, *pedicellis scabriusculis* glandulis minutis sessilibus, corolla vix ad tertiam partem fissa, laciniis rectis, squamis faucis nullis, stylo corolla breviore. ♃. In summis alpibus, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnth., Steyerm.) Floret cum antec. D. fl. 2. p. 122. St. h. 41. S. Clusii Gaud. helv. 2. p. 76., non Schm. Color corollae fere cupreus, paululum in caeruleum vergens, laciniae rectae, non extrorsum flexae, Angelis. Filamenta fere longitudine antherarum basi utrinque mucronulo praeditarum.

4. S. MINIMA (Hopp. apud Sturm. deutschl. flor. heft 20.) *foliis orbiculatis*, *scapo unifloro*, *pedicellis pubescentibus*, pube brevissima glandulifera, corolla ad tertiam partem fissa, laciniis apice patentibus, squamis in fauce brevissimis nullisve, stylo corolla breviore. ♃. In alpibus et subalpinis, (Tyrol, Kärnthen, Krain, Steyerm.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 124. Cor. dilute lilacina, intus purpureo-striata, striis in laciniarum basi evanescentibus, Angelis. Filamenta fere longitudine antherarum; hae basi utrinque rotundatae. G.

11. CYCLÁMEN (L. gen. n. 163.) Cal. 5 partitus. Corollae tubus brevis, campanulatus; limbus 5 partitus, refractus. Caps. 5 valvis.

1. C. EUROPAEUM (L. sp. 207.) corolla fauce integra, laciniis acutis, *foliis repandis vel crenulatis* subrotundis ovatisque apiculatis basi profunde cordatis sinu acuto, *crenis muticis*. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (v. d. Schweiz d. d. A. K. bis Oestr. u. v. da nach Böhm. u. Mähr.) Aug.-Octob. D. fl. 2. p. 125. Jacq. a. t. 401. St. h. 34. Flores rosei. — C. coum Mill., secundum cl. Reichenb. in Helvetia crescens, a C. europaeo facile distinguitur foliis orbiculato-cordatis, obtusissimis, non apiculatis, vix repandis et corollae laciniis subrotundo-ovatis, rotundato-obtusis. Specimen helveticum nondum vidi.

2. C. HEDERIFOLIUM (Ait. kew. v. 1. 311.) *corollae fauce decemdentata*, laciniis acutis, foliis ovatis crenatis angulatisque basi profunde cordatis sinu clauso, *crenis angulisque muticis*. ♃. In locis petrosis aridissimis, (im Wallis, Gaud.) Floret sero autumno, ante foliorum explicationem. Gaud. helv. 2. p. 74. C. neapolitanum Tenor. fl. neap. 3. p. 197. t. 118. Syllog. p. 89. Clus. hist. 1. 265. fig. sinistr. Flores purpurei. H.

3. C. REPANDUM (Sibth. et Smith. prodr. fl. graec. p. 128.) corollae fauce integra, laciniis acutis, *foliis* cordatis *repandis angulatisque*, *angulis crenisque mucronulatis*. ♃. In nemorosis, (Istrien.) April. C. hederifolium Tenor. syllog. fl. neap. p. 90. J.

12. SÁMOLUS (L. gen. n. 223.) Cal. semisuperus, 5 fidus. Corollae tubus breviter campanulatus; limbus 5 partitus, patentissimus. Stam.

Stam. 10; 5 fertilia, fundo corollae inserta, laciniis corollae opposita: 5 sterilia, altius inter lacinias inserta. Caps. 5 valvis.

1. S. Valerandi (L. sp. 243.) erectus, foliis obovatis oblongisve obtusis, racemis denique elongatis, bracteis in medio pedicellorum, capsula subglobosa. ♃. In locis humidis, fossis, (stw. d. d. G.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 194. Schk. 1. t. 40. Flores albi.

13. GLAUX (L. gen. n. 291.) Cal. campanulatus, 5 fidus, coloratus. Cor. o. Stam. in fundo calycis inserta, laciniis eiusdem opposita. Caps. 5 valvis.

Genus hoc fabrica floris multo affinius Amaranthaceis et Paronychieis est, quam Primulaceis; cum his solummodo congruit seminis figura et embryone recto, centrali.

1. G. maritima (L. sp. 301.) In locis humidis salsis, (am Strande der Ost- u. Nordsee u. an d. Salinen d. Binnenlandes.) G.

Ord. XCI. GLOBULARIEAE. DC. fl. fr. 3. p. 427.

Cal. 5 fidus, *aestivatione imbricatus*, persistens. *Cor. monopetala, hypogyna*, 5 fida, plerumque inaequalis. *Stam. 4, tubo corollae inserta, eiusdem laciniis alterna, quintum inter lacinias superiores deficiens. Ovarium* liberum, *1 loculare, 1 ovulatum*, ovulo pendulo. Styl. 1. Stigma bifidum. Fructus utricularis, non dehiscens. Embryo rectus, radicula ad hilum spectante. Albumen carnosum.

1. GLOBULARIA (L. gen. n. 112.) Character Generis idem ac Ordinis. — Flores violaceo-caerulei, rarius in varietate albi.

1. G. vulgaris (L. sp. 139.) herbacea, radice multicipite, *foliis* radicalibus spathulatis emarginatis vel breviter tridentatis, *caulinis copiosis lanceolatis*. ♃. In pratis siccis et collibus petrosis incultis, solo calcareo. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 733. St. h. 27.

2. G. nudicaulis (L. sp. 140.) herbacea, *radice multicipite*, foliis radicalibus oblongo-cuneatis apice rotundato-obtusis, *caulibus nudis* vel squamis 1-2 remotis obsitis. ♃. In locis rupestribus fertilioribus alpium calcarearum, hinc inde cum fluviis descendens, (d. d. g. A. K., u. als Flüchtling im Isarbette bei München.) Mai-Jul. D. fl. 1. p. 734. Jacq. a. t. 230.

3. G. cordifolia (L. sp. 139.) suffruticosa, *procumbens, subrepens*, foliis obovatis postice cuneato-attenuatis apice obtusissimis integris emarginatis tridentatisque. ♃. In locis glareosis aridis alpinis et demissioribus, (d. d. g. A. K. u. die d. A. begleitenden Niederungen, südlich bis Triest.) Mai. Jun. in Alpib. serius. D. fl. 1. p. 734. Jacq. a. t. 245.

Ord. XCII. PLUMBAGINEAE. Juss. gen. 92.

Cal. 5 dentatus, *plicatus*, persistens. *Cor. monopetala regularis, limbo 5 partito; aut 5 petala*, petalis unguiculatis. *Stam. 5 in monopetalis hypogyna, in polypetalis petalorum unguibus adnata*, aestivatione recta. *Ovarium* liberum, *1 loculare, 1 ovulatum*, ovulo ex apice funiculi elongati pendulo. Styli 5; vel 1, stigmatibus 5. Capsula apice dehiscens vel indehiscens. Embryo rectus; radicula hilum spectans. Albumen carnosum.

1. STÁTICE (L. gen. n. 388.) Cal. superne scariosus. Cor. 5 petala, petalis quandoque basi connatis. Styl. 5. Caps. indehiscens.

Sect. 1. ARMERIA DC. fl. fr. 3. p. 419. Flores in capitula collecti, involucro imbricato communi tecta. Foliola involucri exteriora basi deorsum in vaginam cylindricam producta. Capitulum e racemulis brevibus, 2-6 floris compositum; singuli flores bractea hyalina fulti. — Species huius sectionis intricatae ulterioribus indigent observationibus, quam ob rem nostras hic sic propono, quales in bot. zeit. 6. 2. p. 689., olim descripsi. In Deutschl. flora eas cum b. amico Mertensio, ut nunc mihi persuasum habeo, immerito contraxi. —

1. S. PLANTAGINEA (All. ped. 2. p. 90., excl. syn. Jacq.) *foliis* lineari-lanceolatis lanceolatisve acuminatis basi in petiolum attenuatis *tri-septemnerviis, involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus* obtusissimis nervo excurrente *mucronulatis*, pedicellis longitudine tubi calycis villoso-striati *), petalis rotundatis truncatisve. ♃. In locis arenosis, (bisher blofs auf dem Sande u. im Kieferwalde zwischen Mainz u. Niederingelheim, aber in Menge; u. auf d. südl. Seite der Walliser A.) Jun. Jul. Armeria plantaginea Willd. en. h. berol. 1. 334. D. fl. 2. p. 436. Allionii planta certo cum nostra eadem est, testantibus speciminibus prope Aug. Taurin. lectis. Armeria scorzonerifolia Willd. l. c. differt capitulis maioribus, floribus lilacinis, pedicellis calycis tubo dimidio brevioribus et petalis profundius retusis; num vero species sit, an varietas, ulterius observandum est.

2. S. ELONGATA (Hoffm. deutschl. flora ed. 2. v. 1. p. 150.) *foliis* linearibus acutiusculis *uninerviis* ciliatis, *involucri foliolis extimis cuspidatis, interioribus* obtusissimis nervo excurrente *mucronatis*, pedicellis longitudine tubi calycis villoso-striati, petalis integris crenulatis subemarginatisve. ♃. In locis arenosis, (stw. d. d. g. Geb.) Iam Maio sparsim florere incipit atque flores fert usque in autumnum. S. Armeria L. fl. suec. p. 99. „in hortis arenosis sata ornat continuis floribus" Linn. l. c. St. Armeria β. elongata DC. fl. fr. 3. p. 419. St. Armeria St. h. 1. Pollich. pal. 1. p. 318. et plurim. auct. germ. St. arenaria Pers. 1. 332. (sec. DC. in

---

*) Calycis tubus in speciebus pluribus inter strias villosas interstitia glabra habet, illum villoso-striatum voco; in aliis speciebus interstitia quoque villosa sunt et totus tubus villosus fit. In siccis speciminibus autem interstitia adeo contrahuntur, ut has notas aegre distinguas.

suppl. p. 379.) Dub. bot. gall. p. 389. Armeria vulgaris Willd. en. 1. 333. D. fl. 2. p. 436. — A. littoralis Willd. en. l. c. non differt. Variat:

β. *pubescens*, scapo pubescente: Armeria vulgaris γ. pubescens Dethard. conspect. 28.

A varietate β. mihi satis differre videtur S. Armeria Smith. brit. 341. Engl. bot. t. 226. Hoffm. d. fl. 1. 150. S. Armeria β. DC. fl. fr. l. c. Armeria maritima Willd. en. h. berol. 1. 333. Koch. in d. bot. ztg. 6. 2. p. 706., foliis obtusis, involucri foliolis omnibus obtusis, exterioribus 1-2 saepius mucrone obtuso herbaceo instructis, calyce toto villoso et praecipue tempore florendi, quod mensem non excedit, neque per totam aestatem durat, atque scapis 3-4 pollicaribus fastigiatis, qui in millenis speciminibus, areas hortorum cingentibus, etiam in solo pinguissimo nunquam elongantur. Haec in ditione florae nostrae non provenire videtur.

3. S. PURPUREA (Koch. d. fl. suppl. ined.) *foliis* linearibus obtusis *uninerviis* basi ciliatis, involucri *foliolis extimis obtusis mucronatis, interioribus* obtusissimis nervo ante apicem evanescente *muticis*, pedicellis longitudine tubi calycis villoso-striati, petalis truncatis. ♃. In pascuis et pratis uliginosis, (bisher blofs auf d. Riede bei Memmingen.) Jul. Aug. Armeria purpurea Koch. bot. ztg. 6. 2. p. 710. Floribus saturate purpureis statim dignoscitur. Scapus elongatus, ut in S. elongata, semper glaber. Involucrum Armeriae maritimae. Bractea floris primi racemulorum dimidium calycis vix superat, secundi pedicellum aequat; in S. maritima bractea floris primi limbum calycis, secundi calycis tubum attingit, et corollae lilacinae sunt. G.

4. S. ALPINA (Hoppe pl. alp. exsicc.) *foliis lineari-lanceolatis* linearibusve glabris *subtrinerviis*, *involucri foliolis extimis obtusis* submucronatis, *interioribus* obtusissimis nervo ante apicem evanescente *muticis*, pedicellis tubo calycis villoso-striato dimidio brevioribus, petalis emarginatis. ♃. In pascuis alpium, (Tyrol, Kärnthen, Oestr.) Jul. Aug. S. Armeria γ. alpina DC. fl. fr. 3. p. 419., excluso syn. Mill. (cuius planta folia subulata habet.) Armeria alpina Willd. en. h. berol. 1. 333. D. fl. 2. p. 488. Specimina a me visa glaberrima sunt. Gaudinii S. Armeriam α. alpinam scapo piloso foliisque ciliatis nondum vidi.

Sect. II. LIMONIUM Dub. bot. gall. p. 387. Flores spicati, spicis secundis. Folia radicalia rosulata.

1. S. LIMONIUM (L. sp. 394.) *scapo* tereti, *superne paniculato, foliis* obovato-oblongis *glabris* obtusis sub apice mucronatis, mucrone recurvo. ♃. Ad litt. maris, (a. d. Nord- u. Ostsee.) Aug. Sept. Fl. d. t. 315. S. Pseudo-Limonium Reichenb. ic. 8. f. 959. Flores dilute caerulei. G.

2. S. PUBESCENS (DC. fl. fr. suppl. 380.) *scapo a basi ramoso*, ramis inferioribus sterilibus, superioribus floriferis subcorymbosis, *foliis* cuneiformi-obcordatis *scapoque pubescenti-scabris*. ♃. In scopulis maritimis, (bei Triest u. Fiume.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 490.

Reichenb. ic. 8. f. 326. Variat calycis dentibus acutioribus: Statice furfuracea Reichenb., f. 327., an Lagasce? G.

2. PLUMBÁGO (L. gen. n. 213.) Cal. tubulosus, 5 dentatus. Cor. monopetala, infundibuliformis, 5 loba. Stam. 5, hypogyna, basi dilatata. Styl. 1. Stigm. 5. Cap. apice dehiscens, 5 valvis.

1. P. EUROPAEA (L. sp. 215.) foliis amplexicaulibus lanceolatis margine scabris, caule stricto. ♃. In locis incultis, ad sepes, (Pola in Istrien u. bei Fiume.) Aug. Sept. Col. ecphr. 1. t. 161. Cor. lilacina. J.

Ord. XCIII. PLANTAGINEAE. Juss. gen. p. 89.

Flores hermaphroditi vel dioici. Cal. 4 partitus, persistens, (in flore fem. 3 sepalus.) *Cor. monopetala, hypogyna, 4 fida, regularis, scariosa.* Stam. 4, tubo corollae vel receptaculo inserta, eiusdem laciniis alterna; filamenta per aestivationem induplicata. Ovarium liberum, 1 loculare, 1 ovulatum, ovulo erecto; vel, placenta centrali compressa bialata vel quadrialata, 2-4 loculare; ovula in angulis placentae affixa, 1-plura. Styl. 1. Embryo rectus, radicula ad hilum versa. Albumen corneum.

1. LITTORÉLLA (L. gen. n. 1328.) Monoica. Flores masculi pedunculati. Cal. 4 sepalus. Cor. tubus cylindricus, limbus 4 partitus. Stam. receptaculo inserta. Flores fem. ad basin pedunculi masculorum sessiles. Cal. 3 sepalus. Cor. oblonga, basi apiceque attenuata, ore obsolete denticulata. Nux unilocularis.

1. L. LACUSTRIS (L. sp. 160 et 295.) ♃. In locis inundatis, piscinis et lacubus, solo arenoso, (sehr zerstreut d. d. g. Geb.) Jun. Jul. Schk. t. 287. Flores albidi. Ad latera aquarum stagnantium, aqua diminuta, frequenter, sub aqua ipsa vero nunquam floret.

2. PLANTÁGO (L. gen. n. 142.) Flores hermaphroditi. Cal. profunde 4 partitus, laciniis 2 anterioribus quandoque in unam coalitis. Cor. tubus ovatus, limbus 4 partitus, refractus. Stamina imo tubo inserta. Caps. circumscissa, placentam liberam bi-quadrialatam includens, eoque 2-4 locularis.

Sect. I. PLANTAGINES GENUINAE. Caulis praeter capita radicis specierum perennium nullus vel brevissimus. Pedunculi, radicales (scapi,) nudi. Placenta bialata.

a. Placenta utrinque 2-4 sperma. Corollae tubus glaber.

1. P. MAIOR (L. sp. 163.) *foliis petiolatis ovatis ellipticisve* subdentatis glabris vel sparsim pubescentibus 5-9 nerviis, *scapis adscendentibus* teretibus obsolete striatis *folia subaequantibus*, spica lineari-cylindrica elongata, bracteis ovatis obtusiusculis carinatis margine membranaceis, capsula 8 sperma. ♃. In locis cultis, pascuis; in subalpina adscendens. Jul.-Octob. D. fl. 1. p. 800.

Schk. t. 23. In locis arenosis humidis occurrit minuta, foliis semipollicaribus, spica 3-10 flora: P. minima DC. fl. fr. 3. p. 408.

2. P. Cornuti (Gouan. illustr. p. 6., non Jacq.) *foliis petiolatis ovatis ellipticisve* integerrimis subdentatisve glabris 5-7 nerviis, *scapis erectis* profunde striatis *folia bis terve superantibus*, spica lineari-cylindrica elongata, bracteis ovatis obtusis carinatis margine membranaceis, capsula 4 sperma. ♃. In pratis salsis ad mare adriaticum, (Triest.) Jul. Aug. P. limosa Kit. ap. Schult. syst. veg. 3. p. 111. sub P. maiore. G.

b. Placenta utrinque monosperma. Corollae tubus glaber.

3. P. media (L. sp. 163.) *foliis ellipticis* subdentatis 7-9 nerviis utrinque hirtis basi *in petiolum brevem latum contractis*, scapo tereti leviter striato, spica oblongo-cylindrica densa, bracteis ovatis acutiusculis glabris margine membranaceis, corollae tubo glabro. ♃. In pratis et pascuis, in alpes adscendens. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 802. Fl. d. t. 551.

4. P. lanceolata (L. sp. 164.) *foliis* lanceolatis utrinque attenuatis subdenticulatis 3-6 nerviis *glabris hirsutisve*, scapo sulcato, spica ovata vel oblongo-cylindrica densa, *bracteis* ovatis attenuato-acuminatis *scariosis glabris*, calycis laciniis lateralibus dorso carinatis carina ciliatis glabrisve. ♃. In pratis et pascuis ubique. April-autumn. D. fl. 1. p. 802. St. h. 7. P. lanceolata et P. decumbens Reichenb. fl. exc. p. 396. Variat:

β. *altissima*, scapi non raro ultra 2 pedales, folia sesquipedalia, spica cylindrica: P. altissima L. sp. 164. P. lanceolata β. DC. fl. fr. 5. 377. Propriam speciem efficere, verosimile est, sed praeter magnitudinem alios characteres, quibus distinguatur, hucusque detegere non potui. Haec copiose in pratis Carnioliae.

γ. *pumila*, foliis angustis subhirsutis basi hirsutissimis, spica subsphaerica: P. lanceolata γ. sphaerostachya D. fl. l. c. P. lanceolata ε. DC. l. c.

δ. *lanuginosa*, folia pilis longis patulis plus minusve hirsuta, quandoque hirsutissima: P. lanceolata δ. D. fl. 1. 803. P. lanceolata η. alpina Gaud. helv. 1. 398. P. lanata Portenschl. ap. Host. fl. austr. 1. 210., si folia dense lanato-pilosa sunt; P. ungarica W. K. pl. r. h. t. 203., si hirsuties in pagina superiore foliorum rarior est.

Occurrunt, ut in aliis huius generis speciebus, specimina monstrosa, spicis plurimis vel spicis foliatis praedita, quae vero varietates neutiquam constituunt.

4. P. sericea (W. et Kit. pl. rar. hung. 2. p. 163. t. 151.) *foliis* lanceolatis utrinque attenuatis subdenticulatis 3-5 nerviis *adpresso-pilosis subsericeis*, scapo tereti leviter striato, spica ovata densa, *bracteis* ovatis *acuminatis scariosis medio sparsim pilosis*, calycis laciniis lateralibus subalato-carinatis carina glabris. ♃. In apricis asperis, (bei Triest.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 804. P. capitata Hoppe. — Hanc speciem olim pro P. argentea Lamarckii habui, sed nunc dubius haereo, quum cl. Dub. in bot. gallico p. 392.,

bracteas obovatas obtusas et dorso sericeas describat, quod neutiquam cum planta W. et Kit. congruit. G.

5. P. Lagópus (L. sp. 165.) foliis lanceolatis utrinque attenuatis subdenticulatis 3-5 nerviis hirsutis vel glabriusculis, scapo sulcato, spica ovata vel oblongo-cylindrica densa, *bracteis* ovato-lanceolatis *acuminatis* scariosis calyceque apice *barbato-villosis*, calycis laciniis lateralibus carinatis, corollae tubo glabro. ⊙. In locis asperis herbidis, (Istrien.) April. Mai. Laciniae corollae dorso quandoque pilosae.

6. P. montana (Lam. illustr. n. 1670. dict. 5. p. 381.) foliis lanceolatis utrinque attenuatis subdenticulatis 3-5 nerviis villosis glabrisve, scapo tereti, spica ovata densa, *bracteis lato-obovatis obtusissimis breviter et obtuse mucronatis scariosis apice barbatis*, calycis laciniis membranaceis ecarinatis glabris apice barbatis. ♃. In pascuis alpium calcarearum, (Schweiz; Tyrol; Salzb.; Kärnth.; Krain; im Kessel d. Sudet.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 805. P. atrata Hopp. taschenb. 1799. p. 85. P. alpina Vill. delph. 2. 302. Jacq. h. vind. 2. t. 125. Bracteae nigro-fuscae, stria dorsali viridi. Variat foliis utrinque dense villosis, subsericeis: P. montana β. holosericea Gaud. helv. 1. p. 400. Huius specimen helveticum nondum vidi; in alpib. pedemontanis lectam possideo. Simillima est P. saxatili MBieb., ad quam quoque a cl. Reichenb. trahitur; sed haec bracteas latiores obcordatas habet, cum mucrone, qui ultra lobos non emergit.

7. P. pilosa (Pourrett. act. toul. 3. p. 324.) foliis lanceolatis vel lanceolato-linearibus trinerviis hirsutis, *scapo* tereti villoso, *pilis patentissimis*, spicis ovatis cylindricisve densis, bracteis laciniisque calycis exterioribus herbaceis margine submembranaceis ovatis attenuato-acuminatis pubescentibus, interioribus membranaceis stria dorsali herbacea, corollae tubo glabro. ⊙. In locis sterilibus siccis, (Istrien.) Jun. P. holostea Lam. illustr. n. 1667. P. Bellardii All. ped. 1. p. 82. t. 85. f. 3. P. lanata Poir. voy. 2. 115. P. pilosa Roth. cat. 2. p. 10. t. 1.

e. Placenta utrinque 1 sperma. Cor. tubus pilosus vel pubescens.

8. P. alpina (L. sp. 165.) foliis lanceolato-linearibus linearibusve utrinque attenuatis integerrimis vel subdentatis 1-3 nerviis planis herbaceis glabris pubescentibusve, scapo tereti, *spica oblongo-cylindrica* densa, *bracteis ovatis acutis* margine membranaceis calycem aequantibus, calycis laciniis membranaceis, *carina* herbacea *aptera*, *corollae tubo villosulo*. ♃. In alpium pascuis, (Schweiz, Vorarlberg, Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. p. 806.

9. P. maritima (L. sp. 165.) foliis linearibus vel lanceolato-linearibus utrinque attenuatis integerrimis dentatisve margine glabris vel setuloso-ciliatis carnosulis rigidiusculis canaliculatis denique planis subtus obsolete trinerviis, scapo tereti, *spica lineari-elongata* cylindrica densa, *bracteis ovatis acutiusculis* margine membranaceis calycem subaequantibus, calycis laciniis membranaceis, *carina* herbacea *aptera*, *corollae tubo villosulo*. ♃. In locis humi-

dis ad littora maris, salinas, et in alpibus, fortasse solum salsum ibidem prodens. Jun.-Octob. Fl. d. t. 243.

α. *genuina*, foliis glabris integerrimis: P. maritima Roth. tent. 2. 1. p. 172., DC. fl. fr. 3. p. 412. Modificatio huius angustis foliis est: P. Wulfenii Willd. en. h. berol. 1. 161., (Willdenow. in l. c. expressis verbis habet: P. Wulfeni Bernhardi;) Spreng. fl. halens. ed. 1. p. 54. (excl. syn. Wulfenii.)

β. *dentata*, foliis glabris, dentibus aliquot linearibus elongatis instructa: P. dentata Roth. tent. 2. 1. 173.

γ. *ciliata*, foliis setuloso-ciliatis integerrimis vel dente uno alterove notatis: P. Wulfeni M. et K. D. fl. 1. p. 809. P. alpina Sieber. herb. fl. aust. 45. P. graminea Schleich. cat. (non DC.) P. serpentina Reichenb. fl. exc. p. 397., secund. citatum Sieberi et ex loco nat. „Passeyer Thal in Tyrol" (non Lam.) — Plantago maritima DC. fl. fr. 3. 412., est certo cum nostra specie eadem, quod verba descriptionis „caput radicis hirsutum pilis lanuginosis" docent. Plantaginem vero gramineam DC., „cuius radix pilis penitus orbata est", nondum vidi. Cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 349. dicit, P. maritimam DeC. ad P. recurvatam, mihi quoque ignotam, pertinere.

10. P. SERPENTINA (Lam. illustr. n. 1686.) foliis linearibus semitereti-trigonis siccitate carinatis margine setuloso-ciliatis, scapo tereti, spica lineari-elongata cylindrica densa, *bracteis ex ovata basi subulato-attenuatis* acutis margine membranaceis calycem superantibus, calycis laciniis membranaceis, *carina* herbacea *aptera*, *corollae tubo villosulo*. ♃. In rupibus et locis saxosis asperis, (bei Triest u. Fiume.) Jul.-Sept. P. carinata Schrad. cat. sem. h. gött. D. fl. 2. p. 810. P. Wulfeni Schreb. ap. St. h. 21. P. subulata Wulf. ap. Jacq. collect. 1. 204. t. 10. (non L.) P. Gerardi Schult. oestr. fl. 1. p. 298. P. Holosteum Scop. carn. 1. 108., (P. carinatam, P. alpinam et P. maritimam sub hoc nomine comprehendit.) Variat:

β. *longebracteata*, bracteis calyce fere duplo longioribus: P. serpentina Lam. illustr. n. 1686., dict. 5. p. 383., „bractée ovale, subulée à son sommet, presqu' une fois plus longue que le calice." Hanc varietatem, in agro fluminensi lectam, possideo. P. Coronopus eodem modo variat.

Sect. II. CORONOPUS Tournef. inst. t. 49. Placenta 3-4 alata, semen unicum in quoque loculo gerens; cetera ut sectionis antecedentis.

11. P. CORONOPUS (L. sp. 166.) foliis pinnatifidis vel pinnatifido-dentatis, laciniis dentibusve remotis, scapo tereti, spica lineari-elongata cylindrica, bracteis e basi ovata subulatis erectis, *calycis laciniis lateralibus* dorso alatis, *ala membranacea* ciliata, corollae tubo villosulo. ⊙. In locis graminosis et sterilibus, et in littore maris, (im Litt. bei Triest u. a. O.; in Westph., Hanov, Holst., Mecklenb.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 811. Fl. d. t. 272. Multum variat: foliis glabris, margine vel etiam totis hirsutis, bracteis calyce brevioribus vel multo longioribus, foliorum rachi lata et dentibus brevibus vel rachi angusta et dentibus elongatis, pinnas referentibus, et his pinnis iterum dentatis.

Sect. III. Psyllium Tournef. Caulis in speciminibus perfectis ramosus, foliatus. Pedunculi axillares. Placenta bialata.

12. P. Psyllium (L. sp. 167.) caule herbaceo erecto ramoso, foliis linearibus integerrimis subdentatisve, spicis ovatis laxiusculis, bracteis ex ovata basi subulatis, *calycis laciniis lanceolatis sensim acuminatis conformibus.* ⊙. In locis arenosis ad littora maris, (Istrien u. a. d. Inseln.) Jul. Aug. D. fl. 1. 814. Hayn. arzgw. 5. t. 17. J.

13. P. arenaria (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 51. t. 51.) caule herbaceo ereeto ramoso, foliis linearibus integerrimis subdentatisve, spicis ovato-oblongis dense imbricatis, bracteis infimis subrotundo-ovatis herbaceo-aristatis, superioribus spathulatis obtusissimis, *calycis laciniis anterioribus oblique spathulatis obtusissimis*, posterioribus lanceolatis acutis. ⊙. In arenosis, (südl. Schweiz? stw. im südl. Tyrol, in Krain, Unteröstr., Böhm., a. d. Rheinfläche, nördl. D. gegen d. Seeküste hin.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 813. P. Psyllium St. h. 7.

14. P. Cynops (L. sp. 167.) caulibus fruticosis ramosis basi procumbentibus, foliis anguste linearibus integerrimis, spicis ovatis, bracteis lato-ovatis obtusis, inferioribus arista filiformi herbacea terminatis, superioribus mucronatis, *laciniis calycis anterioribus lato-ovatis obtusis mucronatis*, posterioribus angustioribus carinatis carina ciliatis. ♄. In locis incultis, et ad littora maris, (in d. C. Waadt selten; bei Monfalcone häufig.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 814. Hayn. arzgw. 5. t. 18. P. Cynops et genevensis DC. fl. fr. 3. p. 415 et 416.

Subclass. IV. MONOCHLAMYDEAE.

Perigonium simplex, petalis nempe aut nullis, aut cum calyce coalitis.

Ord. XCIV. AMARANTHACEAE. Juss. gen. 87.

Perigon. 3-5 partitum, *scariosum*, per aestivationem imbricatum. *Stam. 3* vel *5, hypogyna,* libera, aut monadelpha, laciniis perigonii opposita, vel his pauciora. Ovarium liberum, 1 loculare, 1-pluriovulatum, ovulis fundo loculi affixis. Stigmata plura, vel stylus unus cum stigmatibus pluribus aut cum stigmate simplici. Fructus indehiscens, vel capsularis et circumscissus. Embryo periphericus. Albumen farinaceum. *Folia alterna, stipulis vaginisque destituta.*

1. AMARANTHUS (L. gen. 1060.) Flores monoici. Perigonium 3-5 partitum. Masc. stam. 3-5. Fem. styli 3. Caps. 1 sperma, circumscissa. N. a E. gen. 8. 3.

1. A. SYLVESTRIS (Desf. cat. h. par. 44.) *glomerulis triandris, omnibus axillaribus*, spica terminali nulla, caule primario erecto, secundariis adscendentibus, foliis rhombeo-ovatis margine undulatis apice integris, infimis leviter emarginatis, bracteis flores subaequantibus. ⊙. In locis cultis, ad vias, (a. d. Rheinfläche bei Carlsruh u. Speier; in Böhmen.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 5. f. 667. A. viridis All. ped. 2. p. 218.

2. A. BLITUM (L. sp. 1405.) *glomerulis* triandris, axillaribus subrotundis, *terminalibus in spicas nudas* dispositis, *caulibus diffusis* adscendentibus *glabris*, foliis ovatis subrhombeis obtusissimis retusis, bracteis flore brevioribus, capsula subrotundo-ovata. ⊙. In cultis, ad vias, (stw. d. d. g. Gebiet.) Jul Aug. A. adscendens Lois. not. p. 141. A. viridis Poll. palat. 2. p. 607. A. Blitum var. β. DC. fl. fr. suppl. p. 374., (sed specimina maiora varietatem, ut opinor, non efficiunt.) A. adscendens Reichenb. ic. 5. f. 665., specimen foliis immaculatis. Variat enim foliis immaculatis et maculatis, more A. polygonoidis; varietas maculata hinc inde copiosior occurrit, quam immaculata.

Sub nomine Amaranthi Bliti cl. Reichenb. in ic. 5. f. 663. Amaranthum polygonoidem Linn. proponit; sed, num hic circa Dresdam sponte proveniat, valde dubito; ex horto botanico specimen depictum aufugisse videtur.

3. A. PROSTRATUS (Balb. misc. taur. p. 44. t. 10.) *glomerulis* triandris, axillaribus subrotundis, *terminalibus in spicas nudas dispositis, caulibus prostratis superne pilosis*, foliis rhombeo-ovatis antice acuminato-attenuatis apice ipso obtusis vel retusis margine undulatis, bracteis flores subaequantibus, capsula oblongo-ovata. ⊙. In locis cultis ad vias, (im östr. Litt., Host.) Reichenb. ic. f. 666.

4. A. RETROFLEXUS (L. sp. 1407.) glomerulis spicatis pentandris, spica terminali composita, caule erecto piloso, foliis ovatis acuminatis apice ipso obtusis, *bracteis perigonio duplo longioribus subspinoso-mucronatis*, laciniis perigonii lineari-oblongis obtusis vel cum mucronulo retusis. ⊙. In locis cultis, (im mittlern u. südl. Gebiete an vielen Orten.) Jul. Aug. A. spicatus Lam. dict. 1. p. 117. Reichenb. ic. 5. f. 668.

Ord. CXV. PHYTOLACCEAE. R. Brown. cong. 35. Chenopod. trib. Dub. bot. gall. p. 399.

Perigonium 4, 5 partitum, aestivatione imbricata. *Stam. in fundo perigonii inserta*, laciniis numero aequalia et alterna, vel plura. Ovarium liberum, 1-10 loculare, loculis 1 ovulatis, ovulo erecto. Styli tot quot ovarii loculi, indivisi. Bacca vera, 1-plurilocularis. Embryo periphericus. Albumen farinaceum. *Fol.* alterna, *stipulis vaginisque destituta.*

1. PHYTOLACCA (L. gen. n. 588.) Perigonium 5 partitum.

Stam. 8-20. Ovarium 8-10 striatum. Stigm. 8-10. Bacca 8-10 locularis, loculis 1 spermis. N. ab E. gen. 8. 2.

1. P. DECANDRA (L. sp. n. 631.) floribus decandris decagynis. ♃. Colitur in Tyroli australi et Littorali, atque occurrit ad muros, vias inque rupestribus ad litus maris adriatici. Host. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 365. Schk. t. 126. Colit.

Ord. XCVI. CHENOPODEAE. Vent. tabl. 2. p. 253. Atripliceae Juss. gen. p. 83.

Perigonium 5 partitum, aestivatione imbricata. *Stam. in fundo perigonii inserta*, numero laciniarum aequalia vel pauciora et laciniis opposita. Ovarium liberum vel inferne perigonio adnatum, 1 loculare, 1 ovulatum, ovulo in fundo ovarii affixo. Styl. 1, simplex, vel 2, 3, 4 partitus; stigmata indivisa. *Fructus indehiscens, siccus vel bacca spuria e calyce carnoso orta.* Embryo circularis, periphericus vel spiralis, radicula hilum spectans; albumen farinaceum vel o. *Folia* alterna, *stipulis vaginisque destituta.* Flores hermaphroditi vel polygami.

Subord. I. *SPIROLOBEAE.* C. A. Meyer. fl. altaic. 1. 370. Sem. albumine nullo vel parco. Embryo spiralis.

Trib. I. *SALSOLEAE.* Mey. l. c. Flores hermaphroditi. Embryo spiralis. Caulis continuus.

1. SCHOBERIA (C. A. Meyer. fl. altaic. 1. 395.) Perigonium 5 partitum, inappendiculatum. Testa sem. crustacea; cetera ut Salsolae, a qua differt calyce gamosepalo et testa. N. ab E. gen. 7. 11.

1. S. MARITIMA (C. A. Meyer. fl. alt. p. 400.) herbacea glabra, caule diffuso ramoso, foliis semicylindricis acutis, perigoniis subternis axillaribus, laciniis carinatis, seminibus punctulatis. ⊙. In litt. maris, (a. d. nördl. u. südl. Küste.) Aug. Sept. Chenopodium maritimum L. sp. 321. Suaeda chenopodioides Pall. ill. p. 56. G.

2. SÁLSOLA (L. gen. n. 311., excl. spec.) Perig. 5 phyllum, dorso denique transversim appendiculatum. Stam. 5, in basi perigonii inserta. Stigm. 2. Utriculus depressus, membranaceus. Sem. horizontale, exalbuminosum, testa membranacea. Embryo spiralis. N. ab E. gen. 7. 10.

1. S. KALI (L. sp. 322.) herbacea, pilis brevibus crassiusculis adspersa, diffuse ramosa, *foliis* subulatis *apice spinosis* patentibus, floribus axillaribus solitariis, *perigonio fructus cartilagineo* enervio, laciniis acuminatis appendices subrotundas patentes aequantibus. ⊙. In locis arenosis et ad littora maris, (an allen Seeküsten u. a. Sandplätzen in Oestr., Böhm., Mähr., Sachs., u. d. Rheinfl. bei Schwetzingen u. Mainz.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 320. Fl. d. t. 818.

Kali Tragus Scop. carn. 1. p. 175. Quid sit Salsola Tragus L., ignoro. G.

2. S. Soda (L. sp. 323.) herbacea, glabra, ramosa, ramis adscendentibus, foliis linearibus semiteretibus acutiusculis breviter mucronulatis, *perigonio fructus membranaceo*, laciniis medio transversim carinatis. ⊙. In littore maris, (bei Triest; bei Danzig.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 322. Jacq. h. vind. 1. t. 68. Kali Soda Scop. carn. 1. p. 175. G.

Subord. II. *CYCLOLOBEAE.* Sem. albuminosa. Embryo peripherícus.

Trib. II. *SALICORNIEAE.* Meyer. l. c. p. 371. Flores hermaphroditi. Embryo peripherícus. Caulis articulatus.

3. SALICORNIA (L. gen. n. 10.) Perigonium carnosum, integrum, rima apertum, excavationi racheos immersum. Stam. 1, vel 2. Styl. brevissimus, stigm. 2-3. Nux perigonio persistenti inclusa. N. ab E. gen. 7. 17.

1. S. herbacea (L. sp. 5.) caule herbaceo, ramoso, articulato, articulis spicarum utrinque trifloris, *perigoniis in triangulum dispositis.* ⊙. In littore marino et ad salinas. Aug. Sept. D. fl. 1. 289. Schk. t. 1. S. acetaria Pall. ill. 7. — S. annua Engl. bot. t. 415., si stamen solitarium, et S. procumbens Engl. bot. t. 2475., si stamina duo in flore reperiuntur. Variat caule erecto et procumbente spicisque crassioribus: S. radicans Sm. e. bot. t. 1691. — Quam hucusque sub nomine S. radicantis vidi plantam, varietatem S. herbaceae esse existimo. G.

2. S. fruticosa (L. sp. 5.) caule fruticoso ramoso articulato, articulis spicarum utrinque trifloris, *perigoniis collateralibus.* ♄. In Littorali austriaco infrequens, (Host. syn.) Jul. Aug. D. fl. 1. 293. Camer. epit. p. 246. Variat spicis crassis: S. macrostachya Moricand. fl. venet. 1. 2., sec. Bertol. G.

Trib. III. *CHENOPODIEAE.* Mey. l. c. p. 371. Flores hermaphroditi. Embryo peripherícus. Caulis continuus.

4. CORISPERMUM (L. gen. n. 12.) Perigonium e squamula hyalina, 1-2, compositum, vel nullum. Stam. 1-2. Stigm. 2. Nux compressa, altero latere convexa, altero plana vel concava, verticalis. N. ab E. gen. 7. 18.

1. C. Marschallii (Steven. in mem. mosq. 5. 336.) perigonio nullo, nucibus glabris suborbiculatis alatis, *ala denticulata apice excisa* in medio excisurae bimucronata, bracteis supremis ovato-lanceolatis attenuato-acutis foliisque uninerviis mucronatis. ⊙. In arenosis planitiei Rhenanae, (bei Schwetzingen, Zeyher.) Jul. Aug. St. h. 67. C. squarrosum Linn. sp. 6., sec. Link. en. 1. 7. Nuces 1 lineam longae. Stam. 1-3. — Simillimum C. canescens Kit. congruit cum isto nucibus apice excisis, differt vero perig. 2 phyllo et nucibus dimidio minoribus.

2. C. INTERMEDIUM (Schweigger. königsb. arch. 1812. 211.) perigonio nullo, nucibus glabris suborbiculatis alatis, *ala* subdenticulata *apice integra* bimucronata, bracteis superioribus ovatis acuminatis, *margine membranaceo latitudine dimidiae partis herbaceae* cinctis, foliisque uninerviis mucronatis. ⊙. In arenosis maris baltici Borussiae. Jul. Aug. D. fl. 1. 281. St. h. 67. Stam. 1. — Simillimum C. Marschallii differt nucibus apice non excisis, sed cum basi stylorum persistenti rostellatis, et ala earum vix denticulata. C. hyssopifolium, in Germ. nondum lect., diff. fructib. dimidio minoribus et perigon. 2 phyllo. B.

3. C. NITIDUM (Kitaib. bei Schult. oestr. fl. 1. 7.) perigonio 2 phyllo, nucibus glabris subrotundo-ovalibus alatis, *ala* vix denticulata *apice integra* bimucronata, bracteis superioribus ovatis acuminatis, *margine membranaceo latitudine partis herbaceae* cinctis, foliisque uninerviis mucronatis. ⊙. In arenosis insularum Danubii, (bei Wien, Dollin.) Jul. Aug. St. h. 67. C. purpurascens Host. fl. a. 1. p 318. Spicae elongatae, tenuissimae, laxae, bracteae superiores fere subrotundae, subito in acumen contractae. Nuces quadruplo minores, quam in C. intermedio. Stam. 5.

5. POLYCNÉMUM (L. gen. n. 53.) Perigonium 5 phyllum, bibracteatum. Stam. 3, annulo hypogyno inserta. Stigm. 2. Utriculus apice circumscissus, operculo adnato. Semen verticale, testa crustacea. N. ab E. gen. 7. 19.

1. P. ARVENSE (L. sp. 50) foliis rigidulis triquetro-subulatis mucronatis, floribus axillaribus sessilibus. ⊙. In agris et ad vias in solo arenario et argillaceo, (stw. d. d. g. G.) D. fl. 1. p. 404. St. h. 44. Variat foliis longioribus et dimidio brevioribus, patentibus et erectis, caulibus humilibus erectis: P. pumilum Hoppe; et elongatis diffusis: P. inundatum Schrank.

6. KOCHIA (Roth. in Schrad. journ. 1800. p. 307. t. 2.) Flores hermaphroditi. Perigon. 5 fidum, laciniis dorso denique appendiculatis. Stam. 5, in basi perigonii inserta stigmata 2. Utriculus depressus. Semen horizontale, albuminosum, testa membranacea. Embryo periphericus. — Differt a Salsola perigonio gamosepalo et semine; a Chenopodio perigonio denique dorso appendiculato. N. ab E. gen. 7. 8.

Sect. I. WILLEMETIA Maerklin. (non C. A. Meyer.) Appendices laciniarum perigonii alaeformes.

1. K. SCOPARIA (Schrad. halophyt. p. 18. t. 1. f. 1.) herbacea, pubescens, *foliis lineari-lanceolatis ciliatis*, floribus geminis, appendicibus perigonii fructiferi brevissimis triangularibus acutis. ⊙. In agris et locis cultis, (im Litt., Görz, Triest, Unteröstr., Böhmen, Mähren.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 323. Chenopodium Scoparia L. sp. 321. G.

2. K. ARENARIA (Roth. in Schrad. journ. v. 2. p. 307. t. 2.) herbacea, hirsuta, *foliis subulato-filiformibus* subcarnosis *subtus sulco exaratis*, floribus subternis axillaribus sessilibus, appendicibus perigonii fructiferi subrhombeis inaequalibus. ⊙. In arenosis,

(in Mähren bei Bisenz, Scharditz, u. in d. Rheinpfalz bei Schwetzingen, Worms, Ingelheim.) Mai-Jul. D. fl. 2. p 324. St. h. 28. Salsola arenaria W. K. pl. rar. hung. 1. t. 78. Willemetia arenaria Maerklin. in Schrad. journ. v. 2. p. 2. p. 330. Chenopodium arenarium Fl. wett. 1. 356. Variat caulibus rubris et ciliis foliorum fere deficientibus, et

α. longifolia, foliis floralibus flores multoties superantibus; Camphorosma monspeliaca Poll. palat. 1. p. 165., non L.

β. brevifolia, foliis floralibus florum longitudine vel eos vix superantibus: Camphorosma acuta Poll palat. 3. p. 317., non L. G.

3. K. PROSTRATA (Schrad. halophyt. p. 16.) suffruticosa, *foliis linearibus planis pubescentibus vel villoso-canis*, floribus subternis axillaribus sessilibus, appendicibus perigonii fructiferi subrotundis disco sublongioribus. ♃. In campis arenosis, (Unteröstreich u. Mähren.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 326. S. prostrata L. sp. 323. Jacq. a. t. 294. Chenopodium augustanum All. ped. 2. p. 198. t. 38. f. 4. G.

Sect. II. SUAEDA Reichenb. fl. exc. p. 580. Appendices laciniarum perigonii conicae, spiniformes.

4. K. HIRSUTA (Nolt. novit. flor. holsat. p. 24.) herbacea, hirsuta, foliis linearibus obtusis, floribus geminis axillaribus, *appendicibus* perigonii fructiferi *conicis*. ⊙. In locis a mari quandoque inundatis, (Holstein bei Büsum u. Deichsand nicht selten; in Mecklenb. sehr selten.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 824. Salsola hirsuta L. sp 323. Chenopodium hirsutum Wahlenb. suec. p. 160. G.

7. CHENOPODIUM (L. gen. n. 309.) Flores hermaphroditi. Perigonium 5 fidum, vel 5 partitum, dorso inappendiculatum. Stam. 5. In basi perigonii inserta. Stigmata 2. Utriculus depressus. Semen horizontale, albuminosum, testa crustacea. Embryo periphericus. N. ab E. gen. 7. 5.

Sect. I. PES ANSERINUS. Caulis, folia et perigonia plus minusve farinosa vel glabra, nec vero pilosa. Folia integerrima vel dentata.

1. C. HYBRIDUM (L. sp. 319.) *foliis cordatis* dentato-angulatis, angulis acuminatis, intermedio maiore elongato, cymis paniculatis, *seminibus foveolato-punctatis*. ⊙. In locis cultis, ad fimeta ubique. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 295.

2. C. URBICUM (L. sp. 318.) *foliis nitidis triangularibus* basi in petiolum protractis sinuato- vel repando-dentatis, *spicis* compositis *erectis* subaphyllis, seminibus laevibus. ⊙. In cultis, ad vias, pagos, (stw. d. d. Geb.) Aug. Sept. Semina sub lente, multum augente, subtilissime punctulata apparent. Variat:

α. foliis brevius dentatis, dentibus triangularibus acutis: C. urbicum D. fl. 2. p. 296. C. melanospermum Wallr. sched. 112. C. chrysomelanospermum Balb. obs. bot. cent. 1. 52.

β. intermedium, foliis sinuato-dentatis, dentibus triangularilanceolatis acuminatis: C. intermedium D. fl. 2. p. 297. C. urbicum Engl. bot. t. 717. C. rhombifolium Mühlenb. ap. Willd. en. h. berol.

1. 288. — Cultura, saepe repetita, edoctus sum, C. intermedium nil nisi varietatem C. urbici efficere.

3. C. MURALE (L. sp. 318.) foliis rhombeo-ovatis nitidis acute dentatis, cymis divaricatis, *seminibus opacis carinato-marginatis.* ⊙. In ruderatis, ad pagos, vias. Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 299.

4. C. ALBUM (L. sp. 219.) *foliis rhombeo-ovatis eroso-dentatis*, superioribus oblongis integerrimis, cymis subaphyllis, *seminibus laevibus* nitidis. ⊙. Cum prioribus ubique. Jul.-Sept. C. album Smith. brit. 275. D. fl. 2. p. 299. C. leiospermum DC. fl. fr. 3. p. 392. Semina sub lente, multum augente, subtilissime punctulata apparent, quod etiam in sequente observatur. Variat foliis magis minusve dentatis vel omnibus integerrimis, atque

α. *spicatum*, floribus spicatis: C. album L. l. c.

β. *cymigerum*, floribus cymosis: C. viride L. sp. 319.

C. lanceolatum Merat., C. glomerulosum Reichenb. et C. paganum Reichenb. sunt aliae modificationes. — In plerisque huius generis speciebus inflorescentia variat spicata et cymosa; in C. albo vero, ut in C. polyspermo, hic character magis eminet.

5. C. OPULIFOLIUM (Schrad. ap. Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 6.) *foliis subrotundo-rhombeis subtrilobis obtusissimis* eroso-dentatis, superioribus elliptico-lanceolatis, cymis subaphyllis, *seminibus laevibus* nitidis. ⊙. Ad vias, pagos, in ruderatis, (v. Basel d. d. Rheinfläche stw. bis Westphalen; sodann in Franken u. Schles.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 301. Vaill. bot. par. t. 7. f. 1.

6. C. FICIFOLIUM (Smith. brit. 1. 276.) *foliis inferioribus trilobo-hastatis* dentatis basi attenuatis, *lobo intermedio elongato oblongo-lanceolato obtuso*, superioribus lineari-lanceolatis integerrimis, cymis subaphyllis, *seminibus* nitidis *minute excavato-punctatis.* ⊙. Ad vias, pagos, (nördl. Schweiz, Rheinfläche um d. Dörfer dicht am Rheine v. Basel bis a. d. Niederlande, Böhmen, Schles., bei Dresden.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 302. C. viride Curt. lond. t. 16. C. serotinum Huds. 106. Sut. helv. 1. 148. — C. serotinum, quod in hortis bot. colitur et cum descriptione in Linnaei amoen. acad. vol. 4. p. 309., probe convenit, multo altius est, 4-5 pedale, et admodum sero floret; apud nos sub dio semina non perficit. Distinguitur foliis caulinis latioribus, rameis integerrimis lato-oblongis, apice rotundato-obtusissimis, et racemis elongatis decompositis, fere ut in C. botrye.

7. C. AMBROSIOIDES (L. sp. 320.) *foliis lanceolatis* utrinque attenuatis remote dentatis *subtus glandulosis*, glandulis sessilibus sparsis, racemis foliosis. ⊙. In cultis et fluviorum glareis, (Oestr. u. am Ufer d. Murg, besonders bei Rastadt.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 305. G.

3. C. POLYSPERMUM (L. sp. 1. 321.) foliis ovatis integerrimis mucronatis glaberrimis, racemis aphyllis, seminibus nitidis subtilissime punctulatis, *perigonio fructus patente.* ⊙. In cultis, fluviorum glareis, ad vias. Aug. Sept. D. fl. 2. p. 304. Variat foliis oblongo-ovatis acutioribus; porro:

α. *cymoso-racemosum*, racemo e cymis composito: C. polyspermum auctorum plurimorum.

β. *spicato-racemosum*, racemo e spicis parvis composito: C. acutifolium Kit. apud Schult. oestr. fl. 1. 458.

9. C. Vulvaria (L. sp. 321.) *foliis rhombeo-ovatis integerrimis cano-farinosis*, racemis aphyllis, seminibus nitidis subtilissime punctulatis. ⊙. Ad vias, fimeta et in ruderatis. Jul. Aug. C. olidum Curt. lond. 3. t. 20. D. fl. 2. p. 304. C. foetidum Lam. dict. 1. 196.

Sect. II. Botrys. Caulis, folia et perigonia plus minusve pubescentia. Folia pinnatifido-sinuata vel bipinnatifida.

10. C. Botrys (L. sp. 320.) *glanduloso-pubescens*, *foliis* oblongis *subpinnatifido-sinuatis* obtuse dentatis, supremis bracteiformibus lanceolatis integerrimis, cymis in racemos elongatos dispositis. ⊙. In fluviorum glareis, ruderatis, (südl. Schw.; südl. Tyr., Oestr., Schles. u. nördl. hin u. wieder als Gartenflüchtling.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 305.

8. BLITUM (L. gen. n. 14., cum emendat. C. A. Meyeri.) Semina omnia erecta, vel floris supremi singulorum glomerulorum horizontalia, vel erecta horizontalibus inmixta. Stam. 1-5. Perigonium fructiferum saepe succulentum. Cetera ut Chenopodii.

Sect. I. Blitum genuinum. Perigonium fructiferum baccatum. N. ab E. gen. 7. 7.

1. B. capitatum (L. sp. 6.) foliis triangularibus subhastatis paucidentatis, *spicis nudis*, *perigoniis* fructiferis *baccatis*, seminibus margine acute carinatis. ⊙. In cultis et locis glareosis, (im Littorale; südl. Tyrol; Schweiz stw., gemein in Graubünden; in Oberbaden.) Jun.-Aug. D. fl. 1. 282. Schk. t. 1. f. 4. Glomeruli fructus magni, ruberrimi, superiores foliis plane destituti. Flos glomerulorum terminalis 4-5 fidus, stam. 4-5 praeditus; laterales monandri.

2. B. virgatum (L. sp. 7.) foliis oblongo-triangularibus subhastatis profunde dentatis, *glomerulis omnibus axillaribus*, *perigoniis* fructiferis *baccatis*, seminibus margine obtuso hinc canaliculato. ⊙. In cultis et ad vias, (im südl. Geb.) D. fl. 1. 283. Folia sensim minora, omnia glomerulum in basi petioli gerentia.

Sect. II. Orthosporum C. A. Meyer. Cal. fructifer exsuccus. Flores omnes 5 fidi, et omnes semine erecto instructi, vel supremus singulorum glomerulorum 5 fidus, staminibus 5 et semine horizontali; laterales 2-3 fidi, staminibus 2-3; seminibus erectis; vel plures 5 fidi cum 2-3 fidis mixti. N. ab E. gen. 7. 6.

3. B. Bonus Henricus (C. A. Meyer. in flor. altaic. 1. p. 11. in annot.) *foliis* triangulari-hastatis *integerrimis*, spicis terminalibus axillaribusque compositis, terminalibus in spicam conicam aphyllam dispositis, *perigoniis* fructiferis *exsuccis*, seminibus omnibus erectis. ♃. Ad vias, fimeta, in alpes adscendens. Mai-Aug. D. fl. 1. 295. Schk. t. 56.

4. B. RUBRUM (Reichenb. fl. exc. p. 582.) *foliis nitidis rhombeo-triangularibus* subhastato-trilobis *sinuato-dentatis*, dentibus lanceolatis, spicis compositis foliatis, *perigoniis* fructiferis *exsuccis* seminibus laevibus erectis, semine floris terminalis glomerulorum horizontali ⊙. In ruderatis, ad pagos, vias, (stw. d. d. g. Geb.) Jul.-Sept. D. fl. 2. p. 298. Fl. dan. t. 1149. C. blitoides Lej. spa. 1. 126. Flores laterales 3 partiti, 1-2 andri; terminalis 5 partitus, 5 andrus.

5. B. GLAUCUM (Koch. d. fl. suppl. ined.) *foliis oblongis* vel ovato-oblongis obtusis, remote dentatis *subtus glaucis*, spicis aphyllis, seminibus laevibus erectis horizontalibusque. ⊙. In locis humidis circa pagos. Jul.-Sept. Chenopodium glaucum L. sp. 320. D. fl. 2. p. 302. Fl. d. t. 1151. Flores fidi; seminum horizontalium plura, quam verticalium.

9. BETA (L. gen. n. 310.) Flores hermaphroditi. Perigonium 5 fidum. Stam. 5, annulo carnoso, germen cingenti, inserta. Stigm. 2. Fructus perigonio adnatus. Sem. horizontale, testa coriacea. Embryo periphericus. — Flores plerumque 2-3, basi connati, fructum spurium exhibent, et coniuncti decidunt. N. ab E. 7. 16.

1. B. VULGARIS (L. sp. 322.) foliis radicalibus ovatis obtusis subcordatis, caulinis rhomboideo-ovatis, spicis foliatis. ⊙ et ⊙. Species primaria in littore maris, (am Adriatischen Meere u. bei Heiligenhaven an d. Ostsee.) Var. β et γ. in multis coluntur modificationibus. Varietates praecipuae sunt:

α. *maritima*, tenuior, radix caule vix crassior: B. maritima M. Bieberst. taur. cauc. 1. 192., et, ut mihi videtur, etiam Linnaei, quum in system. nat. 2. p. 196. dicat, eam primo anno florere. Planta a b. Smithio descripta est perennis et fortasse eadem, ac B. macrorrhiza Stev. MB. l. c. 3. 186.

β. *Cicla*, omnibus partibus B. maritimae simillima, per culturam tantum aucta et pinguior: B. vulgaris Cicla L. sp. 322. car. ζ. η.

γ. *rapacea*, radix crassa, carnosa; herba praeterea non diversa: B. vulgaris L. sp. 322., excl. var. ζ et η.

10. CAMPHORÓSMA (L. gen. n. 64.) Flores hermaphr. Perig. campanulatum, compressum, quadrifidum, laciniis 2 oppositis maioribus. Stam. 4, in basi perigonii inserta. Styl. elongatus, bifidus. Utriculus compressus. Sem. verticale, albuminosum, testa membranacea. Embryo periphericus. N. ab E. gen. 7. 9.

1. C. MONSPELIACA (L. sp. 178.) hirsuta, foliis bracteisque subulatis, floribus axillaribus glomerato-spicatis subsessilibus ♃. In arenosis, (im Littorale u. Veglia.) Jul. Aug. D. fl. 1. 824. Schk. t. 26. G.

Trib. IV. *ATRIPLICEAE*. Mey. l. c. Flores diclini, monoici vel dioici, rarissime hermaphroditis mixti. Embryo periphericus. Caulis continuus.

11. SPI-

11. SPINACIA (L. gen. n. 112.) Flores dioici. Masc. Perig. 4 partitum. Stam. 4, in fundo perigonii inserta. Fem. Perig. 2-3 fidum; styl. 4. Pericarpium cum perigonio indurato connatum. Sem. verticale, albuminosum. Embryo periphericus. N. ab E. gen. 7. 15.

1. S. INERMIS (Moench. meth. 318.) foliis oblongo-ovatis, fructibus inermibus. ⊙ vel ⊙. Colitur cum sequente in usum culinarium. S. glabra Mill. dict. n. 2. S. oleracea β. L. sp. 1456. Moris. s. 5. t. 30. f. 2. Fortasse varietas sequentis.

2. S. SPINOSA (Moench. meth. 318.) foliis basi utrinque hastato-bidentatis, fructibus cornutis. ⊙ vel ⊙. Colitur. S. oleracea Mill. dict. n. 1. S. oleracea α. L. l. c. Lam. illustr. t. 814.

12. DIÓTIS (Schreb. gen. pl. n. 1423.) Flores monoici. Masc. Perig. profunde 4 partitum. Stam. 4, in fundo perig. inserta. Fem. Perig. tubuloso-urceolatum, apice bidentatum. Utriculus compressus. Sem. 1 verticale, albuminosum, testa tenuissima. Embryo periphericus. N. ab E. gen. 7. 14.

1. D. CERATOIDES (Willd. sp. pl. 4. 1. 368.) foliis lanceolatis incano-tomentosis, floribus femineis lanatis. ♄. In locis incultis, (in Unteröstreich bei Ehrensbrunn u. um d. Stadt Retz gegen Mähren zu, Host.) Aug. Sept. Axyris ceratoides L. sp. 1389. Jacq. ic. rar. t. 189. Ceratospermum papposum Pers. syn. 2. 552. Achyranthes papposa Forsk. desc. 48. Eurotia ceratoides Mey. in fl. altaic. 4. 239. G.

13. HÁLIMUS (Wallroth. sched. crit. p. 117.) Flores monoici. Masc. Perig. 4-5 partitum. Stam. 4-5, in basi perigonii inserta. Fem. Perig. compressum, bilobum, lobis tridentatis. Utriculus compressus. Sem. verticale, albuminosum, testa membranacea. Embryo periphericus, radicula apicem ovarii spectans. — Testa membranacea differt ab Atriplice. N. ab E. 7. 13.

1. H. PORTULACOIDES (Wallr. l. c.) caule suffruticoso adscendente, foliis oppositis integerrimis obovato-oblongis obtusis basi attenuatis, *perigoniis* fructiferis *sessilibus* trilobis dorso muricatis. ♄. In locis humidis ad littora maris, (a. d. Nord- u. Ostsee u. a. Adriat. Meere.) Atriplex portulacoides L. sp. 1493. D. fl. 1. 318. Engl. bot. t. 261.

2. H. PEDUNCULATUS (Wallroth. l. c.) caule herbaceo flexuoso ramoso, foliis integerrimis obtusis basi attenuatis, *perigoniis* fructiferis *longe pedunculatis,* obverse triangularibus emarginato-bilobis denticulo interiecto. ⊙. Ad littora maris et in locis salsis, (a. d. Küste d. Nord- u. Ostsee u. a. d. Salinen bei Artern in Thüring.) Sept. Oct. A. pedunculata L. sp. 1675. D. fl. 2. p. 318. Fl. d. t. 304. Diotis Atriplicoides M. B. taur. cauc. 2. 397. D. atriplicina Spreng. s. veg. 3. 836.

14. ÁTRIPLEX (L. gen. n. 1153.) Flores monoici, (in paucis speciebus hermaphroditis mixti.) Masculi vel hermaphroditi: perigon. 3-5 partitum; stam. 3-5, in basi perigonii inserta. Fem.: perigon. compressum, bilobum vel bipartitum, lobis dentatis vel in-

tegerrimis. Utriculus compressus. Sem. verticale, albuminosum, testa crustacea. Embryo periphericus, radicula basin vel raro apicem ovarii spectans. N. ab E. gen. 7. 12.

Sect. I. EUATRIPLEX Meyer. in fl. altaic. 1. p. 305. Flores polygami; feminei 2 phylli, semen verticale includentes; hermaphroditi 3-5 partiti, semen horizontale includentes.

1. A. HORTENSIS (L. sp. 1493.) caule herbaceo erecto, *foliis cordato-triangularibus* dentatis *concoloribus opacis*, superioribus oblongis triangularibus subhastatis, *perigoniis* fructiferis *subrotundo-ovatis* breviter acuminatis reticulato-venosis *integerrimis*. ⊙. Colitur et occurrit in hortorum reiectamentis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 509. Schk. t. 349. fruct. Variat tota sanguinea.

2. A. NITENS (Rebentisch. prodr. fl. neomarch. p. 126.) caule herbaceo erecto, *foliis* cordato-triangularibus sinuato-dentatis *supra nitidis subtus argenteo-glaucis*, superioribus e basi triangulari sinuato-dentata longe acutatis integerrimis, *perigoniis* fructiferis ovatis acuminatis reticulato-venosis *integerrimis*. ⊙. In ruderatis et ad vias, (Mähren, Böhm., Schles., Niedersachsen bei Hildesheim, Berlin.) Jul. Aug. D. fl. 310. Schk. t. 348. A. acuminata W. K. pl. rar. hung. t. 103.

Sect. II. SCHIZOTHECA. Flores monoici; feminei bipartiti vel bifidi.

3. A. OBLONGIFOLIA (W. Kit. pl. rar. hung. t. 211.) caule herbaceo ramisque erectis, *foliis concoloribus*, *inferioribus ovato-lanceolatis* dentatis subhastatis, superioribus lanceolatis integerrimis, *perigoniis* fructiferis *ovato-subrhombeis integerrimis*, spicis fructiferis laxis apice nutantibus. ⊙. Ad vias, in campis collibusque siccis, a. d. garzen Rheinfläche von Basel bis Coblenz; in Mähren.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 316. A. campestris K. et Z. cat. plant. palat. p. 24. A. tatarica Schk. t. 349.

4. A. PATULA (L. sp. 1494.) caule herbaceo, ramis inferioribus divaricatis, *foliis concoloribus lanceolatis*, inferioribus dentatis subhastatis, ceteris lanceolatis, supremis linearibus, *perigoniis* fructiferis *hastato-rhombeis*, spicis fructiferis strictis. ⊙. Ad vias, in cultis ubique. Jul. Aug. A. angustifolia Sm. brit. 1092. D. fl. 2. 315. A. patula Poll. pal. 2. 660. Schk. t. 347. DC. fl. fr. 3. 387. et omnium auctorum ante Smithium. A. virgata Hoffm. deutschl. fl. 2. 277. Variat caule erecto et prostrato, perigoniis fructiferis muricatis vel laevibus triplo quadruplove maioribus et minoribus. Varietas:

β. *microcarpa*, perigoniis vix semine maioribus, adeoque convexis, luculenter muriculatis: A. erecta Sm. brit. 1093.

5. A. LATIFOLIA (Wahlenberg. fl. suec. 2. p. 660.) caule herbaceo, ramis inferioribus divaricatis, *foliis concoloribus*, inferioribus *triangulari-hastatis* dentatis, superioribus hastato-lanceolatis, supremis lanceolatis integerrimis, *perigoniis* fructiferis *triangularibus integerrimis denticulatisque*. ⊙. Ad vias, in cultis. Jun.-Aug. A. patula Smith. brit. 1091. Engl. bot. t. 936. D. fl. 2. p. 312. Dub. bot. gall. 398. DC. fl. fr. 5. p. 370. A. hastata Poll pal 659. Rothii et fere omnium auctorum ante Smithium. A. hastata Schk. t. 348. Variat magnitudine perigoniorum, ut antecedens, foliis dentatis et integerrimis, perigoniis muricatis et laevibus atque

β. *microcarpa*, perigoniis vix semine maioribus, convexis: A. microsperma W. Kit. pl. rar. hung. t. 250. A. ruderalis Wallr. sched. p. 115.

γ. *salina*, lepidoto-incana: A. patula var. salina Wallr. sched. p. 506. A. patula γ. farinosa D. fl. 2. p. 313. A. oppositifolia DC. fl. fr. 5. p. 371. A. Sackii Rostk. et Schm. fl. sedin. p. 401. t. 1. A. laciniata Schk. t. 349., sec. Mey. chlor. hanov. p. 468., sed icon, me iudicante, non bene congruit. — Varietas salina; ad littora maris et ad salinas habitat. — A. prostrata DC. fl. fr. 3. p. 387., diversa species videtur.

6. A. HASTATA (L. sp. 1494.) caule herbaceo, ramis inferioribus divaricatis, *foliis concoloribus, inferioribus triangulari-hastatis* profunde sinuato-dentatis, superioribus hastato-lanceolatis, supremis integerrimis, *perigoniis fructiferis cordato-triangularibus sinuato-dentatis, dentibus acuminatis subulatisque.* ⊙. In ruderatis, et ad vias, (bei Berlin, nach v. Schlechtend.; Pommern, nach Rostkov.; Königsberg, Meyer.!) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 311. Reichenb. ic. 1. t. 16. A. hastata γ. calotheca Schummach. saell. 1. 299.

7. A. LITTORALIS (L. sp. 1494.) caule herbaceo ramisque omnibus eretis, *foliis lineari-lanceolatis* linearibusque concoloribus argute dentatis integerrimisque, *perigoniis* fructiferis *rhombeo-ovatis dentatis*, spicis strictis. ⊙. Ad littora maris, (an d. Ost- u. Nordsee.) Jul. Aug. D. fl. 2. 316. Fl. d. t. 1287. Occurrit foliis sinuato-dentatis. — Cl. Detharding., in consp. fl. megap. p. 24., distinguit A. littoralem et marinam; utraque mihi non satis cognita.

8. A. LACINIATA (L. sp. 1494.) caule herbaceo, *foliis* profunde sinuato-dentatis subhastatis *subtus argenteo-lepidotis*, inferioribus triangulari-rhombeis, superioribus hastato-oblongis, *spicis nudis* basi tantum foliatis, *perigoniis* fructiferis rhombeis *trilobis dentatis*, lobis lateralibus retusis. ⊙. In ruderatis, ad vias, (Oestr., Mähren u. Böhm., äusserst häufig um Prag, Kosteletzk.!; bei Würzb., Heller; bei Warnemünde, Deth.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 508. Schk. t. 349.? A. sinuata Hoffm. deutschl. fl. 2. 277.

7. A. ROSEA (L. sp. 1493.) caule herbaceo divaricato, *foliis* sinuato-dentatis, *subtus argenteo-lepidotis*, inferioribus rhombeis, superioribus ovatis, *spicis* interruptis *foliatis*, fructibus triangulari-rhombeis acutis denticulatis. ⊙. Ad vias et in ruderatis, (Rheinfläche von Worms bis Mainz, Westphalen, Mecklenb., Pomm., Brandenb., Thüring., Sachs., Schles., Böhm., Mähr., Oestr.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 307. Schk. t. 350. A. verticillata Lagasc. gen. et sp. 12. A. alba Scop. delic. insub. 2. 16.

15. THELÍGONUM (L. gen. n. 1098.) Flores monoici. Masc. Perig. 2 fidum. Stam. fere 12. Fem. Perig. 2 bifidum. Styl. 1; stigma simplex. Nux coriacea. N. ab E. gen. 8. 1.

1. T. CYNOCRAMBE (L. sp. 144.) ⊙. In rimis saxorum in umbrosis, (a. d. Insel Cherso, Biasol.!) Jun. Schk. t. 299. Flores ochroleuci.

Ord. XCVII. POLYGONEAE. Juss. gen. p. 82.

Perigonium inferum, *3, 5, 6 partitum*, aestivatione imbricatum. Stam. definita, perigonii basi inserta. Ovarium liberum, 1 loculare, 1 ovulatum, ovulo erecto. Styli 2-3. Fructus *indehiscens*, nucamentaceus vel carnosus, nudus vel laciniis perigonii interioribus, capsulam spuriam efficientibus, velatus. Embryo inversus, rectiusculus et centralis; vel curvatus et unilateralis aut periphericus. Albumen farinaceum. Folia aeterna stipulata; stipulis vaginantibus.

1. RUMEX (L. gen. n. 451.) Perigon. ad basin sexpartitum, laciniis tribus interioribus maioribus, conniventibus. Stam. 6, per paria laciniis perigonii exterioribus opposita. Stigmata penicellata. Nux trigona, laciniis tribus interioribus perigonii, capsulam spuriam referentibus, tota tecta. N. ab E. gen. 8. 9.

Sect. I. LAPATHUM Tournef. Flores hermaphroditi vel polygami. Styli liberi. Folia basi attenuata rotundata vel cordata, sed neque hastata neque sagittata.

1. R. MARITIMUS (L. sp. 478.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus subrhombeis *utrinque setaceo-bidentatis* in apice lanceolato-protracto integerrimis, omnibus calliferis, *dentibus diametrum longitudinalem laciniae attingentibus*, verticillis folio fultis, superioribus confluentibus, foliis lanceolato-linearibus in petiolum attenuatis. ⊙. Ad margines lacuum et paludum et ad littora maris. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 614. R. Anthoxanthum Murr. prodr. 52. R. aureus Wither. 356. Hoffm. d. fl. ed. 2. 1. 172. R. acutus Poll. palat. 1. p. 359.

2. R. PALUSTRIS (Smith. fl. brit. p. 394.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus ovato-oblongis *utrinque setaceo-bidentatis* in apice lanceolato-protracto integerrimis, omnibus calliferis, *dentibus lacinia perigonii brevioribus*, verticillis folio fultis remotiusculis, *foliis lanceolato-linearibus* vel elongato-lanceolatis *in petiolum attenuatis*. ⊙. In paludosis et ad margines piscinarum et lacuum, (stw. d d. g. G.) D. fl. 2. p. 614. R. maritimus Hoffm. d. ed. 2. 1. 172. R. limosus Thuill. par. 182.

3. R. STEINII (Becker. fl. v. Frankf. p. 165.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus ovatis *utrinque setaceo-bidentatis* in apice protracto integerrimis, omnibus calliferis, dentibus lacinia perigonii brevioribus, verticillis remotis, inferioribus folio fultis, superioribus nudis, *foliis radicalibus lato-oblongis basi cordatis*, caulinis e basi rotundata lanceolatis, superioribus lanceolatis. ♃. Ad Moeni ripam, (im Gebiete d. Flora v. Frankf. bei Stockach, Fechheim u. Offenbach.) Jul. Aug. Rumici conglomerato et R. nemoroso proximus, insigniter vero ab his differt perigonii laciniis subulato-dentatis; ab R. palustri radice perenni et foliis radicalibus duplo triplove latioribus, basi cordatis. G.

4. R. CONGLOMERATUS (Murr. prod. fl. goett. p. 52.) *laciniis* perigonii fructiferi interioribus *lineari-oblongis* obtusis *integerrimis*,

omnibus calliferis, *foliis infimis* cordato- vel ovato-oblongis obtusis acutisve, intermediis *cordato-lanceolatis* acuminatis, ramis patentissimis adscendentibus, *verticillis* remotis *folio fultis*, supremis tantum nudis. ♃. Ad ripas, in fossis et paludosis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 612. R. glomeratus Schreb. spic. ed. 2. p. 64. Reichenb. ic. f. 552. R. Nemolapathum Ehrh. beitr. 1. 181. Reichenb. fl. exc. p. 570. R. acutus Sm. brit. 391. Engl. bot. 721. DeC. fl. fr. 3. p. 375. Meyer. chlor. hanov. p. 480. R. paludosus Wither. 354. R. crispus β. Poll. palat. 358. R. undulatus Schrank. baier. fl. 1. 625. Perigonium fructiferum rarissime ad basin denticulo uno alterove minulo notatum est; qua de causa R. acutus Linn. sp. 478, „valvulis dentatis" ad hanc speciem pertinere nequit. Suspicor, R. acutum L. in R. pratensi nostro quaerendum esse.

5. R. SANGUINEUS (L. sp. 476.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *lineari-oblongis* obtusis *integerrimis*, unica callifera, *foliis infimis cordato-oblongis* obtusis acutisve, intermediis cordato-lanceolatis acuminatis, ramis rectis erecto-patentibus, *verticillis* omnibus *nudis* vel infimis tantum folio fultis. ♃. In nemoribus humidis. Jul. Aug. R. sanguineus Smith. brit. 390. Gaud. helv. 2. p. 579. R. Nemolapathum Wallr. sched. p. 158. D. fl. 2. p. 611. R. nemorosus Meyer. chlor. hanov. p. 479. Folia non raro supra basin paulum contracta et subpanduriformia.

α. *viridis*, caule et foliorum venis non coloratis: R. sanguineus β. viridis Sm. brit. 390. R. Nemolapathum α. exsanguis Wallr. l. c. R. nemorosus Schrad. ap. Willd. en. h. berol. 1. 397. R. Nemolapathum DC. fl. fr. 3. p. 373. et R. nemorosus DC. fl. fr. 5. p. 367. R. Nemolapathum Reichenb. ic. f. 551.? (in figura principali omnes verticilli foliati depicti sunt.

β. *genuinus*, caule et foliorum venis sanguineis: R. sanguineus I. Gaud. helv. 2. p. 579. R. Nemolapathum β. sanguineus Wallr. sched. p. 159.

Praeeuntibus cl. Smithio et Gaudinio nomen Linnaeanum praeposui, licet varietatem tantum disignet.

6. R. PULCHER (L. sp. 477.) *laciniis* perigonii fructiferi interioribus ovato-oblongis *foveolato-reticulatis subspinoso-multidentatis* calliferis, foliis infimis cordato-oblongis vel cordato-panduriformibus obtusis, intermediis acutis, supremis lanceolatis, ramis patentissimis, verticillis remotis plerisque folio fultis. ⊙. In locis cultis, (im oestr. Littorale u. Istrien, Oberbaden u. Oberelsaß.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 613. Reichenb. ic. 6. f. 679. Variat foliis supra basin non contractis. R. divaricatus L. sp. 477.

7. R. OBTUSIFOLIUS (L. sp. 478.) *laciniis perigonii* fructiferi, interioribus *ovato-triangularibus postice dentatis in apicem oblongum* obtusum integerrimum *protractis*, omnibus calliferis, *dentibus triangularibus acuminatis subulatisque*, racemis aphyllis, verticillis remotiusculis, *foliis inferioribus cordato-ovatis* obtusis vel acutiusculis, intermediis cordato-oblongis acutis, supremis lanceolatis. ♃. In pratis et circa pagos. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 610. Reichenb. ic. 4. f. 550. Variat:

β. *discolor*, caule petiolis venisque foliorum racemisque sanguineis: R. obtusifolius Wallr. sched. 1. 168. R. purpureus Poir. dict. 5. 163. Hic in Bavaria superiore frequens.

γ. *sylvestris*, valvulis dimidio minoribus, parcius dentatis: R. sylvestris Wallr. sched. 161.

8. R. PRATENSIS (Mertens. et Koch. deutschl. flor. 2. p. 609.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *ovatis subcordatis obtusis* dentatis apice integerrimis, *dentibus triangularibus acuminatis subulatisque*, omnibus calliferis, racemis aphyllis, verticillis approximatis, *foliis radicalibus caulinisque inferioribus cordato-oblongis* acutis, supremis lanceolatis. ♃. In pratis fertilibus, (auf d. Rheinfläche bis Westphalen u. um Halle.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 609. R. acutus Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 8. MBieberst. flor. wett. aliarumque. R. cristatus Wallr. sched. 163. (non DeC.)

9. R. CRISPUS (L. sp. 476.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *subrotundis subcordatis integerrimis* vel basi denticulatis, omnibus calliferis, racemis aphyllis, verticillis approximatis, *foliis lanceolatis* acutis *undulatis crispis*. ♃. In pratis et cultis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 608. Reichenb. ic. f. 783. Variat laciniis perigonii interioribus omnibus vel anterioribus tantum calliferis.

10. R. PATIENTIA (L. sp. 476.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *subrotundo-cordatis* obtusis *integerrimis* vel vix denticulatis, unica granifera, racemis paniculatis aphyllis, verticillis approximatis, *foliis radicalibus* caulinisque inferioribus *ovato-lanceolatis planis* acuminatis, supremis lanceolatis, *petiolis canaliculatis*. ♃. Ad fossas et pagos, (in Unteröstreich, v. Host.) Colitur quoque in usum culinarium. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 607.

11. R. HYDROLÁPATHUM (Hudson. fl. angl. p. 154.) *laciniis* perigonii fructiferi interioribus *ovato-triangularibus* integerrimis vel postice denticulatis, omnibus calliferis, racemis paniculatis aphyllis, *foliis lanceolatis* acuminatis *basin versus angustatis* planis margine undulato-crenulatis, *petiolis supra planis*. ♃. In paludibus, fluviis lente fluentibus, piscinis et fossis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 615. Reichenb. ic. 4. f. 554. R. aquaticus Poll. pal. 1. 361. Fries. nov. ed. 2. p. 109. Smith. brit. 394. Meyer. chlor. hanov. 477. — Forma petioli hunc et duos sequentes praeter alias notas egregie distinguit.

12. R. MAXIMUS (Schreber. in Schweigg. et Kört. fl. erlang. 1. 152.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *triangulari-cordatis postice denticulatis*, omnibus calliferis, racemis paniculatis aphyllis, *foliis radicalibus* caulinisque inferioribus *oblongis* acutis *basi oblique ovatis cordatisve*, *petiolis* supra *planis* utrinque costa prominula *marginatis*. ♃. In fossis, piscinis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 616. R. heterophyllus Schultz. starg. 92. R. acutus Hartm. scand. p. 147. R. aquaticus α. heterophyllus Meyer. chlor. hanov. 477.

13. R. AQUATICUS (L. sp. 479.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus *cordatis membranaceis* integerrimis vel subdenticulatis, *omnibus callo destitutis*, racemis paniculatis aphyllis, *foliis radicalibus cordato-ovatis* acutis basi dilatatis, petiolis contracto-ca-

naliculatis. ♃. In fossis et piscinis; extra aquam nunquam crescit, (sehr zerstreut d. d. Gebiet.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 617. Reichenb. ic. 4. f. 553. opt. R. Hippolapathum β. Fries. nov. ed. 2. p. 106. R. latifolius Meyer. chlor. hanov. 478., excl. synon. Pollichii; nam in locis a Pollichio memoratis R. aquaticus non provenit. — Verba Magistri „valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis acutis" L. sp. pl. 479., me iudicante, omnem dubitationem de hac planta tollunt.

14. R. ALPINUS (L. sp. 480.) laciniis perigonii fructiferi interioribus cordato-ovatis membranaceis integerrimis vel subdenticulatis callo destitutis, racemis dense paniculatis aphyllis, *foliis radicalibus subrotundo-cordatis rotundato-obtusis* vel in apice obtuso breviter acuminatis, petiolis supra canaliculatis. ♃. In alpibus, inprimis ad casas pastorum, in convalles descendens, (d. d. g. A. K. u. a. d. höhern Kuppen der Mähr. Geb. u. d. Schwarzw.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 617.

Sect. II. ACETOSA Tournef. Flores dioici vel polygami. Styli ovarii angulis superne accreti. Folia hastata vel sagittata.

a. Flores polygami.

15. R. SCUTATUS (L. sp. 480.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus subrotundo-cordatis integerrimis membranaceis *callo destitutis*, semiverticillis paucifloris remotis aphyllis, *foliis hastatis* ovatis subpanduriformibusque. ♃. In rupestribus inter saxa in alpibus subalpinis et montibus humilioribus, ad muros vetustos, (d. d. g. A. K. v. Oestr. bis in d. Schweiz; d. d. Gebirge v. Würtemb., Baden u. Hessen, von Elsafs bis Lüttich.) Mai-Jul. D. fl. 2. p. 618. Var.:

α. *hastifolius*, folia utrinque sinu profundo et angusto excisa, lobus terminalis ovatus, obtusus, brevis, fere latior, quam longus: R. hastifolius MB. taur. cauc. 1. 290., haec vulgatissima est.

β. *hastilis*, folia triangularia, acuta, dente baseos utrinque elongato hastata. Folia infima saepe ut in var. antecedente:

γ. *triangularis*, folia triangulari-ovata, dente baseos nullo vel brevissimo: R. glaucus Jacq. collect. 1. p. 63.; haec var. rarissima est.

b. Flores dioici.

16. R. ARIFOLIUS (All. ped. 2. p. 202., non All. nec Linn. fil.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus subrotundo-cordatis membranaceis integerrimis *basi squama deflexa praeditis*, exterioribus refractis, *foliis* hastato-sagittatis *basi 5-7 nerviis*, stipulis integerrimis. ♃. In pratis alpinis et subalpinis, (d. d. A. K. u. in d. Mähr. Karp., Sudeten, a. d. Brocken, Schwarzw. u. Vogesen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 620. R. Acetosa δ. L. sp. 481. R. montanus Poir. dict. suppl. 4. 323. R. hispanica Gmel. bad. 2. 112.

17. R. ACETOSA (L. sp. 1. 481.) *laciniis perigonii* fructiferi interioribus subrotundo-cordatis membranaceis integerrimis *basi squama deflexa praeditis*, exterioribus refractis, *foliis* sagittatis hastatisve *venosis*, stipulis laciniato-dentatis. ♃. In pratis, sylva-

rum locis denudatis ubique. Mai. Jun. et iterum post foenisecium. D. fl. 2. p. 619. Variat:

α. *vulgaris*, folia sagittata, inferiora ovata obtusa, superiora acuta.

β. *auriculatus*, folia inferiora hastato-sagittata oblonga, superiora elongato-lanceolata, undulata, basi sagittata vel hastata, auriculis curvatis, suprema angustissima, saepe spiraliter revoluta: R. Acetosa β. auriculatus Wallr. sched. 182., cum var. seq.

γ. *fissus*, varietas praecedens, sed auriculae foliorum bi-trifidae: R. intermedius DC. fl. fr. suppl. 369. R. Acetosa γ. L. sp. 481.

18. R. Acetosella (L. sp. 1. 481.) *laciniis* perigonii fructiferi interioribus subrotundo-cordatis membranaceis reticulato-venosis integerrimis *squama destitutis nucem aequantibus*, exterioribus erectis adpressis, foliis hastatis lanceolatis linearibusve. ♃. In pascuis, agris arenosis, locis cultis ubique, praecipue in arenosis. Mai-Jul. D. fl. 2. p. 621. Variat:

α. *vulgaris*, folia lanceolata, sagittata.

β. *angustifolius*, folia linearia vel anguste lanceolata, saepe auricula una et raro etiam auriculis ambabus destituta.

γ. *multifidus*, maior, foliorum auriculae bi-trifidae: R. Acetosella δ. lacerus et γ. multifidus Wallr. sched. 186. R. Acetosella δ. L. sp. 1. 482. et R. multifidus L. l. c.

2. OXYRIA (Hill. veg. syst. 10. p. 24.) Perigon. ad basin 4 partitum, laciniis 2 interioribus maioribus. Stam. 6; 2 laciniis perigonii exterioribus et 1 laciniis interioribus opposita. Stigmata 2, penicillata. Utriculis alatus, perigonium fructiferum multum superans. N. ab E. gen. 8. 10.

1. O. digyna (Campder. monogr. 155. t. 3. f. 3.) In alpium rupibus, (Tyrol, Salzb., Obersteyerm., Kärnthen.) Oxyria reniformis Hooker. fl. scot. 111. D. fl. 2. p. 606. R. digynus L. sp. 480. Rheum digynum Wahlenb. lapp. 101. t. 9. f. 2. G.

3. POLYGONUM (L. gen. n. 495.) Perigon. 4-5 fidum vel partitum, superne coloratum. Stam. biserialia; seriei exterioris 5, laciniis perigonii alterna; seriei interioris 3, laciniis perigonii tribus interioribus et faciebus ovarii trigoni opposita, in quibusdam speciebus aut omnia aut pro parte deficientia. Glandulae saepe ad basin staminum. Ovarium trigonum stigmatibus 3, vel compressum stigmatibus 2, (saepe in uno specimine;) stigmate vel styli basi plus minusve connata. Nux perigonio persistente tecta. — Stamina 5 seriei exterioris semper reperiuntur et in floribus octandris insuper tria interiora; in floribus heptandris id deficit, quod laciniae perigonii posteriori oppositum est, et duo laciniis lateralibus opposita adsunt; in floribus hexandris hae deficiunt et illud adest; in floribus pentandris omnia tria interiora evanuerunt. N. ab E. gen. 8. 7 et 8.

Sect. I. Bistorta Tournef. Spica unica in apice caulis simplicissimi. Stam. omnia vel 3 interiora tantum e basi glandulosa egredientia; quorum saepe 1 vel 2

deficiunt. Stylus ad basin fissus, crucibus filiformibus, elongatis; stigmata subrotunda, minutissima. Embryo lateralis; cotyledones planae, angustae. — Flores roseci vel albi.

1. P. Bistorta (L. sp. 516.) *caule simplicissimo monostachyo,* spica densa, foliis oblongo-ovatis subcordatis undulatis, *petiolis alatis.* ♃. In pratis humidis planitierum et mont. humil. Jun. Jul. D. fl. 3. p. 49. Fl. dan. t. 421.

2. P. vivíparum (L. sp. 516.) *caule simplicissimo monostachyo*, spica densa, foliis ovalibus lanceolatisve margine revolutis striato-crenulatis, venulis marginis incrassatis, *petiolis apteris.* ♃. In alpium pascuis; cum fluviis descendens, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 3. p. 51. Fl. d. t. 13.

Sect. II. Persicaria Tournef. Caulis ramosus, rami singuli spica terminati. Stam. exteriora eglandulosa, interiora e corona glandularum progredientia, sed fere semper eorum 1 vel 2 deficientia. Stylus ad medium vel profundius fissus; stigmata magna, capitata. Embryo ut in sect. anteced.— Omnes species huius sect. variant floribus purpureis et albis, foliis immaculatis vel macula hippocrepica fusca notatis.

3. P. amphibium (L. sp. 517.) *spicis* solitariis *densis* cylindricis, floribus pentandris, foliis oblongo-lanceolatis, *radice repente.* ♃. In locis humidis erecta, in aqua ipsa natans. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 52. Variat:

α. *natans*, folia natantia, longe petiolata, glabra: P. amphibium α. natans Moench. hass. 328.

β. *coenosum*, caulis, palude exsiccata, cum foliis prostratus radices agit, apice adscendit ibidemque folia varietatis sequentis profert: P. amphibium β. D. fl. 2. p. 52.

γ. *terrestre*, erectum, folia breve petiolata, angustiora, pubescenti-scabra: P. amphibium β. terrestre Leers. herb. 99.

δ. *maritimum*, caulis prostratus, folia antecedentis varietatis, sed undulata: Dethard. consp. fl. megap. 33. Hoc in arenosis maritimis provenit.

4. P. lapathifolium (L. sp. 517.) *spicis oblongo-cylindricis densis* erectis vel subcernuis, floribus hexandris, foliis ovatis ellipticis lanceolatisve, *ochreis* glabris vel sublanatis *breviter* et tenuissime *ciliatis*, *pedunculis calycibusque glanduloso-scabris.* ⊙. In locis humidis, ad ripas. Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 52. Reichenb. ic. 5. f. 688., stamina per errorem hypogyna. P. lapathifolium Wahlenb. suec. p. 241. Caulis et flores virides vel rubri, vel caulis rubro-maculatus, nunc prostratus, nunc erectus, genicula quandoque valde incrassata: P. nodosum Pers. syn. 440. Reichenb. ic. f. 689. Variat quoque

β. *incanum*, foliis subtus lanato-tomentosis: P. incanum Schm. boh. n. 391. P. tomentosum Schrank. baier. fl. 1. 669. P. Persicaria γ. L. sp. 1. 518.

5. P. Persicaria (L. sp. 518. α.) *spicis oblongo-cylindricis densis* erectis vel subnutantibus, floribus hexandris, foliis ovatis ellipticis lanceolatisve, *ochreis* hirsutis *longe ciliatis, pedunculis calycibusque eglandulosis.* ⊙. Cum antecedente ubique. Jul.-

autumn. D. fl. 3. p. 55. Reichenb. ic. f. 684. P. biforme Wahlenb. suec. p. 242. Variat, ut antecedens, sui simillimum. Nuces nunc fere omnes triquetrae: P. rivulare Roth. en. 2. 185.; nunc plurimae compressae: P. lapathifolium α. Roth. l. c.

6. P. MITE (Schrank. baier. fl. 1. p. 668. 1789.) *spicis filiformibus laxis pendulis* subpedunculatis, floribus hexandris, *foliis lanceolatis* vel oblongo-lanceolatis, *ochreis* hirsutis *longe ciliatis*, floribus eglandulosis. ⊙. In locis humidis, circa pagos, ad fossas, (im Elsafs, Baden, Wett., Baiern, Schles., Westph.) Jul.-Oct. P. laxiflorum Weih. bot. ztg. 1826. p. 746. D. fl. 3. p. 55. P. mite Mey. chlor. hanov. p. 475. P. dubium Stein. sec. A. Braun. bot. ztg. 1834. P. Braunii Bl. et Fing. comp. ed. 1. p. 509. Spicae purpureae. — P. mite Pers., (1805.,) quod idem est ac P. hydropiperoides Michaux. secund. cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 475., non differt. G.

7. P. HYDROPIPER (L. sp. 517.) *spicis filiformibus laxis pendulis* inferne interruptis, floribus hexandris, foliis lanceolatis ellipticisve, *ochreis* subglabris *breviter ciliatis*, floralibus ciliis fere destitutis, *floribus glanduloso-punctatis*. ⊙. In locis humidis, fossis ubique. Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 57. Reichenb. ic. f. 687. Flores virides, margine purpurei vel albidi.

8. P. MINUS (Huds. fl. angl. 1. 148.) *spicis filiformibus laxis* erectiusculis, floribus pentandris, *foliis* ex rotundata basi *aequilatis antice sensim attenuatis* lanceolato-linearibus, *ochreis* adpressa pilosis *longe ciliatis*, floribus eglandulosis ⊙. In fossis, locis humidis. Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 58. P. Persicaria β. angustifolium L. sp. 1. 518. P. pusillum Lam. fl. fr. 3. 235. P. strictum All. ped. 2. p. 207. t. 68. f. 2. P. angustifolium Roth. tent. 1. 453. Flores purpurei vel raro albi.

Sect. III. AVICULARIA Meisn. polyg. p. 85. sec. Dub. bot. gall. p. 405. Flores in axillis foliorum fasciculati, vel. foliis ad apicem ramorum diminutis, spicas interruptas formantes. Stam. 8. filamenta trium interiorum basi lato-ovata, sed glandulae in basi perigonii nullae. Styl. 3, brevissimi, liberi; stigmata minutissima. Embryo ut sect. praecedentium.

9. P. AVICULARE (L. sp. 519.) *floribus axillaribus*, foliis lanceotatis ellipticisve venosis planis, ochreis subsexnerviis bifidis, laciniis lanceolatis acuminatis denique multifidis, caule ramoso, *ramis ad apicem usque foliatis, nucibus ruguloso-striolatis* subopacis. ⊙. Ad vias, in cultis ubique. Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 58. St. h. 9. Flores virides, margine purpureo vel albo. Variat caule prostrato, terrae adpresso, et

β. *erectum*, caule erecto: P. avic. β. erectum Roth. tent. 2. 1. 454.

γ. *littorale*, foliis crassiusculis: P. littorale Link. en. h. berol. 1. 385. Hoc in littore maris.

10. P. MARITIMUM (L. sp. 519.) *floribus axillaribus*, foliis ellipticis venosis margine revolutis, ochreis subduodecimnerviis bifidis, laciniis lanceolatis acuminatis denique multifidis, caule ramoso,

nucibus laevissimis nitidis. ♃. In arenosis ad littus maris adriatici. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 60. Flores ut anteced. G.

11. P. Bellardi (Allion. fl. ped. 2. p. 205. t. 90. f. 2.) *floribus axillaribus*, foliis venosis planis ellipticis, superioribus lanceolatis acuminatis, ochreis subsexnerviis denique multifidis, caule erecto, *ramis virgatis interrupte spicatis*, spicis superne aphyllis, *nucibus subtilissime ruguloso-striolatis.* ⊙. In locis cultis, (im östr. Litt., Triest.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 60. P. patulum MBieb. taur. cauc. 1. p. 304. Flores ut anteced. G.

Sect. IV. Helxine D. fl. 3. p. 61. Flores in foliorum axillis fasciculati. Stam. octo, tria pro more generis profundius inserta, glandulae in basi perigonii nullae. Stylus 1, brevis, stigmate unico trilobo. Perigonium fructus auctum. Embryo ut sectionum antecedentium.

12. P. Convolvulus (L. sp. 522.) *caule* herbaceo *volubili* angulato-striato, foliis cordato-sagittatis, *laciniis perigonii* 3 interioribus *obtuse carinatis*, nucibus trigonis opacis. ⊙. In cultis ubique. Jul.-autumn. D. fl. 3. p. 61. Fl. dan. t. 744. Flores virides, margine et intus albi.

13. P. dumetorum (L. sp. 62.) *caule* herbaceo *volubili* laevi substriato, foliis cordato-sagittatis, *laciniis perigonii* 3 exterioribus *membranaceo-alatis*, nucibus trigonis nitidis. ⊙. In sepibus, dumetis. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 62. Fl. d. t. 756. Fagopyrum dumetorum v. Bönningh. prodr. 119.

Sect. V. Aconógonum Meisner. polyg. p. 55. Flores racemosi, racemi panículati. Stam. 8, inter glandulas inserta. Styl. tres brevissimi, stigmatibus crassis, capitatis. Fructus perigonio longior. Embryo lateralis, curvatus, cotyledonibus planiusculis, albumini accumbentibus.

14. P. alpinum (All. ped. 1. p. 206. t. 68. f. 1.) *racemis terminalibus paniculatis*, floribus octandris, caule erecto ramoso, *foliis* oblongo-*lanceolatis* acuminatis undulatis ciliatis subtus pubescentibus in petiolum brevem attenuatis, ochreis hirsutis. ♃. In pratis fertilibus convallium alpinarum editissimarum, (im Ursern- u. Töfsthale d. Cant. Uri, im Binnthale d. Wallis.) Jul. Aug. Gaud. helv. 3. p. 46. Flores ochroleuci vel dilutissime rosei, stigmatibus purpureis. H.

Sect. VI. Fagopýrum Tournef. Flores racemosi, racemi paniculati vel corymbosi. Stam octo, interiorā tria inter glandulas inserta. Styl. 3, stigmatibus crassiusculis, capitatis. Fructus perigonio longior. Embryo centralis, cotyledonibus induplicatis.

15. P. Fagopýrum (L. sp. 522.) *racemis* axillaribus simplicibus, terminalibus *corymbosis*, nucibus acuminatis trigonis, angulis integerrimis, caule erecto inermi, *foliis sagittato-cordatis* acuminatis. ⊙. Colitur. Jul. Aug. D. fl. 3. p. 62. St. h. 18. Flores rosei vel albi, basi virides. Colit.

16. P. tataricum (L. sp. 521.) floribus fasciculatis, *fasciculis* axillaribus solitariis, terminalibus *in spicas interruptas* nutantes aphyllas *dispositis*, nucibus acutis trigonis, angulis repando-dentatis, caule erecto inermi, *foliis sagittato-cordatis* acuminatis. ⊙.

In agris, (in Westph. u. Hanov. ein lästiges Unkraut.) Jul. Aug. Flores virentes, glandulis non carentes, ut perhibet cl. v. Bönningh. G.

Ord. XCVIII. THYMELEAE. Juss. gen. 76.

Perigonium inferum, coloratum, *tubulosum*, limbo 4, rarius 5 fido, aestivatione imbricatum. *Stam.* definita, *fauci tubove inserta*, perigonii laciniis numero dupla; *antherae* biloculares, *rimis 2 longitudinalibus dehiscentes. Ovarium* liberum, 1 loculare, *1 ovulatum, ovulo pendulo.* Styl. 1. Stigma 1, fructus siccus aut baccatus. Albumen o, vel tenue et carnosum. Embryo rectus, radicula hilum spectante. Frutices fol. exstipulatis.

1. PASSERINA (Linn. gen. n. 489., ex emendat. Wickström. act. holm. 1820. p. 320.) Perigon. limbo 4 fido, persistens, marcescens. Stam. 8. Nux. N. ab E. gen. 7. 3.

1. P. ANNUA (Wickstr. l. c.) caule glabro ramoso, foliis sparsis lanceolato-linearibus acutis erecto-patentibus, floribus axillaribus quinis ternis solitariisve pubescentibus, laciniis corollae anthesi peracta conniventibus. ⊙. In agris et locis apricis planitierum et montium humilium, praecipue solo calcareo, (Schweiz u. d. d. südl. Tyrol bis Istrien; Rheinfl. bis Coblenz, Schwaben, Baiern bis Oestr., Mähr., Schles.) Jul. Aug. D. fl 3. p. 47. Stellera Passerina L. sp. 512. Schk. t. 107. a. Flores virides.

2. DAPHNE (L. gen. n. 485.) Perig. limbo 4 fido, deciduum. Drupa carne molli vel coriacea. N. ab E. gen. 7. 2.

1. D. MEZERÉUM (L. sp. 509.) *floribus lateralibus sessilibus* subternis pubescentibus, laciniis perigonii ovatis acutis, foliis lanceolatis basi cuneato-attenuatis glabris. ♄. In nemorosis, in subalpina adscendens. Febr. Mart. D. fl. 3. p. 43. St. h. 8. Flores rosei.

2. D. LAURÉOLA (L. sp. 510.) *racemis* brevibus subquinquefloris nutantibus *axillaribus*, floribus bracteatis glabris, foliis lanceolatis basi cuneato-attenuatis glabris. ♄. In sylvis montanis, (westl. Schweiz u. Oestreich.) Mart. April. D. fl. 3. p. 44. Jacq. a. t. 183. Flores flavescenti-virides.

3. D. ALPINA (L. sp. 510.) *floribus terminalibus* aggregatis sessilibus *villosis*, laciniis perigonii lanceolatis acuminatis, *foliis* lanceolatis obovatisve, *pubescentibus serius glabris* deciduis. ♄. In rupibus alpium, (d. d. g. A. K.) Mai-Jul. D fl. 3. p. 45. St. h. 22. Thymelaea candida Scop. carn. 1. p. 277. Flores albi.

4. D. COLLINA (Smith. fl. graec. t. 359.) *floribus terminalibus* fasciculatis externe *tomentoso-villosis*, laciniis perigonii ovatis obtusis, *foliis* oblongo-obovatis obtusis retusisque nitidis supra glabris *subtus hirsutis* perennantibus. ♄. In petrosis, (im Isonzothale, Brignoli, conf. Host. fl. a. 1. p. 477.) Mart. Apr. D. fl. 3. p. 45. Flores rosei. G.

5. D. STRIATA (Trattinnick. arch. d. gew. kunde 1. p. 120. t. 173.) *floribus terminalibus* fasciculatis sessilibus *glabris*, laciniis perigonii ellipticis, bracteis ovatis mucronulatis tubi tertiam partem attingentibus, *foliis* lineari-cuneatis obtusis emarginatisve breviter mucronatis *glabris*. ♄. In rupestribus alpium, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. Cneorum Wahlenb. helv. p. 72. (non fl. carpat.) D. Cneorum γ. D. fl. 3. p. 46. Flores rosei.

6. D. CNEÓRUM (L. sp. 1. 50.) *floribus terminalibus* fasciculatis breviter pedicellatis bracteis cauleque superne *pubescentibus*, laciniis perigonii ellipticis, bracteis brevissimis truncatis, *foliis* lineari-cuneatis obtusis emarginatisve breviter mucronatis *glabris*. ♄. In pascuis siccis, ericetis montium et planitierum, (v. d. südl. Schweiz durch d. südl. Tyrol nach d. Littorale; v. d. Rheinfläche durch Schwaben, Baiern bis Unteröstr.; in Mähren u. Schlesien.) Jun. Jul. D. fl. 3. p. 46. Variet. α. Jacq. a. t. 426. Poll. palat. t. 1. f. 4.

Ord. XCIX. LAURINEAE. DC. fl. fr. 3. p. 361. Lauri Juss. gen. p. 80.

Perigonium inferum 6 fidum vel 6 partitum, aestivatione imbricatum. *Stamina in basi laciniarum inserta*, 6, ordine simplici, vel 12, ordine duplici. *Antherae filamento adnatae, biloculares, loculis valvula a basi ad apicem dehiscentibus.* Ovarium liberum, 1 ovulatum, ovulo pendulo. Styl. 1. Stigm. 1. Drupa aut bacca. Albumen o, embryo rectus, radicula umbilicum spectante. Arbores vel frutices. Flor. hermaphroditi vel abortu dioici.

1. LAURUS (L. gen. n. 503.) Flores dioici. Perigon. 4 partitum. Mas. Flos terminalis dodecandrus ovario nullo; stamina biserialia, 6 exteriora simplicia, 6 interiora in medio glandulis 2 biappendiculata. Flores laterales 9-10 andri Fem. Stam. 4, sterilia; ovarium perfectum. Bacca. N. ab E. gen. 7. 4.

1. L. NOBILIS (L. sp. 529.) foliis oblongo-lanceolatis basi apiceque acuminatis subundulatis venosis, floribus axillaribus, fasciculatis. ♄. Europae australis indigena, nunc in Helvetia transalpina, Tyroli australi et in Littorali austriaco spontanea facta. April. Mai. D. fl. 3. p. 73. Schk. t. 110.

Ord. C. SANTALACEAE. R. Brown. prodr. p. 350.

Perigonium superum, *3*, *4-5 fidum*, intus coloratum, aestivatione valvatum. *Stam. 4-5*, *basi laciniarum perigonii inserta, iisque opposita. Ovarium 1 loculare*, 2-4 ovulatum, ovula iuxta apicem placentae centralis affixa, pendula. Styl. 1. Fructus nucamentaceus vel drupaceus, 1 spermus. Albumen carnosum. Embryo

axilis, radicula hilum spectante. Folia alterna vel sparsa, exstipulata.

1. THESIUM (L. gen. n. 292.) Perig. 4-5 fidum, hypocrateriforme vel infundibuliforme. Stam. pilorum fasciculo cincta. Styl. 1, stigm. simplex. Drupa 1 sperma, sicca vel succosa, perigonio persistente coronata. N. ab E. gen. 7. 1.

Sect. I. TRIBRACTEATA. Caulis superne racemosus paniculatusve, racemo paniculave in apicem usque floribus obsitis. Bracteae tres sub quovis flore. Drupa sicca.

a. Perigonium defloratum ad basin usque involutum, nodum brevem in fructu formans, qui vix tertiam drupae partem attingit.

1. T. MONTANUM (Ehrhart. herb. exsicc. n. 2.) *radice ramoso-fibrosa multicipite*, caulibus paniculatis, foliis lineari-lanceolatis subquinquenerviis, bracteis ternis, *filamentis anthera deflorata duplo longioribus*, *drupis* subrotundis pedicellatis, *perigonio fructus involuto drupa triplo breviore.* ♃. In montosis asperis sylvaticis, (stw. d. d. G.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 282. Hayn. in Schrad. journ. 1800. t. 6. Flores intus nivei.

2. T. INTERMEDIUM (Schrader. spicileg. fl. germ. p. 27.) *radice repente*, caulibus paniculatis, foliis lineari-lanceolatis trinerviis, bracteis ternis, *filamentis anthera deflorata duplo longioribus, drupis* oblongis vel ovalibus pedicellatis, *perigonio fructus involuto drupa triplo breviore.* ♃. In pratis montanis et inter virgulta. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 283. T. linophyllum Poll. palat. 1. p. 238. et mult. auctor. T. linophyllum L. sp. pl. est species non extricanda.

3. T. RAMOSUM (Hayn. in Schrad. journ. 1800. 1. t. 7.) radice fusiformi caulibus a basi ramosis, ramis simplicibus elongatis racemosis, ramulis fructiferis erecto-patentibus, foliis lanceolato-linearibus subtrinerviis, bracteis ternis, *filamentis anthera deflorata brevioribus*, *drupis* oblongis, *subsessilibus pedicello quadruplo longioribus*, *perigonio fructus involuto drupa triplo breviore.* ♃ In pratis, (bisher blofs in Unteröstreich; das T. ramosum d. fl. cech. ist T. intermedium.) Jun. Jul. D. fl. 2. p 283. Hayn. in Schrad. journ. 1800 p. 30. t. 7., excl. syn. Polliehii. T. palatinum Roth. cat 2. 29., per errorem; in Palat. enim non crescit. — Folia margine et saepe tota planta scabriuscula. G.

4. T. DIVARICATUM (Jan. ap. Mertens. et Koch. deutschl. fl. 2. p. 285.) caulibus apice ramosis, ramulis fructiferis divaricatis, foliis linearibus, bracteis ternis, *filamentis anthera deflorata brevioribus*, *drupis* cylindrico-oblongis, *pedicellatis*, *pedicello dimidia drupa longiore*, *perigonio fructus involuto drupa triplo breviore.* ♃. In montanis incultis, (Triest u. Fiume.) D. fl. l. c., fructus ad specimen incompletum male descriptus. — Reichenb. ic. 5. f. 648. G.

b. Perigonium defloratum tubulosum, apice tantum involutum, longitudine nucis vel longius.

5. T. PRATENSE (Ehrh. herb. exs. n. 12.) radice fusiformi, caulibus racemosis paniculatisve, *ramulis* fructiferis *horizontaliter patentibus*, foliis lanceolato-linearibus obsolete trinerviis, bracteis ternis, *drupis* subglobosis, *perigonio fructus tubuloso* apice involuto *drupam aequante*. ♃. In pratis montanis, (stw. d. d. G.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 284. Reichenb. ic. 5. f. 647.

6. T. ALPINUM (L. sp. 301.) radice fusiformi, caulibus ramisque racemosis, *ramulis* fructiferis *erecto-patentibus* secundis, foliis linearibus uninerviis, bracteis ternis, *drupis* subglobosis, *perigonio fructus tubuloso* apice involuto *drupam aequante vel longiore*. ♃. In ericetis et pascuis planitierum, montium et alpium. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 286. St. h. 11.

Sect. II. UNIBRACTEATA. Caulis fructifer apice bracteis sterilibus comosus. Bractea sub quovis flore unica. Drupa sicca vel succosa.

7. T. EBRACTEATUM (Hayn. in Schrad. journ 1800. 1. p 33. t. 6.) *radice repente*, racemo simplici, fructifero bracteis sterilibus apice comoso, *floribus unibracteatis*, drupis ovalibus pedicellatis coriaceis, perigonio tubuloso apice involuto triplo brevioribus. ♃. In collibus graminosis et in sylvis denudatis, (Mecklenb., Brandenb., Schles., Preussen.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 288. Reichenb. ic. 5. f. 649.

8. T. ROSTRATUM (Mertens. et Koch. deutschl. fl. 2. p. 287.) *radice praemorsa multicipite*, racemo simplici, fructifero bracteis sterilibus apice comoso, *floribus unibracteatis*, drupis subglobosis sessilibus baccatis succosis, perigonio tubuloso apice involuto duplo brevioribus. ♃. In alpibus, (Schweiz; Baiern im Isarbette bei München, häufig mit d. Flusse aus d. Alpen herabgekommen; Tyrol, Salzb.) Jun. Jul. D. fl. 2. 287. Reichenb. ic. 5. f. 650. Drupis mollibus, succosis et pulchre citrinis ab omnibus valde diversum. G.

2. OSYRIS (L. gen. 1101.) Flores polygami. Perigon. 3 fidum. Masc. Stam. 3. Hermaphr. Stam. 3, quandoque abortiva; stigm. 3. Bacca sicca. N. ab E. gen. 3. 20.

1. O. ALBA (L. sp. 1450.) In rupestribus sterilibus Littoralis austriaci, (Triest, Fiume.) April. Mai. Schk. t. 319. G.

Ord. CI. ELAEAGNEAE. Rob. Brown. prodr. p. 350.

Perigon. inferum, intus coloratum, 2-4 fidum, laciniis per aestivationem imbricatis. *Stamina fauci perigonii inserta*, eiusdem laciniis numero aequalia et alterna, vel dupla. *Antherae* biloculares, *rimis 2 longitudinalibus dehiscentes*. *Ovarium* tubo perigonii inclusum, liberum, *1 ovulatum*, *ovulo erecto*. Styl. 1. Stigm. 1. Drupa spuria, constans e perigonio persistente baccato et nuce crustacea. Albumen carnosum, tenue; embryo rectus, radicula infera. Arbores et frutices foliis exstipulatis argenteo- vel brunneo-lepidotis. Flores saepe unisexuales.

1. ELAEAGNUS (L. gen. n. 159.) Flores hermaphroditi; tubus gracilis; limbus campanulatus, 4-5 fidus; faux annulo conico coarctata. Stam. 4-5. Drupa spuria e calyce baccato et intus osseo, nucem includente, formata. N. ab E. gen. 3. 18.

1. E. ANGUSTIFOLIA (L. sp. 176.) foliis lanceolatis acutis integerrimis utrinque argenteo-lepidotis, floribus axillaribus pedunculatis erectis solitariis ternisve. ♄. In collibus sterilibus reg. calid., (häufig a. d. Insel Osero, Host.) D. fl. 1. p. 823. St. h. 5. Flores extus argenteo-lepidoti, ut folia, intus dilute aurantiaci. J.

2. HIPPÓPHAË (L. gen. n. 1452.) Flores dioici. Masc. Perigon. bipartitum; stam. 4. Fem. Perigon. tubulosum, apice bifidum, annulo ad faucem nullo. Bacca spuria e calyce aucto et succulento, nucem includente, confecta. N. ab E. gen. 3. 19.

1. H. RHAMNOIDES (L. sp. 1452.) ad fluviorum ripas et littora maris, (a. d. Giesbächen u. Flüssen d. g. A. K. u. mit d. Flüssen in die Ebenen von Oberbaden, Elsafs, Schwaben, Baiern u. Oestr. hinabsteigend; stw. a. d. Küste v. Holstein u. v. da bis Preuss.) April. Mai. Schk. t. 321.

Ord. CII. CYTINEAE. A. Brogn. in annal. d. scienc. nat. 1. 29. Rhizantheae Blum. in batav. ztg.

Flores unisexuales. *Perigonium superum, 4-5 partitum,* aestivatione imbricatum. *Stam.* 8, 16 vel plura, *columnae centrali adnata. Ovarium 1 loculare, placentis parietalibus,* multiovulatum. Albumen carnosum. Embryo axilis, rectus.

1. CÝTINUS (L. gen. 1232.) Flores monoici. Perigon. tubuloso-campanulatum, limbo 4 fido. Masc., bracteae 2 ad basin perigonii. Antherae 8, circum apicem columnae centralis sessiles. Fem. Ovarium inferum medio bibracteatum, 1 loculare, placentis 8 parietalibus.

1. C. HYPOCYSTIS (L. sp. 566.) ♃. Parasiticus in radicibus Cistorum, (a. d. Inseln d. Adriat. Meeres, Osero u. Veglia.) Mai. Lam. illustr. t. 737. „Colore sanguineo, antequam flores aperuit, e longinquo cognoscitur" Link. in Schrad. journ. 1800. p. 48. Flores aperti luteo-rubentes, ut planta ipsa. J.

Ord. CIII. ARISTOLOCHIEAE. Juss. gen. 74., excl. Cytino.

Flor. hermaphroditi. *Perigonium superum, indivisum et oblique truncatum; vel trifidum,* laciniis aestivatione valvatis. Stam. definita, libera et apici ovarii inserta, vel cum stylo et stigmate connata. *Ovarium 3-6 loculare, placentis centralibus multiovulatis.* Embryo minimus, ad basin albuminis cartilaginei. Folia alterna.

1. ARI-

1. ARISTOLÓCHIA (L. gen. n. 1022.) Perigonium apice oblique in ligulum dilatatum, tubulosum, tubo basi ventricoso. Antherae 6, sub stigmate adnatae. Caps. 6 locularis. N. ab E. gen. 8. 16.

1. A. ROTUNDA (L. sp. 1364.) radice subglobosa, caulibus simplicibus erectis, foliis glabris ovatis profunde cordatis brevissime petiolatis, petiolis pedunculo multo brevioribus, *floribus solitariis, labio perigonii ovali* apice rotundato emarginato *tubum aequante.* ♃. In pratis siccis et locis incultis inter frutices. (Litt., Triest, Fiume; bei Lugano, Cant. Tessin.) April. Mai. Cor. lutea, intus striis atro-purpureis picta, labio luteo-fusco.

2. A. PALLIDA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. p. 267. t. 240.) radice subglobosa, caulibus simplicibus erectis, foliis glabris subtriangulari-ovatis profunde cordatis petiolatis, petiolis pedunculum aequantibus vel superantibus, *floribus solitariis, labio perigonii tubo dimidio breviore ovato-lanceolato acuminato apice ipso obtuso.* ♃. In montosis inter virgulta, (Innerkrain u. bis Triest u. Fiume.) Mart. April. Cor. viridi-flavescens, intus striis longitudinalibus et macula ad basin labii atro-purpureis picta. — A. longa L., in dit. fl. nostrae nondum reperta A. pallidae simillima est, sed radicem habet fusiformem, denique cylindricam, pedem longam, caules ramosos, pubescentes, flores viridi-albos, concolores, et labium corollae fere longitudine tubi. G.

3. A. CLEMATÍTIS (L. sp. 1363.) radice repente, caulibus simplicibus erectis, foliis ovatis profunde cordatis petiolatis glabris, *floribus* axillaribus *fasciculatis.* In vineis, ad sepes, agrorum margines, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 6. Flores ochroleuci.

2. ÁSARUM (L. gen. n. 589.) Perigon. campanulatum, 3-4 fidum. Stam. 12, ovario imposita, antherae in medio filamentorum adnatae. Stigma radiatum, sexlobatum. Caps. 6 locularis, dissepimenta cum angulis centralibus non cohaerentia. N. ab E. gen. 8. 17.

1. A. EUROPAEUM (L. sp. 633.) foliis reniformibus obtusis. ♃. In sylvis montanis, sepibus umbrosis. Mart. April. D. fl. 3. p. 368.

Ord. CIV. EMPETREAE. Nutt. gen. 2. 233.

Flores unisexuales. Cal. 3 partitus, aestivatione imbricatus. *Pet. 3, sepalis alterna. Stam. 3, libera,* sepalis opposita, cum petalis receptaculo inserta. Antherae 2 loculares, rimis 2 dehiscentes. *Ovar. liberum, disco carnoso impositum,* 3-6 loculare; *loculis 1 ovulatis,* ovulo adscendente. Styl. 1. Stigma radiatum: radiis numero loculorum ovarii. Fructus drupaceus. Embryo in axi albuminis, rectus, radicula hilum spectante. Frutices foliis parvis, sempervirentibus.

1. ÉMPETRUM (L. gen. n. 1100.) Flores dioici. Cal. 3 partitus. Cor. 3. petala. Mas. Stam. 3. Fem. Styl. subnullus,

stigma radiis 6 - 9. Drupa 1 locularis, 6 - 9 sperma. N. ab E. gen. 3. 17.

1. E. NIGRUM (L. sp. 1450.) procumbens, foliis oblongis linearibusve margine revolutis, marginibus in linea alba coniunctis, stigmate 9 radiato. ♄. In petrosis alpium altissimarum atque in uliginosis reg. subalpinarum montiumque altiorum; nec non in turfosis Germ. borealis, (d. d. g. A. K.; Vogesen, Kniebis, Rhön, Brocken, Sudeten; von Westph. dch Niedersachsen bis Preuss.) Apr. Mai. in Alp. serius. Schk. t. 318. Cor. rosea, stam. purpurea.

Ord. CV. EUPHORBIACEAE. Juss. gen. 384.

Flores unisexuales. Perigonium inferum, definite divisum, vel o. Pet. (in exoticis) perigonii laciniis alterna, vel nulla. Mas. *Stam. centro floris inserta, vel sub rudimento pistilli.* Filamenta libera vel varie connata. Fem. Ovarium liberum, sessile aut stipitatum, 3 loculare, (rarius 2 vel pluriloculare,) *loculis circa placentam centralem in orbem dispositis, 1 - 2 ovulatis; ovulis pendulis, solitariis geminisve. Stigmata divisa.* Capsula 2 - 3 cocca, coccis saepe elastice dehiscentibus. Albumen carnosum. Embryo rectus, axilis, radicula ad hilum versa; cotyledones foliaceae. Plantae saepe lactescentes.

1. BUXUS (L. gen. n. 1053.) Flores monoici. Masc. Cal. 3 partitus. Pet. 2. Stam. 4. Ovarii rudimentum. Fem. Cal. 4 partitus. Pet. 3. Caps. 3 rostris, 3 locularis, loculis 2 spermis. N. ab E. gen. 3. 16.

1. B. SEMPERVIRENS (L. sp. 1394.) foliis ovatis petiolis margine pilosiusculis, antheris ovato - sagittatis. ♄. In montosis asperis sterilibus, (in Krain gegen die Meeresküste hin; in d. westl. Schweiz an vielen Orten; im Oberelsafs bei Belfort auf Kalkhügeln häufig, eben so bei Grenzach im Oberbadischen u. auf d. Berge bei Bertrich an d. Mosel, aus welchem die Mineralquellen hervorkommen.) Mart. April. Schk. t. 287.

2. EUPHÓRBIA (L. gen. n. 609.) Involucrum florum proprium campanulatum, 9 - 10 dentatum; dentes 5 membranacei vel herbacei, erecti vel incurvati; 5, (vel 4,) cum his alternantes, extrorsum versi, supra disco carnoso nectarifluo toti vel pro parte tecti, glandulae nuncupati. Flores masculi 10 - 20 - plures, ad basin involucri proprii inserti, squamis ciliatis vel fissis fulti, nudi, monandri, constantes e stamine solitario, pedicello imposito, florescentia peracta de pedicello deciduo. Flos femineus solitarius, in centro involucri proprii pedicellatus, persistens. Cal. minimus sublobatus vel obsoletus. Pet. nulla. Ovar. 1. Styl. 3 fidus, vel 3 partitus, cruribus bifidis vel emarginatis. Caps. 3 cocca, coccis 1 spermis, dorso dehiscentibus et, valvulis subito contortis, semina elastice eiaculantibus. N. ab E. gen. n. 11.

Sect. I. Axisophyllum Roep. ap. Dub. bot. gall. p. 412. Folia stipulata.

1. E. Chamaesyce (L. sp. 652.) floribus axillaribus solitariis, glandulis integris, capsulae valvulis carinatis laevibus, *seminibus transverse rugosis*, *foliis stipulatis oppositis* petiolatis subrotundis basi obliquis antice leviter crenatis, crenis muticis, caulibus prostratis ramosis foliisque glabris vel hirsutis. ⊙. In aridis vinearum, arvorum, hortorumque areis Littoralis, Wulf. Jun. - Aug. Glandulae saturate rubrae. Variat glabra, caule villoso et caule foliisque canescenti - villosis; haec ultima est: E. canescens L. sp. 652. An h. l. quoque sit planta a b. Wulf. in Röm. arch. 3. p. 364. descripta, diiudicare nequeo, quum specimen in loco memorato lectum nondum viderim. Quam vero cl. Salzmann. sub nomine E. massiliensis DC. mecum communicavit, ea varietati pilosae E. Chamaesyces omnino simillima est, sed certo differt caulibus crassioribus, foliis maioribus et, basi excepta, in toto ambitu crenato - serrulatis, serraturis mucronulatis. G.

2. E. Peplis (L. sp. 652.) floribus axillaribus solitariis, glandulis integris, capsulae valvulis carinatis *seminibusque laevibus*, *foliis stipulatis oppositis* petiolatis oblongis obtusis emarginatis integerrimis vel postice crenulatis basi semicordatis, caulibus prostratis ramosis foliisque glabris. ⊙. In littore maris adriatici, (bei Triest gegen Servola zu, Wulf.) Jul. Aug. Glandulae supra saturate rubrae. G.

Sect. II. Tithymalus. Folia exstipulata. Glandulae, (dentes involucri proprii interiores, disco carnoso tecti,) subrotundae vel transverse ovales, non vero lunatae, neque bicornes.

a. Semina evidenter exsculpta.

3. E. helioscopia (L. sp. 658.) umbella 5 fida, ramis trichotomis, ramulis dichotomis, *glandulis integris*, capsula laevi, *seminibus favoso - reticulatis*, foliis obovatis antice serratis. ⊙. In locis cultis ubique. Jul. - Sept. Schk. t. 129.

b. Semina laevia. Capsula verrucis obsita, haemisphaericis, breviter cylindricis vel in filum elongatis.

4. E. platyphyllos (L. sp. 660.) umbellae 3 - 5 fidae, ramis trichotomis, ramulis dichotomis, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* sparsis obtusis *subhemisphaericis*, seminibus laevibus, *foliis* acutis a medio inaequaliter serrulatis obverse lanceolatis *basi cordata sessilibus*, infimis obovatis obtusissimis in petiolum attenuatis, *involucellis subtriangulari - ovatis* mucronatis serrulatis, seminibus subrotundis. ⊙. Jul. - Sept. Jacq. a. t. 376. Variat:

β. *literata*, foliis subtus et margine dense villosis, primariis litura purpurea vel fusca notatis: E. literata Jacq. collect. 2. p. 340. ic. rar. 3. t. 482. Haec, ad littora maris Monfalconii proveniens, simillima est E. pubescenti Vahl., sed in hac capsulae magis verrucosae, folia, etiam supra, villosa et semina punctulis elevatis sparsis exasperata sunt.

5. E. stricta (Linn. syst. nat. ed. 10. v. 2. 1049.) umbellae 3 - 5 fidae ramis trichotomis, ramulis dichotomis, glandulis integris,

capsula verrucosa, *verrucis* sparsis *breviter cylindricis*, *foliis* acutis a medio inaequaliter serrulatis obverse lanceolatis *basi cordata sessilibus*, infimis obovatis obtusissimis in petiolum attenuatis, *involucellis subtriangulari-ovatis* mucronatis serrulatis, seminibus ovalibus laevibus. ⊙. In locis sylvaticis, (sehr zerstreut d. d. G.) Jun.-Sept. Engl. bot. t. 333. E. dubia Dierb. fl. heidelberg. 2. p. 127. Fructibus dimidio minoribus et verrucis, non elongatis quidem, sed tamen cylindricis, ab antecedente differt. — E. micrantha M. Bieb. taur. cauc. 1. p. 377., E. strictae simillima est, tamen, me iudicante, diversa: caule graciliore, adscendente, non stricto, foliis intense viridibus fere elliptico-lanceolatis, evidentius petiolatis et basin versus multo magis attenuatis, umbella, etiam speciminum in terra pingui cultorum, solummodo trifida, et verrucis fructus elongatis filiformibus.

6. E. DULCIS (L. sp. 656.) umbellae 5 fidae ramis semel bifidis, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* sparsis *inaequalibus obtusis*, *foliis* lanceolato-oblongis obtusis *basin versus attenuatis* integerrimis vel antice serrulatis *brevissime petiolatis*, *involucris lanceolatis*, *involucellis basi truncatis* triangulari-ovatis serrulatis, rhizomate horizontali, *caule tereti* (exsiccato) subtiliter striato. ♃. In nemoribus et pratis sylvaticis, in montosis et subalpinis, (Schweiz u. vom Oberelsafs längs d. g. A. K. hin bis Oestr., sodann durch Böhm., Mähr., Schles. nach Thüring. u. d. Harze u. Hessen; in d. Gebirgen der Mosel u. des Unterrheines.) April. Mai. Jacq. a. t. 213. Tithymalus dulcis Scop. carn. 1. p. 335. E. solisequa Reichenb. fl. exc. p. 756. Glandulae atro-purpureae. Capsulae verrucosae et pilosae. Variat:

β. *purpurata*, capsulae verrucosae quidem, sed pilis destitutae: E. purpurata Thuill. fl. par. 235. Reichenb. ic. 2. f. 267.

7. E. ANGULATA (Jacq. collect. 2. p. 309. ic. rar. t. 481.) umbellae 5 fidae ramis erectis semel bifidis, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* sparsis obtusis *subhemisphaericis*, seminibus laevibus (?), *foliis* oblongo-ovalibus oblongisve *subsessilibus* antice serrulatis, *involucris ovatis* sessilibus, *involucellis basi truncatis* subtriangulari-ovatis aeque latis ac longis serrulatis, rhizomate horizontali, *caule argute angulato-striato*. ♃. In montanis sylvaticis, (Oestr. u. Mähr.) Mai. Jun. „Glandulae flavae, dein luteae, tandem emarcidae, ferrugineae" Jacq. G.

8. E. CARNIOLICA (Jacq. austr. app. p. 34. t. 14.) umbellae 5 fidae *ramis nutantibus semel bifidis*, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* sparsis obtusis *subhemisphaericis*, seminibus laevibus, foliis lanceolato-oblongis obtusis integerrimis basin versus attenuatis breviter petiolatis, *involucellis ellipticis basi rotundatis* integerrimis involucrisque breviter petiolatis, rhizomate horizontali. ♃. In collibus apricis, (im wärmern Krain; bei Botzen im südl. Tyrol.) April. Mai. Tithymalus pilosus Scop. carn. 1. p. 336. t. 21.

9. E. VERRUCOSA (Lam. dict. 2. 434.) umbellae 5 fidae *ramis erectis trifidis bifidis*, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis brevibus cylindricis*, seminibus laevibus, foliis oblongo-ovatis subsessilibus serrulatis, involucris ovatis, *involucellis* ellipticis

obtusis *basi attenuatis* rotundatisve breviter petiolatis involucroque serrulatis, radice multicipite. ♃. In locis incultis inter virgulta, ad vias, (vom Oberelsafs u. der Schweiz durch d. g. südl. D. u. nördlich bis Würzburg; vereinzelt bei Trier.) Mai. Jun. E. dulc. Sm. fl. graec. 464. Reichenb. fl. exc. p. 757. Tithymalus verrucosus Scop. carn. 1. p. 336. Tota umbella sub anthesi pulchre flava est. Variat humilior, caulibus purpureis: E. flavicoma DC. cat. h. monsp. p. 110., secund. Roeper. en. euphorb. p. 61. — E. verrucosa Linnaei dubia est, sed Lamarckii, egregia descriptione illustrata, certissima. — E. dulcis L., quae „exsiccatione nigra evadit „conf. sp. pl. 656. ad hanc speciem, quidquid dicat b. Smith., pertinere nequit.

10. E. EPITHYMOIDES (L. sp. 656.) umbellae 5 fidae ramis erectis trifidis bifidis, *involucri proprii laciniis involucrum ipsum aequantibus*, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* elongatis *filamentiformibus*, seminibus laevibus, foliis oblongis sessilibus, involucellis ellipticis obtusis emarginatis basi attenuatis rotundatisve breviter petiolatis involucroque integerrimis, radice multicipite. ♃. In collibus asperis sylvaticis, (Krain, Steyerm., Unteröstr., Mähren.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 344. Glandulae flavae; murices capsulae rubellae. G.

11. E. FRAGIFERA (Jan. plant. ital. exsicc. et ap. Link. in hort. berol. 2. p. 16.) umbellae 5 fidae ramis bifidis, *involucri proprii laciniis perigonio quadruplo brevioribus*, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* elongatis *filamentiformibus*, seminibus laevibus, foliis oblongis lanceolatisve sessilibus, involucellis subrotundo-ovatis basi rotundatis integerrimis serrulatisve, radice multicipite. ♃. In montosis asperis, (Krain u. östr. Litt.) April. Mai. E. spinosa Wulf. in Röm. arch. 3. p. 367. Tithymalus Pithyusa Scop. carn. 2. p. 335. E. fragif. Reichenb. ic. 7. f. 870. Glandulae fusco-rubrae, sicut Scopolius eas describit. G.

12. E. PALUSTRIS (L. sp. 662.) *umbellae multifidae ramis trifidis bifidis*, glandulis integris, capsula verrucosa, *verrucis* oblongis *breviter cylindricis*, seminibus laevibus, foliis sessilibus lanceolatis integerrimis subdenticulatisve glabris, *involucellis* ellipticis obtusis *basi attenuatis* sessilibus. ♃. In pratis humidis, ad ripas, (stw. d. d. g. Geb.) Fl. dan. t. 886. Glandulae fulvae.

c. Semina laevia. Capsula laevis vel verruculis punctisve elevatis minutis adspersa, nec proprie verrucosa.

13. E. PROCERA (MBieb. taur. cauc. 1. 378.) umbellae 5-6 fidae radiis trifidis bifidis, *glandulis integris*, *capsula laevi vel tuberculis minutis adspersa longe pilosa vel glabra*, *seminibus laevibus*, *foliis* sessilibus oblongo-lanceolatis *serrulatis* postice integerrimis *supra et subtus villosis* quandoque glabrescentibus, involucellis ovalibus obtusis postice rotundatis vel subattenuatis. ♃. In locis sylvaticis humidiusculis inter virgulta, ad rivos, (in Oberbaden, Kärnth., Krain, Steyerm., Mähren u. Schlesien.) Jun. Jul. Occurrit:

α. capsulis laevibus glabris: E. procera Reichenb. ic. 2. f. 270. E. villosa WK. pl. rar. hung. 1. p. 96. t. 93., capsulae ut laeves de-

scribuntur, in diagnosi autem, e speciebus plantarum Willdenowii transcripta, verrucosae audiunt.

β. *trichocarpa*, capsulis laevibus, plus minusve, quandoque dense pilosis, pilis elongatis: E. mollis Gmel. bad. 2. p. 331. E. coralloides L. sp. 659., secund. cl. Roeper. in enum. euphorb. p. 60.; descriptio Linnaeana bene quadrat, sed praeter pilos capsulae nullam notam detegere possum, qua ab E. procera distinguatur.

γ. *tuberculata*, capsulis sparsim minute tuberculatis, ceterum glabris: E. villosa Willd. sp. 2. 2. 909.

δ. *lasiocarpa*, eadem atque antecedens, sed capsulae insuper pilis longis obsitae: E. pilosa Rochel. bann. t. 6. f. 15. Reichenb. ic. 2. f. 269. an Linn.? Verrucas, quemadmodum in E. dulci, E. verrucosa aliisque reperiuntur, in hac specie nunquam vidi. G.

14. E. Gerardiana (Jacq. fl. austr. 5. p. 17. t. 36.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis integris*, *capsula laevi* vel subtilissime punctulato-scabra, seminibus laevibus, *foliis* glaucis lanceolato-linearibus, linearibusve acuminato-mucronatis *integerrimis glaberrimis*, involucellis triangulari-ovatis transverse latioribus aristato-mucronatis basi truncatis cordatisve, radice multicipite descendente. ♃. In campis arenosis, ad vias, ripas, (südl. Schweiz; Rheinfläche von Basel bis Westphal.; Mainthal v. Würzb. bis Frankf.; Thüringen; Oestreich.) Jun. Jul. E. Caiogala Ehrh. beitr. 2. 102. E. linariaefolia Lam. dict. 2. 102. E. Esula Pollich. pal. 2. p. 18.

15. E. pannonica (Host. fl. a. 2. p. 566.) umbellae multifidae radiis semel bifidis, *glandulis truncatis*, *capsula immatura dense pilosa*, *pilis crassiusculis* subtiliter *articulatis*, seminibus laevibus, foliis glaucis lanceolatis acutis breviter mucronulatis antice subtiliter crenulatis, superioribus latioribus, involucellis lato-ovatis obtusis mucronatis, radice multicipite. ♃. In pratis, campis, ad agrorum margines, (häufig in d. Gegend v. Wien bei Lanzendorf, u. Himberg, nach Host.) Cl. Fenzl. misit specimina sicca; viva possideo, ex horto vindob. sub nomine E. glareosae accepta. Cum capsulis fere explicatis exsiccavi quidem, sed maturas examinare oblitus sum. E. pulverulenta Kit., a D. Lang. accepta, eadem quidem planta est, varietas autem foliis angustioribus et involucellis lanceolatis. G.

Sect. III. Esula Roep. ap. Dub. bot. gall. p. 114. Glandulae lunatae vel bicornes.

a. Semina laevia. Involucella connata.

16. E. amygdaloides (L. sp. 663.) umbella multifidae ramis iterato-bifidis, glandulis lunato-bicornibus, *capsulis glabris* subtiliter punctulato-scabris, seminibus laevibus, foliis pubescentibus, annotinis obovato-oblongis lanceolatisve in petiolum attenuatis, hornotinis caulium iuniorum oblongis, involucris ovatis, *involucellis in patellulam planam connatis*. ♃. In sylvis frondosis umbrosis, montium et reg. subalpinar., (v. d. Schweiz u. d. Elsafs dch Würtemberg bis Oestr., im Rhein- u. Maingebiete; Harz, Thüring., Schles., Mähr., bei Danzig.) April. Mai. E. sylvatica Jacq. a. t. 375. Glandulae luteolae vel purpureae. Involucr. propr. glabrum, in sequente vil-

losum. — E. sylvaticam, ab E. amygdaloide diversam, mihi vero ignotam, habet Tenor. in syllog. fl. neap. p. 237.

17. E. Wulfenii (Hopp. bot. ztg. 12. 1. p. 159.) umbellae multifidae ramis iterato-bifidis, glandulis lunato-excisis bicornibus, *capsulis dense villosis*, seminibus laevibus, foliis sessilibus lanceolato-linearibus integerrimis supra subtusque velutino-tomentosis, involucris obovatis oblongisve, *involucellis turbinato-connatis*. ♃. In locis saxosis asperis Littoralis austriaci. April. Mai. E. characias Wulf. in Roem. arch. 3. p. 370., sed color petalorum per errorem „primum saturate flavus, serius atro-rubens" descriptus est; petala E. Wulfenii semper mellei coloris sunt, colorem servant, et nunquam in atro-rubentem abeunt. — E. veneta Willd. en. 1. 507., commixta est ex E. Wulfenii et E. Characia, petala in descriptione E. Characiam designant; in herbario sub. n. 9390. fol. 1. E. Characias; f. 2. E. Wulfenii asservatur. Venetiis nostra species non crescit, nam Ruchingeri flora „dei Liti veneti" eam non continet.

E. Characias (L. sp. 662.) in ditione florae nostrae nondum lecta est; differt ab E. Wulfenii, umbella multo breviore, involucellis fere planis vix pelviformibus saturate viridibus, floribus minoribus, glandulis antice truncatis, angulis acutis vel in cornicula brevia terminatis, et colore glandularum atro-purpureo sensim pallescente et in colorem sordide lateritium transeunte. E. Wulfeni iam e longinquo umbella ampla viridi-flava cognoscitur; involucella in formam fere infundibuliformem connata sunt, involucra propria maiora, glandulae antice semicirculo excisae, in cornua 2, acuta, deflexa terminantur, et color earum constanter diversus est. G.

b. Semina laevia, involucella libera.

18. E. Cyparissias (L. sp. 661.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso subtiliter punctulato-scabris, *seminibus laevibus*, *foliis exacte linearibus vel basin versus paulo attenuatis* integerrimis glabris, rameis angustissimis, involucellis rhombeo- vel subtriangulari-ovatis longitudine sua latioribus breviter acuminatis integerrimis, radice repente. ♃. In campis arenosis, ad vias. April. Mai. Jacq. a. t. 435. Glandulae cerinae.

19. E. Esula (L. sp. 660.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso subtiliter punctulato-scabris, *seminibus laevibus*, *foliis lanceolatis* vel linearilanceolatis *basin* versus *attenuatis* glabris, margine apicis scabriusculis, inferioribus subpetiolatis, rameis angustioribus, involucellis rhombeo- vel triangulari-ovatis longitudine sua latioribus obtusis mucronatis vel breviter acuminatis, radice repente. ♃. In pratis ad salicum dumeta, fossas, vias humidas, (stw. d. d. Geb., doch vielleicht nicht in d. Schweiz.) Jun.-Aug. Fl. dan. t. 1270.

20. E. salicifolia (Host. syn. p. 267.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso punctulato-scabris, *seminibus laevibus*, *foliis lanceolatis basi apiceque attenuatis integerrimis dense pubescentibus*, involucellis rhombeo- vel triangulari-ovatis longitudine sua latioribus obtusis

mucronatis vel breviter acuminatis, radice repente. ♃. In pratis, ad vias, (bisher blofs in Unteröstreich.) Mai. Jun. W. Kit. pl. r. hung. t. 55. Rochel. bannat. t. 7. f. 16., forma angustifolia. G.

21. E. VIRGATA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. p. 176. t. 162.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso punctulato-scabris, *seminibus laevibus*, *foliis lineari-lanceolatis a medio apicem versus sensim attenuatis* integerrimis glabris *opacis*, involucellis rhombeo- vel subtriangulari-ovatis longitudine sua latioribus obtusis mucronatis vel breviter acuminatis, *radice descendente multicipite*. ♃. In pratis, ad vias, (Oestreich, Mähren u. Böhm.) Mai. Jun. E. uralensis Fischer. ap. Link. en. h. berol. 2. p. 14. G.

22. E. LUCIDA (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 1. p. 54. t. 54.) umbellae multifidae radiis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso punctulato-scabris, *seminibus laevibus*, *foliis lanceolatis* vel lineari-lanceolatis *a medio apicem versus sensim attenuatis* integerrimis glabris *nitidis*, involucellis rhombeo- vel subtriangulari-ovatis longitudine sua latioribus obtusis mucronatis vel breviter acuminatis, *radice horizontali repente*. ♃. In pratis humidis, salicetis, ad fossas, (Mähren u. Schlesien.) Jul. Aug. Variat:

α. *latifolia*, foliis oblongo-lanceolatis rotundato-obtusis, caule 2-4 pedali. Wimm. et Grab. fl. sil. 3. p. 282.

β. *salicifolia*, foliis lineari-lanceolatis acutiusculis, caule sesquipedali. Fl. sil. l. c.

γ. *linearifolia*, foliis anguste linearibus acutiusculis confertis, caule subpedali. Fl. sil. l. c. G.

23. E. SAXATILIS (Jacq. fl. austr. 4. p. 23. t. 345.) umbellae 5 fidae radiis semel bifidis, *glandulis* antice truncatis *bicornibus*, *corniculis brevibus obtusis*; capsulae coccis punctulato-scabriusculis dorso tenuiter carinatis, *seminibus laevibus*, *foliis* glaucis glabris integerrimis, *inferioribus* lineari-oblongis cum mucrone obtusis emarginatisve *basi attenuatis*, *supremis ellipticis*, involucellis transverse latioribus obtusis mucronatis basi truncatis subcordatisve, *radice descendente multicipite*. ♃. In saxosis montosis, (Unteröstr., Steyerm., Krain.) Glandulae cerinae. — Huic similis est E. portlandica Huds., sed facile dignoscitur foliis in apice obtuso et involucellis apice breviter acuminatis seminibusque dense foveolato-punctatis. G.

24. E. NICAEENSIS (Allion. ped. 1. p. 285. t. 69. f. 1.) umbellae multifidae radiis semel bifidis, glandulis *semiluminari-truncatis vel bicornibus*, *capsulae coccis exsiccatis rugulosis dorso tenuiter carinatis*, *seminibus laevibus*, foliis glabris glaucis oblongo-linearibus obtusis vel breviter acuminatis mucronulatis integerrimis basin versus paulum attenuatis, involucellis cordato-ovatis obtusis mucronulatis. ♃. In locis sterilibus incultis, (im innern Krain, Littorale.) Jul. Aug. Jacq. ic. rar. t. 485. E. serotina Host. a. 2. p. 562. E. multicaulis Thuill. par. ed. 2. 1. p. 238. E. oleaefolia Gouan. in herb. Desf. Variat α. glandulis bicornibus et

β. *glareosa*, glandulis semilunari-truncatis, corniculis nullis: E. glareosa MB. taurico-cauc. 1. p. 373. 3. p. 324. E. serotina Host. a. 2. p. 562. G.

25. E. Paralias (L. sp. 657.) umbellae 5 fidae, rarius 3-4 fidae ramis bifidis, glandulis lunatis non bicornibus, *capsulae coccis exsiccatis rugulosis dorso sulco exaratis, seminibus laevibus*, foliis glabris glaucis oblongo-linearibus linearibusque acutis vel obtusiusculis muticis integerrimis, involucellis transverse ovalibus concavis muticis vel brevissime apiculatis. ♃. In arenosis maritimis ad mare adriaticum. Jacq. h. vind. 2. t. 188. E. paralia Sm. engl. fl. 4. p. 63. G.

c. Semina rugosa, tuberculata, vel varie foveolata et exsculpta. Folia alterna vel sparsa.

26. E. Myrsinítes (L. sp. 661.) umbellae 5-8 fidae ramis bifidis, *glandulis bicornibus*, cornibus dilatatis, *capsula siccata rugulosa*, coccis dorso subcompressis obtuse carinatis, *seminibus foveolato-rugosis*, foliis glaucis obovato-oblongis obovatisve obtusis vel breviter acuminatis mucronatis glabris margine scabriusculis, *involucellis reniformibus* mucronulatis. ♃. In saxosis asperis ad littus maris, (auf Cherso.) Jun. Jul. Clus. hist. 2. 189. J.

27. E. pinea (L. syst. nat. 2. p. 333.) umbellae 5-9 fidae ramis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso stria punctulato-scabra notatis, *seminibus foveolato-reticulatis*, *foliis* glaucis *obtusis mucronatis glabris*, inferioribus linearibus, superioribus latioribus, *supremis* foliolisque involucri ovatis *subtrilobis*, involucellis cordato-reniformibus. ♃. In locis saxosis ad littus maris, auf Cherso, Noé.) Mai. Jun. E. caespitosa Tenor. syllog. fl. neap. p. 235. E. linifolia Tenor. prodr. fl. neap. p. 29. E. pinea Guss. fl. sicul. prod. 1. 548. Linnaei diagnosis bene in plantam Gussonianam, hic propositam, quadrat. J.

28. E. segetalis (L. sp. 657.) umbellae 5 fidae ramis iterato-bifidis, *glandulis bicornibus*, capsulae coccis dorso stria punctulato-scabra notatis, *seminibus foveolato-reticulatis*, *foliis* glaucis *linearibus acuminatis mucronatis* glabris, *superioribus latioribus*, involucellis reniformibus vel subrhombeis mucronatis. ⊙. Inter segetes, (im Wallis, in Istrien, Oestreich, Schlesien, bei Frankf. a. M.; Jena.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 450.

29. E. Peplus (L. sp. 653.) umbellae trifidae ramis iterato-bifidis, glandulis bicornibus, capsulae coccis dorso bicarinatis, carinis subalatis, *seminibus hinc longitudinaliter bisulcatis inde foveolato-punctatis*, foliis petiolatis obovatis obtusissimis basi in petiolum protractis integerrimis, infimis suborbiculatis, involucellis ovatis. ⊙. In cultis ubique. Jul. in hyemem. Fl. d. t. 1100.

30. E. falcata (L. sp. 654.) umbellae trifidae ramis iterato-bifidis, glandulis breviter bicornibus, capsulis laevibus, *seminibus seriebus 4 linearum transversalium exsculptarum notatis*, foliis lanceolatis basi attenuatis acutis vel acuminatis glabris, infimis spathulatis obtusis emarginatisve cum mucronulo, involucellis ovatis

ellipticisve mucronatis. ⊙. Inter segetes, (südl. Schweiz, Südtyrol., Littorale u. v. da nach Oestr., Mähren, Böhmen u. Thüringen, a. d. Rheinfläche v. Speyer bis Mainz.) Jul.-autumn. Jacq. a. t. 121. E. arvensis Schleich. exs. Variat foliis acuminatis, acutis et obtusiusculis, semper tamen mucronatis, atque involucellis lato-ovatis acuminatis ellipticisve acutis, porro involucellis distantibus et

β. *minor*, „imbricatis, foliis bracteisque acuminatis" E. acuminata Lam. dict. 2. 426. Tenor. fl. neap. 1. p. 261. E. obscura Lois. fl. gall. ed. 2. 1. p. 339., sec. Tenor. syllog. p. 234.

31. E. EXIGUA (L. sp. 654.) umbellae trifidae ramis iterato-bifidis, glandulis bicornibus, capsulis laevibus, *seminibus tuberculato-rugosis*, foliis linearibus vel lineari-cuneatis acutis vel obtusis cum mucronulo vel retusis glabris, *involucellis e basi subcordata linearibus* acutis. ⊙. In agris et locis cultis. Jun.-autumn. Variat foliis omnibus acutis et

β. *truncata*, foliis truncatis vel subretusis cum apiculo prominente: E. exigua β. retusa Roth. tent. 2. 1. 526.

γ. *tricuspidata*, foliis apice subito subauriculato-dilatatis retusis cum mucronulo, quasi trilobis: E. exigua γ. Lois. fl gall. ed. 2. 338. E. rubra DC. fl. fr. 5. p. 359., non Cav., sec. Loisel. E. tricuspidata Lap. abr. 271. E. diffusa Jacq. misc. 2. p. 311. ic. rar. t. 88. Haec in Germ. australi. Formis intermediis in var. antecedentem transire videtur; sed vivam observandi occasio mihi nondum data fuit. Cl. Roeper. cum hac varietate E. rubram Cav., mihi nondum satis notam, quoque coniungit.

d. Semina rugosa, folia opposita decussata.

32. E. LATHYRIS (L. sp. 655.) umbellae quadrifidae ramis iterato-bifidis, glandulis bicornibus, capsulis (siccatis) rugosis, seminibus rugosis subreticulatis, *foliis oppositis decussatis* oblongo-linearibus *sessilibus*, superioribus basi cordatis, involucellis oblongo-ovatis acutis. ⊙. In locis cultis, (wild in d. südl. Schwz, d. südl. Tyrol u. d. Littor., im nördl. Gebiete verwildert.) Jun. Jul. Glandulae pallide luteae.

3. MERCURIÁLIS (L. gen. n. 1a25.) Flores dioici vel monoici. Perigon. 3 partitum. Mas. Stam. 9-12. Styl. brevis; stigmata 2, elongata. Caps. dicocca; coccis 1 spermis. N. ab E. gen. 3. 15.

1. M. PERENNIS (L. sp. 1465.) caule simplicissimo, *foliis* petiolatis *ovato-oblongis lanceolatisve*, *floribus femineis longe pedunculatis*. ♃. In sylvis montanis. April. Mai. Fl. d. t. 400. M. longifolia Host. a. 2. p. 666. M. Cynocrambe Scop. carn. 2. p. 266.

2. M. OVATA (Sternb. et Hopp. denkschr. d. bot. ges. z. Regensb. 1815. p. 170. t. 4.) caule simplicissimo, *foliis* subsessilibus vel breviter petiolatis *ovatis*, *floribus femineis longe pedunculatis*. ♃. In sylvis montanis, (Kärnthen, Krain, Steyermark, Unteröstreich.) April. Mai. Num propria species sit, an varietas antecedentis, ulteriores observationes docebunt. G.

3. M. ANNUA (L. sp. 1465.) caule ramoso, foliis petiolatis ovato-lanceolatis ovatisve, *floribus femineis subsessilibus.* ⊙. In cultis et ruderatis. Jun.-autumn. St. h. 29.

Ord. CVI. URTICEAE. Juss. gen. p. 400.

Flores monoici, dioici vel polygami. Perigonium inferum, 4 partitum, rarius 3-6 partitum, laciniis per aestivationem imbricatis; vel in floribus femineis integrum. Stam. definita, libera, fundo perigonii inserta, eiusdem laciniis opposita. *Ovarium* liberum 1-2 loculare, *1 ovulatum*, vel 2 loculare, loculis 1 ovulatis. Styli 2, vel 1. *Fructus indehiscens.* Embryo rectus, vel curvatus, vel spiralis. Folia stipulata, *stipulis liberis, plerumque caducis.*

Trib. I. *URTICEAE GENUINAE.* Ovarium 1 loculare. Sem. erectum, embryone recto.

1. URTÍCA (L. gen. n. 1054.) Flores monoici, vel dioici. Mas. Perigon. 4 partitum. Stam. 4, ante anthesin induplicata; filamenta elastice resilientia. Fem. Perigon. 2 partitum. Stigma sessile capitato-penicillatum. Nux. N. ab E. gen. 3. 7.

1. U. PILULIFERA (L. sp. 1395.) foliis oppositis ovatis acuminatis inciso-serratis, *spicis femineis globosis* pedunculatis. ⊙. In cultis et ruderatis, (in d. Dorfe Windehausen bei Heringen u. um d. alte Schlofs Mansfelden, um Ellrich u. Quedlinburg in Thüringen.) Jun.-Octob. Engl. bot. t. 148. G.

3. U. URENS (L. sp. 1396.) foliis oppositis ovalibus acutis inciso-dentatis, *paniculis axillaribus* geminatis *petiolo brevioribus.* ⊙. In cultis, ruderatis, ad vias, ubique. Jul.-Sept. Fl. d. t. 739.

3. U. DIOICA (L. sp. 1396.) foliis oppositis oblongo-cordatis acuminatis grosse serratis, *paniculis axillaribus petiolo longioribus* pendulis, floribus dioicis. ♃. Ad sepes subhumidas, in sylvis. Jul.-Sept. Fl. d. t. 746.

2. PARIETÁRIA (L. gen. n. 1152.) Flores polygami. Perigonium campanulatum, quadrifidum, florum hermaphroditorum denique elongatum. Stam. 4, ante anthesin induplicata; filamenta elastice resilientia. Stylus filiformis; stigma capitato-penicillatum. Fem. Perigon. ut hermaphroditi, sed post anthesin non elongatum et stam. o. Nux. N. ab E. gen. 3. 8.

1. P. ERECTA (M. et K. deutschl. fl. 1. p. 825.) *foliis* alternis petiolatis *oblongo-ovatis*, basi apiceque acuminatis integerrimis triplinerviis pellucido-punctatis hirtis, pedunculis dichotomis, bracteis sessilibus flore brevioribus, *caulibus erectis simplicibus.* ♃. Ad muros, in ruderatis, (stw. d. d. G.) Jul.-autumn. P. officinalis Willden. sp. pl. 4. 953. DC. fl. fr. 3. p. 324. St. h. 9.

2. P. DIFFUSA (M. et K. deutschl. fl. 1. p. 827.) *foliis* alternis *ovatis* hasi apiceque acuminatis integerrimis triplinerviis pellucido-punctatis hirtis, pedunculis dichotomis, bracteis decurrentibus flore brevioribus, *caulibus prostratis diffusis ramosis.* ♃. Ad muros et vias, (im Rheinthale bei Heidelberg, Mainz, bis Neuwied; im Nahethale bis Creuznach hinauf; im Moselthale; bei Minden u. Göttingen; in d. ital. Schweiz u. d. südl. Tyrol.) Jul.-autumn. P. officinalis Pollich. pal. 2. p. 658. Smith. brit. p. 189. Engl. flor. 1. p. 223. „their red calyx becoming greatly elongated os the seed ripens" et secund. specimina anglica in herb. Mertens. P. iudaica Hoffm. deutschl. fl. 2. p. 276. Schk. t. 346. DC. fl. fr. 3. p. 824. Lam. illustr. t. 853. f. 2. MBieberst. tauric. cauc. 2. p. 440., non Linn. — P. *iudaica* (L. sp. 1192.) folia trinervia habet, nec triplinervia; conf. Smithii descriptionem P. off. in Fl. brit. p. 189. Ad hanc pertinet: Parietana ocymi folio Bocc. sic. t. 24. A., P. lusitanica β. M. Bieberst. taur. cauc. 2. p. 440., non P. lusitanica L. et DC. — Specimen meum caucasicum P. iudaicae flores staminigeros elongatos omnino habet.

Trib. II. *CANNABINEAE.* Ovarium uniovulatum, ovulo pendulo. Embryo curvatus vel spiralis, cotyledonibus incumbentibus. Fructus verus vel spurius, ex spica, amentum referente, factus et siccus.

3. CÁNNABIS (Linn. gen. n. 1115.) Flor. dioici. Mas. Perigon. 5 partitum. Stam. 5. Fem. perigon. 1 phyllum, uno latere longitudinaliter fissum. Styl. 2. Nux perigonio persistenti inclusa. N. ab E. gen. 3. 9.

1. C. SATIVA (L. sp. 1457.) ⊙. Ex India orta, fere ubique colitur. Schk. t. 325. Colit.

4. HÚMULUS (L. gen. n. 1116.) Flor. dioici. Mas. Perigon. 5 partitum. Stam. 5. Fem. Perigon. squamaeforme, apertum, intra squamas, spicam strobiliformem formantes. N. ab E. gen. 3. 10.

1. H. LUPULUS (L. sp. 1457.) In dumetis et sepibus; magna copia hinc inde colitur. Schk. t. 326. Colit.

Trib. III. *ARTOCARPEAE.* DC. fl. fr. 3. p. 318. Ovarium 1 vel 2 loculare. Sem. pendulum; embryo curvatus, cotyledonibus accumbentibus. Fructus spurius carnosus vel succulentus, e receptaculo ortus, vel e receptaculo et perigoniis formatus.

5. FICUS (L. gen. 1186.) Flores monoici vel dioici, in receptaculo carnoso, apice umbilicato, intus cavo inclusi. Mas. Perigon. 3 partitum. Stam. 3. Fem. Perig. 5 fidum. Ovarium 1 loculare. Styl. lateralis; stigm. 2. N. ab E. gen. 3. 6.

1. F. CÁRICA (L. sp. 1513.) foliis cordatis palmatis supra scabris subtus pubescentibus. ♄. Colitur in provinciis calid. Schk. t. 358. Colit.

6. MORUS (L. gen. n. 1055.) Perigonium 4 partitum. Mas. Stam. 4. Fem. Ovarium 2 loculare. Styl. 2. Fructus spurius,

e receptaculo, perigoniis et utriculis succulentis formatus. N. ab E. gen. 3. 5.

1. M. ALBA (L. sp. 1398.) foliis cordatis basi inaequalibus ovatis integris lobatisve serratis, amentis femineis pedunculum subaequantibus, *perigoniis margine glabris*, stigmatibus glabris breviter papillosis. ♄. Colitur. Mai. Schk. t. 290. Fructus albus. Colit.

2. M. NIGRA (L. sp. 1398.) foliis cordatis ovatis integris lobatisve serratis, amentis femineis subsessilibus, pedunculum multoties superantibus, *perigoniis margine stigmatibusque hirsutis*. ♄. Colitur. Mai. Fructus niger. Colit.

Trib. IV. *CELTIDEAE*. Dub. bot. gall. p. 421. Ovarium 1 loculare. Sem. pendulum; embryo curvatus, cotyledones conduplicatae. Fructus verus.

7. CELTIS (L. gen. n. 1143.) Flores polygami. Hermaphr. Perigon. 5-6 partitum. Stam. 5, 6, imo perigonio inserta. Ovarium 1 ovulatum. Styli 2. Drupa pyrena ossea. Masc. Pistillum o; cetera ut hermaphroditi. N. ab E. gen. 3. 4.

1. C. AUSTRALIS (L. sp. 1478.) foliis oblongo-lanceolatis acuminatis argute serratis supra scabris subtus molliter breviterque villosis basi inaequalibus. ♄. In montanis asperis inter virgulta reg. calid., (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Littor.) Mai. D. fl. 2. p. 329. Lam. illustr. t. 844. f. 1.

Trib. V. *ULMACEAE*. Mirb. elem. 2. p. 905. Ovarium biloculare. Sem. pendulum. Embryo rectus; cotyledones planae. Fructus verus.

8. ULMUS (L. gen. n. 316.) Flores hermaphroditi. Perigon. campanulatum, 4-5 dentatum, marcescens. Stam. 4, 5-12. Styli 2. Nux abortu 1 locularis, ala cincta. N. ab E. gen. 3. 3.

1. U. CAMPESTRIS (L. sp. 327.) foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, floribus subsessilibus, *fructibus glabris*. ♄. In sylvis montanis. Mart. April. D. fl. 2. p. 327. Occurrit:

α. nuda, cortice ramorum laevi, non suberoso; porro, 1. foliis scabris, fructibus oblongis: U. campestris Sm. engl. fl. 2. 20., engl. bot. t. 1886. U. nuda Ehrh. beitr. 6. p. 86.; 2. foliis scabris, fructibus orbicularibus: U. montana Sm. l. c. p. 22., engl. bot. t. 1887. U. excelsa Borkh. forstb. p. 839. U. campestris a. latifolia Meyer. chlor. han. 80.; 3. foliis glabris, fructibus obovatis: U. glabra Mill. dict. n. 4. Sm. l. c. p. 23., engl. bot. t. 2218. U. campestris β. carpinifolia Mey. l. c.

β. suberosa, cortice ramorum plus minusve suberoso-alato et porro, 1. foliis maioribus fructibus obovatis: U. maior Sm. l. c. 21., engl. bot. t. 2542. U. hollandica Mill. dict. n. 5.; 2. foliis minoribus, fructibus orbicularibus: U. suberosa Ehrh. beitr. 6. 87. U. tetrandra Schk. t. 57. a. b. Fructus figura, me observante, non constans est et quidem in una eademque varietate.

2. U. EFFUSA (Willd. prodr. flor. berol. n. 296.) foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, floribus pedunculatis pendulis, *fructibus margine villoso-ciliatis.* ♄. In sylvis montanis hinc inde. Mart. April. D. fl. 2. p. 328. U. ciliata Ehrh. beitr. 6. 88. U. octandra Schk. t. 57. a. b. U. racemosa Borkh. l. c. 1. 851.; U. effusa Borkh. l. c.; modificatio foliis maioribus.

Ord. CVII. JUGLANDEAE. DC. theor. elem. ed. 1. p. 215.

Flores monoici; *masc. amentacei.* Perigonium 2-6 partitum. Stam. plurima in medio perigonii inserta; filamenta brevissima; antherae 2 loculares, longitudinaliter dehiscentes. *Flores fem. solitarii, bini ternive in apice ramulorum, involucro destituti. Cal. superus, 4 dentatus deciduus. Petala 4, herbacea.* Ovarium 1 loculare, 1 ovulatum, *ovulo erecto.* Stigmata 2, lanceolata, elongata, vel 1, peltatum, 4 lobum. Drupa carnosa, putamine 2-4 valvi. Sem. exalbuminosum. Embryo cotyledonibus carnosis, bifidis, gyroso-plicatis. Radicula supera, ab hilo remota. Arbores foliis exstipulatis, non punctatis.

1. JUGLANS (L. gen. n. 1071., excl. specieb.) Stigmata 2, lanceolata. N. ab E. gen. 3. 2.

1. J. REGIA (L. sp. 1415.) foliolis subnovenis ovalibus glabris subserratis subaequalibus, fructibus globosis. ♄. In regionibus calidioribus frequenter colitur. Mai. Schk. t. 302. Colit.

Ord. CVIII. CUPULIFERAE. Rich. bot. med. edit. germ. p. 187. Corylaceae Mirb. elem. p. 906. Quercineae Juss. dict. sc. nat.

Flores monoici; *masc. amentacei.* Amentum cylindricum vel subrotundum, e bracteolis compositum. Perigonium o vel 4-6 fidum. Stam. 5-20 et plura, perigonio vel bracteolae inserta. Antherae biloculares, birimosae. *Feminei solitarii vel plures, aggregati, vel spicati. Perigonium ovario adnatum limbo denticulato, saepe evanescente.* Ovarium 2-6 loculare, loculis 1-2 ovulatis, ovulis pendulis. Stigmata 2-6, basi saepe connata. *Involucrum varium post anthesin excrescens, pericarpia obtegens aut fovens,* saepe fructum spurium referens. Nux abortu 1 locularis, 1 sperma. Semen exalbuminosum. Embryo rectus. Radicula hilum spectante.

1. FAGUS (L. gen. n. 1072.) Mas. Amentum subglobosum. Squamae minutae deciduae. Perigonia 5-6 fida. Stam. 10-15. Fl. femin. solitarii. Involucrum 4 fidum, 2 forum. Ovarium perigonio parvo coronatum. Stigmata 3. Pericarpium immaturum 3 lo-

culare, loculis 2 ovulatis. Nuces maturae 1-2 spermae, involucro aucto indurato inclusae. N. ab E. gen. 1. 16.

1. F. SYLVATICA (L. sp. 1416.) foliis ovatis glabris obsolete dentatis margine ciliatis. ♄. In solo fertili planitierum, montium et reg. subalpinarum, ultra 4000 pedes adscendens. Mai.

2. CASTÁNEA (Tournef. inst. t. 352.) Mas. Amentum floribus glomeratis sessilibus; glomeruli bracteolis fulti. Perigonium 6 partitum. Stam. 10-20. Fem. Involucrum 4 fidum, 2-3 florum. Perigon. superum 5-8 fidum. Stigmata 5-8. Ovar. 5-8 loculare, loculis 2 ovulatis. Nux unilocularis. N. ab E. gen. 1. 17.

1. C. VULGARIS (Lam. dict. 1. p. 708.) foliis oblongo-lanceolatis acuminatis mucronato-serratis utrinque glabris. ♄. Colitur et in regionibus calidioribus sylvas format, sola cultura ortas. Jun. C. sativa Mill. dict. 11. 1. Fagus Castanea L. sp. 1416. Lam. epit. 118.

3. QUERCUS (L. gen. 1070.) Mas. Amentum. Perigonia sessilia, 5-9 partita. Stam. 5-9. Fem. Flores in axilla squamae deciduae. Involucrum foliolis minutissimis, serius in cupulam confluentibus. Perigonium minutum superum. Styl. 1. Stigmata 3. Pericarpium immaturum 3 loculare, loculis 2 ovulatis. Nux matura 1 locularis, 1 sperma.

a. Folia decidua.

1. Q. SESSILIFLORA (Sm. brit. 3. 1026.) *foliis* petiolatis obovatis basi emarginatis vel in petiolum productis sinuatis *glabris*, *lobis rotundato-obtusis muticis*, *pedunculis petiolum aequantibus brevioribusve*, squamis cupulae adpressis. ♄. In locis montanis humilioribus, sylvas umbrosas constituens; in alpinis vix ultra 3000 pedes adscendit. Mai. Q. sessilis Ehrh. arb. 87. sec. Smith. Q. Robur Roth. tent. 1. 408. Schk. t. 301. b. Q. Robur L. fl. suec. ed. 2. p. 340.

2. Q. PEDUNCULATA (Ehrhart. arbor. n. 77.) *foliis* breviter petiolatis vel subsessilibus oblongo-obovatis basi profunde emarginatis *glabris* sinuatis pinnatifidisque, *lobis rotundato-obtusis muticis*, *pedunculis petiolo multoties longioribus*, squamis cupulae adpressis. ♄. In planitiebus et locis calidioribus depressis. Mai. Q. Robur Smith. brit. 1026. Q. Robur α. L. fl. suec. ed. 2. p. 340. Q. femina Fl. dan. t. 1180. Q. racemosa Lam. dict. 1. 715. Q. pedunculata Schk. t. 301. a.

3. Q. PUBESCENS (Willd. sp. 4. 450.) *foliis* petiolatis obovatis basi emarginatis vel in petiolum productis sinuatis, *vernantibus tomentosis*, adultis subtus pubescentibus vel denique glabrescentibus, *lobis obtusis* integris vel obtuse uni-biangulatis *muticis*, squamis cupulae adpressis. ♄. In collibus et montibus sylvaticis, (am Kaiserstuhl u. a. Kalkbergen in Oberbad., südl. Schweiz bis in d. Litt.; Unteröstr., Mähren, Böhm.) Mai. Q. lanuginosa Thuill. par. 1. 502. Q. collina Schleich. exs. Q. Robur δ. Lam. dict. 1. 717. Q. faginea Rohr. et May. fl. v. Mähr. p. 210., non Lam. — Specimina, huic speciei ceterum simillima, e Tyroli australi misit

D. Elsmann, quorum cupulae, iam magnitudine pisi, pedunculo communi semipollicari insident; an h. l. Q. apennina Lam. dict. 1. 725. DC. fl. fr. 5. p. 352.?

4. Q. Cerris (L. sp. 141.) foliis obovatis oblongisve sinuatis vel pinnatifidis pubescentibus vel subtus cano-tomentosis, *lobis mucronatis, squamis cupulae elongatis lineari-subulatis patentibus contortis.* ♄. In montosis sylvaticis, (ital. Schweiz, Litt., Unteröstr.) Mai. Q. crinita Lam. dict. 1. p. 718. Q. Cerris et austriaca Willd. sp. 4. 454. Q. Aegilops Scop. carn. 2. p. 241: Fructus perfecti infra folia collocati sunt, quum secundo anno demum ad maturitatem perveniant. Folia sinuato-dentata et pinnatifida in una eademque arbore occurrunt.

b. Folia perennantia.

5. Q. Suber (L. sp. 1413.) foliis *sempervirentibus* ovatis lanceolatisve mucronatis integerrimis vel mucronato-serratis, *subtus incanis vel tomentosis, cortice rimoso-fungoso.* ♄. In collibus maritimis Istriae. Mai. Tabernaem. krtb. 1379. J.

6. Q. Ilex (L. sp. 1412.) *foliis* ovatis lanceolatisve *sempervirentibus* mucronatis integerrimis vel mucronato-serratis, *subtus incanis vel tomentosis, cortice integro.* ♄. In collibus maritimis, (ital. Schweiz; im Litt. bei Triest u. a. Cherso u. Osero.) Mai. Tabernaem. krtb. 1380. Notas, quibus praeter corticem trunci Q. Suber et Q. Ilex distingui possint, in speciminibus siccis, sub his nominibus mecum communicatis, hucusque reperire non potui, neque in scriptis auct. botanic. reperio.

7. Q. Coccifera (L. sp. 1413.) *foliis* sempervirentibus ovatis *spinoso-dentatis glabris.* ♄. In collibus Istriae. Mai. Ilex coccifera Tabern. krtb. p. 1381. J.

4. CÓRYLUS. Mas. Amentum, squamis obovatis, supra squamulis 2 auctis. Stam. 8, squamae inserta; antherae 1 loculares, filamenta per paria opposita, (filamentum ad basin partitum.) Fem. Gemma squamis imbricata, superioribus fertilibus, 1 floris. Ovarium receptaculo inmersum, stigmatibus 2 filiformibus, denique emergens et involucro bilobo inciso cinctum. Pericarpium immaturum spongioso-farctum, biovulatum, perigonio minutissimo coronatum. Nux matura 1-2 sperma.

1. C. Avellana (L. sp. 1417.) stipulis oblongis obtusis, *involucris fructus campanulatis apice patulis* lacero-dentatis, foliis subrotundis cordatis acuminatis. ♄. In sylvis et dumetis. Febr. Mart. Schk. t. 305.

2. C. tubulosa (Willd. sp. 4. p. 470.) stipulis oblongis obtusis, *involucris fructus tubuloso-cylindraceis apice coarctatis* inciso-dentatis, foliis subrotundis cordatis acuminatis. ♄. In sylvis reg. austral., (wird in Oestreich wild wachsend angegeben.) Febr. Mart. Guimp. t. 151.

C. Colurna in Hostii synopsi fl. austr. p. 523. inter plantas Austriae inferioris enumeratur; sed quum auctor in flora austriaca hunc locum natalem omiserit, eam non recepi.

5. CAR-

5. CARPINUS. Mas. Amentum squamis ovatis. Stam. 6 - 12, in basi squamae inserta. Antherae 2 loculares, loculis disiunctis. Fem. Amentum laxum. Squamae ternae, biflorae, exterior decidua, interiores bifidae, persistentes, in fructu valde auctae. Ovarium perigonio 6 dentato coronatum, biloculare, loculis 1 ovulatis. Stigmata 2. Nux matura 1 locularis.

1. C. Bétulus (L. sp. 1416.) *strobilorum squamis tripartitis*, laciniis lanceolatis, intermedia elongata serrata vel integerrima. ♄. April. Mai. Schk. t. 304. Varietas laciniis squamarum integerrimis in Germania non infrequens est; an h. l. C. Carpinizza Host. fl. a. 2. 626. ♂ Varietatem monstrosam:

β. *incisam*, foliis oblongis irregulariter inciso-serratis, (Ait. kew. 3. p. 362.,) circa Heidelberg. legit amic. C. Schimper.

2. C. duinensis (Scop. carn. 2. p. 243. t. 60. 1872.) *strobilorum squamis ovatis* inaequaliter serratis subangulatis *indivisis*. ♄. In sylvis reg. calid., (im Littorale gemein.) April. Mai. C. orientalis Lam. dict. 1. p. 707. G.

6. ŌSTRYA Micheli. Mas. Amentum squamis ovatis. Stam. 6-12, basi squamae inserta. Antherae biloculares, loculis filamento fisso disiunctis. Fem. Amentum laxum, squamis ovatis, bifloris. Ovarium perigonio coronatum, involucro urceolato basi setis copiosis cincto inclusum; styli 2, emersi. Involucrum fructus auctum, inflatum, capsulaeforme, membranaceum, in basi nucem bilocularem fovens, fructum spurium exhibens.

1. O. carpinifolia (Scop. carn. 2. p. 243.) strobilis ovatis pendulis, foliis ovatis acuminatis basi subcordatis, gemmis obtusis. ♄. Ad fluviorum ripas, (in Krain u. im Littorale, südl. Tyrol; ital. Schweiz.) April. Mai. Carpinus Ostrya L. sp. 1417. Ostrya italica carpini folio. Michel. gen. p. 233. t. 104.

Ord. CIX. SALICINEAE. Richard. in Kunth. nov. gen. amer. 2. p. 21. Amentacearum gen. Juss.

Flores unisexuales, dioici, amentacei. Amentum e squamis, (e bracteolis squamaeformibus) formatum. Perigonii loco glandula, quandoque duplex, vel urceolus carnosus, oblique truncatus, ad basin genitalium, in squamarum axilla. Mas. Stam. 2 - 24, libera, vel monadelpha, e bracteolarum axilla vel ex urceolo egredientia. Fem. *Ovarium liberum*, 1 loculare, *multiovulatum* ovulis pendulis; placentis 2 parietalibus. Styl. 1. Stigmata 2, saepe bifida. Caps. 2 valvis. Sem. comosa, exalbuminosa. Embryo rectus. Radicula ad hilum spectans. Cotyledones planiusculae. Arbores aut frutices, foliis alternis.

1. SALIX (L. gen. n. 1098.) Genitalia basi glandulis 1-2 fulta; perigonium nullum.

Sect. I. Fragiles. *Squamae* amenti *concolores*, luteo-virides, ante fructus maturitatem *caducae*.

Amenta lateralia, fructifera pedunculata, seu potius in ramulo laterali novello, foliis 3-5 evolutis instructo, terminalia, subserotina. Nectarium duplex, anticum et posticum. Capsulae subsessiles vel pedicillatae. Stamina 2-10, basi paululum cohaerentia, ibidemque hirsuta. Amenti squamae citius seriusve, at semper ante fructus maturitatem, caducae. Folia lanceolata vel elliptica, exquisite acuminata, acutissima, serrata, nitida, glaberrima, vel pilis adpressis sericea. Rami ad insertionem, praecipue florendi tempore, fragilissimi. Arbores procerae, speciosae.

1. S. pentandra (L. sp. 1442.) *5-10 andra*, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis concoloribus caducis*)*, capsulis ex ovata basi attenuatis glabris breviter pedicellatis, pedicello nectarium bis superante, stylo mediocri, stigmatibus crassiusculis bifidis, fol. ovato-ellipticis vel ovato-lanceolatis acuminatis dense serrulatis glaberrimis, *stipulis ovato-oblongis aequilateris rectis*, petiolo superne multi-glanduloso. ♄. In convallibus subalpinis, ad torrentes, cum fluviis ad pedes alpium descendens; inque paludosis dumetosis Germaniae septentrionalis, (d. d. g. Alpenk.; in Böhm., Mähr. u. Schles.; im nördl. D. v. Harze an.) Mai. Jun. S. polyandra Schrank. baier. fl. 1. p. 228. S. tinctoria Smith. in Rees. cycl. n. 13., secund. engl. fl. 4. 172. Variat:

α. foliis ovato-lanceolatis, staminibus circiter quinis: S. pentandra *α.* Linn. fl. suec. ed. 2. p. 346. Hartm.! scand. ed. 2. 207. Haec sec. cl. Hartm. fere semper fruticosa est.

β. latifolia, foliis ovato-ellipticis, staminibus 5-10; S. pentandra latifolia Hartman! l. c. S. pentandra *β.* L. fl. suec. l. c. S. polyandra Bray. in denkschr. d. regensb. bot. ges. 1. 2. p. 41. t. 1. — Salicem pentandram *β.* L. suec. cl. Fries. in nov. mant. 1. p. 41., cum Salice cuspidata Schultz. combinat; sed specimen, quod cl. Hartman. mihi dedit, certissime ad S. pentandram pertinet.

Occurrit raro amentis androgynis, staminibus pro parte in pistilla monstrosa mutatis, quae secund. Wahlenberg. in fl. ups. Salicem hermaphroditam L. sp. 1442. efficit.

2. S. cuspidata (Schultz. fl. starg. suppl. p. 47.) *4-5 andra*, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis concoloribus deciduis*, capsulis ex ovata basi attenuatis glabris pedicellatis, pedicello nectarium ter quaterve superante, stylo mediocri, stigmatibus crassiusculis emarginatis, foliis oblongo-lanceolatis longe acuminatis dense serrulatis glaberrimis, *stipulis semicordatis obliquis*, petiolo superne multi-glanduloso. ♄. In pratis paludosis sylvaticis, (Pommern u. Mecklenb.) Mai. Jun. S. cuspidata Koch. comment. d. salic. europ. p. 14., excl. syn. Linnaei. (Cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 485. S. cuspidatam meam ad Salicem fragilem trahit; sed descriptionem Salicis cuspidatae ad specimina, ab ipso cl. Schultzio accepta, confeci, nec eo tempore alia in Germania lecta possedi.) S. tetrandra Linn. it. Oel. in indice, ex opinione cl. Friesii, novit. suec.

---

*) Verba litteris cursivis impressa in hoc genere specierum sectionis notas, ex quibus hae statim cognoscuntur, nec semper totius generis, exhibent.

mant. 1. p. 41. — Cl. Schultz. hanc speciem primus omnium clare descripsit, qua de causa nomen, quod plantae imposuit, pie retinui. — Pedicellus ovarii in planta florente nectarium saepe aequat, sed florescentia peracta fit longior, et ter quaterve superat nectarium. Folia fere ut in Salicis fragilis var. decipiente; stipulae ut huius. Variat, sicut S. alba, S. rubra aliaeque, staminibus et squamis amentorum masculinorum reversis; haec est: S. Meyeriana Willd. berl. baumz. p. 427. G.

3. S. FRAGILIS (L. sp. 1443.) *diandra*, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis concoloribus deciduis*, capsulis ex ovata basi lanceolatis glabris pedicellatis, *pedicello nectarium* bis terve *superante*, stylo mediocri, stigmatibus crassiusculis bifidis, *foliis* lanceolatis acuminatis *glaberrimis vel iunioribus subsericeis* serratis, serraturis inflexis, stipulis semicordatis. ♄. Ad ripas et in locis paludosis, ad sepes humidas. April. Mai. Occurrit:

α. *decipiens*, cortice ramulorum testaceo, gemmis atro-fuscis, foliis ramulorum infimis lato-obovatis obtusissimis: S. decipiens Hoffm. sal. 2. p. 2. t. 31. Smith. in engl. bot. t. 1937. ex specimine anglico authentico. S. vitellina L. secund. citat. hort. upsal. Fries! nov. ed. 2. p. 43. — Occurrit

β. *vulgaris*, ramulis rufescentibus, foliis infimis ramulorum oblongo-obovatis: S. fragilis Sm. in Rees. cyclop. n. 38. engl. bot. t. 1896. S. Wargiana Lej.! fl. d. spa. 2. p. 312. S. fragilis Wargiana Lej. revue p. 203. S. excelsa Tausch. pl. sel.

γ. *Russeliana*, foliis iunioribus, itaque etiam superioribus ramulorum hornotinorum versus autumnum sericeo-pilosis, serraturis plerumque minoribus, stipulis magis acuminatis: S. Russeliana Smith! brit. 3. 1043., secund. specimen, ex horto Smithiano, a b. Mertensio mecum communicatum, S. pendula Ser. sal. helv. p. 79. S. gracilenta Tausch. pl. sel. — Stamina in innumeris speciminibus omnium varietatum, hic enumeratarum, semper duo et nunquam plura vidi, quare S. Ehrhartiana Mey. in chlor. hanov. p. 186., S. hexandra Ehrh. beitr. 7. p. 138., ad quam S. Russeliana Smith. trahitur, cum nostra specie coniungi nequit. Salicis hexandrae specimen authenticum nondum vidi.

Salix fragilior Host., S. fragilissima, S. excelsior et S. palustris eiusdem auctoris sunt modificationes Salicis fragilis. S. fragilis Host. (mascula planta,) ad S. cuspidatam pertinere videtur; specimen vivum horti nostri nondum floruit.

S. viridem Friesii cl. auctor mecum communicavit; est species ab omnibus his diversa.

4. S. ALBA (L. sp. 1449.) *diandra*, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, squamis concoloribus deciduis, capsulis ovato-acutatis obtusis glabris, denique subpedicellatis, *pedicello nectarium brevissimum vix aequante*, stylo brevi, stigmatibus crassiusculis emarginatis, *foliis* lanceolatis acuminatis serrulatis *utrinque sericeis*, stipulis lanceolatis. ♄. Cum antecedente ad ripas. April. Mai. Salix alba Willd. sp. pl. 4. 710. Folia pedunculorum plerumque glabra sunt margine ciliato. Variat foliis magis minusve albo-sericeis, et

β. *caerulea*, foliis adultioribus glabratis: S. caerulea Smith in engl. bot. t. 2431.

γ. *vitellina*, ramulis vitellinis vel laete miniatis: S. vitellina Linn. sp. pl. 2. 1442. (secund. synonyma,) et omnium auctor. germanicor. Haec surculis propagatur.

Sect. II. Amygdalinae. Squamae amenti concolores, luteo-virides, persistentes.

Amenta ut in sectione antecedente, sed squamae persistunt. Nectarium duplex. Capsulae brevius longiusve pedicellatae. Stam. 2-3, basi paulum cohaerentia ibidemque hirsuta. Folia lanceolata vel oblongo-lanceolata acuminata glaberrima, vel iuniora pilis adpressis sericeis adspersa, adulta vero glabrata. Frutices altiores, saepe arborescentes, ramis vimineis.

5. S. amygdalina (L. sp. 1443.) triandra, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis persistentibus concoloribus apice glabris*, capsulis ovato-conicis obtusiusculis glabris pedicellatis, pedicello nectarium bis terve superante, stylo brevissimo, stigmatibus horizontaliter divergentibus emarginatis, foliis lanceolatis oblongisve acuminatis serratis glaberrimis, stipulis semicordatis. ♄. Ad ripas et in paludosis. April. Mai. Cl. Wahlenbergio praeeunte nomen S. amygdalinae praetuli. Multifarie et foliorum latitudine et paginae inferioris colore variat: occurrit nempe foliis ovato-lanceolatis, oblongo-lanceolatis et lineari-lanceolatis, basi rotundatis et basi attenuatis, subtus viridibus, pallidius quidem, quam in pagina superiore, sed viridibus et splendentibus nec ullo modo glaucescentibus, atque subtus glaucis et niveo-glaucis opacis absque ullo nitore, vel medio glaucis opacis, basi apiceque viridibus et splendentibus; nulli inter tot modificationes limites reperiri possunt. Ceterum varietas foliis subtus glaucis, simili modo angustioribus, latioribus basi rotundioribus, vel magis attenuatis occurrit, quam varietas, cuius folia subtus virent splendentque. Squamae amenti nunc pedicello longiores, nunc eundem aequantes, nunc breviores etiam apparent. Varietas:

α. *discolor*, foliis subtus glaucis: S. amygdalina L. l. c. (in Suecia folia subtus semper glauca: Fries. nov. mant. 1. p. 42.) S. Villarsiana Willd. sp. pl. 4. 655. S. amygdalina Vill. delph. 3. 763., si folia elliptica et minora, pollicaria vel sesquipollicaria, qualia praecipue specimina in subalpinis enata proferunt. S. Hoppeana Willd. sp. pl. 4. p. 454., si folia lanceolata basique attenuata et si amenta plerumque apice feminea basi mascula sunt. Quandoque stamen intermedium florum superiorum in ovarium perfectum mutatur et bina lateralia immutata servantur, quo verus fit flos hermaphroditus diandrus monogynus.

β. *concolor*, foliis subtus viridibus vel paulum glaucescentibus: S. triandra L. sp. 1442., secund. Smith. brit. p. 1044. Salicem triandram suam Linnaeus inter plantas suecicas non enumerat.

S. sempervirens Host., S. speciosa et S. tenuiflora eiusdem auct. sunt modificationes varietatis α; et S. ligustrina Host. et S. alopecuroides Tausch. pl. sel. varietatis β.

6. S. undulata (Ehrhart. beitr. 6. p. 101.) triandra, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis persistentibus concolori-*

bus apice barbatis, capsulis ovato-conicis pubescentibus glabrisve pedicellatis, *pedicello nectarium bis superante*, stylo elongato, stigmatibus bifidis, foliis lanceolatis longe acuminatis serrulatis pubescentibus denique glabratis, stipulis semicordatis. ♄. Ad ripas Germ. septentrionalis, (vom Harze an nördlich.) April. Mai. Varietas:

α. ovariis pubescentibus: S. undulata Ehrh. l. c., secund. specimina sicca a. b. Mertens. mecum communicata. Hanc vivam nondum vidi; S. undulata hortor. bot., etiam Göttingensis, ad S. hippophaëfoliam pertinet.

β. *lanceolata*, ovariis glabris, (foliis planis, non undulatis:) S. lanceolata Smith. engl. bot. vol. 20. t. 1436. G.

7. S. HIPPOPHAEFOLIA (Thuillier. fl. par. p. 514.) diandra, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *squamis persistentibus concoloribus hirsutis*, capsulis ovato-conicis tomentosis glabrisve pedicellatis, *pedicello nectarium aequante*, stylo elongato, stigmatibus bifidis, foliis lanceolatis, longe acuminatis, minute glanduloso-denticulatis, pubescentibus, denique glabratis, stipulis semicordatis. ♄. Ad ripas et vias humidas, (Rhein-, Main- u. Nahegebiet, Böhm. u. Schles. bei Bremen.) April. Mai. S. hippophaëfolia Thuill. secund. specimen e manu auctoris. Sering. sal. exs. n. 44., excl. syn. S. violacea Hollandr. fl. de la moselle. (non Willd.) Foliorum margo repando-obsolete crenulatus est, et denticuli fere e sola glandula constant; in S. undulata Ehrh. evidenter serrulata sunt. Amenta S. hippophaëfoliae insuper omnibus partibus dimidio minora et ovaria brevius pedicellata sunt. Variat:

α. *planifolia*, ovariis cano-tomentosis et foliis planis.

β. *undulaefolia*, ovariis cano-tomentosis vel pubescentibus et foliis pulchre undulatis: S. undulata hort. Goetting. (vivam ex hoc fonte acceptam habeo.) S. undulata Ehrh. secund. Treviran. in observat. bot. p. 17. Ehrhartus fortasse hanc et antecedentem, quae plantae sibi valde similes sunt, ut species non distinxit.

γ. *leiocarpa*, ovariis glabris. G.

Sect. III. PRUINOSAE. Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia, etiam fructifera, sessilia. Antherae defloratae luteae. Cortex interior aestate citrinus.

Amenta prorsus sessilia, praecocia, basi foliis parvis squamaeformibus fulta. Capsulae sessiles vel breviter pedicellatae. Filamenta 2, libera. Folia lanceolata, longe acuminata, nitida, iuniora quandoque pube, denique evanescente, tecta, adulta glaberrima. Rami saepe pruina caesia, facile detergenda, obducti. Cortex interior aestate et autumno citrinus. Frutices altiores vel arbores, lacte virides.

8. S. ACUTIFOLIA (Willdenow. sp. 4. p. 688.) amentis sessilibus minute bracteatis, capsulis ovato-conicis glabris sessilibus, nectario ovarii basin superante, stylo elongato, stigmatibus lineari-oblongis, foliis lineari-lanceolatis longe acuminatis serratis ramulisque iunioribus glabris, *stipulis lanceolatis acuminatis*. ♄. Ad ripas, (in Schlesien u. bei Berlin.) Mart. S. violacea Smith. in Rees. cycl. n. 38. (non Willd.) Cortex ramorum atro-sanguineus, rore denso et caesio obductus. Simillima sequenti est; tamen crescendi modo et foliorum stipularumque forma differt et speciem propriam, me iudicante, efficit. G.

9. S. DAPHNOIDES (Villars. delph. 3. 765.) amentis sessilibus minute bracteatis, capsulis ovato-conicis glabris sessilibus, nectario ovarii basin superante, stylo elongato, stigmatibus oblongis, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis glanduloso-serratis glabris, iunioribus ramulisque tenellis villosis, *stipulis semicordatis.* ♄. In convallibus subalpinis, in planities cum fluviis descendens; atque in paludosis Germ. sept., (am Rheine bis Pforzheim, an d. übrigen Flüssen bis zur Donau hinab; sodann in d. Flächen des nördl. Deutschlands.) Mart. April. Variat ramis rore caesio obductis, eoque destitutis, ramulis iunioribus subglabris et valde hirsutis, amentis femineis villosissimis, villis stigmata aequantibus, et minus villosis, villis brevioribus, foliis latioribus et angustioribus. S. praecox Hoppe in Sturm. d. fl. 1. 25. Willd. sp. pl. 4. p. 670, forma vulgaris ramulis glabris. Varietas ramulis hirsutis: S. cinerea Willd. sp. pl. 460. sec. Link. en. h. berol. 2. p. 414. Varietas foliis angustioribus, amentis tenuioribus: S. pomeranica Willd. en. suppl. 66. (vivam possidemus ex horto berolinensi.) — Gemmae floriferae autumno praegrandes, quae S. praecox gemmata Ser. sal. exsicc. n. 83.

Sect. IV. PURPUREAE. Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia sessilia. *Antherae purpureae*, *defloratae nigrae.* Cortex interior aestate citrinus.

Amenta lateralia praecocia sessilia, basi foliis parvis squamaeformibus fulta, fructifera vix breviter pedunculata. Capsulae sessiles vel breviter pedunculatae. Folia anguste-lanceolata, vel etiam obovato-lanceolata, serrulata, glabra, vel iunioa pilis adpressis sericeis adspersa, serius evanescentibus. Frutices altiores, saepe arborescentes, glauco- vel obscurius virides.

10. S. PONTEDERANA (Schleicher. cat. 1809.) *monadelpha*, amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ovato-lanceolatis pedicellatis tomentosis, *pedicello nectarium aequante*, stylo mediocri, stigmatibus ovatis emarginatis, foliis obovato-lanceolatis serrulatis glabris, iunioribus pubescentibus, stipulis semicordatis. ♄. In sylvis montanis, (in Böhm., Benesch; in Unteröstreich, Host; Krain, Graf; Schweiz, Schleich.) Mart. April. S. Pontederana Willd. sp. 4. 661., (descriptio, sed non synonyma,) secund. Schleich. S. discolor Host. a. 2. 645. et S. austriaca Host. l. c. 646.

11. S. PURPUREA (L. sp. 1442.) *monandra*, amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ovatis sessilibus tomentosis, *nectario ovarii basin superante*, *stylo brevi*, stigmatibus ovatis, *foliis* lanceolatis sursum latioribus acuminatis *argute serrulatis glabris planis.* ♄. Ad ripas, in pascuis humidis, subalpina adscendens. Mart. April. Salix purpurea Linn. sp. 1442. S. monandra Hoffm. sal. p. 18. t. 1. f. 1. 2. et sq. Variat, uti S. aurita aliaeque, truncis humilioribus et altioribus, ramis erectioribus et magis divaricatis, purpurascentibus, corallino-purpureis, vitellinis et griseo-fuscis. Foliis lineari-lanceolatis elongatis, et latius lanceolatis, vel obovato-lanceolatis brevibus; amentis, praecipue femineis, gracillimis et duplo crassioribus, parce villosis et hirsutissimis; stylo, ut in multis aliis, paullo evidentiore et subnullo, stigmatibus roseis vel flavis, brevioribus vel paullo longioribus. Inter omnes has modificationes et varietates nulli limites reperiuntur. Varietas:

a. trunco humiliori, ramis magis divaricatis, amentis gracillimis est: S. purpurea Smith! brit. p. 1039. Willd. sp. pl. 4. 672.

In specimine Smithiano herbarii Mertensii stylus manifeste conspicitur.

β. *Lambertiana*, amentis duplo crassioribus, foliis maioribus latioribus; caetera ut in varietate antecedente: S. Lambertiana Smith. brit. p. 1041.

γ. *Helix*, ramis erecto-patulis, foliis magis elongatis: S. Helix L. sp. 1444. Smith. brit. 1040.

δ. *monadelpha*, staminibus ad medium tantum connatis, non ad apicem ut in forma vulgari: Koch. comment. p. 26.

ε. *sericea*, folia iuniora pube densa sericea, serius tamen evanescente tecta: S. monandra sericea Ser. sal. helv. p. 8. — Varietatem squamis apice lateritiis misit b. Günther.

Salix mutabilis Host., S. oppositifolia Host., S. carniolica Host. et S. mirabilis Host. sunt modificationes.

12. S. RUBRA (Hudson. fl. angl. p. 423.) *monodelpha*, amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ovatis sessilibus tomentosis, *nectario ovarii basin superante, stylo elongato*, stigmatibus oblongo-linearibus filiformibusve, *foliis* elongato-lanceolatis acuminatis *repando-denticulatis margine subrevolutis pubescentibus adultis glabratis*, stipulis linearibus. ♄. Ad ripas et in locis humidis. Mart. April. S. fissa Ehrh. arb. n. 29. Hoffm. sal. t. 13. 14. S. membranacea Thuill.! par. 515. S. virescens Vill. delph. 3. p. 385. secundum DC. fl. fr. 5. p. 349. S. concolor Host.! fl. a. 2. 639. S. olivacea Thuill.! l. c. forma foliis latioribus. Variat staminibus ad medium circiter connatis et, raro quidem, ad apicem usque connatis. Posterior est frutex masculus S. Forbyanae Smith. brit. 1041. Variat porro stigmatibus oblongo-linearibus: S. rubra Sm.! brit. 1042. et stigmatibus elongatis filiformibus: S. Forbyana Sm. l. c. frutex femineus:

β. *sericea*, foliis, etiam adultis, pagina inferiore pube densa sericea tectis: S. elaeagnifolia Tausch. pl. sel.

Sect. V. VIMINALES. Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia sessilia. Antherae defloratae luteae. Cortex interior virescens.

Amenta prorsus sessilia, praecocia vel subcoaetanea, basi foliis parvis squamaeformibus fulta, fructifera quandoque breviter pedunculata, bracteis in folia, minuta tamen, nec multum aucta, mutatis. Stam. libera, rarius basi connata. Folia elongata, integerrima, vel minute denticulata, subtus tomentosa. Frutices plerumque elatiores erecti, haud raro arborescentes, et tunc S. viminalis inter omnes eminet, atque pulchritudine omnes superat. Rami exquisite viminei.

a. Amenta feminea recta.

13. S. MOLLISSIMA (Ehrhart. beitr. 6. p. 101.) *amentis sessilibus* vel breviter pedunculatis basi bracteatis, capsulis ovatis conicis tomentosis sessilibus, *nectario ovariis basin superante*, stylo elongato, stigmatibus linearibus bifidis pilos squamarum aequantibus, *foliis elongato-lanceolatis* acuminatis remote repando denticulatis *iunioribus subtus tenuiter tomentosis*, stipulis ovatis acutis. ♄. Ad aquas et ripas Germ. septentrionalis, (v. Westphalen bis Pommern u. Schlesien stw.) April. S. mollissima Willd. spec. pl. 4. p. 707. (non Smith.) Wahlenberg. fl. carpat. p. 317. S. pubera Koch.

apud Bönningh. flor. monaster. Novo nomine hanc speciem proposui, quum S. acuminatam Smithii pro mollissima Ehrharti haberem. — A S. viminali facile distinguitur pube foliorum tenuiore, lutescente, opaca, amentis laxioribus, squamis lutescenti-ferrugineis, pilis sordide albis longitudine stigmatum bifidorum. In S. viminali folia subtus albo-sericea, squamae nigro-fuscae, pili argentei sunt, ultra quos stigmata filiformia, indivisa tota eminent. — S. mollissima Sm. foliis oblongo-lanceolatis et multo latioribus, stipulis ovato-semilunatis et capsulis pedicellatis totoque habitu diversa est; S. mollissima Ehrh., hic proposita, multo propius ad S. undulatam et hippophaëfoliam accedit, a quibus vero differt ovariis sessilibus et foliis subtus evidentius pubescentibus, iunioribus tenuiter tomentosis. G.

14. S. VIMINALIS (L. sp. 1448.) *amentis sessilibus* basi bracteatis, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis sessilibus, *nectario ovariis basin superante*, stylo elongato, stigmatibus filiformibus indivisis, pilis squamarum stylo brevioribus, *foliis elongato-lanceolatis* acuminatis integerrimis subrepandis *subtus nitide sericeis*, *stipulis* lanceolato-linearibus *petiolo brevioribus*. ♄. Ad ripas et in dumetis humidis. Mart. April.

15. S. STIPULARIS (Smith. brit. 1069.) *amentis sessilibus* basi bracteatis, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis brevissime pedicellatis, *nectario ovariis basin superante*, stylo elongato, stigmatibus filiformibus indivisis, pilis squamarum stigma subaequantibus, *foliis elongato-lanceolatis* acuminatis integerrimis subrepandis *subtus* tomentosis *subnitidis*, *stipulis* e semicordata basi *lanceolato-attenuatis petiolum aequantibus*. ♄. Ad ripas, et in dumetis humidis, (in Unteröstr.; Schlesien u. a. d. Insel Norderney.) Mart. April. S. stipularis Koch. comment. p. 29. (non Sering.) S. longifolia Host. a. 2. p. 645. planta feminea. — Salici viminali proxima, cum S. grandifolia nullam similitudinem habet; a priori differt amentis duplo et crassioribus et longioribus, villosioribus, tomento in pagina foliorum inferiore minus adpresso, hinc non adeo nitido, (novella folia tantum indumentum nitidum habent), et stipulis in surculis vegetis e basi semicordata longe acuminatis et denticulatis, praecipue basi — a sequente S. Smithiana differt forma foliorum ut Salicis viminalis, ovariis brevissime pedicellatis vel sessilibus, et stipulis rectis nec semilunari-curvatis. G.

16. S. SMITHIANA (Willd. en. h. berol. 2. p. 1008.) amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium aequante*, *stylo stigmatibus breviore*, stigmatibus filiformibus saepe bipartitis, *foliis* oblongo-lanceolatis lanceolatisve acuminatis undulato-subcrenatis minutissime denticulatis *subtus tomentosis*, *tomento subsericeo*, stipulis reniformi-semicordatis acuminatis. ♄. Ad ripas et in sepibus subhumidis, (sehr zerstreut d. d. Geb.; im Glahn- u. Nahethal d. Rheinpfalz, Bremen, Hamburg, Schles.) Mart. April. S. mollissima Sm. brit. 1070. S. Smithiana Koch. in Regensb. bot. ztg. 3. 1. p. 276., modificatio ramis intense rubro-fuscis; S. mollissima Koch. l. c. modif., ramis testaceis. — Specimen succicum Salicis lanceolatae Fries. nov. ed. 2. p. 283. mant. 1. p. 61. (non Smith., nec Sering.)

ante plures annos vidi in herbario Mertens., sed nunc cum nostra specie conferre nequeo. G.

17. S. ACUMINATA (Smith. brit. 1068.) amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis pedicellatis, pedicello nectarium aequante, *stylo longitudine stigmatum, stigmatibus filiformibus indivisis, foliis* oblongo lanceolatis acuminatis margine subundulatis, minute glanduloso-denticulatis *subtus glaucis tomentosis, tomento opaco*, stipulis reniformi-semicordatis acutis. ♄. Ad ripas, in humidis, (bei Kaiserslautern in d. Rheinpfalz nur 1 Stock vom Männchen gefunden; Westphal.; Hanov.; Lausitz; Schles.; Unteröstr.) April. S. acuminata Meyer. chlor. hanov. p. 491. (non Hoffm., nec auctor. germ.) S. longifolia Host. fl. a. 2. p. 645., planta masc. secund. spec. ex horto vindob. Foliorum margines magis paralleli, quam in antecedente, et folia rigidiora, tomentum in adultis opacum. Variat:

β. *virescens*, tomento paginae inferioris foliorum tenuissimo vel fere toto evanescente: S. acuminata α. virescens Meyer. l. c. — Fruticem femineum huius speciei nondum vivum videram, quum in commentatione mea de Salic. europaeis eam cum antecedente confudi. G.

b. Amenta feminea arcuata.

18. S. SERINGEANA (Gaudin. fl. helv. 6. p. 251.) *amentis sessilibus arcuatis* basi bracteatis, *capsulis* ex ovata basi lanceolatis *tomentosis* pedicellatis, *pedicello nectarium bis superante*, *stylo elongato*, stigmatibus bifidis, foliis lanceolato-oblongis acuminatis crenulatis subtus albo-tomentosis rugoso-venosis, stipulis ovatis acutis. ♄. Ad rivulos in convallibus subalpinis, (Schweiz; Tyrol; Krain.) April. S. Seringeana Gaud. ap. Sering.! sal. helv. p. 37. S. lanceolata Ser. l. c. DC. fl. fr. 5. p. 348. (non Smith.) S. holosericea Ser. sal. exsicc. n. 70. (nec Willd.) S. Kanderiana Ser. sal. exsicc. n. 42. S. longifolia Schleich.! cat. (non Mühlenberg.) S. intermedia Host. fl. a. 2. p. 644. — Salicem canescentem Fries. nov. mant. 1. p. 59., nondum vidi. S. canescens Willd. herbar. n. 18174., composita est e ramo foliifero S. acuminatae Sm. et florifero masculo S. Seringeanae. — Nomen Salicis lanceolatae, utpote nimium ambiguum, non adhibui, idque eo magis, quod folia sensu stricto non lanceolata sunt.

19. S. SALVIAEFOLIA (Link. apud Willd. sp. 4. 688.) *amentis sessilibus arcuatis* basi bracteatis, *capsulis* ex ovata basi lanceolatis *tomentosis* pedicellatis, *pedicello nectarium bis superante*, *stylo brevi*, stigmatibus oblongis subintegris, foliis oblongo-lanceolatis acutis, basi attenuatis obsolete denticulatis subtus incano-tomentosis ruguloso-venosis, inferioribus obtusis, stipulis semicordatis acutis. ♄. In paludosis, (bisher blos in d. Eymatte bei Bern.) Mai. S. patula Sering.! sal. helv. p. 11. S. oleifolia Ser. sal. exsicc.! n. 1. S. oleaefolia Vill. delph. 3. 784.? Flüggeana Willd. sp. pl. 4. 709., ex specimine ab ipso Flügg.! in herbario Mertensii. H.

20. S. INCANA (Schrank. baier. fl. 1. 230.) *amentis subsessilibus arcuatis* basi bracteatis, *capsulis* ovato-lanceolatis *glabris* pe-

dicellatis, *pedicello nectarium bis superante, stylo elongato*, stigmatibus bifidis, squamis subglabris breviter ciliatis, foliis lanceolato-linearibus acuminatis denticulatis, subtus tomentoso-incanis. ♄. In convallibus interalpinis, cum fluviis in planities descendens, (d. d. g. A. K. u. v. da in die Ebenen, doch am Rheine nicht weiter als Pforzheim u. a. d. übrigen Flüssen bis an d. Donau; im Teschnischen an d. Weichsel, Schles.) April. S. riparia Willd. sp. pl. 698. S. lavandulaefolia Lapeyr. abr. p. 601. Sering! sal. helv. p. 70. S. angustifolia Poiret. in Duh. arboret. ed. 3. t. 29. (non Willd.) S. rosmarinifolia Gouan. hort. 501. Host. syn. p. 529. (non Linn.) S. Elaeagnos Scop. carn. 2. p. 257.?

Sect. VI. Capreae. Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia, florifera sessilia, basi foliis parvis fulta, fructifera plus minusve pedunculata pedunculo, foliis auctis vestito. Antherae defloratae luteae. Capsulae longe pedicellatae, pedicello nectarium duplo saltem superante.

21. S. holosericea (Willdenow. sp. 4. p. 708.) amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium bis terve superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis emarginatis, *foliis lanceolatis* acuminatis apicem versus *attenuatis arguteque denticulatis subtus tomentosis*, stipulis semiovatis obtusis. ♄. Ad ripas et in pratis humidis, (Gegend v. Göttingen u. um Treptow bei Berlin.) Mart. April. S. holosericea Willd. sp. pl. 4. p. 708. S. velutina Schrad. secundum specimina ex horto Gottingensi in herbario Mertensiano. — Rami, gemmae et amenta ut S. cinereae L., (acuminata auct. germ.) adeoque similia sunt, ut vix discerni queant, sed folia conspicue differunt. G.

22. S. cinerea (L. sp. 1449.) amentis sessilibus basi bracteatis, capsulis ex ovata basi elongato-lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium quater superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis elliptico- vel lanceolato-obovatis* breviter acuminatis *planis undulato-serratis cinereo-viridibus, supra pubescentibus, subtus tomentoso-hirtis, stipulis reniformibus, gemmis incanis.* ♄. In pascuis dumetisque humidis. Mart. Salix cinerea Wahl. fl. suec. n. 1137. S. acuminata Hoffm. sal. p. 39. Sm. engl. fl. 4. 215., excl. syn. Villars. S. polymorpha Host. a. 2. p. 646. S. Hoffmanniana Bluff. et Fingerh. p. 568. — Foliis cinereo-viridibus, ramulis crassiusculis cano-tomentosis, gemmis incano-pubescentibus hanc speciem primo intuitu a Salice aurita, quacum confunditur, dignoscimus. — Variat foliis oblongo-lanceolatis et

β. obovatis: S. aquatica Sm. brit. 1065.

Salicis oleaefoliae specimina duo mecum communicavit b. amic. Mertens., in horto D. Anderson. decerpta, quae varietatibus angustifoliis S. cinereae adnumero, sed dubito, num ad veram plantam Smithianam pertineant. — Varietas amentis androgynis: S. Timmii Schk. handb. p. 249.

23. S. nigricans (Fries. nov. mant. 1. p. 52.) *amentis sessilibus, fructiferis breviter pedunculatis* basi minute foliatis, capsulis ex ovata basi subulatis pedicellatis, *pedicello nectarium bis terve superante, stylo elongato*, stigmatibus bifidis, *foliis* ovatis

ellipticis lanceolatisve *undulato serratis subtus cinereis*, *iunioribus ramulisque hirto-pubescentibus* denique glabratis, stipulis semicordatis apice recto. ♄. In nemoribus humidis, pratis uliginosis convallium subalpinarum et in planitiebus alpes comitantibus, (d. d. g. A. K. u. mit d. Rheine bis Strasburg, mit den übrigen Flüssen bis zur Donau; auf d. Hetzles bei Erlangen; in Ostpreussen.) April. Mai. S. phylicifolia Koch. comment. salic. p. 40. Occurrit ovariis glabris vel glabris et lineolis 2 pilosis: S. stylaris Sering. sal. helv. 62. S. phylicifolia Wahlenb. fl. lapp. n. 482. Wulf. in Jacq. collectan. 2. 139., non S. Wulfeniana Willd. S. hastata Hopp. pl. rar. cent. 4. Schk. t. 317. S. Amaniana Willd. sp. 4. 663. S. Andersoniana Sm. engl. bot. t. 2343. Ad hanc vel ad sequent. variet. pertinent: S. menthaefolia Host. fl. a. 2. 649. S. rivalis Host. l. c. S. prunifolia Host. l. c. et S. parietariaefolia Host. l. c. 650.

β. *eriocarpa*, ovariis totis tomentosis vel hirtis basive macula glabra notatis: S. nigricans Wahlenb. fl. lapp. n. 485. S. rupestris Smith. engl. bot. 2342. S. Forsteriana Sm. engl. bot. t. 2343. S. hirta Sm. engl. bot. t. 1404. S. cotinifolia Sm. brit. 2342. S. Halleri Ser. sal. exs. n. 51. — Enumerationem voluminosam specierum Schleicherianarum hic praetereo. — Forma foliorum vulgaris elliptica est, sed et lanceolata occurrunt basi apiceque attenuata, oblonga, ovata, basi rotundata, subcordata, et fere subrotunda; plerumque undulato-serrata sunt, quandoque vero et integerrima, plus minusve pubescentia et hirta. Amenta plus minusve pedunculata, pedunculo foliis quidem evolutis, sed parvis obsito; interdum sessilia quoque et minute tantum bracteata sunt.

In commentatione mea de Salicibus europaeis Floram lapponicam cl. Wahlenbergii secutus sum, qui Salicis nigricantis varietatem leiocarpam sub nomine Salicis phylicifoliae proposuit. Huic S. nigricantem, quae non nisi indumento fructus diversa est, addidi. Postea vero cl. Fries. aliam S. phylicifoliam protulit; conf. adnotationem ad S. bicolorem n. 38.

24. S. SILESIACA (Willd. sp. pl. 4. 660.) amentis sessilibus, capsulis ex ovata basi lanceolatis glabris sericeisve pedicellatis, *pedicello nectarium ter quaterve superante*, stylo mediocri, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis obovatis* acuminatis *undulato-serratis subtus subconcoloribus*, *adultis glaberrimis* infimis obtusissimis, stipulis reniformi-semicordatis. ♄. In sylvis submontanis et subalpinis, (Sudet., Gesenke u. d. mähr. Carpat.) Mai. Jun. Occurrit ovariis glabris: S. silesiaca Willd. sp. pl. 4. p. 660.; et

β. ovariis tomento sericeo tectis: S. fagifolia Willd. sp. pl. 4. p. 704. — S. Capreae proxima, sed evidenter discrepat foliis adultis glaberrimis, tenuioribus, subtus vix vel parum tantum glaucescentibus, amentis multo gracilioribus, fructiferis magis laxifloris, capsulis dimidio minoribus, stylo subelongato. G.

25. S. GRANDIFOLIA (Sering. sal. helv. p. 20.) amentis sessilibus fructiferis pedunculatis basi subfoliatis, capsulis ex ovata basi elongato-lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium sexies superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis oblongo-obovatis* acuminatis *planis obsolete undulato-serra-*

tis glabris, *subtus cinereo-glaucis pubescentibus*, stipulis reniformibus, *gemmis glabris*. ♄. In sylvis subalpinis, (d. d. g. A. K.; auf d. Feldberge d. Schwarzw.) S. stipularis Ser. sal. exsicc.! nec Smith. — Gemmae denique totae glabrae, pedicellus capsulam fere aequans; a S. cinerea differt amentis initio brevioribus et subovatis, ut in S. Caprea, foliis multo maioribus, supra glabris, intense sed laete viridibus, et ramulis adultis glabris; a S. Caprea, cuius fortasse varietas est, praecipue foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, postremo subtus fere glabris, et stipulis in surculis vegetis omnium maximis. Seorsum proposui, ut ulterius observetur. — S. cinerascens Willd. sp. 4. 706., e paludibus Lusitaniae nondum vidi, specimen vero herbarii Willd. n. 18211., in Pyrenaeis a b. Flüggio lectum, ad S. phylicifoliae Fries., (S. arbusculae Wahlenberg.) modificationem foliis oblongis pertinet.

26. S. Caprea (L. sp. 1448.) amentis sessilibus basi minute bracteatis, capsulis ex ovata basi elongato-lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium quater — sexies superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis* ovatis ellipticisve planis *recurvato-acuminatis obsolete undulato-crenatis supra glabris*, *subtus glaucis tomentosis*, stipulis reniformibus, *gemmis glabris*. ♄. In sylvis et nemoribus. Mart. April. S. tomentosa Ser. sal. helv. p. 14. S. ulmifolia Thuill. par. p. 518. sec. DC. fl. fr. 5. p. 340. S. aurigerana Lap. abr. p. 598. Folia supra glabra nitida, subtus magis et mollius tomentosa, quam in affinibus, plerumque elliptica, saepe tamen et subrotunda, basi quandoque cordata, vel basin versus angustata occurrunt. Rami cum gemmis crassi et glabri. Variat foliis iunioribus utrinque tomentosis et ramulis iunioribus pubescentibus, foliisque integerrimis: S. sphacelata Willd. sp. 4. 702.; variat porro foliis integerrimis obovato-oblongis S. Caprea β. sphacelata Wahlenb. carp. p. 319.

27. S. aurita (L. sp. 2446.) amentis sessilibus, fructiferis pedunculatis basi subfoliatis, capsulis ex ovata basi elongato-lanceolatis tomentosis pedicellatis, *pedicello nectarium ter quaterve superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis emarginatis, *foliis obovatis* vel oblongo-obovatis *recurvato-apiculatis undulato-serratis rugosis* superne pubescentibus, *subtus glaucis tomentoso-hirtis*, stipulis reniformibus, *gemmis glabris*. ♄. In pascuis, pratis et sylvis humidis. S. rugosa Sering! sal. helv. p. 18. S. uliginosa Willd. en. h. berol. p. 1007., (forma elatior, foliis obovatis.) S. aurita Willd. l. c., (forma humilior, foliis subrotundo-obovatis, dimidio minoribus.) S. heterophylla Host. a. 2. p. 650. — Singularis varietas est staminibus in quavis squama geminis ternis quaternisve, ultra medium in unum connatis: S. cladostemma Hayn. dendr. fl. p. 191. cum icone. — Ramis multo tenuioribus, amentis et gemmis minoribus, foliis rugosis, haec species a tribus praecedentibus praecipue differt; ramosisima est, ramis divaricatis. Variat rarius gemmis pubescentibus.

28. S. depressa (L. fl. suec. ed. 2. p. 352. secund. Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 56.) amentis fructiferis pedunculatis, pedunculo foliato, *capsulis* ex ovata basi elongato-lanceolatis *tomentosis* pe-

dicellatis, *pedicello nectarium quinquies superante*, stylo brevissimo, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis obovatis* ellipticisve *integerrimis* vel remote-obtuse-serratis, *subtus glaucescentibus velutinis pubescentibusve vel adultis glaberrimis*, *stipulis reniformibus*. ♄. In paludibus spongiosis circa Tschirnau in Silesia. April. S. livida Wahlenb. lapp. p. 272. Koch. comment. d. sal. europ. p. 39. S. arbuscula γ. Linn. fl. suec. ed. 2. p. 348. sec. Wahlenb. S. Starkeana Willd. sp. 4. 677. Cl. Fries. enumerat:

α. *velutinam*, foliis velutinis superne glabrescentibus: S. sphacelata Sm. brit. 1066. et foliis utrinque tomentosis: S. livida β. cinerascens Wahlenb. lapp. p. 273.

β. *livida*, foliis mox glaberrimis subtus livido-glaucis: S. livida α. Wahlenb. lapp. p. 272. t. 16. f. 6. S. foliolosa Afzel.

γ. *bicolor*, foliis mox glaberrimis subtus glaucis, haud lividis: S. bicolor Fries. nov. ed. 2. p. 284., excluso synon. Ehrharti.

S. depressa valde similis S. auritae, sed amenta mascula graciliora, feminea magis laxiflora, et folia adulta plana glaberrima integerrima, surculorum iuniorum laetius vigentium vero obtuse undulato-serrata. G.

29. S. BICOLOR (Ehrh. beitr. 5. p. 162.) *amentis sessilibus* basi bracteatis, fructiferis subpedunculatis basi subfoliatis, capsulis ex ovata basi elongato-lanceolatis tomentosis glabrisve, *pedicello nectarium bis terve superante*, *stylo elongato*, stigmatibus bifidis, *foliis* ovatis ellipticis lanceolatisve remote *repando-serrulatis integerrimisve subtus glaucis*, *adultis glaberrimis*, stipulis semicordatis apice obliquo. ♄. In humidis subalpinis, (auf d. Brocken u. im Riesengrunde d. Sudeten.) Mai. Jun. S. bicolor Meyer. chlor. hanov. p. 494., excl. syn. Wahlenberg. S. arbuscula Wahlenb. suec. p. 638., forma maior. S. arbuscula Koch. sal. europ. p. 44. S. phylicifolia Sm. brit. 1049. Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 50. (nec Wahlenb., nec Hartm. neque Laestad.) S. Weigeliana Willd. sp. 4. p. 678. — Modificationes sunt: S. radicans Sm. brit. 1053. et S. Dicksoniana Sm. in engl. bot. 1390. Alias denuo examini subjiciam.

Specimen femineum huius speciei b. Fischer., inspector hort. Gött., e collectione Ehrharti, post Commentationem meam iam typis expressam, mihi dono dedit; alia quoque specimina et sicca et viva, in Bructero, loco ab Ehrharto indicato, lecta, mecum amicissime communicavit Hampius, quibus illico edoctus sum, hanc omnino feminam fruticis masculi, in hortis ubique divulgati, esse, neque minimo charactere a S. phylicifolia Fries. differre; cum S. livida Wahlenb. autem, quod amenta feminea attinet, vix comparari posse. Nomen Ehrharti antepono, quum nomen S. phylicifoliae ob botanicorum suecicorum praestantissimorum dissensionem vox vana factum sit. Cl. Wahlenbergius sub hoc nomine intelligit S. nigricantis varietatem leiocarpam; Friesius S. bicolorem, hic propositam; Laestadius et Hartmanus denique S. maialem Wahlenberg., in Germania nondum lectam. Cl. Hartmanus, nuper specimen Salicis maialis Wahlenbergii mecum communicans, in adiuncta schedula annotavit „S. maialis Wahlenberg. S. phylicifolia vera et ipsissima Laestadio et mihi.“ — Nos exteri hanc litem non componemus;

sed dolendum est, dissensione botanicorum, veras Linnaeanas species inquirentium, iam plures summi Magistri species interiisse et in posterum interituras esse.

S. maialem Wahlenb. fl. lapp. p. 270., S. arbusculam β. Koch. sal. europ. 1. 45. S. tenuifoliam Linn. herbar. Sm. brit. 1052., nunc, speciminibus perfectioribus edoctus, pro genuina specie habeo. Salicem coruscantem Willd., speciminibus herbarii inspectis, sine omni dubitatione ad S. glabram Scop. refero; haec a S. maiali certo longe differt. G.

30. S. GLABRA (Scop. carn. 2. p. 255.) *amentis pedunculatis, pedunculo foliato*, capsulis ex ovata basi subulatis pedicellatis, *pedicello nectario subduplo longiore, stylo elongato*, stigmatibus bipartitis, *foliis* ellipticis obovatisve serratis *glabris lucidis* subtus glaucis, *stipulis nullis vel glanduliformibus*, surculorum vegetiorum petiolo multoties brevioribus, *squamis* pilosis *denique* pubescentia decisa *glabris*, staminibus a basi ultra medium villosis. ♄. In subalpinis ad rivos et declivia humida, (Baier. Alp.; Salzb.; Kärnthen; Krain.) Jun. Jul. Iam ante septem annos hanc speciem in alpibus bavaricis vivam observavi, et in bot. zeitung 1830. 1. p. 140. et seq. characteres eius clare exposui. Specimina herbarii Willd. S. coruscantis et S. Wulfenianae accurate cum herbario meo comparavi, ita ut de his ne minimum quidem dubium supersit. S. coruscans Willd. sp. 4. 681. herbar. 18164. fol. 1. 3. 4., (fol. 2. est S. Waldsteinia,) S. Wulfeniana Willd. sp. 4. 660. herbar. 18114. f. 1. 8. et fol. 10.; (fol. 9. est S. hastata,) S. Wulfeniana Host. fl. a. 2. 652. — Cl. Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 51. S. coruscantem Willd. cum S. maiali Wahlenb. coniungit, a qua certe differt. G.

31. S. HASTATA (L. sp. 1443.) amentis pedunculatis, pedunculo foliato, *capsulis* ex ovata basi subulatis pedicellatis *glabris*, *pedicello nectario subsesquilongiore*, *stylo elongato*, stigmatibus bifidis, *foliis* ovatis ellipticis lanceolatisve *glabris* serrulatis, stipulis semicordatis apice recto, *squamis villosissimis, villo elongato mox crispato-contracto*. ♄. In pascuis alpinis humidis, etiam in iugis siccioribus alpium altiorum, (d. d. g. A. K.; a. d. Gesenke hinter d. Sudeten.) Jun. S. hastata Koch. comment. d. salic. europ. p. 42., excl. var. Wulfeniana et plurib. syn. S. Ludwigii Schk. t. 316. S. hastata Willd. sp. 4. p. 664., fol. ovatis basi cordatis, (ramulus vegetus sterilis,) S. serrulata Willd. l. c. (planta florifera.) S. malifolia Sm. brit. 1053., fol. obovato-oblongis profundius serratis. S. elegans Host. fl. a. 2. 652. Villus ellongatus et candidus amentorum florentium in hac specie insignis est.

32. S. MYRTILLOIDES (L. sp. 1446.) *amentis fructiferis longe pedunculatis*, pedunculo foliato, *capsulis* ex ovata basi lanceolatis *glabris*, longe pedicellatis, *pedicello nectarium quater et pluries superante*, stylo brevi, stigmatibus ovatis emarginatis, *foliis* ovatis basi subcordatis oblongis lanceolatisve integerrimis *opacis glaberrimis* subtus reticulato-venosis, squamis amenti glabris ciliatisve, *stipulis semi-ovatis*. ♄. In ericetis paludosis et pascuis spongiosis, (in Schlesien bei Oppeln; in d. baier. Alpen u. in d. Brüchern bei München.) Mai. Jun. S. elegans Besser. en. pl. volh. p. 77. Folia

cum ramulis iunioribus interdum pilosa, adulta vero cum iisdem semper glaberrima. Foliorum forma valde variabilis: occurrunt scil. subrotundo-ovata, basi subcordata apice obtusissima, ovata, oblonga, acuminata, et lanceolata utrinque acuta. Haec ultima forma S. repenti satis propinqua, dum aliae diversissimae occurrunt; sed foliis subcaesio-viridibus opacis glaberrimis statim dignoscitur. Variat (in Lapponia) capsulis pilosis. G.

33. S. AMBIGUA (Ehrhart. beitr. 6. p. 103.) amentis sessilibus fructiferis breviter pedunculatis, pedunculo minute foliato, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis longe pedicellatis, *pedicello nectarium ter quaterve superante*, stylo brevi, stigmatibus ovatis emarginatis, *foliis* ellipticis obovatis lanceolatisve *recurvato-apiculatis integerrimis* vel remote denticulatis, *subtus rugoso-venosis* adpresse villosis subsericeis postremo glabratis, *stipulis semiovatis* rectis. ♄. In pratis spongiosis paludosis, pascuis humidis. April. Mai. S. ambigua Ehrh. l. c. et arb. n. 109.; (specimina Ehrhartiana authentica cum suecicis comparavi.) S. plicata Fries. nov. ed. 2. p. 284. S. incubacea L. sp. 1447., et Fl. suec. ed. 2. p. 351. secund. Fries. mant. 1. p. 66., sed descriptio Linnaeana non congruit, et b. Smith. sub nomine S. incubaceae in engl. fl. 4. p. 212., secundum specimina herbarii Linnaeani S. incubaceam auctor Germ. (S. angustifoliam Wulf.) describit. S. versifolia Ser. sal. helv. p. 40. non Wahlenberg. S. ambigua Willd. sp. 4. p. 700., foliis ellipticis. S. spathulata Willd. l. c., foliis obovatis: S. prostrata Sm. brit. 3. p. 1060., foliis lanceolatis. Est quasi forma intermedia inter S. auritam et repentem; ab illa differt foliis minus rugosis integerrimis vel minute denticulatis subtus subsericeis, stipulis semiovatis apice recto, et statura multo minore; a posteriore foliis subtus rugoso-venosis et stipulis latioribus. Variat:

β. *glabrata*, foliis subtus pilis rarioribus, et denique fere glabris, capsulis glaberrimis: S. Finmarchica Willd. en. suppl. p. 66. Berl. baumz. p. 441, secundum specimina viva ex horto berolinensi, (non Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 68., quam auctor celeb. mecum communicavit et quam nunc S. campestrem vocat. Haec S. myrtilloidi multo propior est, quam S. auritae et repenti.) S. onusta Bess. en. pl. volh. p. 78., excl. var. γ.

Salix versifolia Wahlenberg, quae secund. Fries. genuina Salix fusca Linnaei est, Lapponiam inhabitat. S. myrtilloidi propius accedit, at stylo elongato primo intuitu a S. ambigua Ehrh. distinguitur.

34. S. REPENS (L. sp. 1447.) amentis sessilibus fructiferis ovalicylindricis breviter pedunculatis, pedunculo foliato, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis glabrisve longe pedicellatis, *pedicello nectarium bis terve superante*, stylo mediocri, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis* ovalibus ellipticis lanceolatisve *recurvato-apiculatis* margine subdeflexis integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis *nitidis subtus sericeis*, *stipulis lanceolatis* acutis. ♄. In pratis vilioribus, pascuis humidis et arenosis, etiam siccis, inque paludosis spongiosis. April. S. repens Koch. comment. d. salicib. europ. p. 47. S. repens Willd. sp. 4. p. 693., foliis

subtus glabriusculis. S. fusca Willd. l. c. p. 694., foliis subtus sericeis. S. depressa Hoffm. d. fl. 2. p. 226. non L. fl. suec. S. fusca Meyer. chlor. hanov. p. 495. Figura foliorum a subrotundo-ovata per omnes modificationes in anguste lanceolatam transit, pubescentia nunc parca et folia fere glabra, nunc dense sericea in pagina inferiore vel in utraque foliorum, stipulae in surculis aestivalibus satis magnae, in aliis multo minores, in aliis nullae. Varietates sequentes praecipuae sunt.

α. *vulgaris*, folia lanceolatis: S. repens Sm. brit. 3. 1061. sec. specim. ab ipso auct.

β. *fusca*, folia oblongo-ovalia: S. fusca Sm. brit. 3. 1060. secund. specim. ab ipso auct. S. fusca Linnaei sec. cl. Fries. eadem est ac S. versifolia Wahlenberg.

γ. *argentea*, foliis lato-ovalibus vel ovali-subrotundis: S. argentea Sm. brit. 3. p. 1059. S. arenaria L. suec. ed. 2. p. 351. secund. it. gotl. 206. S. lanata Thuill.!

δ. *leiocarpa*, ovariis capsulisque glabris: S. fusca a. leiocarpa Meyer. chlor. hanov. l. c.

Aliae varietates et modificationes sunt: S. parvifolia Smith. in Rees. cycl. n. 102. S. adscendens Sm. l. c. n. 103. S. incubacea et S. rostrata Thuill.

35. S. ANGUSTIFOLIA (Wulf. in Jacq. collect. 3. p. 48.) amentis sessilibus, fructiferis ovalibus breviter pedunculatis, pedunculo foliato, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis glabrisve longe pedicellatis, *pedicello nectarium bis terve superante*, stylo mediocri, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis elongato-lanceolatis* strictis acuminatis *apice recto margine subrevolutis* integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis *subtus sericeis*, *stipulis lanceolatis*. ♄. In paludosis turfosis, (in Kärnthen u. Krain, Unteröstr. u. im Norden v. Deutschland.) Mai. S. angustifolia Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 65. S. incubacea Willd. sp. 4. p. 696. et herbarii Linnaeani, conf. Smith. engl. fl. 4. 212. et 213. S. pratensis Host. fl. a. 2. p. 642. S. rosmarinifolia β. incubacea Koch. comment. de sal. europ. p. 49. S. fusca e. longifolia Meyer. chlor. hanov. 1. p. 497. S. laeta Schultz. starg. suppl. 51., varietas ramis vitellinis. — Folia duplo longiora, quam in S. repente, foliis Salicis viminalis haud absimilia; hac nota et apice foliorum recto a S. repente distinguitur; foliisque magis oblongo-lanceolatis et amentis ovalibus a S. rosmarinifolia. Aegre hae species describuntur, quae vivae non difficile distinguuntur. — Nomen Salicis angustifoliae anteposui, quum cl. Fries. contendat, Salicem incubaceam Linnaei eandem esse, ac suam S. plicatam. S. incubacea herbarii Linnaeani, ut supra annotavi, ad S. angustifoliam pertinet, nec ad S. plicatam.

36. S. ROSMARINIFOLIA (L. sp 1148.) amentis sessilibus, fructiferis subrotundis breviter pedunculatis, pedunculo foliato, capsulis ex ovata basi lanceolatis tomentosis longe pedicellatis, *pedicello bis terve nectarium superante*, stylo brevi, stigmatibus ovatis bifidis, *foliis linearibus* vel lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis *margine planis apice rectis* integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis *subtus sericeis*, *stipulis lanceolatis*. ♄. In paludosis spon-

spongiosis Germaniae septentrionalis. Mai. S. rosmarinifolia Koch. comment. d. sal. europ. p. 48, excl. var. β. et γ. S. tenuis et paviflora Host. a. p. 642. Multo minus variat haec species, quam S. repens, folia semper longiora longiusque attenuata sunt et quidem in acumen rectum. G.

37. S. Doniana (Smith. engl. fl. 4. p. 213.) monadelpha, amentis sessilibus, fructiferis subpedunculatis basi minute foliatis, capsulis ovato-conicis tomentosis pedicellatis, *pedicellis nectarium bis superantibus*, *stylo brevissimo*, stigmatibus brevibus emarginatis, *foliis saepe oppositis lanceolatis vel obovato-lanceolatis acutis strictis apice rectis remote serrulatis supra nitidis subtus sericeis, pilis in adultis sparsis.* ♄. Ad margines pratorum humidorum, (bei Steinfurth in Westphalen, Sonder!) Mai. Dom. Sonder. fruticem masculum tantum detexit, femineum ex Anglia vivum possideo. — Frutex erectus, 3-4 pedalis, S. purpureae valde similis, sed femineus capsulis pedicellatis, masculus antheris defloratis luteo-fuscis, neque atris, statim dignoscitur. Amenta breviora, quam in hac, tamen cylindrica.

Sect. IX. Frigidae. Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia et, saltem fructifera, plus minusve pedunculata, pedunculo foliato. Antherae defloratae luteae vel fuscae. Capsulae sessiles vel breviter pedicellatae, pedicello nempe nectarium non superante.

Frutices ramosissimi, ramis senioribus torulosis, iunioribus vix vimineis. A Capreis differt haec sectio capsulis sessilibus vel breviter pedicellatis, a Vimualibus praecipue statura fruticis ramosissimi torulosi. Amenta quidem in plerisque distincte pedunculata apparent, at in S. Lapponum saepe sessilia quoque deprehenduntur; caeterum sola exceptio a regula, mihi quidem nota.

38. S. arbuscula (Linn. iudicio Laestadii, Friesii et Hartmani.) amentis pedunculatis, *pedunculo foliato*, capsulis ovato-conicis tomentosis sessilibus, denique brevissime pedicellatis, *nectario basin capsulae superante*, stylo elongato saepe ad medium usque fisso, stigmatibus bifidis, *foliis glabris* lanceolatis acutis vel ovatis basi apiceque obtusis breviterque acuminatis, remotius densiusve serratis supra nitidis *subtus glaucis opacis.* ♄. (Schweiz u. d. d. g. A. K.) Jun. Jul. „Certissime haec primaria S. arbuscula L. et, teste quoque restitutore Laestadio, etiam Wahlenbergii fl. lapp., quae collatis Veg. helv. et Fl. carp. confirmatur. At excludenda var. multo maior, subsequentem" (S. phylicifoliam) „potissimum spectans." Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 50. Cl. Wahlenberg., quem in commentatione mea de salicibus europaeis secutus sum, sub S. arbuscula comprehendit „fruticem orgvalem" S. bicolorem Ehrh., S. Weigelianam Willd., S. phylicifoliam Fries., et „fruticem humilem" S. Waldsteinianam W. et S. prunifoliam Sm. Illam pro S. arbuscula Wahlenb. habui; nunc vero, cl. Friesium secuturus, sub hoc nomine duas ultimas proponam, quum botanici praestantissimi, supra memorati, in eo conveniant, hanc esse veram Linnaeanam speciem, quamquam Linnaeus sub sua S. arbuscula 3 diversas species comprehendat, nempe varietatem α, quam Wahlenberg. ad suam S. arbusculam, Friesius contra ad S. maialem trahit; varietatem β, quae secund. Wahlenberg. varietas S. hastatae est, et var. γ, quae S. arbusculam Friesii sec. hunc auctorem, sec. Wahlenberg. autem S. lividam exhibet. Variat haec species:

α. *Waldsteiniana*, serraturae foliorum remotiores, magis adpressae, stylus saepissime profunde divisus; occurrunt specimina, quorum ovaria tota ad basin usque in duo singularia divisa sunt: S. Waldsteiniana Willd. sp. 4. 679. S. ovata Ser. sal. helv. 92. t. 2. S. arbuscula Jacq. a. t. 108., icon nudis; Wahlenb. fl. carpat. p. 316.

β. *foetida*, serraturae foliorum crebrae, glandula crassiore terminatae, hinc minus approximatae, stylus plerumque non fissus: S. prunifolia β. Koch. sal. europ. p. 59. S. foetida Schleich. cent. 2. n. 95. S. alpina Sut. helv. 2. p. 283. S. prunifolia Ser. sal. helv. p. 49. S. vaccinifolia Engl. bot. t. 2341., si folia subtus pilis minutis adpressis adspersa sunt, nec hortor. bot., quae varietatem S. repentis exhibet. — S. formosa herbar. Willd. n. 18162., hanc et plures alias species comprehendit.

γ. *prunifolia*, serraturae foliorum subundulatae, stylus brevis, post anthesin parum tantum elongatus, squamae helvolae: S. prunifolia Smith. brit. 1054. S. venulosa Sm. brit. 1055. S. carinata Sm. brit. 1055., quae sec specim. authentica non differunt. Specimina mea in statu florente collecta sunt; plantam fructiferam nondum vidi.

39. S. Lapponum (L. sp. 1447. secund. Laestad. et Fries.) *amentis sessilibus* fructiferis subpedunculatis, capsulis ovato-lanceolatis tomentosis glabrisve sessilibus denique brevissime pedicellatis, *nectario pedicellum superante vel aequante*, stylo elongato, stigmatibus linearibus bifidis, *foliis lanceolatis ellipticisve* acuminatis integerrimis serrulatisve, iunioribus sericeo-villosis, adultis supra rugosis *subtus tomentosis opacis*, stipulis semicordatis apice recurvo. ♄. In humidis uliginosis alpium, (d. d. g. A. K. in d. Sudeten u. Mähr. Karpat.) Mai. Jun. S. limosa Wahlenb. lapp. p. 264. S. helvetica Vill. delph. 3. p. 783. S. nivea Ser. sal. helv. p. 51. S. lactea Bray. in denkschr. d. regensb. bot. ges. 2. p. 43. t. 2. S. arenaria Willd. sp. 4. 689. Smith. brit. 1058. engl. bot. v. 26. t. 1809. S. glaucophylla Willd. en. suppl. p. 66. S. Stuartiana Sm. in Rees. cycl. n. 85. engl. bot. v. 36. t. 2586. Folia subtus saepe niveo-quandoque cinereo-tomentosa, supra saepe albido-villosa; adulta vero plerumque in pagina superiore integumentum exuunt et obscure viridia fiunt; tomentum paginae inferioris pilis brevibus dense intricatis formatum est: quo charactere, sicut amentis sessilibus ebracteatis vel breviter pedunculatis, pedunculo foliis aliquot minutis obsesso, a sequente optime distinguitur. — Variat:

β. foliis iunioribus tantum leviter tomentosis, explicatis utrinque glabris margine tomentoso-pubescentibus: S. arenaria β. denudata Tausch. pl. sel. S. glauca Sm. engl. fl. 4. 201.

Praeeuntibus cl. viris Fries. et Hartman. nomen Salicis Lapponum anteposui, sperans, fore, ut in posterum non iterum mutetur; quod facile fieri poterit, quum secundum b. Smith. in Engl. fl. 4. p. 202. Salix Lapponum herbarii Linnaeani cum S. sericea, (S. glauca Fries. et Hartm.) eadem sit, et S. glauca herbarii Linnaeani ad S. limosam Wahlenberg. pertineat.

40. S. glauca (L. sp. 1446.) *amentis longe pedunculatis, pedunculo foliato*, capsulis ovato-lanceolatis tomentosis breviter pe-

dicellatis, *pedicello nectarium aequante*, stylo bifido, stigmatibus elongatis bifidis, *foliis* lanceolatis ellipticisve integerrimis *subtus cinereis utrinque sericeo-villosis* denique glabrescentibus acutis, infimis obtusissimis, stipulis ovatis acutis rectis. ♄. In alpibus altissimis Helvet. austral., (vom Gotthard d. d. südl. Kette bis zum grofsen Bernhard.) Jun. Jul. S. sericea Vill. delph. 3. p. 782. Folia subtus cinereo colorata et villis longis rectis adpressis nec tomento intricato obtecta, denique glabrescentia, amenta longe pedunculata, pedunculo foliis magnis obsesso. His notis a priori certo distinguitur. — Varietas foliis angustioribus acutioribus lanceolatis est S. glaucae var. *γ*. Lapponum Wahlenb.! l. c. S. albida Schleich.! cat. et S elaeagnoides Schleich.! cat. Sering. sal. helv. p. 91. (Amenta in hac paullo magis laxiflora, quam plerumque esse solent.); varietas foliis subovalibus stipulatis et squamis amenti longioribus, fere longitudine germinis: S. appendiculata Vahl.! in flor. dan. t. 1056., S. glauca *β*. appendiculata Wahlenberg.! lapp. p. 264., squamis longioribus haec varietas praecipue differt, stipulas enim et in aliis modificationibus saepe vidi. Caeterum haec varietas sec. specimina authentica parum differt a forma vulgari; squamae breviores et duplo longiores in aliis quoque speciebus non raro occurrunt. H.

41. S. CAESIA (Villars. delph. 3. 768.) *amentis breviter pedunculatis*, pedunculo foliato, capsulis ovato-conicis tomentosis sessilibus denique brevissime pedicellatis, *nectario basin capsulae superante*, stylo elongato vel breviusculo, stigmatibus ovato-oblongis integris bifidisque, *foliis* ellipticis lanceolatisve acuminatis *glaberrimis utrinque glaucis opacis* margine revolutis *integerrimis*. ♄. In summis alpibus, (bisher blofs auf d. Enzeindaz im C. Waadt.) Jun. Jul. S. prostrata Ehrh. pl. sel. 159. S. myrtilloides Willd. sp. 4. 686. non L., nec Sm. Longitudo styli in hac specie, ut in S. arbuscula, variat, amenta quoque huius simillima, sed folia opaca, integerrima et subtus praecipue caesio-viridia diversa sunt. H.

42. S. JACQUINIANA (Host. fl. austr. 2. p. 654.) *amentis longe pedunculatis*, pedunculo amentum subaequante foliato superne aphyllo, capsulis ex ovata basi lanceolato-acuminatis sessilibus lanuginoso villosis denique brevissime pedicellatis glabratis, *nectario basin capsulae superante*, stylo elongato, stigmatibus linearibus bifidis integrisque, *foliis* ellipticis lanceolatisve *utrinque reticulato-venosis lucidis concoloribus integerrimis* denique glabratis ciliatis. ♄. In summis alpium iugis, (Tyrol, Kärnthen, Krain, Steyermark.) Jun. Jul. S. Jacquinii Host. synops. 529. S. Jacquiniana Willd. sp. 4. 692. S. fusca Jacq. austr. t. 409. nec Linn. S. alpina Scopol. carn. 2. p. 255. t. 61. — In omnibus partibus S. myrsiniti simillima, differt tantum foliis integerrimis et margine (num semper?) ciliatis; an huius varietas? G.

43. S. MYRSINITES (L. sp. 1445.) *amentis longe pedunculatis*, pedunculo amentum subaequante foliato superne aphyllo, capsulis ex ovata basi lanceolato-acuminatis sessilibus lanuginoso-villosis, denique brevissime pedicellatis glabratis, *nectario basin capsulae superante*, stylo elongato, stigmatibus linearibus integris bifidisque,

foliis ellipticis lanceolatisve *utrinque reticulato-venosis lucidis concoloribus* denique glaberrimis margine *dense glanduloso-serrulatis.* ♄. In locis humidis alp. altiorum, (von d. Schweiz bis Steyermark.) Jun. Jul. S. myrsinites Willd. sp. 4. 678. et S. arbutifolia Willd. l. c. 682. Ser. sal. helv. p. 44. S. dubia Sut. helv. 2. 283. Ovaria cum stylis atropurpurea, filamenta caerulea, antherae violaceae. Variat:

β. *lanata*, foliis undique lana subsericea densa tectis.

γ. *leiocarpa*, capsulis denique glabris.

Sect. X. Glaciales. Amenta terminalia. E gemma scilicet ramorum anni praeteriti terminali ramulus novellus prodit, foliis inque eorum axillis gemmis, sequente anno sese evolventibus, vestitus, cuius apici amentum impositum est. Amenta itaque pedunculo folioso persistenti insident, quo ramus continuatur et elongatur.

Fruticuli trunco subterraneo repente, ramis adscendentibus, pygmaei.

44. S. reticulata (L. sp. 1446.) *amentis pedunculatis terminalibus*, capsulis ovatis tomentosis subsessilibus, nectario basin capsulae superante, stylo brevi, stigmatibus bifidis, *foliis longe petiolatis elliptico-orbiculatis* obtusis breviter apiculatis retusisve margine revolutis integerrimis supra rugosis *subtus glaucis reticulatis*, denique glabris. ♄. In rupibus humectatis et locis madidis summarum alpium, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. St. h. 25.

45. S. retusa (L. sp. 1445.) *amentis pedunculatis pedunculo foliato gemmifero*, capsulis ovato-conicis glabris breviter pedicellatis, nectario pedicellum subaequante, stylo mediocri, stigmatibus bifidis linearibus, *foliis brevissime petiolatis obovatis vel oblongo-cuneatis* obtusis retusisve integerrimis vel basi glanduloso-denticulatis *parallelo-venosis glaberrimis.* ♄. In locis petrosis alpium et reg. subalpinarum; var. γ. in alp. altioribus. Jul. Aug. St. h. 25. Variat:

β. maior, foliis pollicem longis amentis, multifloris: S. Kitaibeliana Willd. sp. pl. 4. p. 683., Wahlenb. carpat. p. 314.

γ. multo minor, trunco ramisque terrae adpressis implexis, foliis dimidio minoribus plerisque non emarginatis, amentis breviter pedunculatis paucifloris, 3-5-imo unifloris; S. serpyllifolia Scop. carn. 2. p. 255. t. 61. Willd. sp. pl. 4. p. 684. At Salix serpyllifolia Jacq. austr. t. 298. vulgarem formam S. retusae exhibet.

46. S. herbacea (L. sp. 1445.) *amentis terminalibus pedunculatis*, pedunculo bifolio gemmifero, capsulis ovato-conicis glabris subsessilibus, nectario pedicellum brevem superante, stylo brevi, stigmatibus bifidis, *foliis orbiculatis* ovalibusque obtusis retusisve serratis *glabris reticulato-venosis utrinque nitidis.* ♄. In locis duris apricis summarum alpium inter nives perennes; etiam in Sudetis. Jul. Aug.

2. **POPULUS** (L. gen. n. 1123.) Flores dioici. Perigonium cyathiforme, squamae amenti impositum. N. v. E. gen. 1. 20.

Sect. I. Leuce Dub. bot. gall. p. 427. Ramuli iuniores tomentosi vel, saltem plantarum iuvenilium, hirti. Stam. 8. Squamae amenti ciliatae.

1. P. ALBA (L. sp. 1463.) *foliis* subrotundo-ovatis angulato-dentatis *subtus* ramulisque *niveo-tomentosis*, *ramulorum terminalium cordatis palmato-quinquelobis*, squamis amenti feminei lanceolatis apice crenatis ciliatis. ♄. In sylvis humidis, (zerstreut dch d. Geb.) Mart. April. P. nivea Willd. arb. 227.

2. P. CANESCENS (Smith. brit. 1080.) *foliis* subrotundo-ovatis angulato-dentatis *subtus* ramulisque *cinereo-tomentosis*, *ramulorum terminalium cordato-ovatis indivisis*, squamis amenti feminei apice fissis margine ciliatis. ♄. Cum priori, (sehr zerstreut dch d. Geb.) Mart. April. P. alba Willd. arb. 227.

3. P. TREMULA (L. sp. 1464.) *foliis suborbiculatis* dentatis utrinque ramulisque *glabris* ramorum radicalium et plantarum iuniorum hirtis, squamis amenti digitato-incisis dense villoso-ciliatis. ♄. In sylvis. Mart. April.

Sect. II. AIGEIROS Dub. bot. gall. p. 427. Ramuli etiam radicales glabri. Stam. 12-30. Squamae amenti glabrae.

4. P. PYRAMIDALIS (Rozier. conf. Lam. dict. 5. p. 235.) *foliis rhombeis* acuminatis serratis margine *glabris*, *ramis erectis*. ♄. Ex Oriente allata, nunc ubique viarum limitandarum causa colitur. P. fastigiata Poir. dict. l. c. P. dilatata Ait. kew. ed. 1. 804., nomen ambiguum.

5. P. NIGRA (L. sp. 1464.) *foliis triangulari-ovatis* acuminatis serratis margine *glabris* basi truncatis et serratis, *ramis patentibus*. ♄. In locis humidis, ad ripas hinc inde. Dod. pempt. 836.

6. P. MONILIFERA (Ait. kew. ed 1. 3. p. 407.) *foliis triangulari-ovatis* acuminatis serratis basi truncatis et subintegerrimis *margine pubescentibus*. ♄. Ex America boreali allata nunc ad vias plantatur.

Ord CX. BETULINEAE. Rich. in Kunth. nov. gen. 2. p. 21. Amentacearum gen. Juss.

Flores unisexuales, monoici, *amentacei*. Amenta e bracteis squamaeformibus pedicellatis formata. Mas. Perigonia 3, indivisa vel quadripartita, pedicello insidentia. Stam. 2 vel 4 in quovis perigonio; (6-12 in bractea.) Fem. Amentum e bracteis in anthesi sessilibus formatum. Perigon. nullum. Ovarium *2 loculare*, *loculis 1 ovulatis*; stigmata 2, filiformia. Pericarpium indehiscens, compressum, membranaceum, vel subcoriaceum, interdum lateraliter in alam expansum. Sem. in quoque loculo solitaria, pendula, exalbuminosa. Radicula ad hilum versa. Cotyledones planae. Arbores foliis alternis.

1. BETULA (L. gen. n. 1052.) Mas. Amentum. Squamae pedicellatae, 1 florae, lobulis 2 sub apice peltiformi. Perigonium 3 phyllum, pedicello insidens. Stam. 6. Loculi antherarum filamento

bifido disluncti. Fem. Amentum squamis oblongis, basi dilatatis, denique trilobis, basi cuneatis et deciduis, 2-3 floris. Ovarium 2 loculare. Stigmata 2. Nux alata, 1 locularis, 1 sperma. N. ab E. gen. 10.

1. B. ALBA (L. sp. 1393.) *foliis* rhombeo-triangularibus acuminatis *duplicato-serratis glabris*, lobis lateralibus squamarum strobili recurvatis, semine elliptico ala semine ipso duplo latiore cincto. ♄. In sylvis, praecipue arenosis, in planitiebus, reg. montanis et subalpinis. April. Mai. Variat ramulis erectis, vel elongatis et gracilibus longeque pendulis; haec B. pendula Roth. tent. 1. 405. Ramuli saepe verruculis resinosis obsiti: B. verrucosa Ehrh. beitr. 6. 98. arb. n. 96., excl. ramis floriferis; conf. Mey. chlor. hanov. 501. — B. hybrida Bechst. dian. 1. 80., B. aurea Borkh. forstbot. 1. 498., est forma fruticosa, conf. Meyer. l. c. — Varietas foliis laciniatis: B. laciniata Wahlenb. fl. suec. p. 624.

2. B. PUBESCENS (Ehrh. beiträg. 6. p. 98. arb. n. 67.) *foliis* ovatis vel subrhombeis acuminatis *duplicato-serratis* puberulis denique glabratis, *axillis venarum subtus barbatis*, lobis lateralibus squamarum strobili patentibus, semine obovato, ala latitudine seminis. ♄. In locis humidis, paludibus spongiosis; in subalpina adscendens. April. Maio, paulo serius praecedente. B. odorata Bechst. l. c. In subalpinis saepe fruticem humilem divaricatum exhibet, foliis petiolisque glabris et quandoque axillis venarum quoque denudatis; posterior est varietas

β. *carpatica:* B. carpatica Willd. sp. 4. 1. p. 464. B. glutinosa Wallr. sched. p. 497.

3. B. FRUTICOSA (Pallas. ross. 1. p. 62. t. 40.) *foliis* subrotundo-ovatis ovalibusque *simpliciter serrato-crenatis*, *crenis acutis*, squamis digitato-trifidis, laciniis oblongis subaequalibus, seminibus obovatis, ala semine dimidio angustiore. ♄. In locis paludosis spongiosis, (auf d. an d. Alpen angrenzenden Flächen von Schwaben, Baiern u. Salzburg u. a. d. Torfgebrüchen v. Mecklenb., Pommern u. Preuss.; auch bei Berlin.) April. B. humilis Schrank. baier. fl. 1. p. 420. Fl. d. t. 91.

4. B. NANA (L. sp. 1394.) *foliis* suborbicularibus *crenatis*, *crenis rotundato-obtusis*, squamis digitato-trifidis, laciniis oblongis subaequalibus, seminibus subrotundo-obovatis, ala semine dimidio angustiore. ♄. In paludibus spongiosis frigidis montanis et subalpinis, (v. d. Schweiz d. d. g. A. K. bis nach Steyermark u. auf d. Flächen längs d. A. K.; sodann in Mähr. u. Böhm.; a. d. Sudet. u. d. Brocken.) Mai. Guimp. t. 149.

2. ALNUS (Tournef. inst. t. 359.) Mas. Amentum. Squamae pedicellatae, supra triflorae, lobulis 4 ante apicem peltiformem praeditae. Perigonia in pedicello sessilia 4 fida vel 3 phylla, tetrandra. Filamenta indivisa; antherae biloculares. Fem. Amentum. Squamae ovatae, biflorae, supra squamulis 4 instructae, in fructu auctae, cuneato-obovatae, persistentes. Ovarium minutissimum. Stigmata 2 filiformia. Nux compressa, bilocularis.

Sect. I. Alnobetula. Perigonium e phyllis tribus seinnctis compositum. — Cum genere Betulae haec sectio coniungi nequit; differt squamis amenti masculi trifloris, filamentis indivisis; amenti feminei persistentibus, ante apicem lobulis 4 instructis.

1. A. viridis (DC. fl. fr. 3. p. 304.) *foliis* ovatis acutis vel breviter acuminatis argute duplicato-serratis *glabris concoloribus*, venis subtus hirtis. ♄. In declivibus alpium et reg. subalpinarum, (in Menge in d. Granitalpen, wo sie die Pinus Pumilio ersetzt; auf d. höhern Punkten d. Schwarzwaldes.) Mai. Jun. Betula ovata Schrank. baier. fl. 1. p. 419. B. Alnobetula Ehrh. beitr. 2. p. 72. B. viridis Chaix. ap. Vill. 3. p. 789. Jun. Jul.

Sect. II. Clethra. Perigonium quadrifidum.

2. A. incana (DC. fl. fr. 3. 304.) *foliis ovatis acutis* vel breviter acuminatis argute duplicato-serratis *subtus glaucis pubescenti-subtomentosis*. ♄. In convallibus alpinis ad rivos, in subalpina et cum fluviis in planities descendens, (d. d. g. A. K. mit d. Rheine bis Germersheim; mit d. Iller u. s. w. bis zur Donau; sodann in Mähren, Böhmen, Schles.; auf d. Brocken; d. Rhön; in Ostpreussen.) Febr. Mart. Variat:

β. foliis pinnatifido-incisis, laciniis serratis obtusis: A. incana β. pinnatifida Wahlenb. fl. suec. p. 622. Haec hucusque in Suecia tantum reperta est.

3. A. glutinosa (Gaertn. fruct. 2. t. 90.) *foliis subrotundis obtusissimis* retusis basi cuneatis glabris, *axillis venarum subtus barbatis*. ♄. In paludosis et ad ripas. Febr. Mart. St. h. 29. Betula Alnus α. glutinosa L. sp. 1394. Variat.

β. *incisa*, fol. incisis Willd. sp. 4. 335.

γ. *laciniata*, fol. pinnatifidis, laciniis acutis. Willd. l. c. Varietates hasce cultas tantum vidi.

Ord. CXI. MYRICEAE. Rich. elem. bot. p. 561.

Flores unisexuales monoici vel dioici, *amentacei*, singuli in axilla bracteae seu squamae. Mas. Stam. 2, plura, libera vel monadelpha. Perigon. nullum vel e squamulis 1-2 minutis formatum. Fem. Perigonium e squamis minimis 2-6, hypogynis, ovario saepe adnatis compositum. *Ovarium 1 loculare, 1 ovulatum*, ovulo erecto. *Stigm. 2, elongata*, subulata. Pericarpium indehiscens, siccum, vel squamis perigonalibus auctis et accretis drupaceum, 1 spermum. *Albumen* o. Embryo rectus, inversus, radicula apicem seminis spectante, ab hilo remota.

1. MYRÍCA (Linn. gen. 1107.) Flores dioici, amentacei, squamis unifloris; masc. stam. 4-6, in basi squamae inserta et approximata vel etiam connata. Fem. Ovar. 1, in basi perigonii, e squamulis 4 compositi, adnatum. N. ab E. gen. 3. 1.

1. M. GALE (L. sp. 1453.) foliis lanceolatis subserratis, caule fruticoso. ♄. In ericetis humidis turfosis, (v. Westphalen durch d. nördl. Theil v. Hanover, Oldenb., Holst., Mecklenb. bis Pommern.) April. Mai. Fl. d. t. 327.

Ord. CXII. CONIFERAE. Juss. gen. 411.

Flores unisexuales; masc. amentacei; amentum e bracteis squamaeformibus vel peltatis formatum. Antherae bracteis adnatae, vel filamentis axillaribus connatis insidentes. Flor. feminei perinde amentacei, in bractearum squamaeformium basi sessiles, vel in basi involucri squamaeformis, ex axilla bracteae egredientis, adnati, (ovula ovario non clauso explanato inserta, R. Brown,) vel terminales, terni, gemini, solitariive. *Ovarium superum, perigonio urceolato, apice foramine pervio, inclusum,* (ovulum nudum secund. R. Brown.) *Stigma sessile, minutum, punctiforme* et stylus o; vel stylus filiformis et stigma simplex. *Utriculus monospermus,* perigonio persistente nucamentaceo tectus; *semen* erectum. Spermodermis tenuis, membranacea. Albumen carnosum. Embryo inversus in centro albuminis situs. — Fructus e nucleo spermodermide obducto et integumentis duobus disiunctis compositus est; hinc, me iudicante, e semine, pericarpio et integumento acessorio compositus est.

Tib. I. *EPHEDRINAE.* Nees ab Esenb. gen. fasc. 1. Flores amentacei; amenti squamae oppositae, basi connatae. Mas. Involucrum bifidum, e squamis 2 connatis formatum. Stam. connata, apice libera; antherae biloculares. Flores fem. terminales, gemini, oppositi, erecti, involucro bipartito, e squamis 2 supremis multo maioribus et basi connatis confecto, cincti. Ovarium erectum. Stylus elongatus, perigonium superans; stigma simplex. Utriculus perigonio et involucro, denique succulento, baccam spuriam exhibenti, inclusum.

1. ÉPHEDRA (L. g. n. 1136.) Character generis idem ac tribus. N. ab E. gen. 1. 8.

1. E. DISTACHYA (L. sp. 1472.) pedunculis oppositis, amentis geminis. ♄. In apricis rupestribus, (in Wallis u. an d. Ruine Siegmundskron bei Botzen in Südtyrol.) April. Mai. Schk. t. 339.

Trib. II. *TAXINEAE.* Rich. Flores masc. amentacei; amenti squamae peltatae, orbiculatae, subtus antheris unilocularibus concentrice obsitae. Flores fem. terminales, solitarii. Ovarium erectum. Stigma punctiforme, sessile.

2. TAXUS (L. gen. 1135.) Flores dioici; masc. amentacei, squamis peltatis, subtus antheris unilocularibus concentrice obsitis. Flores fem. solitarii, involucro intergro, (e squamis carnosis connatis

orto?) initio minimo et annuliformi insidentes. Utriculus perigonio nucamentaceo inclusus, involucro, denique in cupulam succulentam integram, baccam spuriam exhibentem, mutato, occultatus. N. ab E. gen. 1. 9.

1. T. BACCATA (L. sp. 1472.) foliis approximatis linearibus acutis, floribus axillaribus sessilibus ♄. In sylvis montanis et subalpinis, (nur in Gegenden, welche höhere Berge haben, deswegen in Norddeutschl. nur angebauet.) Mart. April. Schk. t. 339.

Trib. III. *CUPRESSINEAE*. Rich. conif. 137. Flores masc. amentacei. Antherae 4-7, uniloculares, ad squamarum peltatarum marginem inferiorem subtus adnatae. Flores fem. in axillis squamarum amenti sessiles; vel terminales et involucro trifido cincti. Ovarium erectum, perigonio cinctum. Receptaculum proprium nullum. Stigma punctiforme, sessile.

3. JUNIPERUS (L. gen. 1134.) Flores dioici. Masc. amentacei. Antherae 4-7, uniloculares, ad marginem inferiorem squamae ovatae peltatae insertae. Flores fem. terni, terminales, involucro carnoso, trifido, ex squamis tribus amenti connatis formato, cincti, liberi, erecti. Nuces, perigonio persistente nucamentaceo, inclusae, in involucro aucto, carnoso, baccam spuriam exhibente, absconditae. N. ab E. gen. 1. 7.

1. J. NANA (Willd. arb. 159.) fruticosa, decumbens, *foliis ternis incurvatis lanceolato-linearibus* in mucronem pungentem acuminatis supra leviter canaliculatis *subtus* obtuse carinatis, *linea impressa carinam perducente*, baccis ovatis pruinosis folia subaequantibus. ♄. In locis rupestribus alpium, etiam reg. subalpinarum, (d. d. g. A. K. u. in dem höhern Mähr., Böhm. u. Schles. Gebirge.) Jul. Aug. Schk. t. 338. J. sibirica Burgsd. anleit. n. 272. J. communis *γ*. L. sp. 1470. *γ*. montana Ait. kew. 3. p. 414. *γ*. alpina Gaud. helv. 6. p. 301. Baccae atrae, caesio-pruinosae.

2. J. COMMUNIS (L. sp. 1470.) fruticosa, erecta, denique arborescens, *foliis ternis patentissimis lineari-subulatis* in mucronem pungentem acuminatis supra leviter canaliculatis *subtus* obtuse carinatis, *linea impressa carinam perducente*, baccis ovatis pruinosis folio duplo triplove brevioribus. ♄. In collibus, ericetis, et sylvis tam siccis, quam humidis. April. Mai. Bacca atrae, caesio pruinosae.

3. J. MACROCARPA (Sibthorp. fl. graec.) fruticosa, *foliis ternis patentissimis*, linearibus in mucronem pungentem acuminatis, supra bisulcatis *subtus acute carinatis*, baccis ovatis globosisve pruinosis folium aequantibus longioribusque. ♄. In asperis, (bei Fiume, Noé.) Mai. Tabernaem. krtb. p. 1358. f 4. Baccae maximae, maturae rubro-fuscae, caesio-pruinosae. Differt a J. Oxycedro, in dit. fl. nostr. nondum lecto, praesertim baccis, quae in hoc dimidio minores, coccineae et nitidae sunt. J.

4. J. PHOENICEA (L. sp. 1471.) *foliis* breviter ovatis obtusiusculis, *sexfariam arcte imbricatis* dorso sulco impressis, baccis pa-

tentibus. ♄. In locis asperis, (auf d. Insel Cherso u. Osero.) Mai. Tabern. 1352. f. 2. Baccae rubrae. Cl. Tenor. in sylloge fl. neap. habet varietatem

β. baccis caeruleis, cum synonymo: J. lycia L. sp. 1471.

5. J. Sabina (L. sp. 1472.) foliis rhombeis acutis quadrifariam arcte imbricatis et dorso glandula impressis vel lanceolatis acuminatis patulis decurrentibus et plus minusve remotis, *baccis pedunculo recurvo pendulis*. ♄. In alpibus, (Wallis, Südtyrol, Krain.) April. Mai. Baccae caeruleae.

4. CUPRESSUS (L. gen. n. 1079.) Flores monoici, amentacei; masc. antherae 4, uniloculares, ad marginem inferiorem squamae ovatae peltatae insertae. Flores fem. 8 et plures, in basi squamarum amenti sessiles, erecti. Utriculus perigonio persistenti nucamentaceo inclusus. Strobilus siccus, e squamis lignosis, peltatis, angulatis, medio umbonatis, compositus.

1. C. sempervirens (L. sp. 1422.) ramis erectis, ramulis quadrangulis, foliis quadrifariam imbricatis obtusis adpressis convexis, strobilis subglobosis, squamis umbonatis muticis. ♄. In regionibus australioribus, (südl. Krain, Istrien, Südtyrol, ital. Schweiz, doch wahrscheinlich nur angepflanzt.) Febr. Mart. Schk. t. 310.

Trib. IV. *ABIETINEAE*. Richard. conif. 145. Flores amentacei; masc., antherae 2, uniloculares, squamis, (bracteis,) amenti subtus adnatae; filamenta o. Flores fem., amentum e bracteis squamaeformibus formatum, in axilla involucrum proprium squamaeforme biflorum gerentibus: quae involucra, denique aucta, squamas maiores strobili sicci constituunt. Flores inversi. Perigonium initio involucro arcte adnatum et squama propria alaeformi tectum, quae maturescente fructu cum nuce solvitur. Stigma punctiforme. Nux spuria, e perigonio orta.

5. PINUS (L. gen. n. 1077., excl. spec.) Squamae strobili apice area incrassata, umbonata, praeditae; cetera ut tribus. N. ab E. gen. 1. 1. — Folia ramorum hornotinorum e squamis scariosis, margine laceris, constant, quae versus autumnum plerumque decidunt, basi remanente. Cum evolutione rami novelli in axillis foliorum squamaeformium per anticipationem fasciculus foliorum viridium oritur, e ramulo, cuius axis non elongatur, formatus. Si vero apex rami abscinditur, e medio huius fasciculi saepe novus ramus erumpit, ramum ipsum continuans.

1. P. Pumilio (Haenk. reis. nach d. riesengeb. p. 68.) *foliis geminis, strobilis ovalibus vel oblongo-ovalibus erectis*, alis nuce duplo longioribus. ♄. In alpibus calcareis, copiose. Cum rivulis in convalles descendens. Mai. in alpibus Jul. Aug. P. Pumilio W. K. pl. r. h. p. 160. t. 149. P. Mughus Scop. carn. 2. p. 247. (non Jacq. nec P. Mugho Poir. in Lam. dict. 5. p. 336.) Pinaster Pumilio Clus. pan. p. 15. ic.

2. P. sylvestris (L. sp. 1418., excl. variet.) *foliis geminis*, amentis femineis post anthesin pedunculo recurvato nutantibus, *stro-*

bilis ovato-conicis *pedunculatis recurvatis*, *alis nuce triplo longioribus* ♄. In planitiebus et montibus humilioribus, praecipue solo arenario, sylvas saepe ingentes constituens; in subalpinis rarius et raro ad altitudinem ped. 5000 adscendens. Mai. Guimp. t. 153. P. Mughus Jacq. ic. rar. t 193.; non est varietas, sed P. sylvestris ipsa. Sicut P. rubra Mill. dict. n. 3.; nam P. sylvestris Mili. l. c. n. 1. est P. Pinaster „strobilis 7-8 pollices longis."

3. P. MARITIMA (Lam. fl. fr. 2. 201.) *foliis geminis*, amentis femineis per et post anthesin erectis, *strobilis sessilibus angulo recto patentibus* ovato-conicis, *alis nuce triplo longioribus*. ♄. In sylvis et maritimis, (bei Fiume u. auf d. Inseln u. in Unteröstreich.) Mai. P. maritima Duham. abr. t. 72. bis P. Laricio MB. t. cauc. 3. p. 623. non Duham. — P. nigricans Host. a. 2. p. 628. non differre videtur, nisi foliis minus glaucis.

4. P. PINEA (L. sp. 1419.) *foliis geminis*, *strobilis pedunculatis reflexis* ovato-subrotundis obtusis, *alis nuce triplo brevioribus*. ♄. Colitur in Tyroli australi. Mai. Camerar. epit. p. 39. ic. Colit.

5. P. CEMBRA (L. sp. 1419.) *foliis quinis* triquetris, strobilis subsessilibus ovatis obtusis, squamis complanatis sulcatis pubescentibus, apice patulis, nucibus ala destitutis. ♄. In summis alpibus, (v. d. Schweiz bis Oestreich.) Jun. Camerar. ep. 42. Nuces quama tectae, ut in ceteris, sed haec squama in alam non extenditur.

P. rotundata Lk. et P. uncinata Ram. mihi non satis notae.

6. ABIES (DC. fl. fr. 3. p. 275.) Squamae amenti apice applanatae, aequales non umbonatae.

Sect. I. ABIES NOBILIS. Folia depresso-plana, apice emarginata, solitaria. Strobili erecti, e squamis, maturitate de axe persistente deciduis, formati.

1. A. PECTINATA (DC. l. c.) *foliis* pectinatis emarginatis *subtus albo-bilineatis*, strobili squamis obtusissimis adpressis. ♄. In sylvis praecipue subalpinis et alpinis ad 4500 pedes adscendens. Mai. Pinus Picea L. sp. 1420. Camerar. ep. 48. et 49.

Sect. II. EPICEA DC. fl. fr. l. c. Folia compressa vel tetragona, apice integra, solitaria. Strobili penduli, e squamis persistentibus formati.

2. A. EXCELSA (Lamarck. fl. fr. 2. p. 202.) *foliis compressis subtetragonis mucronatis*, *solitariis* strobilis cylindricis pendulis, squamis eroso-denticulatis. ♄. In regionibus montanis, in subalpinis et alpibus; sylvas format et in alpibus ad 5500 pedes ascendit. Mai. Pinus Abies L. sp. 1421. Camer. ep. 47. ic. Picea vulgaris Link. handb. d. gew. 2. p. 478.

Sect. III. LARIX DC. fl. fr. 3 p. 277. Folia depressa, plana vel canaliculata, ob ramulos abbreviatos et contractos fasciculata, in ramorum apicibus vegetioribus tantum alterna et solitaria. Strobili erecti, e squamis persistentibus formati.

3. A. LARIX (Lam. illustr. t. 785. f. 2.) *foliis fasciculatis* planis subcanaliculatis deciduis, strobilis ovatis erectis, squamis obtusissimis apice laxis. ♄. In sylvis subalpinis, ad 5200 pedes adscendens. Mai. Pinus Larix L. sp. 1420. Larix europaea hort. paris. DC. flor. fr. 3. p. 277.

Class. II. ENDOGENEAE PHANEROGAMAE seu MONOCOTYLEDONEAE.

Truncus tam medulla centrali radiisque medullaribus, quam cortice vero destitutus, fibris sparsis, per telam cellulosam perductis, constans, in margine prius, quam in centro induratus, hinc basi saepius tenuior, quam apice. Flores organis sexualibus instructi, saepissime numero ternario compositi. Antherae sacculis 2 instructae, rarius uniloculares. Embryo cotyledone unica vel potius cotyledonibus alternis praeditus.

Ord. CXIII. HYDROCHARIDEAE. DC. fl. fr. 3. p. 265.

Cal. 3 sepalus, herbaceus. Cor. tripetala, regularis. Stam. libera, 3, et petalis alterna, vel petalorum numero dupla plurave. *Ovarium inferum*, 1-pluriloculare, multiovulatum; placentae parieti vel dissepimentis adnatae. Styli 3, 6, plerumque bifidi. Fructus indehiscens, carnosus, intus pulposus. Embryo cylindraceus, rectus. Albumen o. Flores dioici vel hermaphroditi.

1. STRATIÓTES (L. gen. n. 687.) Flores dioici. Cal. 3 partitus. Cor. 3 petala Parastamina 20-30. Mas. Stam. fertilia 12. Fem. Styli 6, bifidi. Bacca hexagona, 6 locularis, polysperma. N. ab E. gen. 6. 16.

1. S. ALOIDES (L. sp. 754.) foliis ensiformi-triangularibus ciliato-aculeatis. ♃. In aquis stagnantibus natans, (Oestr., Mähr., Schles.; dch d. g. nördl. D. von Westph. bis nach Ostpreuss.) Jul. Aug. Schk. t. 335. a. b. Flores albi. G.

2. HYDRÓCHARIS (L. gen. n. 1126.) Flores dioici. Calycis limbus tripartitus. Cor. 3 petala. Mas. Stam. 9. Pistilla 3, abortiva. Fem. Parastamina 3, filiformia. Nectarii squamae 3, carnosae. Styli 6; stigmata bipartita. N. ab E. gen. 6. 15.

1. H. MORSUS RANAE (L. sp. 1466.) In aquis stagnantibus, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. St. h. 44. Flores albi.

3. UDORA (Nutall.) Flores dioici. Cal. tripartitus. Cor. tripetala. Mas. Stam. 3. Fem. Styli 3, bifidi; stigmata elongata, plumosa. (Flores masculos nondum vidi.)

1. U. occidentalis (Pursh. sub Serpicula secund. Spreng. syst. veg. 1. p. 171.) foliis lanceolato-linearibus rectis tenuissime mucronulato-serrulatis, serraturis antrorsum versis. ♃. In aquis stagnantibus, lacubus, (im Dammschen See in der Nähe des Bodenberges bei Stettin in Pommern häufig, Rostkov!) Serpicula verticillata Rostk. et Schm. flor. sed. p. 370. Udora verticillata Sprengel., quod plantam Americae boreatis attinet. Elodea canadensis Michaux. Species germanica, cuius specimina plurima, a Cl. Rostkovio lecta, possideo, exacte cum planta Americana, prope Bethlehem in Pensylvania lecta, congruit. Ab hac Udora lithuanica Besser., ab ipso cl. auctore mecum communicata, omnino differt, foliis latioribus circinato-recurvatis aculeolato-dentatis; sed haec in Germania nondum detecta est. Cl. Reichenbachius illam nondum vidisse videtur, quum eam eandem ac lithuanicam esse declaraverit, conf. fl. exc. p. 139. — Serpiculam verticillatam Indiae orientalis nondum vidi. G.

Ord. CXIV. ALISMACEAE. Juss. dict. sc. nat. 7. 474. excl. gen.

Cal. 3 sepalus, herbaceus. Cor. tripetala, regularis, hypogyna. Stamina hypogyna, libera, 6 vel indefinita. *Ovaria 3, 6, plurima, singula stylo terminata, supera, 1-2 ovulata,* ovulis suturae interiori affixis. Stigmata simplicia. Carpella sicca, indehiscentia. Sem. exalbuminosum. Embryo curvatus.

1. ALISMA (L. gen. n. 460.) Flores hermaphroditi. Cal. 3 phyllus. Cor. 3 petala. Stam. 6. Carpella 6-plurima, 1 sperma, non dehiscentia. N. ab E. gen. 6. 18.

1. A. Plantago (L. sp. 486.) scapo verticillato-paniculato, ovariis introrsum supra basin styligeris, *carpellis apice rotundato-obtusis muticis* dorso 1-2 sulcatis, *in fructum obtuse trigonum congestis*, foliis cordatis ovatis lanceolatisve. ♃. In fossis et aquis stagnantibus atque in earum ripis. Var. β. et γ. non ubique. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 631. Schk. t. 102. Flores albi vel dilute rosei. Variat foliis latioribus et angustioribus, magis minusve cordatis et

β. *lanceolatum*, foliis lanceolatis basi attenuatis, 6 pollices longis et 1 latis: A. lanceolatum Wither. 362. A. Plantago β. Willd. sp. 2. 276. — Si haec varietas in aqua ipsa crescit, folia prima saepe linearia, graminea et pellucida sunt, atque supra aquam natant; occurrit quoque, licet rarius,

γ. *graminifolium*, foliis omnibus gramineis et natantibus, uno alterove tantum cum lamine anguste lanceolata supra aquam emergente: A. Plantago γ. graminifolia Wahlenb. suec. 1. 228. D. fl. l. c. A. graminifolium Ehrh. herbar. A. natans Pollich. pal. 3. 319.

2. A. parnassifolium (L. mant. 371.) scapo verticillato-racemoso vel basi subpaniculato, *carpellis* obovatis apice extrorsum rotundatis et *introrsum aristatis, multistriatis, foliis profunde cordatis* obtusiusculis. ♃. In lacubus et aquis stagnantibus, (in cinem

kleinen See bei Tempelhof in d. Gegend v. Berlin; erscheint blofs bei niedrigem Wasserstande, wenn das Wasser ½-1 Fufs über d. Wurzeln steht, Bouché; sodann am See bei d. Basedower Theerofen u. am Longritzer See in Mecklenburg.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 631. Reichenb. ic. f. 377. „Specimina in aqua ipsa crescentia gaudent petiolis longissimis et foliis natantibus, hoc est A. dubia Willd. prodr.; in locis autem ab aqua derelictis petioli vix biunciales sunt, hoc est A. Damasonium Willd. l. c." Dethard. consp. p. 32. G.

3. A. NATANS (L. sp. 487.) caule foliato, floribus ad genicula caulis solitariis ternis quinatisve, *carpellis* oblongis obtusis *acuminato-rostellatis multi-12-15 striatis* patulis, *foliis caulinis* petiolatis *ovalibus oblongisve*, radicalibus linearibus sessilibus. ♃. In piscinis et aquis stagnantibus, (bei Trier, Andernach, am Unterrheine u. v. da durch Westph., Hanov. u. d. g. nördl. D.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 632. Reichenb. ic. 1. f. 77. 78. Flores albi. G.

4. A. RANUNCULOIDES (L. sp. 487.) scapo apice umbellato vel verticillato-biumbellato, *carpellis* oblique ellipticis *quinquangularibus acutis in capitulum globosum congestis*, foliis lanceolatis trinerviis. ♃. In paludibus et locis hyeme inundatis, (am Unterrheine u. v. da durch Westphalen, Hanov. u. d. nördl. D. bis Mecklenburg; in Böhmen, Preussen, am Neuenburger See in d. Schweiz.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 633. Reichenb. ic. f. 79. Flores albi.

2. SAGITTARIA (L. gen. n. 1067.) Flores monoici. Cal. tripartitus. Pet. 3. Mas. Stam. numerosa. Fem. Carpella numerosa, receptaculo globoso imposita. N. ab E. gen. 6. 19.

1. S. SAGITTAEFOLIA (L. sp. 1410.) foliis profunde sagittatis, scapo simplici. ♃. In aquis stagnantibus. Jun. Jul. Schk. t. 298. Variat foliis lanceolatis acuminatis et ovatis acutis: haec est S. heterophylla Schreb. in Kört. et Schw. fl. erlang. 2. 119. Pet. alba, unguibus purpureis.

Ord. CXV. BUTOMEAE. Rich. mem. du mus. 2. p. 365.

Cal. 3 sepalus, quandoque coloratus et petalis similis. Cor. tripetala, hypogyna. Stamina hypogyna, libera, definita vel indifinita. *Ovaria 3-6, plura, supera, seiuncta, vel basi connata, singula stigmate terminata, multiovulata, ovulis totam superficiem interiorem ovarii occupantibus.* Sem. exalbuminosa. Embryo in directione seminis.

1. BÚTOMUS (L. gen. n. 507.) Perigonium 6 phyllum, corollinum. Stam. 9, tria interiora. Capsulae 6, inferne connatae, introrsum dehiscentes. N. ab E. gen. 6. 20.

1. B. UMBELLATUS (L. sp. 532.) In fossis, piscinis et aquis lente fluentibus. Jun.-Aug. Schk. t. 111. Flores rosei.

Ord. CXVI. JUNCAGINEAE. Rich. mem. du mus. 2. 1. 365.

Perigonium inferum, 6 phyllum, calycinum vel subcoloratum. Stam. hypogyna 6. *Ovaria 3, 6*, singula stylo libero vel stigmate oblique adnato terminata, *supera, superne disiuncta et basi tantum connata, vel in unicum 3-6 sulcatum connata et maturitate in carpella totidem ab axi centrali soluta, 1, 2 ovulata, ovulis erectis.* Fructus siccus. Sem. exalbuminosa. Embryo in directione seminis, rima laterali instructus, ex qua inter germinationem plumula prodit. Flores in racemis vel spicis.

1. SCHEUCHZÉRIA (L. gen. n. 452.) Perigon. profunde 6 partitum. Stam. 6, filamentis gracilibus. Ovaria 3-6, biovulata. Styl. o. Stigma in apice ovarii extrorsum oblique adnatum. Caps. divergentes, inflatae, basi connexae, 2 valves. N. ab E. gen. 2. 9.

1. S. PALUSTRIS (L. sp. 482.) In paludibus turfosis; in subalpina adscendens, (stw. d. d. Geb.) D. fl. 2. p. 626. Schk. t. 100.

2. TRIGLÓCHIN (L. gen. n. 453.) Perigon. 6 phyllum. Stam. 6, antheris subsessilibus. Ovaria 3-6, uniovulata. Styl. o. Stigmata plumosa. Caps. 3-6, axi angulari affixae, basi denique solutae et angulo interiore longitudinaliter dehiscentes. Flores virentes. N. ab E. gen. 2. 8.

1. T. MARITIMUM (L. sp. 482.) *fructibus ovatis* angulatis *sub stigmatibus reflexis coarctatis*, in capsulas 6 secedentibus, racemis elongatis. ♃. Ad littora maris et in pratis salsis ad salinas mediterraneas. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 628. Fl. dan. t. 306. G.

2. T. PALUSTRE (L. sp. 482.) *fructibus linearibus* angulatis *basin* versus *attenuatis* rachi adpressis in capsulas 3 secedentibus, stigmatibus sessilibus. ♃. In pratis et pascuis humidis. Jun. Jul. D. fl. 2. 627. St. h. 11. — Triglochin Barrelieri Lois. fl. gall. ed. 1. p. 725. differt caule humiliore, 5-6 pollicari, racemo 6-12 floro, fructibus erecto-patulis, non adpressis, basi non angustatis, sed ibidem paulo latioribus et supra basin paulum coarctatis.

Ord. CXVII. POTAMEAE. Juss. dict. sc. nat. p. 93.

Perigonium inferum, 4 partitum, vel o. Stam. libera 1, 2, 4. *Ovaria 4, plura, disiuncta, uniovulata, stylo vel stigmate sessili terminata.* Carpella indehiscentia, nucamentacea vel drupacea. Sem. exalbuminosum. Embryo curvatus vel involutus. Herbae sub aqua viventes foliis omnibus submersis vel superioribus natantibus. Flores hermaphroditi vel unisexuales.

1. POTAMOGÉTON (L. gen. n. 174.) Flores hermaphroditi. Perigon. 4 partitum. Antherae 4, sessiles, basi laciniarum perigonii

insertae. Ovaria 4, styl. o. Drupae 4, sessiles. N. ab E. gen. 6. 13.

Sect. I. Heterophylla. Folia alterna, floralia tantum opposita, suprema in planta perfecta adulta natantia et, quod figuram et saepe quoque consistentiam eorum attinet, a submersis diversa.*)

a. Folia floralia omnia coriacea et natantia.

1. P. natans (L. sp. 182.) *foliis omnibus longe petiolatis*, submersis angustioribus lanceolatis oblongisve, *natantibus coriaceis* subcordato-ovatis ovalibus oblongisve, *petiolis supra plano-concaviusculis*, pedunculis aequalibus, *fructibus recentibus* compressis *margine obtusis***), caule simplici. ♃. In aquis stagnantibus et fluentibus. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 836. Petioli inferiores huius speciei non nisi per errorem aphylli nuncupantur, semper et ubique omnes lamina instructos vidi, quae vero tam insectis aquaticis, quam putredine cito destruitur, dum petiolus crassus firmusque remanet; tamen lamina adfuit. In solo Potamogetone lucente petioli aphylli, vel potius folia, quorum lamina ad nervum medium reducta est, reperiuntur. — Sequentes varietates nunc propono:

a. vulgaris, folia natantia et, saltem superiora, basi leviter cordato-excisa, si cum petiolo in planum horizontale extenduntur, utrinque ad petiolum in plicam elevantur: P. natans vulgaris D. fl. 1. 837. Schk. handb. t. 28. Fries. nov. ed. 2. p. 28. (ubi fructus e speciminibus siccis descriptus est.) In piscinis et aquis stagnantibus profundioribus maior, folia suprema, saepe ovalia, inferiora vero cito putredine destructa: P. natans α. vulgaris D. fl. 1. p. 837. In rivulis velociter fluentibus caules elongati, folia submersa saepe numerosa, basi apiceque attenuata, pellucida, tamen non ita conspicue, ut in P. fluitante; folia natantia plerumque oblonga vel oblongo-lanceolata. In fossis aricetorum turfosorum minor, folia submersa, si exstant, saepe anguste lanceolata, natantia prima basi in petiolum attenuata, suprema basi leviter cordata, ut in modificatione maiori: P. natans intermedius D. fl. 1. p. 839. Inter hanc in fossis minus profundis occurrit modificatio foliis natantibus pollicem vel sesquipollicem tantum longis: P. natans ε. minor D. fl. 1. 839. Hanc modificationem b. Schraderus in literis ad me datis P. parnassifolium suum esse declaravit. Potamogeton hic, praecipue forma intermedia et minor, si in paludibus turfosis, quae per aestatem aqua superficiali orbantur, provenit, in formam transit caule abbreviato et foliis omnibus conformibus formaque natantium gaudentibus; hanc varietatem hucusque sub

*) Botanici nostri aevi praestantiores de plurimis huius generis speciebus dissentiunt; equidem meam opinionem hic profero, innixam innumeris observationibus, per triginta annos institutis. Dubitationes nonnullas suo loco pronunciabo. —

**) Fructus Potamogetonum, sicut omnes fructus drupacei, in statu recente et vivo describendi sunt, in sicco corrugantur, varias saepe formas induunt et tum notas fallaces praebent. Potamogeton natans e. gr. fructus recentes margine obtusos et rotundatos habet, qua nota optime a P. spathulato et P. rufescente, qui fructibus lenticularibus margine acutis praediti sunt, distinguitur. Sed fructus siccati in quibusdam speciebus bonos quoque characteres exhibent. In diagnosi annotavi, utrum in statu vivo, an in sicco fructus descripserim.

sub nomine P. oblongi Viv., quem cl. Meyer. in chlor. hanov. p. 519. cum P. fluitante Roth. coniungit, ab amicis accepi. Cl. Fries. e Suecia mihi specimen Potamogetonis oblongi novitiarum ed. 2. p. 29. benevole misit, cuius folia natantia lanceolata, 2 pollices longa, et dimidium lata sunt; quale in Germania nondum vidi; sed ex uno specimine iudicium facere non audeo.

β. *explanatus*, folia, etiam suprema basi non in plicam flexa, et ibidem nunc rotundata, nunc attenuata. Occurrit in fossis et paludibus, aqua stagnante repletis, foliis inferioribus tenuioris substantiae quidem et lanceolatis, sed parum pellucidis, supremisque ovalibus vel oblongis: P. natans β. explanatus D. fl. 1. 837. Haec modificatio non est stirps sterilis, ut in Linnaea 2. p. 220. de ea dicitur; magnam copiam floriferam et fructiferam in planitie Rhenana vidi, sed ibidem etiam transitus in varietatem α, inter quam crescit, observavi; circa Erlangam hanc nondum vidi.

2. P. FLUITANS (Roth. tentam. fl. germ. 1. 72. 2. 202.) *foliis omnibus longe petiolatis*, submersis elongato-lanceolatis membranaceis pellucidis, natantibus oblongo-lanceolatis ovalibusve, *petiolis supra convexis*, pedunculis aequalibus, *fructibus recentibus* compressis, *margine acutiusculo*. ♃. In fluviis, (Schweiz; bei Creuznach in d. Rheinpfalz u. im nördl. D.) P. oblongus Mey. chlor. hanov. p. 519. an Vivian.? (Vivianii opus nondum vidi.) P. natans γ. angustatus D. fl. 1. p. 838. Descriptionem petiolorum e novitiis cl. Nolt. sumsi; sed pedunculos incrassatos, qui ibidem memorantur, non reperio. — P. sparganifolius Laestad. in Fries. nov. mant. 1. p. 9. et P. variifolius Thor. land. 47. a. P. fluitante longe differunt.

3. P. SPATHULATUS (Schrader ap. Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 5. et 18.) *foliis omnibus petiolatis*, submersis membranaceis pellucidis, *infimis* anguste lanceolatis *in petiolum longe cuneato-attenuatis*, sequentibus sensim magis oblongis in petiolum longum decurrentibus, *natantibus coriaceis* ovali-oblongis obtusis basi protractis *petiolo duplo triplove brevioribus*, pedunculis aequalibus, *fructibus recentibus lenticulari-compressis margine acuto instructis*. ♃. In rivulis montanis, aqua fontana pura frigida repletis, (bisher blofs in d. westlichen Gegend der Rheinpfalz bei Kaiserslautern u. Zweibrücken.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 840. Species, me iudicante, certa, quae colore foliorum natantium laete et dilute viridi ab affinibus P. natante et P. rufescente iam e longinquo dignoscitur. Praeter colorem foliorum (in planta viva,) laete viridem et fructus lenticulares margineque acuto praeditos a P. natante differt foliis infimis in petiolum brevem longe et sensim attenuatis, caulinis mediis oblongis quidem, sed basi longe cuneato-attenuatis; a P. rufescente, quocum fructibus convenit, foliis caulinis intermediis longe petiolatis, nec sessilibus, et supremis quoque longe petiolatis, foliisque floralibus semper coriaceis. Ceterum folia inferiora florescentiae tempore, ut in P. natante et P. rufescente plerumque putredine destructa, ideoque in caulibus sterilibus quaerenda sunt. Semina, quae e loco natali accepi, in horto nostro non germinaverunt. — Specimina, quae sub nomine P. spathulati in

Germ. boreali lecta, et in collectionibus asservata hucusque vidi, ad hanc speciem non pertinent. G.

b. Folia floralia caulinis similia, seriora tantum natantia et vel coriacea vel membranacea. Folia haec natantia saepe non apparent.

4. P. RUFESCENS (Schrader. in Chamiss. adnot. ad Kunth. fl. berol. p. 5.) *foliis submersis sessilibus* membranaceis pellucidis lanceolatis basi apiceque attenuatis obtusiusculis *margine laevibus, natantibus coriaceis* obovatis obtusis in *petiolum folio breviorem attenuatis*, pedunculis aequalibus, *fructibus recentibus lenticulari-compressis margine acuto* instructis, caule simplici. ♃. In aquis stagnantibus et rivulis. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 841. P. semipellucidum Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 5. et 18. P. obscurum DC. fl. franc. suppl. p. 311. P. serratum Roth. tent. 1. 73. 2. 205. P. fluitans Sm. brit. 1391. P. annulatum Bellard. act. taur. vol. 7. p. 445. t. 1. f. 2. P. alpinum Balb. misc. p. 13. P. purpurascens Seidel. P. obtusus Ducros ap. Gaud. helv. 1. p. 468.

5. P. HORNEMANNI (Meyer. chlor. hanov. p. 521.) *foliis omnibus petiolatis membranaceis pellucidis margine laevibus*, submersis inferioribus lanceolatis, *natantibus subcordato-ovatis*, petiolis folium dimidium aequantibus, pedunculis aequalibus, fructibus recentibus compressis margine obtusis, caule ramoso. ♃. In aquis stagnantibus, (auf d. Rheinfläche; in Westphalen, Lauenburg u. Ostfriesland, im Waadtlande d. Schw.) Jul. Aug. P. coloratus Hornem. fl. d. t. 1449. P. plantagineus Ducros. ap. Roem. et Schult. s. veg. 3. 504. D. fl. 1. p. 842. Planta nunc tota rufa, nunc laete viridis. Fructus recentes, ut in P. natante, margine obtusi. — Lubenter cum cl. Mayero huic plantae nomen botanici meritissimi impono. Variat foliis superioribus subrotundo-ovatis, qui P. platagineus rotundifolius D. fl. l. c.

6. P. GRAMINEUS (L. sp. 184.) *foliis submersis membranaceis pellucidis* lanceolato-linearibus anguste et lato-lanceolatis, acuminatis *basin versus attenuatis sessilibus margine scabriusculis*, supremis brevioribus latioribus petiolatis, *natantibus lanceolatis ovatisve longe petiolatis coriaceis*, his saepe deficientibus, *pedunculis* apicem versus *incrassatis*, fructibus recentibus compressis margine obtusis, caule ramosissimo. ♃. In aquis fluentibus et stagnantibus. P. heterophyllus Schreb. spicil. fl. lips. p. 21. D. fl. 1. 843. Variat:

α. graminifolius, folia submersa lanceolato-linearia, utrinque attenuata, flaccida, caulis elongatus. Specimen possideo foliis 5 pollices longis, 3 lineas latis: P. gramineus *α.* graminifolius Fries. nov. ed. 2. p. 36. P. heterophyllus *γ.* elongatus D. fl. 1. p. 845. P. gramineum L. suec. 2. n. 151., conf. Fries. l. c. Occurrit 1. caulibus foliisque longissimis intra fluviorum et rivorum aquas fluitantibus: P. gramineus a. fluvialis Fries l. c. 2. caule erecto ramosissimo, foliis brevioribus, summis passim latioribus et curvatis: P. gramineus b. lacustris Fries. l. c. Hoc quoque cum foliis supremis natantibus coriaceis et longe petiolatis possideo. Varietas *α*, hic proposita, nomen P. graminifolii omnino meretur, sed in totam speciem minime quadrat.

β. heterophyllus, folia submersa breviora, recurvata, plerumque rigidiora, non raro rigida: P. gramineus β. heterophyllus Fries. l. c. P. heterophyllus α. foliosus D. fl. 1. 844. P. Proteus heterophyllus Cham. et Schlechtend. in Linnaea. 2. p. 202. P. hybridum Thuill. fl. par. P. augustanum Balb. misc. p. 14. t. 3. P. distachyum Bellard. et P. crassipes Kit. fide herb. Willd. conf. Linnaeam l. c. Folia natantia coriacea saepe longissime petiolata sunt.

γ. Zizii, duplo triplove antecedente maior, folia praecipue superiora, obtusa, at semper mucrone praedita, et saepe evidenter undulata: P. heterophyllus δ. latifolius D. fl. 1. p. 845. P. Proteus B. Zizii Cham. et Schlechtend. l. c. p. 201. Non raro formam cornutam efficit, foliis scilicet plurimis limbo orbatis et fere ad nervum medium reductis. Aqua diminuta, folia petiolata coriacea profert, ut antecedens; sed in aqua ipsa talem formam, quamquam multo rariorem, quoque vidi. Ad varietatem foliis supremis coriaceis pertinet P. lucens δ. coriaceus D. fl. 1. p. 850., per errorem ad P. lucentem relatus. P. lucens β. heterophyllus et γ. amphibius Fries. l. c. p. 34., etiam ad hanc varietatem pertinere videntur. — Formis intermediis abit in antecedentem, ut saepius observavi.

7. P. NITENS (Weber. fl. hols. suppl. n. 11. secund. Nolt. nov. fl. hols. p. 18) *foliis submersis membranaceis pellucidis* lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis muticis *basi rotundatis semiamplexicaulibus margine scabriusculis*, *natantibus* oblongis lanceolatisve in petiolum attenuatis *coriaceis*, his saepe deficientibus, pedunculis apicem versus plerumque crassioribus, fructibus exsiccatis compressis margine carinatis, caule ramosissimo. ♃. In aquis fluentibus et stagnantibus, (bisher blofs im nördl. Deutschl.) Jul. Aug. P. nitens Fries. l. c. p. 34. P. curvifolius Hartm. scand. ed. 2. p. 45. D. fl. 1. 846. Variat, ut antecedens:

α. salicifolius, folia submersa lineari-lanceolata stricta; caulis elongatus: P. nitens α. salicifolius Fries. l. c. p. 34. P. gramineum Wahlenb. ups. p. 57. (In fl. suec. cum P. antecedente iungi videtur; Fries. l. c.) Haec varietas provenit in fluviis et rivulis.

β. heterophyllus, folia submersa breviora, lanceolata, quandoque ovato-lanceolata, recurva, caulis brevior ramosissimus: P. nitens β. heterophyllus Fries. l. c. p. 35. P. heterophyllus lacustris Cham. adn. p. 5. P. Proteus curvifolius Ch. et Schl. in Linn. 2. p. 205. G.

Sect. II. HOMOPHYLLI. Tota planta submersa, spicis sub anthesi tantum emersis. Folia alterna, floralia opposita, omnia membranacea, lanceolata et latiora, ad figuram subrotundam usque.

8. P. LUCENS (L. sp. 183.) *foliis omnibus submersis* membranaceis pellucidis *petiolatis* ovalibus lanceolatisve mucronatis *margine serrulato-scabris*, pedunculis superne incrassatis, fructibus recentibus compressis margine obtusis leviter carinatis, caule ramoso. ♃. In aquis stagnantibus et fluentibus. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 848. Fl. d. t. 195. P. serratum Web. prim. fl. hols. p. 16. P. Proteus A. lucens Ch. et Schl. in Linnaea 2. p. 197. Occurrit foliis ovalibus et lanceolatis, etiam sub forma cornuta, si lamina folii brevior angustiorque evadit et apice spinaeformi terminatur: P.

acuminatum Schum. saell. 1. p. 49.; vel si tota lamina evanescit, remanente solo nervo medio paulum incrassato. — Forma heterophylla in D. fl. 1. p. 848. memorata, non ad P. lucentem, sed ad P. graminei varietatem γ. Zizii pertinet. — P. longifolius Gay. in Poir. dict. suppl. 4. 535. (P. macrophyllus Wolfgang. sec. specimen, a cl. Bessero missum,) Potamogetoni lucenti similis est, sed folia multo angustiora, lanceolata, utrinque acuta, in petiolum pollicarem attenuata, 8 pollices longa, 8 lineas lata, margine laevia sunt. In Helvetia provenire dicitur, sed nec Gaud., neque egomet specimen helveticum vidimus.

9. P. PRAELONGUS (Wulf. in Roem. arch. 3. 331.) *foliis omnibus submersis* membranaceis pellucidis *e basi ovata amplexicauli elongato-oblongis* lanceolatisve obtusis muticis apice cucullato-contractis *margine laevibus*, pedunculis aequalibus, *fructibus siccatis* compressis *dorso alato-carinatis*, caule ramoso. ♃. In fluviis et lacubus, (von Holstein u. Lünneburg durch d. nördl. D. bis Pommern u. Brandenb.; in d. Alpenseen d. Schweiz u. in dem Laibachflusse in Krain.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 851. Reichenb. ic. 2. f. 323. P. lucens Web. prim. fl. hols. p. 15. P. flexuosum Schleich.! P. flexicaulis Dethard. im Strelitz. anzeig. 1809. n. 50. P. acuminatum Wahlenb. fl. ups. n. 116.

10. P. PERFOLIATUS (L. sp. 182.) *foliis omnibus submersis* membranaceis pellucidis *e basi cordata amplexicauli ovatis vel ovato-lanceolatis margine scabriusculis*, pedunculis aequalibus, fructibus recentibus compressis margine obtusis, caule subramoso. ♃. In stagnis et fluviis, (stw. d. d. Geb.) D. fl. 1. 851. Variat foliis cordato-subrotundis: P. Loeselii R. et S. s. veg. 3. p. 508.; foliis cordato-oblongis, 3 pollices longis, 1 latis, medio paulo latioribus, et cordato-lanceolatis.

11. P. CRISPUS (L. sp. 183.) *foliis omnibus submersis* membranaceis pellucidis sessilibus lineari-oblongis obtusiusculis breviter acuminatis serrulatis *undulato-crispis*, pedunculis aequalibus, fructibus compressis rostratis, caule ramoso compresso. ♃. In aquis stagnantibus et fluentibus Fl. d. t. 927. D. fl. 1. 852.

Sect. III. CHLOEPHYLLI. Tota planta submersa, spicis sub anthesi tantum emersis. Folia graminea, exacte linearia, omnia conformia, sessilia et alterna, floralia solummodo opposita.

12. P. COMPRESSUS (L. sp. 183.) *foliis omnibus* submersis membranaceis pellucidis sessilibus *exacte linearibus* obtusis breviter mucronatis *multinerviis, nervis 3-5 validioribus, spicis cylindricis 10-15 floris*, caule alato-complanato ramoso. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus. Jul. Aug. P. Zosteraefolius Schumacher. en. 1. p. 50. D. fl. 1. p. 853. Reichenb. ic. 2. f. 308. P. complanatus Willd. berl. mag. 5. p. 248. P. cuspidatum Schrad. ap. Sm. engl. fl. 1. 234. G.

13. P. ACUTIFOLIUS (Link. ap. Roem. et Schult. syst. veg. 3. p. 513.) *foliis omnibus* submersis membranaceis pellucidis sessilibus *exacte linearibus* apice cuspidatis *multinerviis, nervis 3-5 validioribus, spicis 4-6 floris, fructiferis subrotundis*, caule alato-

complanato ramosissimo ♃. In aquis stagnantibus et rivulis, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 854. Reichenb. ic. 2. f. 309. G.

14. P. OBTUSIFOLIUS (Mert. et Koch. deutschl. fl. 1. p. 855.) *foliis omnibus* submersis membranaceis pellucidis sessilibus *exacte linearibus* obtusis breviter mucronulatis *3-5 nerviis*, *pedunculis spicam* 6-8 floram continuam *aequantibus*, caule compresso marginibus rotundato ramosissimo. ♃. In lacubus et piscinis, (zerstreut d. d. Geb.) Jul. Aug. P. gramineum Sm. brit. 196. P. compressum Roth. tent. et alior. P. gramineus Gaud. helv. 1. p. 476.

15. P. PUSILLUS (L. sp. 184.) *foliis omnibus* submersis membranaceis pellucidis sessilibus *exacte linearibus* acutiusculis mucronulatis *3-5 nerviis*, *pedunculis spica* 4-8 flora saepe interrupta *duplo triplove longioribus*, fructibus oblique ellipticis, caule e tereti-compresso ramosissimo. ♃. In aquis stagnantibus, rivis et fluviis. Jul. Aug. D. fl. 1. p. 856. Variat:

α. maior, foliis latioribus, lineam fere latis: P. compressus D. fl. 1. p. 856. Sm. brit. 195. P. pusillus a. maior Fries. l. c. p. 48. A. Cham. et Schl. in Linnaea 2. p. 172.

β. vulgaris, foliis dimidiam lineam circiter latis: P. pusillus b. vulgaris Fries. l. c. P. pusillus *α.* maior D. fl. 1. p. 856.

γ. tenuissimus, foliis angustissimis, quandoque quartam vel quintam lineae partem vix latis: P. pusillus *β.* tenuissimus D. fl. 1. p. 856.

16. P. TRICHOIDES (Cham. et Schlechtend. in Linnaea 2. p. 176., excl. synon. M. et K. deutschl. fl.) *foliis omnibus* submersis membranaceis pellucidis sessilibus *setaceo-linearibus* acuminatis *uninerviis aveniis*, pedunculis spica 4-8 flora saepe interrupta duplo triplove longioribus, *fructibus semiorbiculatis*, caule teretiusculo ramosissimo. ♃. In lacubus et piscinis, (Schlesien, Berlin, Bremen.) Jul. Aug. Inter loca natalia in Linnaea l. c. ager Erlangensis quoque nominatur, sed hic plantam nondum reperire potui; mihi ex unico specimine, in Germ. boreali lecto, nuper demum innotuit. — Descriptio Potamogetonis gracilis Fries. l. c. p. 50. egregie cum nostra planta congruit, excepta fructus adumbratione, quem ellipticoglobosum, haud compressum auctor describit.

Sect. IV. COLEOPHYLLI. Tota planta submersa, spicis sub anthesi tantum emersis. Folia graminea, exacte linearia, omnia conformia, alterna, basi vaginantia, vagina stipulae adnata.

17. P. PECTINATUS (L. sp. 183.) *foliis* omnibus submersis membranaceis pellucidis *basi vaginantibus linearibus* vel lineari-setaceis acutis uninerviis transverse venosis, venis crassiusculis, spicis longe pedunculatis, *fructibus oblique obovatis* subsemiorbicularibus compressis, *siccatis dorso carinatis*. ♃. In stagnis et fluviis. Jul. Aug. P. pectinatus D. fl. 1. p. 857. (excl. P. marino Linnaei.) — P. Zosteraceus Fries. nov. ed. 2. p 51., foliis 3-5 nerviis latioribus a P. pectinato diversus, in ditione flor. nostr. nondum inventus est.

18. P. MARINUS (L. sp. 184.) *foliis* omnibus submersis membranaceis pellucidis *basi vaginantibus linearibus* vel lineari-setaceis acutis uninerviis transverse venosis, venis crassiusculis, spicis longe pedunculatis, *fructibus obovato-subglobosis siccatis corrugatis dorso lato-rotundato ecarinatis.* ♃. In maritimis Germ. borealis. Jul. Aug. P. marinus Fries. l. c. p. 54. P. setaceum Schummach. saell. p. 51. P. filiformis Pers. syn. 1. 152. Nolt. nov. fl. hols. p. 20. Cham. et Schlecht. Linnaea 2. p. 168. (excl. syn. M. et K. deutschl. flor.) — Planta rara, mihi non nisi e duobus speciminibus, a Dom. Gehrhard, prope Stötteritz lectis, nuper innotuit. Fructus recentes, uti e cortice valde collapso et corrugato conjicere licet, succulenti videntur. G.

Sect. V. ENANTIOPHYLLI. Tota planta submersa, spicis sub anthesi tantum emersis. Folia pellucida, conformia, omnia opposita.

19. P. DENSUS (L. sp. 182.) *foliis omnibus oppositis* et submersis membranaceis pellucidis sessilibus amplexicaulibus ellipticis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, spicis alaribus breviter pedunculatis, defloratis reflexis, fructibus siccatis compressis lato-carinatis rostratis. ♃. In aquis stagnantibus et fluentibus, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 859. Fl. d. t. 1264. Var.:

α. foliis ovatis acuminatis: P. densus L. l. c.

β. lancifolius, foliis e basi ovata sensim et fere in recta linea attenuato-acutis, 1 pollicem circiter longis, 3-4 lineas latis: P. oppositifolium DC. fl. fr. 3. p. 186. P. serratum L. sp. 183.

γ. angustifolius, idem ac antecedens, sed foliis lineam vel sesquilineam tantum latis: P. oppositifolium *β.* lancifolium D. fl. fr. 5. p. 311. P. setaceum L. sp. 184.

2. RUPPIA (L. gen. n. 175.) Flores hermaphroditi. Perigon. o. Stam. 2. Filamenta brevissima squamaeformia. Antherarum sacculi filamento utrinque inserti, basi divergentes, apice contigui. Ovaria 4; styl. o. Nuces (drupae siccae?) 4, denique longe stipitatae. N. ab Esenb. gen. 6. 12.

1. R. MARITIMA (L. sp. 184.) *antherarum sacculis oblongis*, fructibus ovatis oblique erectis. ♃. In fossis et paludosis ad maris littora, (am Adriat. Meere, d. Ost- u. Nordsee, im Fürstenth. Göttingen im Denkerhäuser Sumpfe.) Aug. in autumn. Reichenb. ic. 2. f. 307. R. maritima *α.* D. fl. 1. p. 861.

2. R. ROSTELLATA (Koch. ap. Reichenb. ic. 2. p. 66. f. 306.) *antherarum sacculis subglobosis*, fructibus subsemilunari-ovatis e basi obtusa adscendentibus. ♃. In fossis ad littora maris et ad salinas, (an d. Ostsee u. bei Artern im Magdeb.) Aug.-autumn. R. maritima *β.* D. fl. 1. p. 861. R. obliqua G. F. Meyer. Mspt. R. rostellata chlor. hanov. p. 527.

3. ZANICHELLIA (L. gen. 1034.) Flores monoici; masc. et fem. in eadem vagina. Mas. Perigon. o. Stam. 1. Fem. Perigon. campanulatum. Stylus persistens; stigma oblique peltatum. Nuces 3-5 pluresve, singulae carpophoro filiformi insidentes. N. ab E. gen. 6. 11.

1. Z. PALUSTRIS (L. sp. 1375.) stylo fructum dimidium aequante vel superante. ♃. In aquis stagnantibus et fluentibus. Jul.-Sept. Variat:

α. *maior*, in aqua profunda caulis elongatus, fluitat, et basi non repit: Z. maior v. Bönningh. ap. Reichenb. ic. 8. f. 1005.

β. *repens*, in aqua non alta caulis ad genicula radicat: Z. repens v. Bönningh. fl. monast. prodr. p. 273. Reichenb. ic. 8. f. 1003. Occurrunt hae formae fructibus dorso vix alatis, ibidem alato-crenatis spinulosisve, et insuper breviter vel longius stipitatis. Haec posterior

γ. *stipitata*, fructibus stipitibus longiusculis insidentibus est: Z. gibberosa Reichenb. ic. 8. f. 1006., et Z. pedunculata Reichenb. l. c. f. 1007. Z. maritima Nolt. nov. fl. hols. p. 75. conf. Mart. et Schübl. fl. v. Würtemb. p. 579., et Mey. chlor. hanov. p. 528.

Z. polycarpa Nolt. nov. l. c. Reichenb. ic. 8. f. 1004., quae stylum fructum fere sextuplo breviorem habet, mihi ignota est.

Ord. CXVIII. NAIADEAE. Link. handb. 1. p. 820. Naiades Juss. et DC. fl. fr. 2. p. 585. pro parte.

Flores unisexuales, sparsi. Perigonium nullum. Stam. libera 1, 3. Filamenta o, antherae sessiles. *Ovarium unicum,* uniloculare, uniovulatum; stigma 1, sessile vel 2-3, filiformia. Pericarpium nucamentaceum, vel subdrupaceum. *Semen exalbuminosum.* Embryo rectus vel arcuato-flexus. Herbae sub aqua viventes. Flores unisexuales. — Anthera gen. Naiadis spatha calyptraeformi inclusa.

1. NAIAS (L. gen. 1096.) Flores monoici vel dioici. Mas. Spatha monophylla, apice bicuspidata, antheram arcte includens, anthera, (in N. maiori,) 4 locularis. Fem. Perigon. o. Ovarium sessile, 1 loculare, 1 ovulatum, ovulo erecto. Styl. brevis. Stigmata 2 vel 3. Fructus drupaceus. N. ab E. gen. 6. 10.

1. N. MAIOR (Roth. tent. 2. 2. p. 499.) foliis linearibus repando-dentatis, dentibus mucronatis, *vaginis integerrimis.* ⊙. In lacubus et piscinis, (stw. d. d. Geb.) Aug. Sept. Naias marina α. L. sp. 1441. N. fluvialis Lam. dict. 4. 416. N. monosperma Willd. sp. pl. 4. 331. St. h. 41. Ittnera Naias Gmel. bad. 3. p. 590. t. 3.

2. N. MINOR (Allion. fl. ped. 2. p. 221.) *foliis* anguste linearibus *repando-dentatis* recurvatis, dentibus mucronatis, *vaginis ciliolato-denticulatis.* ⊙. In stagnis et fossis, (stw. d. d. Geb.) Aug. Sept. Schk. 3. p. 252. t. 296. N. fragilis Rostk. et Schm. fl. sed. 382. Caulinia fragilis Willd. sp. 4. p. 182. Ittnera minor Gmel. bad. 3. p. 592. t. 4.

3. N. FLEXILIS (Rostk. et Schm. fl. sed. p. 382.) *foliis* anguste linearibus *minutissime* mucronulato-*denticulatis*, *vaginis ciliolato-denticulatis.* ⊙. In fundo arenoso lacuum, (bisher blofs im Geb. d. Flor. v. Stettin, aber häufig im Binowschen See.) Aug. Sept. Caulinia flexilis Willd. sp. 4. 183.

2. ZOSTÉRA (L. gen. n. 1032.) Spatha pedunculata, depressa, in folium terminata. Spadix linearis, trinervis, nervo medio lateris anterioris fructifero. Perigonium o. Flores nudi; masculi ex sola anthera, feminei e solo pistillo, sub apice affixo, formati. Styl. 1. Stigm. 2. (In monoicis antherae biseriales cum biserialibus pistillis alternant. N. ab E. gen. 6. 14.

1. Z. MARINA (L. sp. 1374.) foliis trinerviis, *spathae pedunculo superne latiore*, nucibus striatis. ♃. In fundo arenoso maris. Aug. D. fl. 1. p. 280. Schk. t. 279. G.

2. Z. NANA (Roth. en. pl. germ. 1. p. 8. 1827.) foliis uninerviis, *spathae pedunculo aequalis* latitudinis, nucibus laeviter striatis. ♃. In fundo arenoso maris insulam Norderney alluentis. (Mertens!) Z. Noltei Hornem. fl. dan. v. 12. p. 3. t. 2041., (sec. Meyer. in chlor. hanov. p. 529.) Z. uninervis Reichenb. fl. exc. 137. (Num Z. uninervis Vahl., e mari rubro, „foliis spithameis et ultra" ad nostram speciem pertineat, dubito, in nostra enim folia non ultra digitum longa sunt. Fructus perfectos Z. nanae nondum vidi. G.

Ord. CXIX. LEMNACEAE. Link. handb. z. erkenng. d. gew. 1. p. 289.

Perigonium monophyllum, *compressum*, *integrum* vel margine crenulatum. *Stam. 2*, hypogyna, altero serius explicato. Antherae didymae, biloculares, extrorsae. *Ovarium liberum*, 2-6 ovulatum, ovulis erectis. Styl. brevis; stigma obtusum. Fructus utricularis, hyalinus. Sem. exalbuminosa. Embryo breviter arcuatus, inversus, radicula supera, ad chalazam, seminis apicem occupantem, versa. Sub germinatione cotyledon in corpus foliiforme extenditur, e cuius nervo medio subtus fibrae radicales simplices serius propullulant. — Herbulae aquaticae, natantes, aphyllae, caule in formam folii dilatato, articulato, plura folia, unum ex altero egrediens, aemulante. Articuli hi foliiformes subtus e foveola fibras radicales emittunt, in aquam dependentes, quae initio breves et in vagina, sulco paginae inferioris folii adplicita, inclusae, deinde elongantur, vaginam, relicto parvo urceolo, avellunt et in apice sub forma calyptrae continent.

1. LEMNA (L. gen. n. 1038.) Character ordinis. N. ab E. gen. 6. 9.

1. L. TRISULCA (L. sp. 1376.) *frondibus lanceolatis* denique petiolatis, prolificationibus cruciatim cohaerentibus, radicibus solitariis. ⊙. In aquis stagnantibus submersa. Mai. D. fl. 1. 294. St. h. 44.

2. L. POLYRRHIZA (L. sp. 1377.) frondibus subrotundo-obovatis, *radicibus fasciculatis*. ⊙. In aquis stagnantibus natans. D. fl. 1. 296. St. h. 44.

3. L. MINOR (L. sp. 1376.) *frondibus obovatis utrinque planis*, prolificationibus sessilibus, radice solitaria. ⊙. In aquis stagnantibus natans. Mai. D. fl. 1. 295. St. h. 44.

4. L. GIBBA (L. sp. 1377.) *frondibus obovatis* convexiusculis *subtus* spongioso-*convexis*, prolificationibus sessilibus, radice solitaria. ⊙. In aquis stagnantibus natans. D. fl. 1. 295. St. h. 44.

Lemna arrhiza, secundum specimina, circa Parisios lecta, a Lemna minore diversam sine dubio efficit speciem. Frondes quadruplo minores radicibus prorsus carent, licet prolificatione iterata auctae sint. Verum sub hoc nomine duae, ut videtur, latent species: altera, scilicet gallica, quae frondes subrotundo-ovatas, altera, italica, quae, quod Michelii figura demonstrat, frondes ovato-oblongas habet. Utraque autem, quantum scio, in Germania nondum lecta est.

Ord. CXX. TYPHACEAE. Juss. gen. 25.

Flores monoici, in spicas densissimas cylindricas vel globosas congesti: spicae superiores masculae, inferiores femineae. Perigonium e squamis 3 pluribusque vel setis formatum. Mas. Stam. 3, libera vel connata, seu potius antherae tres pluresve filamento simplici insidentes. Fem. *Ovarium liberum*, 1 ovulatum, ovulo pendulo. Styl. 1. Stigm. simplex. Pericarpium non dehiscens, siccum. Embryo rectus, in centro albuminis.

1. TYPHA (L. gen. n. 1040.) Spicae masc. et fem. cylindricae vel ellipticae, mascula superior. Stam. setis cincta. Antherae 3, plures, filamento unico impositae. Fem. ovarium basi setis cinctum, denique stipitatum. Utriculus stylo persistente coronatus. N. ab E. gen. 2. 1.

1. T. LATIFOLIA (L. sp. 1377.) *foliis* linearibus planis *caulem florigerum superantibus*, *spica mascula femineaque contiguis*. ♃. In aquis stagnantibus et fluviis. Schk. t. 271.

2. T. ANGUSTIFOLIA (L. sp. 1377., excl. var. β.) *foliis* linearibus inferne subcanaliculatis *caulem florigerum superantibus*, *spica mascula a feminea remota*. ♃. In aquis stagnantibus et fluviis. Fl. dan. t. 815. Quae hucusque sub nomine T. elatioris v. Bönningh. vidi specimina, a T. angustifolia, me iudicante, non diversa sunt.

3. T. MINIMA (Hopp. pl. exsicc. cent. 3.) *foliis caulium florigerorum* lanceolatis *caule multoties brevioribus*, fasciculorum sterilium anguste linearibus, spicis cylindricis, femineis denique ellipticis. ♃. In paludosis, (bei Salzburg; auf d. Fläche d. Rheines gegen den Flufs hin, im Badischen u. d. Elsafs; am Bodensee; in d. südl. Schweiz.) April. Mai. T. minor Smith. fl. brit. 960. T. angustifolia β. L. sp. 1378.

2. SPARGANIUM (L. gen. n. 1041.) Spicae globosae. Flores perigonio paleaceo segregati. Drupa sicca, sessilis. N. ab E. gen. 2. 2.

1. S. RAMOSUM (Huds. angl. 401.) foliis basi triquetris lateribus concavis, *caule ramoso*, stigmate lineari. ♃. In fossis, ad ripas. Jul. Aug. Schk. t. 282. S. erectum α. L. sp. 1378.

2. S. SIMPLEX (Huds. angl. 401.) foliis basi triquetris lateribus planis, *caule simplici*, *stigmate lineari*. ♃. In stagnis et fossis. Schk. t. 282. S. erectum β. L. sp. 1378.

3. S. NATANS (L. sp. 1378.) foliis decumbentibus planis, *caule simplici*, *stigmate oblongo*, spica mascula subsolitaria. ♃. In piscinis et paludibus. Jul. Aug. Fl. d. t. 260.

Ord. CXXI. AROIDEAE. Juss. gen. p. 23.

Spadix carnosus, *simplex*, *floribus totus vel pro parte dense tectus*, unisexualibus et nudis, vel hermaphroditis et perigonio 4 - 6 phyllo instructis, phyllis squamaeformibus. Stam. in unisexualibus filamentis brevissimis instructa, ovariis intermixta vel supra ovaria collocata; in hermaphroditis perigonii phyllis opposita; filamentis longitudine perigonii praedita. Ovaria libera, 1 - 3 locularia, multiovulata. Styl. 1 vel stigm. 1. Pericarpium non dehiscens, siccum vel baccatum. Sem. 1 vel plura, albuminosa. Embryo in axi albuminis, rectus, teres, rima longitudinali, in qua plumula posita est.

Trib. I. *AROIDEAE VERAE*. Brown. Flores perigonio destituti.

1. ARUM (L. gen. n. 1028.) Spatha cucullata. Spadix apice nudus. Perigon. nullum; flores masculi e sola anthera, feminei e pistillo constructi. Antherae multiseriales, superiores; pistilla ad basin spadicis inserta. Bacca 1 sperma. N. ab E. gen. 2. 5.

Sect. I. DRACUNCULUS Tournef. Glandulae cirrhiformes 2-3 seriales supra antheras spadici insertae.

1. A. MACULATUM (L. sp. 1370.) *foliis* hastato-sagittatis, *concoloribus vel fusco-maculatis*, *spadice recto* spatha breviore clavato, clava stipite suo triplo breviore. ♃. In nemorosis umbrosis planitierum et montium humiliorum. Mai. St. h. 44. Folia plerumque concolora, raro maculis fuscis adspersa. Spadix atropurpureus.

2. A. ITALICUM (Mill. dict. n. 2.) *foliis* hastato-sagittatis *albovenosis*, *spadice recto* spatha breviore clavato, clava stipitem suum aequante. ♃. In vineis et sylvaticis reg. calid., (bei Fiume gemein.) April. Spadix flavus. J.

Sect. II. ARISARUM Tournef. Glandulae cirrhiformes nullae.

3. A. ARISARUM (L. sp. 1370.) foliis cordato-sagittatis mucronatis lobis baseos obtusis, *spadice* cylindraceo apice subclavato

incurvato spatha cucullata breviore. ♃. In vineis et umbrosis reg. calid., (bei Fiume u. auf d. Inseln.) Mart. J.

2. CALLA (L. gen. n. 1030.) Spatha explanata. Spadix undique tectus staminibus et paucioribus ovariis his intermixtis. Perigon. o. Mas. Stam. 1; anthera didyma. Fem. Ovar. 1. Bacca. N. ab E. gen. 2. 4.

1. C. PALUSTRIS (L. sp. 1373.) foliis cordatis, spatha plana. ♃. In paludosis, (stw. d. d. Gebiet, aber nicht in d. Schweiz.) Jul. Aug. St. h. 5. Spatha supra nivea. G.

Trib. II. *ORONTIACAE*. Brown. Flores perigonio praediti.

1. ÁCORUS (L. gen. n. 434.) Spatha nulla. Perig. hexaphyltum, persistens. Stam. filiformia, receptaculo inserta; stigma obtusum, sessile. Caps. 3 locularis, non dehiscens. N. ab E. gen. 2. 3.

1. A. CALAMUS (L. sp. 462., excl. var. β.) scapi apice foliaceo longissimo. ♃. In aquis stagnantibus et fluviis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 569. Schk. t. 97.

Ord. CXXII. ORCHIDEAE. Juss. gen p. 64.

Perigonium superum, petaloideum, sexpartitum, irregulare, subringens: laciniae tres exteriores et 2 interiorum labium superius, (galeam,) tertia interiorum, situ primario superior, ex torsione ovarii vero plerumque inferior, forma et saepe directione diversa, labium inferius, (labellum,) referentes. Ovarium uniloculare, multiovulatum, placentis parietalibus. Stam. 3, ovario inserta. *Filamenta cum stylo arcte connata*, gynostemium componentia: duo lateralia sterilia, intermedio fertili, vel rarius duo lateralia fertilia, intermedio sterili. Anthera bilocularis: loculi dissepimentis incompletis saepe bi- vel quadrifidi; sacculi discreti et lateribus styli ultra producti adnati, vel coaliti et tunc anthera immobilis et persistens, vel mobilis, opereuliformis et decidua. Pollen conglobatum in massas ceraceas vel granulosas, granulis facile separabilibus vel elastice cohaerentibus. Stigma in anteriore et superiore styli parte situm, area visco obducta et superius apiculo vel lamina, (rostello,) terminatum. Capsula rimis 3 longitudinalibus dehiscens. Sem. scobiformia. Embryo ad basin albuminis carnosi. Herbae, foliis vaginantibus vel amplexicaulibus, interdum in squamas decolores contractis, floribus spicatis bracteatis, radice fasciculata vel e tuberibus 2 integris palmatisve composita, quorum alterum quotannis perit.

Trib. I. *OPHRYDINEAE*. Anthera tota adnata. Massae pollinis lobulatae, elastice cohaerentes.

1. ORCHIS (Linn. gen. n. 1009., excl. spec.) Perigonium ringens, laciniis 3 vel 5 in galeam conniventibus. Labellum patens, subtus postice calcaratum, gynostemio ad antheram usque adnatum aestivatione erectum, a laciniis perigonii exterioribus imbricatim tectum. Anthera tota adnata; loculi paralleli, inferne accumbentes, cum interiecto processu rostelli, basi bursicula communi coniuncti. Massae pollinis lobulatae, pedicellatae. Ovarium contortum.

Sect. I. Orchides genuinae. Glandulae pedicellorum pollinis seiunctae, non connatae. Orchis. N. ab E. gen. 5. 1.

§. 1. Bracteae uninerviae. Tubera indivisa.

a. Labellum tripartitum, lacinia media antice dilatata bifida, ut plurimum cum denticulo in sinu fissurae hiantis.

1. O. fusca (Jacq. fl. austr. 4. t. 307.) *labello* penicillato-punctato *tripartito*, *laciniis lateralibus linearibus*, *intermedia a basi sensim dilatata obcordata* plerumque cum dente interiecto setaceo, lobis ovatis subtruncatis eroso-crenatis, calcare ovario plus duplo breviore, perigonii laciniis in galeam ovatam conniventibus inferne coalitis, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovario multoties brevioribus*, foliis oblongis, tuberibus indivisis. ♃. In sylvaticis montanis, solo calcareo. Mai. Jun. St. h. 41. O. militaris β. et γ. L. sp. 1334. Galea atropurpurea, punctis saturatioribus, vel virescens et punctis atropurpureis adspersa, labellum album vel dilute roseum punctis purpureis hirsutis pictum. O. moravica Jacq., icon. rar. t. 182., est modificatio floribus pallidioribus et labelli lacinia media parum tantum emarginata.

2. O. militaris (L. fl. suec. p. 310.) *labello* penicillato-punctato *tripartito*, *laciniis lateralibus linearibus*, *intermedia lineari apice dilatata bifida* cum dente interiecto setaceo, *lobis oblongis divaricatis* apice crenulatis, calcare ovario plus duplo breviore, perigonii laciniis in galeam ovato-lanceolatam conniventibus inferne coalitis, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovario multoties brevioribus*, foliis oblongis, tuberibus indivisis. ♃. In collibus calcareis inter virgulta. Mai. Jun. Hall. helv. t. 28. f. 1. Galea cinerea vel pallide purpurea, labellum dilute purpureum, medio albidum, punctis purpureis pictum.

3. O. Simia (Lam. fl. franc. ed. 1. p. 507.) *labello* subvelutino-punctato *tripartito*, *laciniis lateralibus anguste linearibus integerrimis incurvatis*, *intermedia bifida cum interiecto dente lineari*, *cruribus elongatis cum laciniis labii lateralibus conformibus*, lacinia ipsa duplo longioribus, calcare ovario duplo breviore, perigonii laciniis in galeam ovato-lanceolatam conniventibus inferne coalitis, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovario multoties brevioribus*, foliis oblongis, tuberibus indivisis. ♃. In collibus calcareis, (in d. Schweiz hin u. wieder; im Elsafs u. in Oberbaden; im Littorale.) Mai. O. tephrosanthos Vill. delph. 2. p. 32. O. militaris ε. L. sp. 1334. Column. ecphr. p. 320. fig. dextra.

4. O. variegata (All. ped. 2. p. 147.) *labello* punctato glabro *tripartito*, *laciniis lateralibus oblongis intermedia lato-obcordata* plerumque cum mucrone interiecto, omnibus acute dentatis,

calcare ovarium dimidium aequante vel superante, perigonii laciniis in galeam conniventibus, omnibus attenuato-acutis, 2 intimis dorsali paulo tantum brevioribus, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovarium dimidium aequantibus superantibusque*, foliis oblongis, tuberibus indivisis. ♃. In pratis et pascuis montanis, (im südl. Hanov.; bei Halle; Mähren; in Oberschlesien im Teschensch.; Littorale; Oberbaden.) Mai. Jacq. ic. rar. 3. t. 599. O. Simia Vill. delph. 2. 33., secund. syn. Haller. (non Lam.) Flores pallide purpurei, labellum purpureo-punctatum. Caulis in hoc ut plurimum sexfolius, in antecedente quadrifolius. — O. acuminata Desf. atl. 2. p. 318. t. 247. huic valde similis est, differt autem perigonii laciniis longe acuminatis et cuspidatis, 2 interioribus dimidio fere brevioribus, quam 3 exteriores. G.

5. O. USTULATA (L. sp. 1333) *labello* velutino-punctato *tripartito, laciniis lateralibus oblongo-linearibus* apice subcrenatis, *intermedia bifida* plerumque cum denticulo interiecto, *lobis oblongo-linearibus* subcrenatis, calcare ovario triplo breviore, perigonii laciniis in galeam subglobosam conniventibus ovatis liberis, interioribus subspathulatis obtusis, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovarium dimidium aequantibus*, foliis oblongo-lanceolatis, tuberibus indivisis. ♃. In pratis fertilibus, (d. d. g. Gebiet, doch gegen Norden nur bis an die nördliche Grenze d. Harzes.) Mai. St. h. 12. Galea obscure atropurpurea, labellum album, guttulis intense purpureis.

b. Labellum profunde trifidum, lacinia intermedia oblonga integra vel truncato-emarginata.

6. O. CORIÓPHORA (L. sp. 1332.) *labello semi-trifido* dependente, *laciniis subaequalibus*, *media* oblonga *integra*, lateralibus subrhombeis brevioribus, calcare conico arcuato descendente ovario duplo triplove breviore, perigonii laciniis in galeam conniventibus acuminatis, *bracteis* membranaceis *uninerviis ovarium aequantibus* vel superantibus, foliis lineari-lanceolatis, tuberibus indivisis. ♃. In pratis, (im südl. u. mittlern Gebiete.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 122. Galea sordide fusco purpurea, labellum medio dilute rubellum punctis obscure purpureis, laciniis viridibus margine rubello.

7. O. GLOBOSA (L. sp. 1332.) labello semi-trifido porrecto, laciniis oblongis, intermedia latiore truncato-emarginata saepe cum mucrone interiecto, calcare subcylindrico arcuato descendente ovario duplo triplove breviore, *perigonii laciniis* campanulato-galeatis ovatis *cuspide spathulata terminatis*, bracteis uninerviis ovarium aequantibus superantibusve infimis quandoque trinerviis, foliis lanceolatis, tuberibus indivisis. ♃. In pratis alpinis et subalpinis, (Vogesen, Schwarzwald, d. d. g. Alpenkette, Mähr., Böhm., Riesengeb., Erzgeb.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 265. Nigritella globosa Reichenb. fl. exc. p. 121. Flores purpurei, labello punctato.

c. Labellum trilobum, lobis latis brevibus.

8. O. MORIO (L. sp. 1333.) *labello trilobo, lobis latis*, intermedio truncato-emarginato, calcare cylindrico vel subclavato horizontali vel adscendente ovarium subaequante, *perigonii laciniis* ob-

tusis, *omnibus in galeam conniventibus*, *bracteis uninerviis* vel infimis subtrinerviis ovarium aequantibus, foliis oblongo-lanceolatis, bulbis indivisis. ♃. In pratis. April. Mai. Schk. t. 271. Flores purpurei, venis galeae viridibus validis. Variat floribus saturate violaceis, purpureis, roseis et albis.

9. O. Spitzelii (Sauter.) *labello trilobo* subvelutino dependente, *lobis latis* crenatis, intermedio emarginato, calcare conico-cylindrico verticaliter descendente ovario paulo breviore, *perigonii laciniis* obtusis, lateralibus patentibus, *intimis 2 apice truncatis emarginatisque*, *bracteis uninerviis* ovarium aequantibus, foliis oblongo-obovatis obtusis, bulbis indivisis. ♃. In locis graminosis alpium Tyrolis, (a. d. Weifsbachelalpe im Buchweifsbach bei Saalfelden in Tyrol.) Jun. Flores purpurei. G.

10. O. pallens (L. mant. 292.) *labello leviter trilobo integerrimo* vel vix crenulato basi holosericeo, calcare cylindrico horizontali vel adscendente ovarium subaequante, *perigonii laciniis* ovatis obtusis, tribus interioribus subaequalibus, *duobus lateralibus denique reflexis*, *bracteis uninerviis* ovarium aequantibus, *spica explicata ovata*, foliis obovato-oblongis obtusis, tuberibus indivisis. ♃. In sylvaticis et montibus virgultis, solo calcareo, (zerstreut d. d. südl. Gebiet u. bis an d. nördl. Grenze v. Thüringen.) April. Mai, omnium maxime praecox. Jacq. a. t. 45. Flores ochroleuci, rarissime purpurei. Ab Orchide sambucina facile dignoscitur bracteis multo minoribus uninerviis, nec reticulato-venosis, ab O. masulca, cui valde affinis, praeter notas propositas tempore florendi multo praecociori et odore gravi ingrato.

11. O. mascula (L. sp. 1333.) *labello profunde trilobo*, basi hirto, *lobis latis dentatis*, intermedio cum dente interiecto emarginato, calcare cylindrico horizontali vel adscendente ovarium subaequante, *perigonii laciniis* ovato-oblongis obtusis acutis acuminatisve, duobus intimis dorsali brevioribus, *duobus lateralibus denique reflexis*, *bracteis uninerviis* ovarium aequantibus, *spica explicata elongata laxa*, foliis oblongis lanceolatisve. ♃. Mai. Jun. Flores purpurei. Calcar. in spica explicata semper horizontale vel adscendens vidi, etiam in speciminibus obtusifloris. Variat:

α. *obtusiflora*, perig. laciniis obtusis.

β. *acutiflora*, perig. laciniis acutis vel breviter acuminatis; haec forma ceteris vulgatior est: Hall. helv. t. 33. f. sinistra.

γ. *speciosa*, perig. laciniis longe acuminatis: O. speciosa Host. fl. a. 2. 527. O. mascula Jacq. ic. rar. t. 180., sed color labelli cum natura non congruens.

§. 2. Bracteae 3-plurinerviae et vel infimae, vel omnes simul reticulato-venosae. Tubera indivisa vel (in O. sambucina) apice breviter biloba.

a. Labellum trilobum.

12. O. laxiflora (Lam. fl. fr. 3. p. 504.) labello trilobo, lobis lateralibus antice rotundatis, intermedio profunde emarginato latiore breviore vel paulo longiore, *calcare cylindrico horizontali vel adscendente* ovario breviore, perigonii laciniis oblongis obtusis, late-

ralibus reflexis, *bracteis 3-5 nerviis*, inferioribus simul venosis, spica elongata laxa, *foliis lanceolato-linearibus*, *tuberibus indivisis*. ♃. In pratis turfosis paludosis, (stw. in d. südl. u. mittlern Gebiete, sehr selten im nördlichen.) Mai. Jun. Flores purpurei. Var. α. labelli lobo medio conspicue breviore: O. laxiflora Lam. l. c. O. Tabernaemontani Gmel. fl. bad. 3. p. 542. et

β. *palustris*, labelli lobo medio laterales aequante vel paulo longiore: O. palustris Jacq. collect. 1. p. 75. ic. rar. t. 181.

13. O. SAMBUCINA (L. sp. 1334.) labello breviter trilobo, calcare conico-cylindrico descendente ovarium aequante, perigonii laciniis lateralibus patentibus, *bracteis omnibus nervosis* venosisque flore longioribus, caule 4-6 folio, *foliis* lanceolatis *antice latioribus* basin versus attenuatis, *tuberibus oblongis integris vel apice breviter 2-3 lobis*. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (im südl. u. mittlern Gebiete bis z. Harze.) Mai. Jun. Jacq. a. t. 108.) Flores inodori, ochroleuci, labello dilute flavo, basi punctulis purpureis adsperso. Variat:

β. *purpurea*, floribus purpureis: O. incarnata Willd. sp. 4. 30. et auctor. germ.

§. 3. Bracteae tri-plurinerviae et vel infimae, vel omnes simul reticulato-venosae. Tubera palmata.

14. O. MACULATA (L. sp. 1335.) labello trilobo, calcare conico-cylindrico descendente ovario breviore, perigonii laciniis lateralibus patentibus, *bracteis trinerviis venosisque*, intermediis ovarium aequantibus, infimis idem superantibus, *caule solido subdecemfolio*, *foliis superioribus diminutis bracteiformibus*, *supremo a spica longe remoto*, intermediis lanceolatis utrinque attenuatis, infimis oblongis, *tuberibus palmatis*. ♃. In sylvis et pratis humidis. Jun. Hall. helv. t. 32. Flores dilute lilacini, maculis lineolisque purpureis variegati. Folia saepe fusco-maculata.

15. O. LATIFOLIA (L. sp. 1334.) labello trilobo, calcare conico-cylindrico descendente ovario breviore, perigonii laciniis lateralibus sursum reflexis, *bracteis* inferioribus et intermediis flore longioribus, omnibus *trinerviis venosisque*, *caule fistuloso* 4-6 folio, *foliis patulis*, *inferioribus ovalibus oblongisve obtusis*, *superioribus minoribus lanceolatis acuminatis*, *tuberibus palmatis*. ♃. In pratis, praecipue humidis, frequens. Mai. Jun. Orchis latifolia St. h. 7. Fries. nov. ed. 2. mant. 1. p. 16. O. maialis Reichenb. ic. f. 770. Flores purpurei, folia saepe fusco-maculata.

16. O. ANGUSTIFOLIA (Wimm. et Grab. fl. sil. 2. p. 252.) labello trilobo, calcare conico-cylindrico descendente ovario breviore, perigonii laciniis lateralibus patentibus postea sursum reflexis, *bracteis* omnibus flore longioribus *trinerviis venosisque*, *caule fistuloso* 4-6 folio, *foliis erectis cauli parallelis elongato-lanceolatis attenuatis apice cucullato-contractis*, supremo basin spicae superante, infimo breviore patulo, *tuberibus palmatis*. ♃. In pratis turfosis paludosis. Jun., serius antecedente; quum haec iam defloruit, flores aperire incipit. O. incarnata Wimm. fl. schles. p. 328. O. latifolia Reichenb. icon. 6. 769. — Orchis incarnata L. fl. suec. p. 312.,

Fries. nov. fl. suec. mant. 1. p. 16. ad sequentem pertinere videtur. Specimen suecicum nondum vidi. „Orchidi latifoliae simillima est", sed caulem habet „dimidio minorem et bracteas vix flore aut germine longiores" L. suec. p. 312., quod cum sequente, neutiquam vero cum O. angustifolia congruit, quae saepissime caulem habet robustiorem altioremque, quam Orchis latifolia, et bracteas, etiam superiores, flore longiores.

17. O. Traunsteineri (Sauter. in litteris.) labello trilobo, calcare conico-cylindrico ovario breviore, perigonii laciniis lateralibus sursum reflexis, *bracteis trinerviis venosisque*, inferioribus florem aequantibus, superioribus flore brevioribus, *caule fistuloso* 4-5 folio, *foliis* inferioribus *lanceolato-linearibus erecto-patulis*, *superioribus linearibus erectis apice planis subcanaliculatis*, *tuberibus palmatis*. ♃. In pratis turfosis, uliginosis Tyrolis. Mai. Jun. Planta in statu vivo accuratius describenda. O. angustifolia Reichenb. ic. 8. f. 1140. (excluso synonymo Loiseleurii, qui nullam Orchidem angustifoliam descripsit, sed qui in flora gallica, ed. 2. p. 267., Orchidis latifoliae varietatem angustifoliam, (O. divaricatam Rich. ined.,) spica conferta, labello subcuneato, lobo intermedio obsoleto, bulbo bipartito praeditam proponit, quae vero in nostram speciem non quadrat. — „O. haematotes Reichenb. fl. exc. p. 126. et p. 140. n. 857., quod locum natalem prope Bregenz. et inventorem, D. Sauterum attinet, et O. sambucina incarnata var. subalpina Reichenb. l. c. p. 140. n. 853. huc pertinent." Traunsteiner. in litt. G.

b. Labellum indivisum. Tubera integra.

18. O. papilionacea (L. sp. 1351.) *labello* subrotundo-ovato *dentato-indiviso*, calcare subulato descendente ovario breviore, perigonii laciniis in galeam ovato-lanceolatam conniventibus, *bracteis 3-5 nerviis*, foliis lanceolatis, tuberibus indivisis. ♃. In pratis reg. calid., (im wärmern Krain, Scopoli; in Istrien, Müller!) Mart. O. rubra Jacq. ic. rar. 1. t. 183. Flores purpurei. G.

Sect. II. Anacamptis Richard. Glandulae pedicellorum in unam connatae. N. ab E. gen. 1. 2.

19. O. pyramidalis (L. sp. 1332.) *labello* semitrifido *basi bilamellato*, lobis oblongis obtusis aequalibus integerrimis, calcare filiformi ovarium aequante vel superante, perigonii laciniis ovato-lanceolatis acutiusculis, lateralibus patentibus, bracteis basi trinerviis, spica densa, foliis lanceolato-linearibus, tuberibus indivisis. ♃. In pratis et collibus dumetosis solo calcareo. Mai-Jul. Jacq. a. t. 266. Anacamptis pyramidalis mem. du mus. d'hist. nat. 4. p. 19. Flores purpurei.

2. GYMNADENIA (R. Brown. pro parte.) Bursicula ad basin loculorum antherae nulla; cetera ut Orchidis. N. ab E. gen. 5. 6.

1. O. conopsea (L. sp. 1335.) labello trifido, lobis ovatis obtutusis, *calcare filiformi ovario fere duplo longiore*, *perigonii laciniis exterioribus patentissimis*, bracteis trinerviis ovarium aequantibus longioribusve, spica cylindrica elongata, foliis elongato-lanceolatis, tuberibus palmatis. ♃. In pratis, praecipue montanis. Jun.

Jun. Jul. Reichenb. ic. 6. f. 816. Gymnadenia conopsea R. Brown. in h. kew. ed. 2. v. 5. 191. Flores purpurei, rarius albi. Ad hanc posteriorem pertinet O. ornithis Jacq. fl. a. t. 138.; est specimen albiflorum, cui, monente Jacquinio filio in litt. ad amicum Zeyher, apices tuberum abscisi fuerunt. Variat porro maior, racemo densiore, florum odore levi; et minor, paulo serius florens, racemo laxiore odoreque florum intensiore.

2. O. ODORATISSIMA (L. sp. 1335.) labello trifido, lobis ovatis obtusis, *calcare filiformi ovarium subaequante*, *perigonii laciniis exterioribus patentissimis*, bracteis trinerviis ovarium aequantibus longioribusque, spica cylindrica elongata, foliis lineari-lanceolatis, linearibusque, tuberibus palmatis. ♃. In pratis subalpinis et alpinis, rarius etiam in montibus humilioribus, (d. d. g. A. K., a. d. Voges.; Würtemberg; Oberbaden; bei Zweibrücken in d. Rheinpfalz, Hessen u. Westphalen.) Jun. Jul. Jacq. a. t. 264. Gymnadenia odoratissima Richard. Flores purpurei; variant rosei et rarius albi.

3. O. ALBIDA (Scop. carn. ed. 2. v. 2. p. 201.) labello profunde trifido, laciniis integerrimis, lateralibus acutis, intermedio duplo latiore oblongo obtuso, *calcare ovario triplo breviore*, *perigonii laciniis in galeam subrotundam conniventibus*, bracteis trinerviis ovarium aequantibus, spica elongata subsecunda, foliis infimis oblongo-obovatis, superioribus lanceolatis, *tuberibus fasciculatis*. ♃. In locis graminosis alpium et reg. subalp., rarius etiam in montibus humilioribus, (d. d. g. A. K.; Voges., Oberbaden, Würtemb., Schles., Böhm., Erzgeb., Harz, Moselgeb. bis n. d. Niederlanden; Holstein u. Preuss.) Jun.-Aug. Satyrium albidum L. sp. 1338. Habenaria albida R. Brown. in hort. kew. ed. 2. v. 3. 195. Hall. helv. t. 26.

3. HIMANTHOGLÓSSUM (Spreng. s. veg. 3. 694.) Labellum contortum, aestivatione spiraliter convolutum; cetera ut Orchidis. N. ab E. g. 5. 3.

1. H. HIRCINUM (Rich. l. c.) labello tripartito, *laciniis linearibus*, *intermedia longissima subcontorta*, lateralibus multo brevioribus undulato-crispatis. ♃. In collibus dumetosis, pascuis montanis et locis sylvaticis, solo calcareo, (stw. d. d. südliche u. mittlere Geb. bis an d. nördl. Grenze v. Thüringen.) Mai. Jun. Satyrium hircinum L. spec. 1337. Spenn. handb. d. angew. bot. 1. 189. Jacq. a. t. 367. Loroglossum hircinum Rich. mem. du mus. 4. p. 46. Orchis hircina Swartz. act. holm. 1800. 207. Galea albida, interne striis purpureis et viridibus, labellum albido-viride, punctis rubentibus adspersum.

4. HABENARIA (Rob. Brown. prodr. fl. nov. holland. p. 312.) Perigonium ringens, laciniis 3-5 in galeam conniventibus. Labellum patens, subtus postice calcaratum, gynostemio ad antheram usque adnatum. Anthera tota adnata, loculi inferne sinu stigmatis excisi ab ipsis invicem remoti; rostellum nullum. Massae pollinis lobulatae; glandulae nudae, bursicula deficiente. Ovarium contortum. N. ab E. gen. 5. 8.

1. H. VIRIDIS (R. Brown. l. c.) *labello lineari apice tridentato*, dente intermedio brevissimo, lateralibus porrectis, *calcare brevissimo scrotiformi*, perigonio in galeam connivente. ♃. In pratis humidis; in alpes adscendens, (zerstreut d. d. Geb.) Jun., in alpib. serius. Satyrium viride L. sp. 1337. Orchis viridis Swartz. act. holm. 1800. 207. Gymnadenia viridis Richard. Reichenb. ic. 6. f. 813.

5. PLATANTHÉRA (Richard. l. c. p. 20.) Labellum integrum, cetera ut Habenariae. — Genus, me iudicante, cum Habenaria combinandum; neque enim differt, nisi labello integro. Character ab insertione pedicellorum pollinis sumptus, mihi nimis minutulus videtur. N. ab E. gen. 5. 7.

1. P. BIFOLIA (Richard.) labello indiviso lineari, *calcare* ovario sesqui-duplo longiore *filiformi*, *antherae loculis parallelis*. ♃. In sylvis umbrosis. Jun. Jul. Reichenb. ic. 9. f. 1143. Orchis bifolia L. sp. 1331. O. bifolia β. brachyglossa Wallr. sched. p. 486. Habenaria bifolia R Brown. pr. fl. nov. holl. p. 312. Variat labello breviore. Platanthera brachyglossa Reichenb. ic. 9. f. 1144. est modificatio stigmate retuso, sed nota haec constans non est.

2. P. CHLORANTHA (Custor. ap. Reichenb. in Mösl. handb. 2. p. 1565.) labello indiviso lineari, *calcare* ovario duplo longiore *filiformi-subclavato*, *antherae loculis* apice contiguis inferne *divaricatis*. ♃. In sylvis umbrosis. Jun. Jul. Reichenb. ic. 9. f. 1145. Orchis bifolia α. macroglossa Wallr. sched. p. 486., secund. citat. Halleri, helv. t. 35. O. bifolia β. elatior Gaud. helv. 5. p. 425. O. virescens Zollik. ap. Gaud. l. c. p. 497.

6. NIGRITELLA (Richard. de orch. annot. p. 19.) Perigonium patulum, subcampanulatum, resupinatum. Ovarium non contortum, cetera ut Orchidis. — N. ab E. gen. 10. 8. Glandulas Richard. seminudas dicit, mihi prorsus nudae visae sunt.

1. N. ANGUSTIFOLIA (Richard. de orchid. annot. p. 19.) labello ovato acuminato, perigonii laciniis lanceolatis acuminatis, *calcare obovato ovario triplo breviore*. ♃. In locis graminosis alpinis et subalpinis, (d. d. g. A. K.) Mai-Aug. Satyrium nigrum L. sp. 1338. Jacq. a. t. 368. Orchis nigra Scop. carn. 1123. Flores atropurpurei, odorem Vanillae spargentes; variant rarius purpurei. Spica ovata densissima; folia linearia breviter denticulato-ciliata, ut in subsequente.

2. N. SUAVEOLENS (Koch. deutschl. fl. manuscript.) labello ovato dente utrinque in medio obtuso instructo ideoque subtrilobo, lobo medio producto apice ipso obtuso, perigonii laciniis ovato-lanceolatis acutiusculis, *calcare cylindrico-subulato ovarium aequante*. ♃. In alpibus rarissima, (auf d. Dolaz in d. Schweiz u. auf d. Tollstein bei Zierl in Tyrol.) Jul. Aug. N. fragrans Sauter. ap. Reichenb. ic. 8. f. 1010. Orchis suaveolens Vill. delph. 2. p. 31. t. 1. icon mala, ut plurimae in hoc, ceterum egregio, opere, DC. fl. fr. 5. p. 331., ex herbario Villarsii plantam suam descripsit; conf.

fl. fr. l. c. Gand. helv. 5. p. 446. Spica huius fere cylindrica, flores maiores et laete purpurei.

7. OPHRYS (L. gen. n. 101., exclus. specieb.) Perigonium patens. Labellum patens, ecalcaratum, gynostemio ad antheram usque adnatum. Anthera tota adnata; loculi paralleli quidem, sed basi disiuncti. Rostellum o. Massae pollinis lobulatae, pedicellatae; glandula quaeque bursicula propria inclusa. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 5.

1. O. MUSCIFERA (Hudson. fl. angl. ed. 1. p. 340.) *labello* oblongo subvelutino *macula in medio subquadrata glabra* notato perigonio duplo longiore *trifido*, lobis lateralibus lanceolatis, intermedio duplo longiore apice profunde bilobo *exappendiculato*, laciniis perigonii 2 interioribus villosis linearibus convolutis et filiformibus. ♃. In montosis sylvaticis, solo calcareo, (stw. im südl. u. mittlern Geb.; in Mecklenb. selten.) Jun. O. myodes Swartz. l. c. 45. St. h. 40. O. insectifera α. myodes L. sp. 1343. Orchis muscaria Scop. carn. v. 2. 193. Labellum intense purpureo-fuscum, macula in medio grisco-caerulescente et basi gibberulis 2 nitidis atro-fuscis notatum. Perigon. viride.

2. O. ARANIFERA (Hudson. angl. ed. 2. 392.) *labello* oblongo-obovato integro convexo tumido margine reflexo, *apice obtuso vel leviter emarginato exappendiculato*, piloso *medio lineis 2-4 longitudinalibus* basi transversim coniunctis *glabris* notato, laciniis perigonii exterioribus labellum subaequantibus, *interioribus brevioribus glabris*. ♃. In collibus et montibus calcareis, (stw. v. d. Schweiz dch Tyrol, Oberbaden, Würtemberg bis Oestreich u. d. Littorale; v. Elsafs bis Mainz u. bis Würzburg.) Mai. Jun. Reichenb. ic. 9. f. 1154-1156. O. fucifera Curt. lond. fasc. 6. t. 67. Labellum integrum, vel dente obtuso minuto utrinque in medio marginis instructum, sed quadrilobum non dicendum. Color eius purpureo-fuscus vel marginem versus lutescens; lineae glabrae sunt lividi coloris. Perigonium viride.

3. O. BERTOLONII (Morett. pl. ital. dec. 6. p. 9.) *labello* lato-obovato, planiusculo piloso *ante apicem* paulum adscendentem *macula subquadrata glabra notato* obtusissimo *integro apice breviter trilobo*, lobo medio angusto dentiformi apice glabro, laciniis perigonii interioribus lineari-lanceolatis acutis glabris margine puberulis, gynostemio rostrato acuminato. ♃. In collibus graminosis, (bisher blofs in Istrien, nach Biasol.) April. Mai. O. Speculum Bert. amoen. ital. p. 201. Reichenb. ic. 9. f. 1157. 1158. Labellum atro-purpurascens, macula glabra pallidior. — Specimen e loco memorato nondum vidi. J.

4. O. ARACHNITES (Reichard. fl. moeno-francof. 2. p. 89. 1772.) *labello* lato-obovato *integro* convexo tumido margine explanato truncato-obtusissimo velutino *basi variegato apice leviter emarginato cum appendice glabra sursum flexa*, laciniis perigonii 2 interioribus brevibus ovatis velutinis, gynostemio breviter rostrato. ♃. In collibus calcareis incultis dumetosis, (stw. im südl. u. mittlern Geb.) Jun. O. insectifera η. L. sp. 1343. O. aestrifera Rei-

chenb. fl. exc. p. 128. non MBieberst. O. fuciflora Reichenb. ic. 9. f. 1162-1165. Orchis Arachnites Scop. carn. 2. p. 194. var. 1. Perigonium roseum. Labellum intense purpureo-fuscum, basi lituris et punctis flavescentibus; appendix apicis virenti-flava. — Ophrys andrachnitis Reichenb. ic. 9. f. 1168. (exclus. syn. Scopolii) perigonii laciniis interioribus glabris, mihi ignota est. Scopolii Orchis Arachnites fl. carn. 2. p. 194. e tribus diversis speciebus composita est, quarum opercula, (perigonii laciniae interiores,) „villosa" describit.

5. O. APIFERA (Hudson. fl. angl. ed. 1. 340., ed. 2. 391.) *labello* subrotundo-obovato convexo *tumido* velutino *variegato quinquefido, lobis* 2 posterioribus ovatis patulis basi gibbere hirsuto instructis, *3 anterioribus recurvatis subtus conniventibus, intermedio in appendicem glabram terminato*, laciniis perigonii interioribus brevibus hirtis. ♃. In collibus calcareis dumetosis, (stw. v. d. Schweiz u. d. Elsafs durch Oberbaden u. Würtemberg u. d. südl. D. bis Ungarn; im Rheinthale bei Mainz, bei Verviers; im Mainthale bei Würzb.) Jun. Jul. Reichenb. ic. 9. f. 1159. O. insectifera ι. L. sp. 1343.

6. O. PSEUDOSPECULUM (DC. fl. fr. 5. p. 332.) *labello* subrotundo *integro* convexiusculo margine reflexo vel utrinque dente parvo obtuso notato, apice leviter emarginato saepe cum denticulo interiecto, *disco labelli glabro limbo piloso cincto*, perigonii laciniis interioribus lineari-oblongis truncatis emarginatisve glabris. ♃. In montosis graminosis, (bei Triest, Kützing!) Mai. Reichenb. ic. 9. f. 1152. Labellum brunneum, disco glabro pallido limbo pilis flavis obsito, perigonium pallide flavo-virescens. G.

8. CHAMAEORCHIS (Richard. de orch. annot. p. 447.) Perigonium galeatum; cetera ut Ophrydis. N. ab E. gen. 10. 9., Chamaerepes.

1. C. ALPINA (Richard. l. c.) *labello ovato-oblongo* obtuso *basi utrinque dente obsoleto* notato, foliis anguste linearibus caulem aequantibus superantibusque. ♃. In alpium editiorum pascuis, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. Ophrys alpina L. sp. 1342. Jacq. en. vind. t. 9. Chamaerepes alpina Spreng. syst. veg. 3. p. 702. Flores minuti, flavo-virides.

9. ÁCERAS (Rob. Brown. in hort. kew. ed. 3. t. 5. p. 191.) Labellum ecalcaratum, cetera ut Orchidis. N. ab E. gen. 5. 4.

1. A. ANTHROPOPHORA (R. Brown. l. c.) labello tripartito, lacinia intermedia lineari-bifida saepe cum interiecto denticulo, lacinulis *laciniisque* lateralibus *lineari-filiformibus*. ♃. In collibus et pratis montosis subhumidis, solo calcareo, (Schweiz, Oberelsafs, Oberbaden u. Würtemberg; bei Trier u. bei Halle, an beiden letzten Orten sehr selten.) Mai. Jun. Ophrys anthropophora L. sp 1343. Loroglossum anthropophorum Rich. l. c. p. 32. Fl. dan. t. 103. Perigonium virens, margine purpureo; labellum cinnabarino-ferrugineum, dein aureo-flavescens.

10. HERMINIUM (R. Brown. hort. kew. 5. p. 191.) Perigonium campanulatum, laciniis labelloque erectis. Labellum basi saccato-gibbum, obtuse carinatum, ecalcaratum. Cetera ut Gymnadeniae. N. ab E. gen. 5. 9.

1. H. Monorchis (R. Brown. l. c.) *laciniis perigonii interiobus trilobis*, lobo medio elongato, labello profunde trifido, laciniis linearibus, lateralibus subhastato-patentibus, intermedia duplo longiore. ♃. In pratis et pascuis montanis et collibus graminosis, in alpes adscendens, (sehr gemein d. d. g. A. K. u. stw. d. d. Gebiet.) Mai. Jun. Ophrys Monorchis L. sp. 1342. Fl. d. t. 102. Flores parvi, viridi-luteoli.

11. SERAPIAS (L. gen. n. 1012., excl. specieb.) Labellum ecalcaratum, geniculatum, trilobum, lobo medio maiore refracto-dependente. Ovarium non contortum. Cetera ut Orchidis. N. ab E. gen. 10. 7.

1. S. Lingua (L. sp. 1344.) *labello basi glabro vel pilis brevibus rariter adsperso*, lobo medio ovato acuminato, floribus subcernuis, bracteis flore brevioribus, tubero altero pedicellato. ♃. In collibus calcareis dumetosis insulae Osero, Noé. April. Flores sec. DC. ferruginei, in siccatis galea cinereo-rufescens et labium atropurpureum. J.

2. S. cordigera (L. sp. 1345.) *labello basi pilis longis hirsuto*, lobo medio cordato-ovato acuminato, floribus subcernuis, bracteis florem subaequantibus, tuberibus sessilibus (secund. DC.). ♃. In collibus calcareis dumetosis reg. calidar., (Triest, Kützing! Scop.) April. Mai. S. Lingua Scop carn. 2. 187.; propter segmentum medium basi pilosum huc, nec ad speciem antecedentem pertinet. G.

Trib. II. *LIMODOREAE*. Anthera libera. Massae pollinis e lobulis numerosis angulatis elastice cohaerentibus compositae, vel farinaceae, glandulae nudae basi sua saepe adhaerentes.

12. EPIGOGIUM (Gmel. fl. sibir. 1. p. 11. t. 2. f. 2.) Perigonium resupinatum, patens. Labellum geniculatum, lamina erecta in calcar inflatum erectum postice terminata. Anthera breviter stipitata, apice stigmatis trifido inmersa. Massae pollinis lobulatae, stipitatae. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 10. 10.

1. E. Gmelini (Richard. l. c. p. 36.) aphyllum, caule vaginato, paucifloro, floribus pendulis. ♃. In sylvis umbrosis, in ligno putrido insidens, parasiticum, (am Fufse d. Alpen von d. Schweiz bis Oestr. stellenweise u. auf höhern Bergen, d. Vogesen, Schwarw., Sudeten, Harze; im Lippischen; in Pommern, Holstein.) Jul. Aug. E. aphyllum Bi. et Fing. comp. fl. g. 2. 432., non Gmelini, qui suae plantae nullum nomen specificum imposuit. Satyrium Epigogium L. sp. 1338. St. h. 18. Jacq. a. t. 84. Limodorum Epigogium Swartz. nov. act. ups. 6. p. 80. — Planta decolor; perigonium flavescens; calcar dilute carneum.

13. LIMODÓRUM (Tournef. inst. 250. Rich. l. c. p. 20.) Perigonium erecto-patens. Labellum geniculatum, deorsum calcaratum,

lamina erecta. Anthera terminalis, libera. Gynostemium cum labello non connatum. Pollen pulvereum. Ovarium non contortum. N ab E. gen. 5. 11.

1. L. ABORTIVUM (Swartz. nov. act. holm. 6. p. 80.) aphyllum, scapo vaginato, labello ovato-undulato, calcare subulato ovarii longitudine. ♃. In collibus dumetosis et sylvis, (Schweiz, Oberbaden am Kaiserstuhle, bei Trier, Herborn, in Oestreich u. d. Littorale.) Mai. Jun. Orchis abortiva L. sp. 1336. St. h. 10. Serapias abortiva Scop. carn. 2. 205., planta tota dilute violacea, scapo lineisque perigonii saturatioribus.

14. CEPHALANTHÉRA (Richard. de orchid. annot. p. 21.) Perigonii laciniae erectae, subconniventes. Labellum ecalcaratum, geniculatum, articulo inferiore saccato-concavo. Anthera terminalis libera. Pollen pulvereum. Ovarium contortum. N. ab E. gen. 5. 12.

1. C. PALLENS (Richard. l. c.) *ovario glabro*, labelli lamina cordato-ovata longitudine sua latiore, laciniis perigonii omnibus obtusis, *bracteis ovarium superantibus*, foliis ovatis vel ovato-lanceolatis acuminatis. ♃. In sylvaticis, (stw. d. d. g. Geb.) Mai. Jun. Hall. helv. t. 41. Serapias grandiflora Scop. carn. 2. p. 203. S longifolia Huds. 393. S. lancifolia Roth. tent. 2. 2. 409. Epipactis grandiflora Sm. engl. 4. p. 44. (Serapias grandiflora L. syst. nat. ad Cephalantheram ensifoliam pertinere videtur.) E. pallens Swartz. l. c. 232. Flores flavescenti-albidi.

2. C. ENSIFOLIA (Richard. l. c.) *ovario glabro*, labelli lamina obtusissima transverse latiori, laciniis perigonii exterioribus acutis, *bracteis ovario multo brevioribus*, infimis quandoque idem aequantibus, foliis lanceolatis superioribus lineari-lanceolatis acuminato-acutis. ♃. In locis sylvaticis, (stw. d. d. Gebiet, aber viel seltner als vorige.) Mai. Jun. Serapias ensifolia Sm. fl. brit. 945. Schk. t. 274. S. grandiflora Fl. d. t. 506. Epipactis ensifolia Swartz. l. c. p. 232. Flores nivei, macula in apice labelli flava.

3. C. RUBRA (Richard. l. c.) *ovario pubescente*, laciniis perigonii omnibus acuminatis, labelli lamina ovata acuminata laciniis interiores aequante. ♃. In sylvis et collibus dumetosis calcareis, (stw. d. d. Gebiet.) Jun. Jul. Epipactis rubra All. ped 2. p. 153. Serapias rubra L. syst. nat. ed. 13. 2. 594. Fl. dan. t. 345. Flores pulchre purpurei.

15. EPIPACTIS (Richard. l. c. p. 21.) Ovarium non contortum, basi in stipitem contortum attenuatum. Gynostemium breve. Perigonium campanulato-patulum. Cetera ut Cephalantherae. N. ab E. gen. 5. 10.

1. E. LATIFOLIA (Allion. fl. ped. 2. p. 151.) *foliis* ovatis *internodio longioribus*, *lamina labelli acuminata* apice recurva perigonii laciniis paulo breviore. ♃. In sylvis et collibus dumetosis incultis. Jun.-Aug. Variat:

α. pedicellus ovarium dimidium tantum aequans, carinae in superficie superiore labelli non plicato-crenatae, flores virentes, labelli lamina lilacina.

β. *rubiginosa*, pedicellus ovarium aequans, carinae in superficie labelli superiore plicato-crenatae, flores sordide violacei: E. latifolia β. rubiginosa Gaud. helv. 5. p. 465. Serapias latifolia atrorubens Hoffm. d. fl. 2. p. 182. Reichenb. ic. 9 f. 1141. Haec quoque occurrit floribus virentibus, ad quam Epipactis viridiflora Reichenb. ic. 9. f. 1142. et Serapias latifolia viridiflora Hoffm. l. c. referendae sunt. Num varietas β. ut propria species consideranda sit, ulteriores observationes docebunt.

2. E. MICROPHYLLA (Ehrhart. beitr. 4. p. 42.) *foliis* ovato lanceolatis lanceolatisve *intermediis superioribusque internodio brevioribus*, *lamina labelli acuta* perigonium subaequante. ♃. In sylvis umbrosis, (in Westphalen, am Harze, im südl. Hanov. u. in Thüring.) Jun. Jul. W. Kit. pl. r. hung. t. 270. Flores virentes. Vivam nondum vidi. G.

3. E. PALUSTRIS (Crantz. a. 2. p. 262.) foliis lanceolatis, *lamina labelli subrotunda obtusa* perigonii lacinias aequante. ♃. In pratis paludosis, (stw. d. d. Gebiet.) Jun. Jul. Hall. helv. t. 39. Serapias palustris Scop. carn. 2. 204. S. longifolia L. syst. nat. ed. 12. 2. 593.

16. LISTÉRA (Rob. Brown. hort. kew. ed. 3. p. 201.) Perigonium ringens, laciniis in galeam conniventibus. Labellum ecalcaratum, deflexum. Gynostemium postice terminatum processu ovato, in cuius basi vel apice anthera inserta est. Anthera libera, sessilis, persistens. Pollen farinaceum. Rostellum lamellatum, lamella integra. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 14.

1. L. OVATA (Rob. Brown. l. c.) *caule bifolio*, foliis ovatis oppositis, *labello lineari bifido*. ♃. In pratis montanis et sylvarum locis graminosis. Mai. Jun. Ophrys ovata L. sp. 1340. Epipactis ovata All. ped. 2. p. 151. St. h. 29. Schk. t. 273. Flores virentes.

2. L. CORDATA (Rob. Brown. l. c.) *caule bifolio*, foliis cordatis oppositis, *labello trifido* laciniis lateralibus linearibus brevibus, *intermedia bifida*, cruribus elongatis linearibus acuminatis. ♃. In sylvis umbrosis montanis et subalpinis, (Schweiz u. längs d. ganzen Alpenkette, Vogesen, Oberbaden, Würtemb., Schles., Böhm., Mähren, Harz, Fichtelgeb.) Mai.-Jul. Ophrys cordata L. sp. 1340. Epipactis cordata All. ped. 2. p. 152. Flores virentes.

17. NEOTTIA (Linn. act. ups. 1740. p. 33.) Perigonium campanulatum subgaleatum. Labellum ecalcaratum, porrectum, basi concavum, non inclusum. Anthera terminalis, libera, sessilis, margini posteriori gynostemii inserta, persistens. Pollen farinaceum. Rostellum lamellatum, linguaeforme, integrum. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 15.

1. N. NIDUS AVIS (Richard.) ♃. In radicibus arborum sylvarum umbrosarum parasitica. Mai. Jun. Ophrys Nidus avis L. sp. 1339. Neottidium Nidus avis v. Schlechtend. fl. berol. p. 454. Epipactis Nid. av. All. ped. 2. p. 151. *Planta aphylla, tota albido-fuscescens.*

18. GOODYÉRA (Rob. Brown. hort. kew. ed. 3. v. 5. 197.) Perigonium ringens. Labellum ecalcaratum, inclusum, inferne saccato-gibbum, superne recurvum. Anthera libera, pone rostellum inserta, stipitata, persistens. Pollen e granulis angulatis. Rostellum lamellatum, bifidum. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 10. 11.

1. G. REPENS (Rob. Brown. l. c. p. 198.) *foliis radicalibus ovatis petiolatis reticulatis*, caule superne floribusque pilosis. ♃. In sylvis umbrosis, montanis et subalpinis, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. Satyreum repens L. sp. 1339. Jacq. a. t. 369. Neottia repens Swartz. l. c. p. 226.

19. SPIRANTHES (Richard.) Perigonium ringens. Labellum inclusum, ecalcaratum, basi canaliculatum, superne recurvum. Anthera libera, pone rostellum inserta, sessilis, persistens. Pollen e granulis subquaternatim cohaerentibus. Rostellum lamellatum, lamella ovata, apice bifida. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 13.

1. S. AESTIVALIS (Richard.) *caule foliato*, foliis lanceolato-linearibus, spica spirali, labello oblongo ovato apice rotundato. ♃. In pascuis et pratis humidis spongiosis, (stw. im Elsafs bis Heidelb. u. Dürkheim; Würtemb.; bei Lüttich; Tyrol; am Bodensee bei Bregenz in d. Schweiz nicht selten.) Jul. Reichenb. ic. 2. f. 337. Nottia aestivalis DC. fl. fr. 3. p. 258. Ophrys aestivalis Lam. dict. 4. p. 567. O. aestiva Balb. add. p. 96. Flores albi.

2. S. AUTUMNALIS (Richard.) caule aphyllo vaginato, *foliis radicalibus* ovatis vel ovato-oblongis in petiolum contractis *cauli lateraliter appositis*, spica spirali, labello obovato emarginato. ♃. In pascuis montanis humidis, (stw. d. d. Geb.) Aug.-Oct. Ophrys spiralis L. sp. 1340. St. h. 12. Neottia spiralis Sw. l. c. 226. Flores albi.

Trib. III. *MALAXIDINEAE*. Anthera libera. Pollen ceraceum, vel e granulis denique in massam ceraceam confluentibus.

20. CORALLORRHIZA (Hall. hist. 2. p. 159.) Perigonium ringens. Labellum basi cum laciniis perigonii lateralibus coniunctum, et calcar breve, ibidem adnatum, referens. Anthera libera, terminalis, decidua. Pollen in massulas 4, solidas, subglobosas, denique ceraceas conglobatum. N. ab E. gen. 10. 10.

1. C. INNATA (R. Brown. in hort. kew. p. 209.) spica pauciflora, perigonii laciniis acutis, inferioribus deflexis, labello oblongo, obtuso utrinque obtuse unidentato disco longitudinaliter bicalloso. ♃. In sylvis umbrosis, montanis et subalpinis, (v. d. Schweiz d. d. d. g. A.; ausserdem sehr zerstreut d. D.) Jun.-Aug. C. Halleri Richard. Ophrys corallorrhiza L. sp. 1349. Haller. helv. t. 44. Flores virescenti-albidi.

21. STURMIA (Reichenb. icongr. bot. 4. p. 39.) Perigonium patens. Labellum erectum, posticum, ecalcaratum. Gynostemium

apicem versus marginatum. Rostellum obtusum. Anthera terminalis, decidua. Pollen ceraceum, globulos duos, ex duobus corpusculis compositos, referens. — Liparis Richard; sed Liparis est piscium genus iam ab Artedio conditum. N. ab E. gen. 10. 13.

1. S. Loeselii (Reichenb. l. c.) caule triquetro basi bifolio, foliis elliptico-lanceolatis, spica 3-8 flora, *labello ovato obtuso* crenulato longitudine laciniarum perigonii. ♃. In paludibus spongiosis, (im Wallis bei Sitten, bei Zürch, im Elsafs bei Strasburg, Hagenau; im Badischen bei Waghäusel; Würtemberg, am Bodensee; Salzburg am Zellersee; in Böhmen u. im nördl. D. vom Harze an.) Jun.-Aug. Ophrys Loeselii L. sp. 1341. Fl. d. t. 877. O. liliifolia Lam. dict. 4. 469. Liparis Loeselii Rich. orch. 38.

22. MALÁXIS (Swartz. act. holm. 180. 133.) Perigonium patentissimum. Labellum ecalcaratum, posticum. Anthera terminalis, libera, sessilis, persistens. Pollen ceraceum, in massas 4 oblongas conglobatum. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 16.

1. M. paludosa (Swartz. l. c.) *caule* pentagono inferne *3-4 folio*, *labello* concavo *acuminato*. ♃. In paludibus turfosis spongiosis inter sphagna, (stw. im nördlichen D. v. Unterrheine u. Westphalen bis Preussen, im südwestl. seltner; Bodensee, Schwarzwald, Rheinpfalz v. Bitsch bis Kaiserslautern u. Homburg, in Hengster. fl. d. wett.) Jul. Aug. Ophrys paludosa L. sp. 1341. Fl. d. t. 1234. Flores viridi-flavescentes. G.

2. M. monophyllos (Swartz. l. c.) *caule subunifolio*, triquetro, *labello* concavo *acuminato*. ♃. In locis muscosis, graminosis, humidis reg. subalpinarum, (sehr zerstreut d. d. AK. von d. Schweiz d. Tyrol, Salzb., Krain, Kärnth. u. Steyermark; sodann in d. kalten Brüchen v. Preussen.) Jul. Ophrys monophyllos L. sp. 1342. Wulf. in Jacq. collect. t. 13. f. 2. Flores virescentes.

Trib. IV. *CYPRIPEDIEAE*. Flores diandri.

23. CYPRIPÉDIUM (L. gen. n. 1015.) Perigonium patens. Labellum ventricosum inflatum. Gynostemium apice trifidum, lobis lateralibus antheriferis, medio sterili. Ovarium non contortum. N. ab E. gen. 5. 17.

1. C. Calceolus (L. sp. 1346.) caule folioso, lobo gynostemii incurvi deflexo ovato obtuso, labello subcompresso perigonii laciniis breviore. ♃. In locis sylvaticis umbrosis, (stw. d. d. südl. u. mittlere Geb. bis zum Harze.) Mai. Jun. St. h. 8.

Ord. CXXIII. IRIDEAE. Juss. gen. p. 57.

Perigonium superum, *petaloideum*, sexpartitum. *Stam. 3*, basi segmentorum exteriorum perigonii inserta. *Antherae extrorsum dehiscentes*. Ovarium triloculare, multiovulatum, ovulis biserialibus, placentis centralibus. Stigmata 3, simplicia vel laciniata

vel petaloidea. Caps. 3 valvis, valvis septiferis. Embryo intra albumen. Herbae radicibus tuberosis, rarius bulbosis.

1. CROCUS (L. gen. n. 55.) Perigonium corollinum, regulare, infundibuliforme, tubo longissimo, limbo sexpartito, campanulato. Stigma trifidum vel tripartitum, laciniis sursum latioribus, convolutis, denticulatis incisisve. N. ab E. gen. 5. 21.

1. C. VERNUS (All. ped. n. 309.) spatha monophylla, scapo arcte vaginato, cor. fauce barbata, *stigmate* trifido *limbo perigonii subduplo breviore*, laciniis erectis sursum cristato-dilatatis denticulatis, *tunicarum radicalium fibris capillaribus anastomosantibus, areolis oblongis angustis.* ♃. In alpibus et subalpinis, in montes humiliores et planities descendens, (Schweiz u. d. d. ganze Alpenkette bis Oestreich u. bis an das adriat. Meer; auch im Würtembergischen bei Zavelstein.) Mart. Apr., in alpib. serius. D. fl. 1. 406. C. sativus β. vernus L. sp. 50. C. sativus Scop. carn. 1. 37. St. h. 22. Jacq. austr. app. 36. — Flores saturate vel dilute violacei, violaceo-vittati, vel toti albi. Variat insuper floris limbo sesquipollicari: C. vernus grandiflorus Gay. bull. scienc. 11. 137.; limbo pollicari tantum: C. vernus parviflorus Gay. l. c. et flore albo: C. albiflorus Hopp. et Hornsch. tageb. 187. — C. verni var. β. Sturm. h. 27. refert C. luteum Lam., specie diversum, in ditione florae nostrae autem nondum repertum.

2. C. VARIEGATUS (Hopp. et Hornschuch. tageb. 187.) spatha diphylla, fauce corollae glabra, *stigmate* trifido *limbo perigonii subduplo breviore*, laciniis erectis sursum latioribus denticulatis incisisque, *tunicarum radicalium fibris validis reticulatis anastomosantibus, areolis ovatis subrotundisve.* ♃. In locis graminosis asperis circa Tergestum. Febr. Mart. D. fl. 1. 407. St. h. 54. Flor. dilute caerulei, laciniae 3 exteriores externe vittis 3 violaceis fimbriato-striolatis pictae. C. reticulatus β. MB. 1. 28. G.

3. C. SATIVUS (All. ped. n. 310.) spatha diphylla, fauce corollae barbata, *stigmate* tripartito *limbum perigonii aequante*, laciniis elongatis superne paulum incrassatis apice dentatis patentibus lateraliter exsertis, tunicarum radicalium fibris capillaribus anastomosantibus, areolis angustis. ♃. Colitur in Austria, in Tyroli australi et Vallesia calidiore. Sept. Oct. Hayn. arzn. gew. 6. 25.

2. TRICHONÉMA (Ker. in annal. of. bot. 1. 222. 1805.) Perigonium corollinum, regulare, tubo brevi, limbo sexpartito, patente. Stigmata 3, bipartita, laciniis angustissimis recurvatis. Sem. subrotunda. N. ab E. gen. 5. 20.

1. T. BULBOCODIUM (Ker. l. c.) fol. subulatis compressis sulcatis rectis dein tortuoso-recurvis, spatha interiore lato membranaceo-marginata, staminibus pistillo brevioribus. ♃. In locis graminosis, (bei Fiume u. in Istrien.) Febr. Mart. D. fl. 1. 408. Ixia Bulbocodium L. sp. 51. Romulea Bulbocodium Sebast. et Maur. fl. rom. pr. 17. Jacq. ic. rar. 271. Flores intus a basi ad medium saturate lutei, reliqua parte violacei vel albidi. J.

3. GLADIOLUS (L. gen. n. 57.) Perigonium corollinum, 6 partitum, irregulare, subbilabiatum. Stigmata 3, sursum dilatata. Stam. adscendentia. Sem. subalata. N. ab E. gen. 5. 19.

1. G. Boucheanus (v. Schlechtend. Linnaea 7. 488.) *fibris tunicarum radicalium validis reticulatis, areolis ovatis subrotundisque*, caule tri-quadrifloro, floribus secundis tubo perigonii ovario duplo longiore, ungue laciniae superioris curvato remoto, filamentis anthera duplo longioribus, stigmatibus sensim dilatatis a basi fere margine papillatis. ♃. In pratis, (bei Johannisthal in der Gegend v. Berlin; bei Silsterwitz in Schlesien; Böhmen; Oestreich; Moosbrunn bei Wien, Fenzl! Hohenschwangau am Fufse der baierischen Alpen.) Mai. Jun. Flor. purpurei, macula albida lanceolata in laciniis corollae inferioribus tribus, sicut in omnibus nostrae florae. Dignosc. facile areolis subrotundis ovatisque retis validi tunicarum radicalium.

2. G. communis (L. sp. 52.) fibris tunicarum radicalium validiusculis parallelis superne anastomosantibus, areolis linearibus angustis, caule 5-8 floro, floribus secundis, *tubo perigonii ovario sesquilongiore*, ungue laciniae superioris curvato remoto, filamentis anthera sesquilongioribus, *stigmatibus sensim dilatatis margine a basi fere papillatis.* ♃. In pratis, (Schlesien; Frankfurt an der Oder. Bis jetzt, wie es scheint, blofs im Odergebiete.) Mai. Jun. D. fl. 1. 409. St. h. 56., tunicae radicales omissae. Reichenb. ic. 7. f. 817. Huius iconis, ceterum optimae, tunicae radicales haud exactae. G.

3. G. illyricus (Koch. suppl. fl. germ. ined.) fibris tunicarum radicalium tenuibus parallelis stipatis superne anastomosantibus, areolis copiosis angustissimis, caule 3-6 floro, floribus secundis, *tubo perigonii ovario triplo longiore*, ungue laciniae superioris curvato remoto, filamentis anthera sesquilongioribus, *stigmatibus a basi ultra medium linearibus glabrisque* supra medium dilatatis et margine papillatis. ♃. In pratis, reg. austral., (Krain! Triest! Fiume!) G. palustris varietas ad flumen Savum lecta Gaud. helv. 6. p. 337., qui sub G. palustri insuper duas alias species commiscuit, e descriptione non extricandas. Fibris tunicarum radicalium dimidio tenuioribus et foliis angustis, 2-4''' latis, longe attenuatis, ab antecendente praeter notas enumeratas statim dignoscitur. G.

4. G imbricatus (L. sp. 52.) fibris tunicarum radicalium parallelo-stipatissimis, caule 8-12 floro, floribus secundis approximatis, *tubo perigonii ovario fere triplo longiore*, ungue laciniae superioris curvato remoto, filamentis anthera sesquilongioribus, *stigmatibus a basi sensim dilatatis margine a basi fere papillatis.* ♃. In pratis, (Böhm.; Schles.) Mai. Jun. G. tenuis MB. taur. cauc. 1. p. 29.; G. imbricatus MB. l. c. 3. p. 38.; G. rossicus Pers. syn. 1. 46.; G. neglectus Schult. obs. p. 14.; G. galiciensis Bess. galic. n. 50.; Reichenb. ic. 6. f. 818.; St. h. 56. — Floribus valde approximatis, minoribus, post exsiccationem in caeruleum vergentibus, tubo exquisite curvato praeter notas enumeratas dignoscitur.

5. G. segetum (Gawler. bot. mag. 719.) fibris tunicarum radicalium parallelis superne anastomosantibus, areolis linearibus an-

gustis, caule subdecemfloro floribus distichis, laciniis perigonii 5 inferioribus lanceolatis, *antheris filamento longioribus.* ♃. Inter segetes region. austral., (Istrien; Veglia; südlichen Schweiz bei Locarno.) April. Mai. G. Ludovicae Jan. elench. 1.; G. communis Sibth. et Sm. fl. graec. 1. p. 27. t. 37.; G. italicus Gaud. helv. 1. 96.

4. IRIS (L. gen. n. 59.) Perigonium corollinum basi tubulosum, limbo sexpartito, laciniis alternis reflexis, alternis erectis vel conniventibus. Stigma tripartitum, petaloideum. N. ab E. gen. 5. 18.

Sect. I. Barbatae. Laciniae exteriores perigonii basi interne linea, dense pilosa, praeditae.

1. I. pallida (Lam. dict. 3. 294.) *barbata*, fol. ensiformibus falcatis caule plurifloro brevioribus, *spathis iam ante anthesin totis scariosis*, *tubo ovarii longitudine*, laciniis perigonii obovatis, interioribus abrupte unguiculatis. ♃. In montanis et collibus herbidis, (Istrien, Biasol.) Mai. Jun. Reichenb. ic. 10. f. 1243. Flor. omnium maximi, pallide caerulei, unguibus transverse viridilineatis. J.

2. I. germanica (L. sp. 55.) *barbata*, fol. ensiformibus falcatis caule plurifloro brevioribus, *spathis membranaceis basi herbaceis*, *tubo ovarium duplo triplove superante*, laciniis perigonii exterioribus obovatis planis, interioribus ovalibus abrupte unguiculatis apice integris. ♃. In collibus herbidis argillosis, in rupibus et muris vetustis, (zerstreut d. d. Geb. u. vielleicht an den meisten Orten nur verwildert, in Oestreich u. im Littorale aber ohne Zweifel wirklich einheimisch.) April. Mai., praecocius sequentibus duabus floret. D. fl. 1. 413. Flores saturate violacei.

Iris florentina in Germ. et Helv., quantum sio, nondum observata differt: caule subbifloro, floribus sessilibus, bracteis herbaceis viridi-glaucis margine scarioso angusto cinctis, floribus albis saepe cum levissima tinctura caerulea, laciniis perigonii exterioribus in margine inferiore striolis viridi-luteolis reticulatis, extus dorso et basi virentibus, barba alba, apicibus luteis; laciniis interioribus oblongis, basi eodem modo reticulatis, levi tinctura caerulea superaddita, caeterum albis, carina virente, (Bert. fl. ital. 1. 231.) Tubus corollae vix longitudine ovarii.

3. I. sambucina (L. sp. 55.) *barbata*, foliis ensiformibus falcatis *caule plurifloro* brevioribus, *spathis herbaceis membranaceo-marginatis*, tubo ovarium duplo triplove superante, *laciniis* perigonii exterioribus obovatis planis, *interioribus obovatis abrupte unguiculatis* apice emarginatis. ♃. In montosis et collibus, (im Würtembergischen bei Tübingen, Heilbronn u. Mergentheim, bei Pfullingen, an der Teck, bei Grafeneck u. Zwiefalten, Schübl. et Mart. flor. würt. p. 27.; bei Monheim an der Donau, Schnitzlein; im Limburgischen, Lej.; in Böhmen bei Prag, nur verwildert, nach Kosteletzk.) Mai. Jun. D. fl. 1. 415. Jacq. h. vind. 1. t. 2. Perigon. laciniae exteriores dilutius violaceae, venis saturatioribus, basi luteo liniatae; interiores erectae dilute et sordide caerulescentes. Var.: laciniis limbi interioribus sordide flavis: I. squalens L. sp.

pl. 1. 56. (Häufig auf Weinbergsmauern bei Heidelberg in der Gegend der Engelswiese, C. Schimper, vielleicht ursprünglich dahin gepflanzt.)

4. I. BOHEMICA (Schmidt. boh. n. 303.) *barbata*, fol. ensiformibus falcatis *caule bi-trifloro* brevioribus, *spathis herbaceis*, floribus pedunculatis, pedunculo inferiore subbasilari, tubo ovarium duplo triplove superante, perigonii *laciniis* exterioribus obovatis, *interioribus ovalibus abrupte unguiculatis*. ♃. In rupibus et nemoribus apricis, (an Felsen bei Kuchelbad in Böhmen; in einem Laubwalde zwischen Tschechnitz u. Kottwitz in Schlesien.) Mai. Iris nudicaulis D. fl. 1. 416. I. bohemica St. h. 56. I. hungarica ibid. I. Fieberi ibid. — Caulis semipedalis vel paullo altior., fol. in meis speciminib. 4-5 lin. lata. Flores violacei, laciniis basi luteolo-lineatis, inf. in lamina venis saturatioribus pictis. Descriptio I. nudicaulis Lam. dict. 3. 296. a nostra planta recedit.

5. I. VARIEGATA (L. sp. 56.) *barbata*, fol. ensiformibus falcatis caulem pluriflorum subaequantibus, *spathis herbaceis*, perigonii *laciniis oblongo-obovatis*, *interioribus versus basin sensim attenuatis*. ♃. In collibus herbidis et locis sylvaticis Austriae. Jacq. austr. t. 5. St. h. 40. Flores pulcherrimi, lutei, laciniae exteriores venis fusco- vel atro-purpureis eleganter pictae.

6. I. PUMILA (L. sp. 56.) *barbata*, fol. ensiformibus caule *unifloro brevissimo* longioribus, *tubo exserto*, laciniis perigonii oblongo-obovatis. ♃. In collibus apricis, (häufig in Oestreich, im übrigen Geb. hin u. wieder auf Mauern, wahrscheinlich ursprünglich angepflanzt.) April. Mai. D. fl. 1. 411. Jacq. austr. t. 1. St. h. 44. Var. floribus violaceis, dilute caeruleis et albis.

7. I. LUTESCENS (Lam. dict. 3. 297.) *barbata*, fol. ensiformibus rectiusculis *caule subunifloro* brevioribus, *tubo spathis incluso*, laciniis perigonii oblongo-obovatis. ♃. Ad rupes calcareas, (am Schlosse Tourbillon bei Sitten in der Schweiz.) Mai. D. fl. 1. 412. „Flores albido-flavescentes, laciniis exterioribus obsolete violaceo-venosis, interioribus fere unicoloribus, nec nisi prope basin venis purpureis insignitis.“ Gaud. Caulis 6-8 pollicaris.

Sect. II. IMBERBES. Perigonii laciniae exteriores barba destitutae.

8. I. PSEUD-ÁCORUS (L. sp. 56.) imberbis, foliis ensiformibus lanceolato-linearibus caulem teretem pluriflorum subaequantibus, *laciniis* perigonii exterioribus ovatis lato-unguiculatis, *interioribus linearibus angustioribus brevioribusque quam stigmatis laciniae*. ♃. In fossis et aquis stagnantibus. Jun. Jul. D. fl. 1. 417. Fl. dan. t. 494. — Flores flavi, laciniae exteriores loco barbae macula fulva, venis atris vel atropurpureis tenuissimis pulchre picta, notatae.

9. I. FOETIDISSIMA (L. sp. 57.) *imberbis*, fol. ensiformibus lanceolato-linearibus *caulem compresso-uniangulatum* pluriflorum subaequantibus, *laciniis* perigonii *exterioribus obovato-oblongis*, interioribus oblongo-lanceolatis, ovario trigono. ♃. In nemoribus humidis et paludosis, (im südlichen Tyrol, Host.) Jun. Jul. Engl.

bot. 596. Herba viridis absque glaucedine; lacin. limbi exteriores caeruleo-plumbeae, ungue pallente in medio flavido, interiores flavae. G.

10. I. SIBIRICA (L. sp. 57.) *imberbis*, fol. ensiformibus linearibus *caule tereti* fistuloso subbifloro brevioribus, *laciniis perigonii exterioribus obovatis in unguem brevem attenuatis*, ovario trigono, capsula breviter apiculata. ♃. In pratis, (in der nördlichen Schweiz u. d. d. g. Geb. zerstreut, doch nicht überall.) Juni. D. fl. 1. 419. I. pratensis Lam. dict. 3. 300. St. h. 40. Laciniae perig. exteriores dilute caerulei, venis violaceis reticulati, ungue brunneo flavescente; interiores violacei, venis saturatioribus.

11. S. SPURIA (L. sp. 58.) imberbis, fol. ensiformibus lanceolato-linearibus *caule* paucifloro *tereti* arcto brevioribus, *laciniis perigonii exterioribus subrotundis ungue lanceolato brevioribus*, ovario hexagono, capsula longe rostrata. ♃. In pratis udis, (in Oestreich, Jacq., und erst wieder auf der Rheinfläche in der Gegend von Mainz zwischen Bauschheim u. Astheim, Ziz.!) Jun. D. fl. 1. 418. I. spathulata Lam. dict. 3. 300. Jacq. a. t. 4. Lamina laciniarum exteriorum albido-flavicans, venis caeruleis pulchre picta, ungues utrinque oblique striati; laciniae interiores violaceae, unicolores. G.

12. I. GRAMINEA (L. sp. 58.) imberbis, fol. ensiformibus linearibus *caule ancipiti* subbifloro multo longioribus, *lamina laciniarum perigonii exteriorum appendiciformi ovata multo breviori quam unguis dilatatus*, ovario hexagono. ♃. In pratis et collibus herbidis, (in Schlesien im Teschenschen, Böhm., Oestreich, Krain, bei Fiume, Baiern bei Hohenschwangau, Oberschwaben, Würtemb. am Prafsberg bei Wangen, auf d. Ballon d. Voges.) Mai. Jun. D. fl. 1. 419. Jacq. austr. t. 2. St. h. 40. — Laciniarum perig. exteriorum unguis valde dilatatus, purpureus, medio linea flava notatus, lamina albida venis violaceis picta; laciniae interiores saturate violaceae. G.

Ord. CXXIV. AMARYLLIDEAE. R. Brown. prodr. 296. Narcissi Juss. gen. 54., excl. gen.

Stam. 6, antheris introrsis. Cetera ut Iridearum.

1. STERNBERGIA (Waldst. u. Kitaib. pl. r. hung. 2. p. 172.) Perigon. infundibuliforme, limbo regulari, 6 partito. Filamenta summo tubo inserta, 3 breviora. Styl. trigonus, stigma trilobum.

1. S. LUTEA (Ker. R. et S. syst. veg. 7. 2. p. 795.) foliis linearibus, flore erecto, scapo ancipiti, laciniis perigonii ovali-oblongis obtusis. ♃. In locis graminosis, (bei Rovigno in Istrien.) Autumno. Amaryllis lutea L. sp. 420. Clus. hist. 164. J.

2. NARCISSUS (L. gen. n. 403.) Perigon. hypocrateriforme, limbo regulari, 6 partito. Paracorolla (corona,) campanulata, fauci perigonii inserta. Stam. tubo inserta, alterna breviora.

2. N. POETICUS (L. sp. 414.) foliis linearibus obtusis planiusculis obtuse carinatis, scapo compresso ancipiti sulcato unifloro, *corona brevissima patellaeformi margine crenulato coccineo* cincta, perigonii laciniis ovatis. ♃. In pratis et locis graminosis reg. calid., (im Oestr. Litt. u. im Wallis u. Waadtlande; im übrigen Geb. hin u. wieder in Grasgärten verwildert.) Schk. t. 90. Limbus candidus, corona flava, margine cinnabarino. Folia glauca.

2. N. BIFLORUS (Curt. mag. t. 197.) foliis linearibus obtusis planiusculis obtuse carinatis, scapo compresso ancipiti striato bifloro, *corona brevissima patellaeformi margine crenulato decolore* cincta, perigonii laciniis ovatis. ♃. In pratis Helvet. australis, (im Wallis u. d. Gegend d. Genfersees.) April. Mai. Limbus sordide albus, corona flava margine albido. Folia magis viridia, quam in antecedente, sed subtus pari modo carina obtusa sulcata perducta. H.

3. N. TAZETTA (L. sp. 416.) foliis linearibus obtusis planiusculis, scapo compresso ancipiti laevi 3-10 floro, *corona cyathyformi integerrima* labiniis perigonii lanceolato-ovatis acutis triplo breviore. ♃. In locis lapidosis ad mare adriaticum, (auf d. Insel Osero.) Mart. J.

4. N. PSEUDO-NARCISSUS (L. sp. 414.) foliis linearibus subcanaliculatis ecarinatis medio bistriatis, scapo compresso ancipiti unifloro, *corona campanulata* margine undulata et inaequaliter crenata *lacinias perigonii aequante*. ♃. In pratis montanis, (stw. im Gebiete.) Mart. April. Flos flavus, nectario aureo, vel subconcolore.

3. LEUCOIUM (L. gen. 402.) Perigonium 6 partitum, campanulatum; laciniis aequalibus, apice incrassatis. Filamenta aequalia.

1. L. VERNUM (L. sp. 414.) *spatha uniflora*, stylo clavato. ♃. In nemoribus et pratis humidis, (stw. d. d. Geb.) Febr. Mart. St. h. 11. Flores albi, perig. laciniae apice viridi notatae.

2. L. AESTIVUM (L. sp. 414.) *spatha multiflora*, stylo filiformi-clavato. ♃. In pratis humidis, (Krain, Oestr., Böhm., Erzgeb., Westph.) Mai. Jacq. a. t. 203. Flores ut antecedentis. G.

4. GALANTHUS (L. gen. n. 401.) Perigonium 6 partitum, laciniis 3 exterioribus patentibus; 3 interioribus erectis, brevioribus, emarginatis.

1. G. NIVALIS (L. sp. 413.) in nemoribus et pratis humidis, (zerstreut d. d. Geb.) Febr. Mart. Flores candidi, perig. laciniae interiores externe apicem versus macula semilunari et interne lineis 8 flavo-viridibus pictae.

Ord. CXXV. ASPARAGEAE. Juss. gen. p. 40.

Perigonium inferum, petaloideum, sexfidum vel hexaphyllum, vel 4-8 partitum. Stam. tot, quot perigonii laciniae, receptaculo vel perigonio inserta. Antherae introrsae. *Ovarium liberum 3* loculare, loculis 1, pluriovulatis, ovulis angulo-centrali affixis. Styl. 1-3. *Fructus succulentus, indehiscens*, trilocularis, quandoque abortu 1 locularis, 1 spermus. Flores in paucis generibus unisexuales.

1. ASPÁRAGUS (L. gen. n. 458.) Flores abortu dioici. Perigonium campanulatum, sexpartitum, basi in tubulum saepe pedicelliformem contractum. Stam. 6. Ovar. 3 loculare, loculis 2 ovulatis. *Styl. 1, stigmata 3, reflexa.* — Folia ramea ad squamas reducta, in axilla fasciculum foliorum filiformium gerunt, qui ex ramulo contracto non elongato constat. Flores omnium albidi. N. ab E. gen. 2. 14.

1. A. OFFICINALIS (L. sp. 448., excl. var. α. et β.) caule herbaceo tereti erecto, *foliis* fasciculatis setaceis teretibus *ramulisque glaberrimis* laevibus, *tubulo perigonii limbum dimidium aequante*, filamentis florum masculinorum longitudine antherae oblongae. ♃. In pratis fertilibus, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. Schk. t. 96.

2. A. SCABER (Brignol. fasc. pl. forojul.) caule herbaceo tereti erecto, *ramulorum* tenuiter angulato-striatorum *striis foliorumque* fasciculatorum setaceorum *angulis denticulato-scabris, tubulo perigonii limbum dimidium aequante*, filamentis florum masculinorum longitudine antherae oblongae. ♃. In locis graminosis, (im Littorale bei Triest, bei Fiume.) Mai. Jun. A. amarus DC. cat. hort. monsp. 81. A. officinalis α. L. sp. 448. A. marinus Reichenb. fl. exc. p. 118.

3. A. TENUIFOLIUS (Lam. dict. 1. 294.) caule herbaceo tereti erecto, *foliis* fasciculatis *capillaceis ramulisque glaberrimis, tubulo perigonii* brevissimo *limbo multoties breviore*, filamentis florum masculinorum anthera subrotunda multo longioribus. ♃. In sylvis et pratis montanis reg. calid., (Istrien, Litt., Krain.) Mai. Jun. A. sylvaticus W. K. t. 201. A. officinalis β. L. sp. 448. G.

4. A. ACUTIFOLIUS (L. sp. 449.) caule fruticoso inermi angulato, *ramulis pubescentibus*, foliis linearibus teretiusculis rigidis mucronatis sempervirentibus, *tubulo perigonii limbum aequante.* ♄. In dumetis et montosis herbidis, inter frutices, (Litt., Triest, Fiume.) Aug. Sept. A. Corruda Scop. carn. 1. n. 248. G.

2. STRÉPTOPUS (Michaux. fl. bor. amer. 1. p. 200.) *Perigonium ad basin usque 6 partitum.* Ovarium triloculare, *loculis multiovulatis.* Styl. 1, *stigma obtusum.* Bacca. N. ab E. gen. 2. 18.

1. S. AMPLEXIFOLIUS (DC. fl. fr. 3. 174.) foliis amplexicaulibus cauleque glabris. ♃. In sylvis alpinis et subalpinis, (v. d. Schweiz d. d.

d. d. A. K. bis Oestreich; in Böhm., Schles., Erzgeb., Voges.) Jul. Aug. S. distortus Mich. l. c. Uvularia amplexifolia L. sp. 436. St. h. 41. Flores albidi. Bacca rubra.

3. PARIS (L. gen. n. 500.) Perigon. horizontaliter patens, ad basin usque 8 partitum, laciniis 4 exterioribus calycem, 4 interioribus angustioribus corollam referentibus. Stam. 8; antherae in medio filamentorum adnatae. *Styl. 4*, stigmata simplicia. Bacca 4 locularis, loculis 4-8 spermis. N. ab E. gen. 2. 19.

1. P. QUADRIFOLIA (L. sp. 527.) foliis quaternis, laciniis perigonii exterioribus lanceolatis interiores latitudine longitudineque superantibus. ♃. In nemoribus umbrosis. St. h. 12. Flores virides, ovarium et stigmata atropurpurea.

4. CONVALLARIA (L. gen. n. 425., excl. spec.) *Perigon.* campanulatum vel tubulosum, *6 fidum vel 6 dentatum.* Ovarium 3 loculare, *loculis 2 ovulatis. Stigma obtusum*, trigonum. Bacca loculis 1 spermis.

Sect. I. POLYGONATUM Tournef. Perig. cylindrico-tubulosum. Flores albi apice virides. N. ab E. gen. 2. 16.

1. C. VERTICILLATA (L. sp. 451.) caule erecto angulato, *foliis verticillatis.* ♃. In sylvis montanis, (zerstreut d. d. Geb.) Mai. Jun. Fl. d. t. 86. Bacca rubra.

2. C. POLYGÓNATUM (L. sp. 451.) *caule angulato*, *foliis amplexicaulibus* alternis ovato-oblongis ellipticisve obtusiusculis *glabris*, pedunculis axillaribus 1-2 floris *staminibusque glabris.* ♃. In sylvis montanis lapidosis. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 564. Fl. d. t. 377. Filamenta longitudine antherarum, supra medium tubi inserta. Bacca violacea ut in sequentibus duabus.

3. C. LATIFOLIA (Jacq. fl. a. 3. p. 18. t. 232.) *caule angulato, foliis breviter petiolatis* alternis ovatis acuminatis *subtus in nervis pubescentibus*, pedunculis axillaribus 1-4 floris pubescentibus, staminibus glabris. ♃. In sylvis montanis, (Oestr., Steyerm.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 565. Flores magnitudine florum C. Polygonati. G.

4. C. MULTIFLORA (L. sp. 1. 432.) glabra, *caule tereti*, *foliis amplexicaulibus* alternis ovato-oblongis ellipticisve obtusiusculis *glabris*, pedunculis axillaribus 3-5 floris glabris, *filamentis pilosis.* ♃. In sylvis subhumidis. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 365. Schk. t. 97. Flores dimidio angustiores, quam in C. Polygonato, basi subventricosi; stamina brevissima, in superiore parte tubi inserta. Var.:

β. *bracteata*, pedunculi inferiores in ramulum elongati et ad basin florum folio minuto uno alterove obsiti: C. bracteata Thomas. Gaud. helv. 2. p. 531.

Sect. II. COELOCRINON. Lilium convallium Tournef. Flores campanulati, toti albi. N. ab E. gen. 2. 15.

5. C. MAIALIS (L. sp. 441.) scapo nudo semitereti, floribus racemosis nutantibus. ♃. In sylvis umbrosis. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 563. St. h. 14.

5. MAIÁNTHEMUM (Wiggers. primit. fl. holsat. p. 15. 1780.) *Perigon. 4 partitum*, laciniis horizontaliter patentibus, reflexisve. Stam. 4. Styl. 1, stigma obtusum. Bacca 2 -locularis, loculis 1 spermis. N. ab E. gen. 2. 17.

1. M. BIFOLIUM (DC. fl. fr. 3 p. 177.) caule bifolio, foliis alternis petiolatis cordatis. ♃. In sylvis umbrosis. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 820. M. Convallaria Wiggers. l. c. Convallaria bifolia L. sp. 452. Fl. d. t. 291. Sciophila convallarioides Wib. werth. p. 147. Smilacina bifolia Desf.

6. SMILAX (L. gen. n. 1120.) Flores dioici. Perig. ad basin usque 6 partitum. Mas. Filamenta libera. Fem. Ovarium 1, 3 loculare, loculis uniovulatis. *Styl. 3*, breves. Stigmata obtusa. Bacca abortu 1 - 2 sperma. N. ab E. gen. 2. 12.

1. S. ASPERA (L. sp. 1458.) caule aculeato angulato, foliis subhastato - cordatis ovatis lanceolatisve 7 - 9 nerviis aculeato - dentatis coriaceis. ♄. In dumetis ad litus maris adriatici, Host.) Schk. t. 328. G.

7. RUSCUS (L. gen. n. 1139.) Flores dioici. Perigon. ad basin usque 6 partitum. Mas. Filamenta in tubulum ovatum connata, cuius apici antherae 3 impositae sunt. Fem. Filamenta perinde in tubulum connata, sed antheris sterilibus instructa. Styl. 1. Stigma capitatum. Bacca 3 locularis, loculis dispermis. — Folia caulina et ramea huius generis parva sunt et squamiformia, ut in Asparago; ramulorum vero cum ramulo in folium ovatum vel oblongum coriaceo - herbaceum dilatata et cum ramulo connata sunt. Ramulus adnatus in nostris speciebus in medio folii terminatus est, ibidem saepe florum fasciculum fert et alio folio minuto praeter bracteas sub fasciculo gaudet. — N. ab E. gen. 2. 13.

1. R. ACULEATUS (L. sp. 1474.) foliis ovatis in mucronem acutissimum acuminatis supra floriferis, *fasciculis subbifloris* basi folio *minuto scarioso* cuspidato *uninervio* fultis. ♄. In locis incultis inter frutices, in sylvis, (Istrien, Littorale, südl. Tyrol u. südl. Schweiz.) Mart. April. Flores virescentes ut in seq.

2. R. HYPOGLOSSUM (L. sp. 1474.) foliis oblongo - lanceolatis acuminatis muticis supra floriferis, *fasciculis plurifloris* basi *folio minuto herbaceo* lanceolato acuto *3 - 5 nervio* fultis. ♄. In locis montanis sylvaticis, (im wärmern Krain u. im Litt.) Mart. April. G.

Ord. CXXVI. DIOSCOREAE. Rob. Brown. prodr. fl. nov. holland. p. 294.

Ovarium inferum, (perigonium adhaerens); cetera ut Asparagearum.

1. TAMUS (L. gen. 1119.) Perigon. campanulatum, limbo sexpartito. Mas. Stam. 6. Fem. Perigonium ovario adhaerens, limbo sexpartito, persistente. Stam. 6, brevissima, abortientia. Ovarium

triloculare, loculis biovulatis. Stylus trifidus; stigmata reflexa. Bacca. N. ab E. gen. 2. 20.

1. T. COMMUNIS (L. sp. 1458.) foliis cordatis acuminatis indivisis. ♃. Ad sepes et in dumetis umbrosis, ad rivulos, (Littorale, Krain, südl. Tyrol, Schweiz noch bei Schaffhausen.) Mart. April. Engl. bot. t. 91.

Ord. CXXVII. LILIACEAE. DC. theor. elem. ed. 1. p. 249.

Perigonium inferum, petaloideum, sexfidum vel hexaphyllum. Stam. 6, receptaculo vel perigonio inserta. Antherae introrsae. *Ovarium liberum*, 3 loculare, multiovulatum, ovulis biseriatis, angulo centrali affixis. Styl. 1. Stigmata 3, aut 1, triquetrum. *Fructus* siccus, dehiscens, *valvis medio septigeris.* Embryo intra albumen.

Trib. I. *TULIPEAE.* Perigon. hexaphyllum. Capsulae loculi polyspermi. Sem. plana, seriatim dense superimposita. Testa seminis semper pallida vel fusca, non crustacea.

1. TÚLIPA. Perig. 6 phyllum. Nectar. o. Styl. o. Stigma trilobum. Sem. plana.

1. T. SYLVESTRIS (L. sp. 438.) caule 1 floro glabro, flore ante anthesin nutante, perigonii phyllis interioribus *staminibusque basi barbatis.* ♃. In agris, vineis, et pratis sylvaticis, (stw. im südlichen u. mittlern Geb., seltner im nördl.) Mai. Jun. Schk. t. 93. Flos flavus.

2. T. OCULUS SOLIS (St. Amans. fl. agen. 145. t. 3.) caule unifloro glabro, foliis oblongo-lanceolatis, perigonii phyllis exterioribus acuminatis, interioribus obtusis apiculatis, omnibus ovato-lanceolatis *staminibusque glaberrimis.* ♃. In agris et locis cultis, (bisher blofs bei Sitten im Wallis.) Mai. T. acutiflora Poir. dict. 8. 134. Flos saturate purpureus, phyllis basi macula magna atrocaerulea, flavo-marginata.

2. FRITILLARIA (L. gen. n. 411.) Perigon. 6 phyllum; phyllis basi fovea nectarifera. Stylus apice trifidus.

1. F. MONTANA (Hopp. conf. bot. ztg. 15. 2. p. 476.) caule unifloro foliato superne nudo, *foliis floralibus 2 oppositis a caulinis longe remotis*, foliis lanceolato-linearibus attenuato-acutis alternis, infimis 2 oppositis, perigoniis tesselatis. ♃. In montanis herbidis Littoralis. Mai. F. pyrenaica D fl. 2. 537., non Linn. F. tenella Reichenb. fl. exc. p. 102., non MBieberst. conf. Koch. l. c. — Fritillariae montanae Hopp. similis est F. involucrata All. auct. fl. ped. 34., sed certe differt: folia eius longiora subfalcata sunt et aequaliter distant, hinc caulis superne non nudus; caulinorum duo paria opposita vel duo paria opposita unumque solitarium adsunt,

floralium 3, verticillata; petala insuper obtusiora, rotundato-obtusa, et latitudine magis aequalia sunt. Copiam speciminum, in alpibus Pedemontanis maritimis collectorum, examinavi. G.

2. F. Meleagris (L. sp. 436.) caule uni-bifloro foliato, *foliis* linearibus canaliculatis recurvatis subaequaliter distantibus, *omnibus alternis*, perigoniis tesselatis, phyllis perigonii apice contractis. ♃. In pratis humidis, (Krain; Böhm.; bei Hildesheim; Hamburg; in Holst.; bei Steinfurt u. Sassenberg in Westph.; im C. Neufchatel.) Apr. Mai. D. fl. 2. p. 537. Jacq. a. app. t. 32. Flores carnei vel lutescentes, pulcherrime sanguineo-tesselati; variant rarissime albi et immaculati.

3. LILIUM (L. gen. n. 40.) Perigon. 6 phyllum, campanulatum, vel revolutum; phyllis basi sulco longitudinali nectarifero canaliculato vel clauso notatis. Stylus indivisus; stigma trigonum. Semina plana.

1. L. bulbiferum (L. sp. 1. 433.) *foliis sparsis, floribus erectis*, perigonio campanulato intus verrucis carnosis scabro. ♃. In sylvis montanis, subalpinis et alpibus, (stw. d. d. A. K., sodann a. d. Harze; in Thüring.; Sachs.; Böhm.; Oberbad.; Würtemb.; bei Frankf. a. Main.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 535. Jacq. a. t. 226. Flores crocei, maculis fusco-rubris.

2. L. carniolicum (Bernhard. conf. M. et K. d. fl. 2. p. 56.) *foliis* omnibus erecto-patulis aequaliter *sparsis* lanceolatis acutis, margine nervisque 5-7 in pagina inferiore pubescenti-scabris, superioribus sensim minoribus, caule glabro, *floribus nutantibus perigoniis revolutis*. ♃. In montanis et subalpinis, (in Krain u. im Littorale nicht selten.) Mai-Jul. L. chalcedonicum D. fl. 2. p. 55. Host. fl. a. 1. p. 425. Jacq. a. app. t. 20., non Linn. Perigonium miniatum vel fulvum, intus a medio versus unguem multis lineolis elevatis fusco-purpureis, partim in verruculas filiformes protractis, obsessum; ungues virentes. — L. chalcedonicum Linn. multum differt: folia lanceolato-linearia, attenuata, apice ipso vero obtusa, subtus glabra et margine tantum pubescenti-scabra, contorta, in medio caulis subito minora lineariaque et fere cauli adpressa sunt, („caulis usque ad apicem foliis vestitus confertis" Linn. sp. pl. p. 434.,) caulis praecipue in striis pubescenti-scaber, flos cinnabarinus, verruculis concoloribus; 14 diebus serius floret. — Lilio carniolico magis accedit L. pomponium Linn. quam L. chalcedonicum. Flos illius similis flori L. carniolici, sed folia multo copiosiora et densiora, lanceolato-linearia, superiora sensim angustiora, linearia densissimeque congesta sunt, tamen patula, (cauli non adpressa, ut in L. chalcedonico,) atque subtus in nervis glabra margineque tantum ciliata apparent.

3. L. Martagon (L. sp. 435.) *foliis verticillatis* ellipto-lanceolatis acuminatis margine scabris, caule pubescenti-scabro, floribus nutantibus perigoniis revolutis. ♃. In sylvis montanis, (stw. d. d. g. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 536. Jacq. a. t. 351. Flores dilute violaceo-carnei, maculis parvis purpureo-fuscis.

4. LLOYDIA (Salisbur.) Perigonium 6 phyllum, patens; phyllis intus supra basin fovea nectarifera, inferne plica transversali marginata, praeditis. Stylus indivisus; stigma trigonum. Semina plana.

1. L. SEROTINA (Salisbur.) ♃. In locis apricis graminosis rupestribus summarum alpium, (v. d. Schweiz durch Tyrol, Salzb., Kärnth. u. Steyerm.) Jun.-Aug. Anthericum serotinum L. sp. 444. St. h. 28. Phalangium serotinum Lam. dict. 5. 241. Ornithogalum striatum MB. t. c. 1. 272. Flores albi, phylla intus striis tribus rubellis; ungues luteoli.

Trib. II. *ASPHODELEAE.* Perigonium 6 phyllum. Capsulae loculi oligospermi. Sem. figurae variae, saepe testa atra crustacea instructa. — Testa atra et lutescens in diversis speciebus generis eiusdem occurrit, in quod in posterum accuratius inquirendum est.

5. ERYTHRONIUM (L. gen. n. 414.) Perigon. 6 phyllum, basi campanulatum, deinde patens, postremo reflexum; phyllis 2 interioribus basi intus bicallosis. Stylus trifidus. Sem. rotundata.

1. E. DENS CANIS (L. sp. 437.) foliis oblongo-ellipticis phyllisque perigonii acutis. ♃. In montosis sylvaticis, (in d. westlichen Schweiz sehr selten; im Littorale; in Krain u. Steyerm.) April. Mai.

6. ASPHÓDELUS (L. gen. n. 421.) Perigon. profunde 6 partitum, patens. Nectarium e basi dilatata staminum, fornicis instar ovarium obtegentium, formatum. Stylus indivisus. Sem. angulata. Pedicelli articulati ut in Antherico.

Sect. I. RHIZOPHYLLI. Stam. omnia erecto-patentia vel inferiora declinata. Folia caulina nulla. Flores albi.

1. A. RAMOSUS (L. sp. 444.) foliis lato-linearibus planis, *caule aphyllo ramoso*, ramis racemosis, floribus confertis, *filamentorum basi subrotundo-obovata obtusissima* abrupte in filamentum abeunte, capsula globosa. ♃. In collibus lapidosis reg. calid., (bei Fiume, Noé) Mart. April. D. fl. 1. p. 555., excl. syn. Sturm. h. 6., quae icon Asphodelum fistulosum, in ditione florae nostrae non provenientem, refert. J.

2. A. NEGLECTUS (Schultes. syst. veg. 7. 1. p. 489.) foliis lanceolato-linearibus planis, *caule aphyllo ramoso*, ramis racemosis, floribus confertis, *filamentorum basi ovata in filamentum sensim attenuata*, capsula ovato-oblonga prismatico-hexagona. ♃. In montosis reg. calid., (auf d. Monte maggiore in Istrien, u. a. d. Inseln.) April. Mai. J.

3. A. ALBUS (Miller. dict. n. 3.) foliis lato-linearibus planis, *caule aphyllo simplicissimo*, racemo conferto, *filamentorum basi oblongo-lanceolata in filamentum attenuata*, capsula ovata trigona, angulis tribus interiectis obsoletis. ♃. In montanis, (Krain u. Littorale.) Mai. Jun. G.

Sect. II. Colxophylli. Flores flavi, stamina declinata. Caulis foliorum vaginis totus vel pro parte tectus. Asphodeline Reichenb. fl. exc. p. 116.

4. A. luteus (L. sp. 443.) foliis subulatis triquetris striatis laevibus basi in vaginam membranaceam dilatatis, *caule simplicissimo foliorum vaginis ad racemum usque tecto*, floribus confertis, bracteis flores subaequantibus. ♃. In collibus lapidosis reg. calid., (bei Fiume u. auf Veglia.) Mai. Jun. Jacq. h. vindob. t. 77. Asphodeline lutea Reichenb. fl. exc. p. 116. J.

5. A. liburnicus (Scopol. carn. 1. p. 245. t. 12., pessima.) foliis subulatis triquetris striatis in striis denticulato-scabris basi in vaginam membranaceam dilatatis, *caule simplicissimo superne nudo*, floribus laxe racemosis, bracteis pedicello multo brevioribus. ♃. Inter dumeta pratorum reg. calid., (bei Fiume.) Jun. Jul. Asphodeline liburnica Reichenb. fl. exc. p. 116. J.

7. ANTHERICUM (L. gen. n. 422., exclus. spec.) Perig. 6 phyllum, patens. Nectarium nullum. Stam. receptaculo inserta, filamenta subulata. Antherae incumbentes, (dorso affixae.) Stylus indivisus. Sem. angulosa. Pedicellus geniculo instructus; perigonium scilicet basi in stipitem teretem, cum pedicello articulatum, protractum. — Flores albi.

1. A. Liliago (L. sp. 445.) foliis linearibus subcanaliculatis erectis scapo simplicissimo brevioribus, *stylo declinato*. ♃. In collibus herbidis virgultis et locis rupestribus montosis, (stw. d. d. g. Geb., aber nicht im Littorale, in Oestreich, Mähren u. nicht in Schlesien.) Mai. Jun. D. fl. 2. 557. Jacq. h. vind. t. 83. Phalangium Liliago Schreb. spic. p. 36.

2. A. ramosum (L. sp. 445.) foliis linearibus canaliculatis erectis scapo ramoso brevioribus, *stylo recto*. ♃. In montosis lapidosis, (stw. d. d. g. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 558. Phalangium ramosum Lam. dict. 5. 250.

8. CZACKIA (Andrzeiowsk.) Perigon. 6 phyllum, infundibuliforme. Ovarium carpophoro brevi supra receptaculum elevatum. Stam. ad apicem carpophori sub ovario inserta. Antherae incumbentes, stylus indivisus, stigma obsolete trilobum. Sem. angulata. N. ab E. gen. 6. 2.

1. C. Liliastrum (Andr.) ♃. In pascuis montanis et alpinis, (in d. Schweiz nicht nicht selten u. bis z. Ortles in Tyrol; a. d. Alpe Plecken im Gailthale in Kärnth.) Jul. Aug. Anthericum Liliastrum L. sp. 445. D. fl. 2. p. 558. Hemerocallis Liliastrum L. sp. ed. 1. p. 324. „*Flores candidi speciosi, Lilium candidum aemulantes, sed saltem duplo minores.*“ Gaud.

9. ORNITHÓGALUM (L. gen. n. 418., excl. spec.) Perigonium 6 phyllum, patens. Nectarium o. Stamina receptaculo inserta vel parum tantum basi perigonii adhaerentia; antherae incumbentes, (dorso affixae.) Stylus indivisus, stigma obtusum. Sem. ovato-subglobosa vel angulata. Pedunculi non articulati. Spatha o.

Sect. I. Stam. lanceolata, simplicia.

1. O. PYRENAICUM (L. sp. 440.) *racemo elongato* multifloro, pedunculis patentibus, fructiferis erectis, phyllis perigonii lineari-oblongis obtusis, staminibus simplicibus, *foliis* lato-linearibus canaliculatis *synanthiis*. ♃. In pratis montanis, (Istrien, Krain, Oestreich, Mähren.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 550. Jacq. a. t. 103. O. pyrenaicum DC. fl. fr. 3. p. 216. Flores viridi-albi, phyllis subtus stria viridi. G.

2. O. SULFUREUM (Roem. et Schult. syst. veg. 7. p. 519.) *racemo elongato* multifloro, pedunculis patentibus, fructiferis erectis, phyllis perigonii oblongis obtusis, staminibus simplicibus, *foliis* lato-linearibus canaliculatis *hysteranthiis*. ♃. In locis herbidis, (Krain bei Laibach, Schweiz, Elsafs bei Mümpelgard, Pulversheim, Bitsch.) Mai. Jun. O. pyrenaicum Bertolon. amoen. ital. p. 143 et 354., (nomen O. sulphurei in Bertol. amoen. non reperio) O. pyrenaicum Gouan. illustr. p 26. DC. fl. fr. 3. p. 216. β. Flores sulphurei, stria dorsali viridi. Anthericum sulfureum Waldst. et Kit. t. 95. secund. specim. hungarica; icon folia synanthia offert.

3. O. COMOSUM (L. sp 440. secund. Jacq. 2. p. 313. ic. rar. t. 426) racemo oblongo, pedunculis florigeris fructigerisque erecto-patentibus, phyllis perigonii oblongis obtusis, exterioribus cum apiculo subtruncatis, staminibus simplicibus, *foliis* linearibus *margine ciliatis*. ♃. In locis apricis, herbidis, inter virgulta, (bei Wien, Fiume.) Mai. Jun. O. pannonicum albo flore. Clus. hist. 1. p. 187. „folia aliquantulum hirsuta" Clus. l. c. Flores lactei, phyllis stria dorsali viridi. G.

4. O UMBELLATUM (L. sp. 441.) *floribus corymboso-umbellatis*, pedunculis fructiferis patentissimis apice rectis, phyllis perigonii oblongis obtusis, staminibus simplicibus, foliis linearibus glabris. ♃. In agris et pratis, (zerstreut d. d. Geb.) April. Mai. Jacq. a. t. 343. Flores candidi, phyllis stria dorsali viridi.

Sect. II. ALBUCEA Reichenbach Stam. trifida.

5. O. NUTANS (L. sp 441.) floribus racemosis denique secundis pendulis, staminibus omnibus tridentatis, alternis dimidio brevioribus, foliis linearibus glabris. ♃. In pratis, pomariis et agris, (zerstreut d. d. Geb.) April Mai. Jacq. a. t. 301. Myogalum nutans Link. handb. 1. 164. Albucea nutans Reichenb. fl. exc. p. 110. Flores albi in virentem vergentes, externe virides, margine albo.

10. GAGEA (Salisbur. in ann. of. bot. 2. p. 555.) Perigonium 6 phyllum, superne patens Nectarium o. Antherae erectae, (nempe basi sua apici filamenti insertae.) Stylus indivisus, stigma trigonum. Sem rotundata. Testam seminum in omnibus speciebus, quas examinare potui, testaceo-fuscam, non vero atram inveni. Flores omnium flavi, stria dorsali in phyllis viridi.

Sect. I. Radix composita e bulbis 3 horizontalibus, nudis, neque tunica communi inclusis; ex his 2 hornotini et aphylli, tertius biennis vero folio unico scapoque florigero instructi sunt

1. G. STENOPETALA (Reichenb. fl. exc. p. 107.) folio radicali solitario lineari basi apiceque attenuato plano argute carinato, florali-

bus 2 oppositis, *pedunculis glabris* simplicibus, *defloratis undique patentibus*, *bulbis 3 horizontalibus*, *hornotinis clavato-stipitatis*. ♃. In agris. April. Mai. G. pratensis R. et S. syst. 7. p. 536., excl. var. γ. Ornithogalum stenopetalum Fries. nov. ed. 2. p. 87. secund. spec. ab ipso auctore. D. fl. 2. p. 541. O. luteum Hoffm. d. fl. 1. 159. et multor. auct. St. h. 12. O. pratense Wahlenb. suec. 1. p. 201. Modificatio floribus maioribus: G. Schreberi Reichenb. fl. exc. p. 107. secund. specim. ab ipso auctore mecum communicato.

2. G. PRATENSIS (Koch. bot. ztg. 1836) folio radicali solitario lineari basi apiceque attenuato plano argute carinato, floralibus 2 oppositis, inferiore spathaeformi basi ovata concava pedunculos infra ambiente, *pedunculis glabris* simplicibus, *defloratis secundis*, *bulbis 3 horizontalibus*, *hornotinis ovatis basi latioribus sessilibus*. ♃. In pratis, (bisher mit Sicherheit blofs bei Bruck, eine Stunde von Erlangen entfernt.) April. Mai. G. pratensis γ. R. et S. syst. veg 7. p. 536. Ornithogalum stenopetalum γ. D. fl. 2. p. 542. O. pratense Pers.?? certissime cum O. stenopetalo confudit, quod praeterire non potuisset. G.

Sect. II. Radix composita est e bulbis 2 erectis, tunica communi inclusis, inter quos scapus prodit. Bulbus alter fibris radicalibus instructus est, alter accessorius, anno insequente florens, iis caret.

3. G. ARVENSIS (Schult. syst. veg. 7. 547.) *foliis* radicalibus binis linearibus canaliculatis obtuse carinatis recurvis caulinis nullis, *floralibus 2 oppositis*, *pedunculis* ramosis corymbosis *villosis*, *phyllis perigonii lanceolatis acutis*, *bulbo subrotundo*. ♃. In agris et locis cultis. Mart. April. Ornithogalum arvense Pers. in Ust. ann 5. p 8. t. 1. D. fl. 2. p. 543. O. minimum Roth. tent. 2. 1. p. 394. St. h. 12. O. villosum MBieb. taur. cauc. 1. 274.

4. G. BOHEMICA (Schult. syst. veg. 7. 549.) *foliis* radicalibus binis filiformibus canaliculatis, *caulinis alternis* lanceolatis acuminatis vel apice elongato-filiformi terminatis, flore terminali plerumque solitario, *phyllis perigonii oblongis antice latioribus rotundato-obtusis* basi caule superne foliisque margine pubescentibus, *ovario obcordato* lateribus concavis, bulbo subrotundo. ♃. In rupestribus subhumidis, (Böhmen, Mähren, Schlesien.) Mart. April. Ornithogalum bohemicum Zauschner. d. fl. 2. p. 544. St. h. 23. Variat glabrum, pilis paucis in margine foliorum supremorum. G.

5. G. SAXATILIS (Koch. apud Schult. syst. veget. 7. p. 550.) *foliis* radicalibus binis filiformibus canaliculatis, *caulinis alternis* lanceolatis acuminatis vel apice elongato-filiformi terminatis, flore terminali plerumque solitario, *phyllis perigonii oblongo-lanceolatis* obtusis basi caule margineque foliorum villosis *ovario oblongo-obovato* subretuso lateribus convexiusculis, bulbo subrotundo. ♃. In rupestribus subhumidis, (Rheinpfalz bei Creuznach, Callstadt, am Donnersberg; Thüringen bei Halle, am Harze, in d. Schweiz.) Mart., ceteris praecocius. Ornithogalum bohemicum β. saxatile D. fl. 2. p. 545. O. bohemicum Gaud. helv. 2. p. 507. O. fistulosum Wallr. sched. p. 141. G. arvensis subuniflora Reichenb. fl. excurs. p. 108. — G. arvensis occurrit, quamvis raro, scapo unifloro, quae

varietas autem a G. saxatili facile distinguitur scapo glabro, nudo, ad basin pedunculi foliis floralibus 2 oppositis obsesso, foliis caulinis praeterea nullis, pedunculo triplo-quadruplove longiore, perigonii phyllis lineari-lanceolatis acutis et ovario profundius emarginato. G.

6. G. Liottardi (Schult. syst. veg. 7. p. 545.) *foliis radicalibus* solitario binisve *fistulosis* glabris semiteretibus basi canaliculatis, *floralibus oppositis* maiore spathaceo convoluto basi ovato, *pedunculis* 1-5 simplicibus umbellatis *villosis*, *phyllis perigonii elliptico-lanceolatis obtusis*, *bulbo subrotundo*. ♃. In pascuis alpium, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnthen.) Mai. Jun. Ornithogalum Liottardi Sternberg. in denkschr. d. bot. ges. z. regensb. 2. p. 56. O. fistulosum Ram. ap. DC. fl. fr. 3. p. 215., excl. syn. O. bohemici. Variat pedunculis glabris.

7. G. spathacea (Schult. syst. veg. 7. p. 541.) foliis radicalibus 2 erectis filiformibus semiteretibus supra planis vel leviter canaliculatis, *florali solitario lanceolato spathaceo* convoluto ab umbella pedunculata 2-5 flora remoto, pedunculis partialibus simplicibus glabris, *perigonii phyllis oblongo-lanceolatis obtusis*, *bulbo ovato*. ♃. In nemoribus humidis, (von Westph. durch Hanov., Oldenb., Holst, Mecklenb., bis Pommern.) April. Mai. Ornithogalum spathaceum Hayn. in Ust. annal. 15. p. 11. t. 1. D. fl. 2. p. 546. O. Haynii Roth. in Röm. arch. 1. 3. p. 42. O. minimum β. Wahlenb. fl. suec. p. 202. G.

8. G. minima (Schult. syst. veg. 7. p. 539.) folio radicali solitario erecto lineari supra subtusque plano vel subcanaliculato, *florali solitario spathaceo* lanceolato basi pedunculum communem umbellae 2-5 florae pedunculatae includente, pedunculis partialibus simplicibus ramosisve, glabris, *perigonii phyllis lineari-lanceolatis acuminatis*, *bulbo ovato*. ♃. In nemoribus, dumetis, pratis sylvaticis; in alpes adscendens, (stw. d. d. Geb., in d. Alpen häufiger.) April. Mai. Ornithogalum minimum L. sp. 440. O. Sternbergii Hopp. bot. ztg. 1807. p. 339. St. h. 23. O. gracile Hagen. chlor. bor. p. 122.

Sect. III. Radix e bulbo solido, erecto, scapum basi ambiente, folium solitarium agente, formata. Bulbus accessorius nullus.

9. G. lutea (Schult. syst. veg. 7. p. 538.) *folio radicali* solitario erecto *lineari-lanceolato* abrupte acuminato *plano* argute carinato, *floralibus 2 suboppositis*, *pedunculis* partialibus simplicibus umbellatis *glabris*, *perigonii* phyllis oblongis obtusis, *bulbo ovato solitario*. ♃. In nemoribus et pratis sylvaticis, in alpes adscendens, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. Ornithogalum luteum β. L. sp. 439. D. fl. 2. p. 548. O. luteum β. sylvaticum Willd. sp. 2. 114. O. sylvaticum Pers. in Ust. n. annal. 5. p. 7. t. 1. f. 1. O. Personii Hopp. bot. ztg. 1807. p. 137. St. h. 27.

10. G. pusilla (Schult. syst. veg. 7. p. 543.) *folio radicali* solitario erecto *anguste lineari* canaliculato, *floralibus 2 oppositis*, inferiore maiore convoluto spathaceo, umbella sessili 2-3 flora, *pedunculis glabris*, perigonii phyllis lanceolatis obtusis, *bulbo ovato solitario*. ♃. In locis sylvaticis lapidosis. Mart. April. Ornithoga-

lum pusillum Schmidt. boh. n. 339. D. fl. 2. p. 549. Reichenb. icon. 2. f. 228. 229., optima. Specimina bohemica nondum vidi, hungarica autem et sibirica exactissime congruunt cum icone citata, et certissime a G. lutea longe diversa sunt. — G. Clusiana Tausch, mihi non satis nota est. G.

11. SCILLA (L. gen. n. 419.) Perigonium 6 phyllum, patens vel subcampanulatum. Nectar. o. Stam. imae basi phyllorum perigonii adnatae; antherae incumbentes. Stylus indivisus; stigma obtusum. Sem. rotundata. Pedunculi non articulati. Spatha o. N. ab E. gen. 4. 11. — Semina in Scilla autumnali atra sunt, in S. bifolia et S. amoena autem testacea et pallida, ut in Gagea. Scillae genus ab Ornithogalo colore florum magis, quam characteribus, differt.

1. S. AMOENA (L. sp. 443.) bulbo plurifolio, foliis erectis latolinearibus planiusculis apice subcucullato-obtusis, scapo angulato, pedunculis erectis, *bracteis brevibus truncatis* dentatisve. ♃. In pratis circa pagos hinc inde; forte ex hortis emigrans nec vere spontanea. April. Mai. D. fl. 2. p. 553. Jacq. a. t. 218. Flores caerulei.

2. S. BIFOLIA (L. sp. 443.) bulbo bifolio, *foliis* patentibus recurvatisve *lanceolato - linearibus* canaliculatis in apicem teretem convolutis, scapo - tereti, *pedunculis erectis, bracteis nullis.* ♃. In sylvis petrosis frondosis, ad rivulorum ripas; in subalpina adscendens, (südl. u. westl Schweiz, Elsafs u. v. da durch d. Rheingebiet bis z. Unterrheine, d. Maingeb. bis Würzburg, d. Moselgeb. u. durch Würtemb. u. Baiern bis Oestreich; sodann in Krain, Mähren, Böhm., Schles., Erzgeb.) Mart. April. Jacq. a. t. 117. D. fl. 2. p. 553. Flores caerulei.

3. S. VERNA (Huds. angl. 142.) bulbo plurifolio, foliis erectis linearibus canaliculatis apice cucullato - contractis, corymbo simplici convexo, *bracteis* lanceolatis *pedunculum aequantibus.* ♃. In agris et arvis sabulosis, (bei Kleinlaufenburg in Oberbaden in Menge, Alex. Braun.) Mart. April. Gmel. fl. bad. 4. p. 231. E. bot. t. 23. G.

4. S. AUTUMNALIS (L. sp. 443.) bulbo plurifolio, *foliis anguste linearibus hysteranthiis*, racemo subcorymboso deflorato elongato, *pedunculis adscendentibus.* bracteis nullis. ♃. In collibus calcareis et vineis, (im Elsafs bei Orschwyhr, im Kästelwald bei Colmar; im östr. Litt. u bei Fiume.) Aug. Sept. D. fl. 2. p. 554. Anthericum autumnale Scop. carn. 2. p. 247. E. bot. t. 78. Flores caerulei. G.

Scilla italica L. et S. patula DC., in flora helvetica receptae, in Helvetia sponte non proveniunt.

12. ÁLLIUM (L. gen. n. 409.) Perigon. 6 phyllum, campanulatum vel patens. Nectarium o. Stam. magis minusve basi phyllorum perigonii adhaerentia et basi sua in membranam connata. Antherae incumbentes. Stylus indivisus; stigma obtusum. Sem. angulata. Spatha 1-2 phylla, umbellam ante anthesin includens. — Allii genus naturalissimum in plura non divellerim. Notae generum, quae ex Allii genere confecerunt et proposuerunt auctores, valde

ambiguae sunt. Spathae monophyllae et bi-triphyllae earumque longitudo species similes non separant; stamina tricuspidata per ea, quae basi utrinque unidentata et ea, quae inferne cum angulo dilatata sunt, in simplicia transeunt, omniumque specierum stamina basi plus minusve connata apparent et plus minusve phyllis adhaerent.

Sect. I. Anguinum Don. Radix rhizomatosa, cui bulbi impositi sunt. Caulis foliis alternis vestitus*). Stam. simplicia.

1. A Victorialis (L. sp. 424.) caule ad medium foliato tereti superne angulato, *foliis breviter petiolatis lanceolatis ellipticisve* planis, spatha univalvi persistente, umbella capsulifera globosa, staminibus edentulis perigonium superantibus. ♃. In locis rupestribus alpium et montium altiorum, (d. d. g. A. K., d. Vogesen u. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 517. Jacq. a. t. 216. A. plantagineum Lam. dict. 1. 65. Flores albi in viridem vergentes, siccati ochroleuci.

Sect. II. Molium Don. Radix bulbosa. Folia dilatata vel lato-linearia, plana, omnia radicalia. Scapus nudus. Stamina imo perigonio inserta, simplicia.

2. A. ursinum (L. sp. 431.) caule aphyllo obtuse triangulari, *foliis longe petiolatis elliptico-lanceolatis*, spatha univalvi bi-trifida persistente, umbella capsulifera fastigiata laxa, staminibus edentulis perigonio brevioribus. ♃. In sylvis umbrosis humidis, ad rivulos montanos, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. D. fl. 1. p. 516. St. h. 41. Flores nivei.

3. A. nigrum (L. sp 430.) scapo aphyllo tereti, *foliis* radicalibus sessilibus *lato-lanceolatis* acuminatis planis, *margine glabris*, *spatha univalvi 2-3 loba* persistente, umbella capsulifera convexa, *staminibus edentulis* basi lato-connatis perigonium dimidium superantibus, bulbo depresso-globoso. ♃. In agris montanis, (bei Wien, Jacq. u. bei Beuel in d. Gegend v. Bonn auf d. rechten Rheinufer, Trev.) Mai. D. fl. 2. p. 518. A. multibulbosum Jacq. a. t. 10. A. monspessulanum Gouan. ill. t. 16 Flores albidi, stria dorsali virente, ovarium atro-viride, unde nomen. Cl. Bertolonius et Schult (syst. veg. 7. 1114.) separant ab A. multibulboso tanquam speciem A. nigrum et quidem foliis strictis phyllisque perigonii angustioribus; hoc nondum vidi. G.

4. A. roseum (L. spec. ed. 1. 296. syst. nat. ed. 12. v. 2. p. 238.) scapo tereti aphyllo, *foliis* radicalibus lato-linearibus acuminatis *planis* carinatis apice involutis, *margine denticulato-scabris*, *spatha univalvi 2-4 loba* persistente, umbella convexa, *staminibus edentulis* perigonio brevioribus, bulbo subrotundo. ♃. In vineis, agris et collibus herbidis reg. calid., (um Fiume u. auf d. Inseln.) April. Mai D. fl 2. p. 519. A. illyricum Jacq. ic. rar. t. 365. Flores in Allii genere magni, pulchre rosei. Occurrit umbella tota e floribus capsuliferis composita et

*) Omnes Alii species mihi notae caulem foliatum sensu stricto non habent, omnesque scapo aphyllo praeditae sunt; sed foliorum vaginae in multis adeo elongantur, ut scapus caulem a basi ad medium foliatum aemulet.

β. *bulbiferum*, umbella bulbifera, floribus paucioribus intermixtis: A. roseum β. DC. fl. fr. 3. 221. Bertolon. amoen. ital. p. 63. A. carneum Bert. rar. plant. dec. 1. p. 7. J.

5. A SUBHIRSUTUM (L. sp. 424.) scapo tereti aphyllo, *foliis* radicalibus lato-linearibus acuminatis *planis* carinatis *margine villoso-ciliatis*, *spatha univalvi ovata integra* umbella duplo breviore, umbella fastigiata, *staminibus edentulis* perigonio dimidio brevioribus, bulbo subrotundo. ♃. In collibus herbidis inter virgulta reg. calid., (auf d. Insel Osero.) April. A. trifoliatum Cyrill. pl. rar. fasc. 2. p. 11. t. 3. Flores albi. — Cl. Reichenbach. nomen A. subhirsuti contra sententiam omnium auctorum in A. subvillosum Salzmanni, ob Clusii figuram, a Linnaea citatam, quae A. subvillosum referre videtur, transtulit. J.

Sect. III. RHIZIRIDEUM Don. Radix e rhizomate horizontali constans, quod bulbos plantae gerit. Scapus ad latus fasciculi foliorum positus est et cum hoc fasciculo basi vaginis communibus inclusus. Stamina simplicia.

6. A. FALLAX (Don. monogr. all. p. 61.) *scapo* nudo superne acute *angulato*, foliis linearibus scapum latitudine subaequantibus planis subtus obsolete nervosis ecarinatis, spatha bi-trifida, umbella subrotunda capsulifera, *filamentis edentulis perigonium superantibus*, *bulbo rhizomati transversali adnato* tunicis integris tecto. ♃. In rupibus calcareis montium et reg. subalpinarum, (v. d. Schweiz längs d. A. K. bis Oestreich; in Mähr.; Böhm.; Schles.; Thüring.; Baireuther Geb.; bei Berlin.) Jul. Aug. Schult. syst. veg. 7. 2. p. 1072. var. α. et β. A. angulosum Jacq. a. t. 423. A. angulosum α. maius Trev. all. spec. p. 9. A. acutangulum β. montanum et γ. calcareum D. fl. 2. p. 521. A. senescens W. et Grab. fl. sil. 1. 313., Schmidt. boh. et A. montanum Schmidt. A. angulosum β. petraeum DC. fl. fr. 3. p. 222. Gaud. helv. 2. 493. β. calcareum Wallr. sched. p. 134. γ. serotinum Gaud. helv. l. c. — Flores rosei. Folia 1-2''' lata, siccata pellucida, nervis validioribus et debilioribus perducta, intermedio vero non crassiore. — A. senescens, e flora nostra delendum, nam planta sibirica est, foliis 5-6''' latis, scapo triplo quadruplove latioribus, intense glaucis et scapo acute ancipite ab A. fallace prorsus diversa.

7. A. ACUTANGULUM (Schrad. sem. hort. gött. 1808.) *scapo* superne acute *angulato*, foliis planis linearibus scapum latitudine subaequantibus subtus quinquenerviis et nervo medio prominulo acute carinatis, spatha bi-trifida umbella duplo breviore, umbella subfastigiata capsulifera, *staminibus perigonium aequantibus edentulis*, *bulbo rhizomati transversali adnato* tunicis integris tecto. ♃. In pratis udis, (stw. d. d. Geb.) Jun.-Aug. A. acutangulum Willd. en. suppl. p. 16. A. angulosum Pollich. pal. 1. 329. et auctor. plurim. A. angulosum var. maior Trev. all. spec. p. 10. Flores rosei. Folia vix 2 lineas lata, siccata pellucida, nervis validioribus debilioribusque perducta, nervo medio crassiore.

Sect. IV. SCÓRODON. Caulis inferne vel ad medium usque foliis vestitus. Folia plana et plerumque angusta, vel subteretia, et profunde canaliculata, non vero fistulosa. Stam. simplicia vel alterne basi dente brevi obtuso instructa, imo perigonio inserta.

a. Stamina alterne latiora, sed basi non dentata.

8. A. MOSCHATUM (L. sp. 427.) caule tereti inferne foliato, *foliis* setaceo-subulatis *teretibus* sulcatis anguste et *profunde canaliculatis* margine ciliolato-scabris, spatha bivalvi mucronata, umbella laxa capsulifera, *staminibus perigonio* tertia parte *brevioribus*, *omnibus simplicibus*, tunicis bulbi apice denique reticulato-fibrosis. ♃. In collibus siccis rupestribus reg. calid., (bei Fiume, Noé.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 5. f. 615. A. setaceum W. et Kit. pl. rar. hung. t. 68. Flores albidi, stria dorsali purpurea, vel toti rubelli et, secundum Kitaib., odorem turionum pini, non vero moschi spirantes. J.

9. A. SAXATILE (M. Bieberst. taur. cauc. 1. p. 264.) caule tereti basi foliato, *foliis* lineari-subulatis *teretibus* sulcatis anguste et *profunde canaliculatis* margine glabris, spatha bivalvi longe mucronata, umbella convexa capsulifera, *staminibus perigonio duplo fere longioribus*, *omnibus simplicibus*, tunicis bulbi integris. ♃. In rupium fissuris, (bisher bloſs auf d. Monte Spaccato bei Triest, Tommasini.) Aug. Sept. Flores albi vel dilutissime rubelli, stria dorsali saturatiore. G.

10. A. OCHROLEUCUM (Waldst. et Kit. plant. rar. hung. 2. p. 204. t. 186.) caule tereti basi foliato, *foliis* linearibus *planis* subtus nervis 2-3 magis prominulis acute carinatis, siccatis multinerviis, nervis 2-3 validioribus, *vaginis apice transversim truncatis*, spatha *bivalvi pedunculis breviore*, umbella subglobosa capsulifera, *staminibus* perigonio denique duplo longioribus, omnibus *simplicibus*, tunicis bulbi apice irregulariter fissis. ♃. In locis rupestribus Carniol et Littoral., (bei Laibach u. auf d. Monte Nanas.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 520., excl. loco natali. Reichenb. ic. 5. f. 659. A. cricetorum Thor. land. 125. A. ambiguum DC. fl. fr. 3. 220. A. appendiculatum Ramond. Flores ochroleuci vel albidi. G.

11. A. SUAVEOLENS (Jacq. collect. 2. p. 305. ic. rar. 2. t. 364.) caule tereti, basi foliato, *foliis* linearibus *planis subcanaliculatis* subtus acute carinatis, siccatis multinerviis, nervis 2-3 validioribus, *vaginis apice oblique truncatis*, *spatha bivalvi pedunculis breviore*, umbella subglobosa capsulifera, *staminibus* perigonio sesquilongioribus, omnibus *simplicibus*, tunicis bulbi apice irregulariter fissis. ♃. In pratis uliginosis, paludosis, (Unteröstreich, im Riede bei Memmingen in Schwaben u. bei Dachau in Oberbaiern.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 519. Perig. purpurascens.

b. Stamina basi utrinque dente brevi obtuso instructa, umbella capsulifera.

12. A. STRICTUM (Schrad. hort. goett. tab. 1.) caule tereti basi foliato, foliis linearibus planis subtus obsolete nervosis, spatha bivalvi, umbella subglobosa capsulifera, *staminibus alterne basi unidentatis*, *dentibus filamento multo brevioribus*, *tunicis bulbi denique totis reticulato-fibrosis*. ♃. In rupestribus, (Böhmen um Kugelbad bei Prag, Presl.; Fürstenth. Göttingen an d. Felsabhängen des Bielsteines zwischen Albungen u. d. Meiſsner im Hessischen, Meyer. chlor. han.; im Nicolaithale d. Wallis, Gaud.) Jul. D.

fl. 2. p. 523., excl. omnib. locis natal., praeter bohemicum. A. reticulatum Presl. cech. p. 73. 1819. A. volhynicum Bess. cat. hort. crem. A. suaveolens Gaud. helv. 2. p. 491. non Schrad. Flores dilute purpurei.

c. Stamina basi utrinque dente brevi obtuso instructa, umbella bulbifera.

13. A. SATIVUM (L. sp. 425.) caule tereti ad medium foliato, *foliis* lato-linearibus *planis* subcanaliculatis, spatha univalvi longissime rostrata caduca, umbella bulbifera, *staminibus alterne basi* utrinque *unidentatis*, dentibus filamento multo brevioribus, *bulbo aggregato, bulbillis ovato-oblongis* membrana involutis. ♃. Colitur in usum culinarium sub nomine Knoblauch. Jul. Aug. A. sativum α. D. fl. 2. p. 526. Flores sordide albi. Caulis ante anthesin in annulum contortus ut in subsequente.

14. A. OPHIOSCÓRODON (Don. monogr. all. p. 5.) caule tereti ad medium foliato, *foliis* lato-linearibus *planis*, spatha univalvi longissime rostrata caduca, umbella bulbifera, *staminibus alterne basi utrinque unidentatis*, dentibus filamento multo brevioribus, *bulbo aggregato, bulbillis subrotundo-ovatis* membrana involutis. ♃. Colitur in usum culinarium sub nomine Rockenbolle, Rocambole Gallor. Jul. Aug. Videtur varietas antecedentis. A. Ophioscorodon Link. ad A. controversum Schrad. pertinet, bulbo simplici diversum.

Sect. V. PORRUM Tournef. Radix bulbosa. Caulis inferne vel ad medium foliis vestitus. Stam. alterne latiora, tricuspidata, cuspide intermedia antherifera, lateralibus filiformibus plerumque tortis.

15. A. PORRUM (L. sp. 423.) caule tereti ad medium foliato e centro bulbi simplicis egrediente, *foliis planis, umbella capsulifera* globosa, perigonii phyllis carina scabris, filamentis perigonio paulo longioribus, 3 interioribus tricuspidatis, *cuspide intermedia antherifera filamento ipso duplo breviore.* ⊙ et ♃. In usum culinarium ubique colitur et in reg. calid. hinc inde quasi sponte ad hortos et in vineis provenit. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 523. Flores purpurascentes. Folia nunc margine glabra, nunc ciliata, ut in sequentibus duobus, etiam filamenta in his omnibus plus minusve ciliato-denticulata sunt, praecipue basi.

16. A. AMPELÓPRASUM (L. sp. 423.) caule tereti ad medium foliato, bulbo laterali solido sobolifero, *foliis planis, umbella capsulifera* globosa, perigonio externe scabro, filamentis perigonio paulo longioribus, 3 interioribus tricuspidatis, *cuspide intermedia antherifera filamentum ipsum aequante.* ♃. In agris, (bisher in d. Gegend v. Basel bei Wiesa, Crenzach u. Neudorf, nach Hagenbach; im Littorale, nach Host.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 524. Bulbum nondum vidi; diagnosin ceterum secund. specimen Schleicherianum, quod absque dubio cultum fuit, confeci. Flores purpurascentes.

17. A. ROTUNDUM (L. sp. 423.) caule tereti ad medium foliato, bulbo e bulbullis numerosis tunica inclusis formato, foliis planis, *umbella capsulifera* subglobosa, pedunculis lateralibus multo brevioribus, perigonii phyllis dorso scabris, *antheris inclusis* perigonium non aequantibus, *filamentis* tribus interioribus *tricuspidatis*,

cuspide intermedia antherifera filamento ipso triplo breviore. ♃. In agris inter segetes, (Rheingebiet von Basel bis Bingen, Maingebiet bis Würzburg, Thüringen, Unteröstr., Böhm., Mähr., Brandenb., bei Frankf. a. d. O., Preussen.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 525. A. Ampeloprasum WKit. t. 82.

18. A. SPHAEROCÉPHALUM (L. sp. 426.) caule ad medium foliato, *foliis semiteretibus* supra profunde canaliculatis, *umbella capsulifera* globosa denique subconica, perigonii phyllis carina laevi, antheris exsertis, filamentis tribus interioribus tricuspidatis, *cuspide intermedia antherifera filamento ipso duplo breviore.* ♃. In agris inter segetes, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 551. A. veronense Pollin. pl. nov. p. 9. Flores purpurei. Folia saepe, sed non semper, basin versus intus cava.

19. A. DESCENDENS (L. sp. 427.) caule ad medium foliato, *foliis semiteretibus* supra profunde canaliculatis, *umbella capsulifera* globosa, perigonii phyllis carina laevi, antheris exsertis, filamentis 3 interioribus tricuspidatis, *cuspide intermedia antherifera filamentum ipsum aequante.* ♃. In agris, (bisher bloſs bei Enadenfeld in Schlesien.) Jun. Jul.

b. Umbella semper bulbifera.

20. A. VINEALE (L. sp. 428.) caule ad medium foliato, foliis teretibus supra anguste canaliculatis intus cavis, *umbella bulbifera, staminibus corolla longioribus,* 3 interioribus *tricuspidatis,* cuspide intermedia antherifera filamento ipso longiore. ♃. In agris et cultis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 550. A. arenarium L. fl. suec. sec. Fries. nov. ed. 2. p. 84.

27. A. SCORODÓPRASUM (L. sp. 425., excl. varietate β.) caule ad medium foliato recto, foliis planis margine scabris, *umbella bulbifera, staminibus perigonio brevioribus,* alternis *tricuspidatis,* cuspide intermedia antherifera filamento ipso duplo breviore. ♃. In pratis, (stw. d. d. Geb.; in d. Schweiz nur bei Basel.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 527. A. arenarium Smith. brit. 356. et plurim. auctor. Rupp. jen. t. 2. f. 2. — Inter A. scorodoprasum et arenarium auctorum hucusque veram differentiam invenire non potui.

Sect. VI. CODONÓPRASUM. Radix bulbosa. Caulis ad medium foliis vestitus. Stam. omnia simplicia, supra basin phyllorum perigonii inserta. Spatha bivalvis, valvula altera longe cornuta.

22. A. OLERACEUM (L. sp. 429.) caule tereti ad medium foliato, foliis linearibus *semiteretibus fistulosis* superne canaliculatis subtus multistriatis, spatha bivalvi persistente, *valvula altera longissime rostrata, umbella bulbifera, staminibus edentulis perigonium subaequantibus,* perigonii phyllis obtusis. ♃. In agris et locis cultis. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 529., exclus. varietate β. Haller. de all. p. 49. n. 23. t. 1. icon dextra. Flores albido-virentes vel dilute sordide rubelli, stria dorsali viridi vel purpurascente.

23. A. CARINATUM (Smith. fl. brit. 357.) caule tereti ad medium foliato, *foliis* linearibus *planis* pulposis supra leviter canaliculatis subtus multistriatis, spatha bivalvi persistente, *valvula altera lon-*

gissime rostrata, *umbella bulbifera*, *staminibus edentulis perigonium subaequantibus*, perigonii phyllis obtusis. ♃. In agris, ad sepes. Jun. Jul. A. carinatum Pollich. pal. 1. p. 327. O. oleraceum β. D. fl. 2. p. 529. A. oleraceum β. complanatum Fries. nov. ed. 2. p. 85. Haller. de all. p. 51. n. 24. t. 2. f. dextra. Hallerus folia carinata dicit, sed ita res se non habet, nam multi-7-9 striata, vel, si mavis, multisulcata sunt, nulla autem carina prominet. Linnaeus nomen Allii carinati absque dubio e phrasi Halleriana mutuavit.

24. A. FLEXUM (Waldst. et Kit. pl. rar. hung. 3. t. 278.) caule tereti ad medium foliato, foliis linearibus planis pulposis subtus (in viva planta) *obtuse* et *leviter striatis margine acutis*, spatha bivalvi persistente, *valvula altera longissime rostrata*, umbella bulbifera vel capsulifera, *staminibus edentulis perigonio denique duplo longioribus*, perigonii phyllis oblongo-obovatis apice valde concavis truncato-obtusis subemarginatis. ♃. In collibus dumetosis, etiam in cultis, (sehr zerstreut; ich besitze die Pflanze aus d. Schweiz, d. südl. Tyrol, von Frankf. a. d. O.; nach v. Schlecht. bei Berlin.) Jun. Jul. A. carinatum Fries. nov. ed. 2. p. 86. D. fl. 2. p. 528. A. violaceum Willd. en. suppl. p. 17. A. flexuosum Host. fl. a. 1. p. 422. Flores rosei, siccati violacei. Folia subtus fere laevia, obsolete obtuse striata, at nec sulcata, neque carinata sunt. Variat:

β. *capsuliferum*, bulbillis in umbella laxa nullis. Hoc omnino A. pulchello Don. monogr. p. 46., A. paniculato Reichenb. ic. 5. f. 604., quod vivum nondum examinare potui, simillimum est, tamen diversum videtur.

25. A. FLAVUM (L. sp. 428.) caule tereti ad medium foliato, *foliis* linearibus pulposis (in viva planta) *laevissimis* subtus convexis supra saepe leviter canaliculatis *margine obtusis*, spatha bivalvi persistente, *valvula altera longe rostrata*, umbella capsulifera, *staminibus edentulis perigonio denique duplo longioribus*, perigonii phyllis truncatis retusisve. ♃. In collibus asperis herbidis, (südl. Tyrol, Unteröstreich, Mähren.) Jul. Aug. Jacq. a. t. 141. St. h. 34. D. fl. 2. p. 532., excl. variet. β. Flores pulchre flavi. Folia semper depressa sunt et saepe leviter canaliculata, sed nunquam teretia vel fistulosa. G.

26. A. PANICULATUM (L. sp. 428.) caule tereti ad medium foliato, *foliis* linearibus (in viva planta) *planis* supra leviter canaliculatis subtus acute tricarinatis, spatha bivalvi persistente, *valvula altera longissime rostrata*, *umbella capsulifera*, *staminibus edentulis*, *perigonio brevioribus*, perigonii phyllis rotundato-obtusis. ♃. In collibus apricis, (südl. Schweiz; ich besitze ein Exempl. v. Schleich.) Jul. Aug. A. paniculatum Don. monogr. p. 44. non Reichenb. fl. exc. p. 15., quod stamina corolla duplo longiora habet. „Petala longitudine staminum" L. sp. 428. Flores dilute purpurascentes. H.

Sect. VII. SCHOENOPRASUM. Radix bulbosa. Caulis basi foliis instructus. Folia perfecte fistulosa, teretia vel semiteretia. Spatha brevis, bivalvis.

27. A. SCHOENÓPRASUM (L. sp. 432.) scapo nudo vel basi paucifoliato, *foliis* linearibus subulatis *aequaliter teretibus* vel tereti-com-

compressis *perfecte fistulosis*, spatha bivalvi umbellam subaequante, umbella capsulifera subglobosa, perigonii phyllis lanceolatis acutis, *staminibus* perigonio brevioribus *edentulis*. ♃. In locis humidis et ad fluviorum ripas, (sehr häufig am Moselufer, auch am Bodensee u. Oberrheine u. wieder am Ufer des Rheines unterhalb der Einmündung d. Mosel; in d. Schweiz hin u. wieder, am Ufer der Elbe.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 635. Schk. t. 91. Variat:

β. *alpinum*, maius, perigonii phyllis lanceolato-linearibus, magis attenuatis, apice recurvis: A. Schoenoprasum β. alpinum Gaud. helv. 2. 486. A. foliosum Clarion. ap. DC. fl. fr. 3. p. 725. — Allium sibiricum Willd in flora altaica cum hac varietate coniungitur et ne ut varietas quidem ab hac separatur. Quam sub hoc nomine in hortis et herbariis vidi plantam, ea omnino ad varietatem β. pertinet; hanc vero hucusque notis constantibus a varietate α. distinguere non potui. Varietas alpina, in Alpibus, Carpatis et Sudetis frequens, cum fluviis descendit.

28. A. Ascalonicum (L. sp. 429.) caule aequali basi foliato, *foliis subulatis aequaliter teretibus perfecte fistulosis*, spatha bivalvi umbella capsulifera vel bulbifera breviore, *staminibus* perigonium denique paulum superantibus alternis *basi utrinque breviter unidentatis*. ♃. Colitur in usum culinarium. Raro floret. D. fl. 2. p. 551. Colit.

29. A. Cepa (L. sp. 431.) *caule* basi foliato *infra medium ventricoso-inflato*, foliis perfecte fistulosis teretibus ventricosis, umbella capsulifera globosa, *staminibus* corolla longioribus *alternis basi utrinque breviter unidentatis*. ♃. Colitur ubique. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 534. Colit.

30. A. fistulosum (L. sp. 432.) *caule* basi foliato *in medio inflato*, foliis perfecte fistulosis teretibus ventricosis, umbella capsulifera globosa, *staminibus edentulis* perigonium superantibus. ♃. Colitur in usum culinarium. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 534. A. altaicum Pall. it. 2. p. 737. Colit.

Trib. III. *HEMEROCALLIDEAE*. R. Brown. prod. fl. nov. holl. 295. Perigonium monophyllum divisum. Capsulae loculi oligospermi. Sem. figura varia, (in nostris) testa atra.

12. HEMEROCALLIS (L. gen. n. 433.) Perigonium infundibuliforme, tubo monophyllo, cylindrico, limbo sexpartito. Stamina in basi corollae inserta, subulata, declinata. Sem. globosa.

1. H. flava (L. sp. 462.) corollae laciniis planis nervosis aveniis. ♃. In locis paludosis, umbrosis, (im untern Wallis; in Krain; bei München in d. Nähe d. Hirschau.) D. fl. 2. p. 568. Schk. t. 98. Flores flavi.

2. H. fulva (L. sp. 462.) corollae laciniis nervosis venosisque, interioribus margine undulatis. ♃. In pratis, (im untern Wallis u. in der Gegend v. Aelen, auch in D. hin u. wieder, aber wohl nur verwildert.) Jul. Aug. Dod. pempt. 204. Flores fulvi.

13. ENDÝMION (Dumortier. florul. belgic. p. 140. 1827.) Perigonium campanulatum, sexpartitum, phyllis basi connatis. Stam. recta, infra medium phyllorum inserta, adnato-decurrentia. Sem. subglobosa. — Agraphis N. ab E. gen. 4. 12.

1. E. NUTANS (Dumort. l. c.) foliis lato-linearibus, racemo nutante, floribus campanulato-cylindricis apice recurvatis, bracteis geminis. ♃. In nemoribus umbrosis, (bei Coesfeld in Westphalen an einer Stelle in d. kleinen Haine hinter dem Bauland; in den Niederlanden aufser d. Gebiete unserer Flor. nicht selten.) Mai. Hyacinthus non scriptus L. sp. 453. Scilla nutans Sm. engl. bot. t. 377. D. fl. 2. p. 554. Agraphis nutans Link. handb. 1. p. 166. (1829.)

14. MÚSCARI (Tournefort.) Perigon. globoso-ovatum vel cylindricum, ore constrictum; limbo brevissimo, 6 dentato. N. ab E. gen. 4. 9.

1. M. COMOSUM (Mill. dict. n. 2.) *floribus* angulato-cylindricis, *inferioribus remotis horizontaliter patentibus*, superioribus longius pedicellatis erectis approximatis comosis neutris, foliis linearibus canaliculatis. ♃. In agris et vineis, (stw. d. d. Geb. nördl. bis Quedlinburg.) Mai. Jun. D. fl. 2. 566. Hyacinthus comosus L. sp. 455. Jacq. a. t. 126. Flores fuscescentes basi apiceque olivacei, superiores cum pedicellis et scapo amethystini.

2. M. RACEMOSUM (Mill. dict. n. 3.) *floribus* ovatis *nutantibus confertis* supremis erectis neutris, *foliis* linearibus canaliculatis arcuato-*recurvatis* flaccidis. ♃. In agris et vineis, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. D. fl. 2. 567. Hyacinthus racemosus L. sp. 455. Jacq. a. t. 167. Flores saturate caerulei, pruinosi, dentes apice albi.

3. M. BOTRYOIDES (Mill. dict. n. 1.) *floribus* subgloboso-ovatis *nutantibus denique mediocriter remotis*, supremis erectis neutris, *foliis* lanceolato-linearibus canaliculatis basin versus attenuatis *erectis*. ♃. In agris et vineis, (westl. Schweiz, Elsafs, Oberbaden, Würtemb., bei Mainz, Lüttich, Coesfeld in Westph., Wertheim, Würzb., Arnstadt u. Halle in Thüring.) April. Mai. D. fl. 2. p. 567. Hyacinthus botryoides L. sp. 455. St. h. 7.

Trib. IV. *ABAMEAE*. Perigon. hexaphyllum. Sem. testa laxa, basi apiceque appendiculata.

15. NARTHÉCIUM (Moehring. in ephem. nat. curior. 1742. p. 389. t. 5. f. 1.) Perig. 6 phyllum. Nectar. o. Filamenta barbata. Styl. indivisus, stigma trigonum. Sem. basi apiceque appendice filiformi. N. ab E. gen. 4. 1.

1. N. OSSIFRAGUM (Huds. angl. 145.) foliis radicalibus lineariensiformibus, capsula acuta perigonium persistens paulum superante. ♃. In turfosis et paludosis spongiosis Germ. septentrion., (Aachen, durch Westph., Ostfriesland, Lüneburg bis nach Holstein.) Jul. Aug. D. fl. 2. 559. Fl. d. t. 42. N. anthericoides Hoppe. Anthericum ossifragum L. sp. 446. Abama ossifraga DC. fl. fr. 3. 171.

Ord. CXXVII. BROMELIACEAE. Juss. gen. p. 49.

Perigon. superum limbo sexfido vel sexpartito, laciniis 3 exterioribus calycinis per aestivationem rectis, 3 interioribus petaloideis per aestivationem contortis; cetera ut Amaryllidearum. — Genus, ex America meridionali allatum, nunc in provinciis mari mediterraneo et adriatico adiacentibus spontaneum factum, vix huic ordini inserendum est; conf. Zuccarin. act. nat. cur. vol. 16. p. 2. p. 663.

1. AGÁVE (L. gen. n. 431.) Perigon. superum basi tubulosum 6 partitum. Stam. tubo corollae affixa, aeque ac stylus filiformia, ante anthesin inflexa. N. ab E. gen. 10. 6.

1. A. AMERICANA (L. sp. 461.) foliis dentato-spinosis, scapo ramoso, tubo corollae medio angustato, staminibus corolla longioribus stylo brevioribus. ♃ sed monocarpaea. In rupestribus, (auf d. Südspitze der Insel Cherso, Noé.) Jun. Flores viridi-flavi. J.

Ord. CXXVIII. COLCHICACEAE. DC. fl. fr. 3. p. 192.

Perigonium sexfidum vel hexaphyllum. Stam. 6, receptaculo vel perigonio inserta; antherae extrorsae. Ovarium liberum, 1, monostylum vel 3, singulis stylo vel stigmate terminatis et basi plus minusve cohaerentibus, pluriovulatis, ovulis angulo centrali loculorum affixis. Fructus introrsum dehiscens, nunc e folliculis 3 disiunctis unilocularibus compositus, nunc folliculis coadunatis capsulam 3 valvem valvularumque marginibus introrsum flexis 3 locularem exhibens, cuius loculi sub maturitate denique ab ipsis invicem secedunt.

1. BULBOCÓDIUM (L. gen. n. 407.) Perigonium 6 phyllum, infundibuliforme; ungues elongati, in tubum conniventes et ad faucem dentibus lateralibus connexi. Stam. apici unguium inserta. Ovar. 1; styl. apice trifidus. Capsulae loculi denique apice secedentes et introrsum dehiscentes. N. ab E. gen. 6. 8.

1. B. VERNUM (L. sp. 422.) ♃. In pratis reg. calidar., (in d. Schweiz bloſs bei Branson, la Barme u. Montorge im untern Wallis.) Mart. April. N. ab E. l. c. „Flores e violaceo dilute purpurei" Gaud. H.

2. CÓLCHICUM (L. gen. n. 457.) Perigon. infundibuliforme; tubo elongato. Stam. apici tubi inserta. Ovar. 1, styli 3. Capsula inflata, loculis denique secedentibus et apice introrsum dehiscentibus. N. ab E. gen. 6. 7.

1. C. AUTUMNALE (L. sp. 485.) perigonii tubo limbum quinquies vel sexies superante, laciniis undulato-nervosis lanceolatis, exterioribus obovato-lanceolatis, staminibus alterne longioribus altiusque insertis, bulbo plurifloro, *foliis* hysteranthiis *lato-lanceolatis acutis* strictis. ♃. In pratis humidiusculis, (überall, aber nördl. nur

bis z. 52. Grad, Meyer. chlor. hanov.) Aug.-Oct. Folia cum fructu sequente vere proveniunt. Styli initio longitudine staminum, postremo multo longiora sunt, et tunc oritur C. patens Schultz. bot. ztg. 9. 1. p. 132. Flores, autumno inundationibus retenti, vere cum foliis prodeunt, sed plerumque minores sunt genitalibus imperfectis: C. vernale Hoffm. d. fl. ed. 2. 1. p. 174.

2. C. ALPINUM (DC. fl. fr. 3. p. 195.) perigonii tubo limbum quinquies sexiesve superante, laciniis undulato-nervosis lanceolatis, staminibus aequaliter insertis (Gay.), bulbo unifloro, *foliis* hysteranthiis *lineari-lanceolatis obtusis basin versus attenuatis.* ♃. In pratis vallium alpinarum, (a. d. A. K. zwischen d. Wallis u. Piemont nicht selten.) Jul. Aug. floret et paulo serius eodem anno folia cum fructu profert. Dimidio minus antecedente, antherae breviores. C. montanum All. ped. 1. p. 117. vix huius loci est. — C. arenarium W. Kit. t. 179. a C. alpino differt floribus minoribus, perigonii laciniis angustioribus, nervis earum rectis nec undulatis et foliis angustioribus. H.

3. VERÁTRUM (L. gen. n. 1144.) Perigon. 6 phyllum. Antherae transverse in valvulas 2, patellam referentes, dehiscentes. Caps. 3, inferne connatae, introrsum dehiscentes, polyspermae. Semina apice plano-compressa vel alata. Capsulae maturae saepe prorsus seiunctae. Flores abortu polygami. N. ab E. gen. 2. 10.

1. V. NIGRUM (L. sp. 1479.) racemis paniculatis tomentosis *perigonii laciniis* ellipticis integerrimis patentissimis *pedicellos aequantibus*, bracteis pedicello brevioribus, foliis inferioribus lato-ellipticis glabris. ♃. In montosis sylvaticis, (Oestreich, Steyermark, Krain, Görz, auf d. Monte Generoso im C. Tessin.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 626. Jacq. a. t. 336. Flores atropurpurei.

2. V. ALBUM (L. sp. 1479.) racemis paniculatis pubescentibus, *perigonii laciniis* oblongo-lanceolatis denticulatis patentibus *pedicello multo longioribus*, bracteis pedicello longioribus, *foliis* ellipticis vel elliptico-lanceolatis subtus pubescentibus *oblique in vaginam transeuntibus* ♃. In pratis subalpinis et alpinis, (d. d. g. A. K. u. auf den Mähr., Böhm. u. Schles. Gebirgen; auch in Würtemb. an mehren Stellen.) Jul. Aug. V. album α. D. fl. 2. p. 625. V. album B. albicans Gaud. helv. 6. p. 311. Flores intus albidi, extus virides.

3. V. LOBELLIANUM (Bernhard. in Trommsdorf. journ. v. 16. p. 206. Schrad. n. journ. 2. p. 341.) racemis paniculatis pubescentibus, *perigonii laciniis* campanulatis *pedicello multo longioribus*, bracteis pedicello longioribus, inferioribus florem subaequantibus, *foliis* ellipticis vel subrotundo-ellipticis subtus pubescentibus, *inferioribus vaginae transversim truncatae insidentibus.* ♃. Cum antecedente. Jul. Aug. V. album β. D. fl. 2. p. 625. V. album A. Gaud. helv. 6. p. 311. Flores dilute virides, vaginae foliorum non solum transversim truncatae, sed saepe etiam ultra insertionem folii paulum protractae.

4. TOFIELDIA (Huds. angl. 157.) Perigonium 6 phyllum. Antherae rimis 2 longitudinalibus dehiscentes. Styli subulati. Caps. 3,

ultra medium connatae, introrsum apice dehiscentes, polyspermae. Sem. oblonga, teretia. N. ab E. gen. 2. 11.

1. T. CALYCULATA (Wahlenberg. helv. p. 68.) pedicellis bibracteatis, *bractea* altera oblonga basin pedicelli fulcrante, *altera calyciformi triloba flori approximata*, foliis multinerviis attenuato-acutissimis. ♃. In pratis paludosis montium, reg. subalpinarum et alpium, etiam in planitibus, (d. d. g. A. K. u. in Schwab. u. Baiern auf d. rechten Donauufer bis Oestr.; sodann in Mähr., Böhm., Schles., bei Berlin u. Halle.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 622. T. palustris Smith. brit. 397. et engl. fl. 2. p. 198. (ob calycem trifidum) et, teste Smithio, Huds. angl. 157. Hopp. et Sternb. denkschr. 1815. p. 153. Anthericum calyculatum L. sp. 447. A. calyculatum var. α. L. suec. 107. A. Pseudoasphodelus Jacq. en. stirp. vind. p. 233. Scheuchzeria Pseudoasphodelus Scop. carn. 1. p. 263. Narthecium iridifolium Vill. delph. 2. 225. Heriteria anthericoides Schrank. baier. fl. 1. p. 629. Helonias borealis Willd. sp. 2. 274. Hebelia allemannica et collina Gmel. bad. 2. 117. 118. t. 1.

2. T. BOREALIS (Wahlenberg. fl. lapp. p. 89. 1812.) *pedicellis apice nudis* ad basin unibracteatis, bractea triloba, foliis subtrinerviis, nervis remotis. ♃. In locis uliginosis summarum alpium ad nivem perennem. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 623. T. alpina Hopp. et Sternb. denkschr. 1815. p. 152. Anthericum calyculatum β. L. suec. p. 108.

T. glacialis Gaud. mihi non satis nota est.

Ord. CXXIX. JUNCACEAE. Bartling. ord. nat. p. 37. Junceae R. Brown. prodr. 237. D. fl. fr. 3. p. 192.

Perigon. inferum, *scariosum*, *hexaphyllum*, *phyllis glumaeformibus*, calycem hexasepalum constituentibus. Stam. 6, rarius 3, perigonii laciniis opposita; filamenta subulata, stricta; antherae 2 loculares. *Ovarium* 1. Stylus 1; stigmata 3, filiformia, pilosa. Capsula polysperma, trivalvis, valvulis medio septiferis et placentiferis, vel trisperma, valvulis septo destitutis et semen unicum basi gerentibus. Embryo subcylindricus; albumen carnosum. — Flores corymbosi, corymbo saepe in capitulum contracto; in J. trifido ad ramum unicum et saepe ad florem unicum reducto. Corymbum Juncacearum et Cyperacearum nomine Anthelae salutamus. Unus quisque ramus anthelae ramulusque basi bracteis 2 instructus est, quarum exterior maior, in apicem foliaceum vel subulatum abiens, involucrum vocatur, saltem ea, quae basin ramorum inferiorum occupat; altera minor, interior, exteriori opposita, basin rami ramulique instar tubuli involvens ochrea audit; bracteae oppositae videntur, sed re vera non sunt, altera enim, et quidem interior, paulo altius inserta est.

1. JUNCUS (L. gen. n. 437., excl. spec.) Perigon. 6 phyllum, phyllis glumaceis, herbacco-scariosis. Stam. 6, rarius 3. Caps. valvulis medio septigeris. Sem. numerosa. N. ab E. gen. 2. 6.

Sect. I. Culmi steriles subulati fertilesque basi vaginis foliiferis inclusi. Folia perfecta vel ad mucronem reducta. Sem. appendiculata, testa utrinque in sacculum relaxata. — Culmi enodes, steriles subulati, acuminati, simplicissimi. Anthela e floribus solitariis corymbulisve composita, diffusa vel conglobata, re vera terminalis est, sed, ob folium florale inferius erectum culmique continuationem referens, saepe lateralis apparet.

1. J. MARITIMUS (Lam. dict. 3. 264.) *culmo nudo*, *foliis* radicalibus *teretibus pungentibus* enodibus, anthela decomposita erecta, perigonii phyllis lanceolatis, exterioribus acutis, interioribus obtusis integris, *capsula* elliptica mucronata *perigonium aequante*. ♃. In humidis et paludosis ad littus maris, (am Adriatischen Meere; an d. Küste v. Mecklenb. u. Holst., auf d. Inseln Ostfrieslands.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 572. G.

2. J. ACUTUS (L. sp. 463. var. α.) *culmo nudo*, *foliis* radicalibus *teretibus pungentibus* enodibus, anthela supradecomposita conglobata, phyllis perigonii exterioribus lanceolatis obtusiusculis carinatis, interioribus ovatis obtusissimis profunde emarginatis, *capsula* subrotundo-ovata acuminata *perigonio duplo longiore*. ♃. In coenosis humidis ad littus maris adriatici. Mai. Jun. D. fl. 2. p. 571. Engl. bot. 1614. G.

3. J. JACQUINI (L. mant. 63.) culmo nudo superne unifolio, vaginis radicalibus mucronatis, *capitulo terminali*, *4-8 floro pedunculato a folio involucrali remoto*, phyllis perigonii lanceolatis acutis capsula acuta dimidio brevioribus, *filamentis vix dimidiam antheram aequantibus*, *radice repente*. ♃. In locis humidis alpium altiorum, (d. d. g. A. K.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 592. Jacq. a. t. 221.

Sect. II. Culmi steriles subulati, fertilesque basi vaginis aphyllis vel etiam mucronatis praediti. Testa seminis nucleo conformis, (sem. non appendiculata.) — Anthela lateralis vel potius pseudolateralis; nam involucri folium inferius culmo simile est culmumque continuat ita, ut anthela e latere culmi ipsius erupta videatur. Cetera ut sectionis antecedentis.

4. J. CONGLOMERATUS (L. sp. 464.) *culmo nudo* subtiliter striato medulla continua farcto, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita* conferta, perigonii phyllis lanceolatis acutissimis, stylo subnullo, *capsula obovata retusa styli basi*, *mamillae elevatae insidente*, terminata. ♃. In paludosis et locis humidis, (d. d. g. Geb., aber doch nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 572. Leers. t. 13. f. 1. Variat panicula effusa, Hopp. decad. — Vaginae testaceae et flores triandri, ut in sequente, quocum tamen in statu vivo confundi nequit.

5. J. EFFUSUS (L. sp. 464.) *culmo nudo* laevissimo exsiccato subtiliter striato medulla continua farcto, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita* conferta, perigonii phyllis lanceolatis acutissimis, stylo subnullo, *capsula obovata impresso-retusa styli basi abbreviata*, *foveolae imae insedente*, terminata. ♃.

In locis humidis ubique. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 573. Leers. t. 13. f. 2. Variat panicula conglomerata.

6. J. DIFFUSUS (Hopp. decad. gram. n. 155.) *culmo nudo subtiliter striato* medulla continua farcto, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita* conferta, perigonii phyllis lanceolatis acutissimis, stylo manifesto, *capsula obovata obtusa mucronata.* ♃. In fossis, (bei Regensburg, in Brandenburg u. bei Appenzell in d. Schweiz u. wahrscheinlich noch an andern Orten.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 576. Habitu J. glauci, vaginae etiam atro-purpureae, sed caulis gramineo-viridis, non glaucus, subtilius striatus et medulla continua farctus est; a J. conglomerato et J. effuso differt colore vaginarum, floribus castaneo-fuscis, hexandris et stylo manifesto.

7. J. GLAUCUS (Ehrhart. beitr. 6. p. 83.) *culmo nudo* profunde striato *medulla loculoso-interrupta praedito*, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita conferta*, perigonii phyllis lanceolatis acutissimis, stylo manifesto, capsula oblongo-elliptica obtusa mucronata. ♃. In locis humidis. Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 575. J. inflexus Leers. herb. p. 87. t. 13. f. 3. et multor. auct. et ut videtur, etiam Linnaei. J. effusus Pollich. pal. 1. 345. J. tenax Poir. dict. suppl. 3. 54. Flores hexandri. Vaginae atropurpureae.

8. J. PANICULATUS (Hopp. decad. gram. n. 156.) *culmo nudo* profunde striato *medulla loculoso-interrupta praedito*, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita laxa*, *ramis exterioribus prolifero-elongatis*, floribus remotis, perigonii phyllis lanceolatis acutissimis, stylo manifesto, capsula oblongo-elliptica obtusa mucronata. ♃. Ad litus maris Adriatici. Jul. Aug. J. paniculatus Schult. syst. veg. 7. 183. D. fl. 2. p. 575. Panicula pallida, etiam capsulae pallidae sunt, hae rarius fuscae; culmus, ut in J. glauco, striatus et certissime medulla loculosa praeditus, attamen paniculae forma et colore sine difficultate distinguitur; fortasse in viva planta plures characteres inveniantur. G.

9. J. BALTICUS (Willdenow. berl. mag. 1809. p. 298.) *culmo nudo laevissimo siccato obsolete striato* medulla continua farcto, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali decomposita*, perigonii phyllis ovato-lanceolatis mucronatis, interioribus obtusiusculis, stylo manifesto, *capsula elliptica* obtusa mucronata. ♃. In arenosis maritimis humidiusculis maris septentrionalis et baltici. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 576. J. helodes Link. en. hort. berol. 1. 305. J. glaucus β. littoralis Wahlenb. suec. p. 209. Culmi laete virides, non glauci et capsulae duplo maiores, quam in J. glauco. Vaginae testaceo-fuscae. G.

10. J. ARCTICUS (Willd. spec. 2. 206.) *culmo nudo* laevissimo siccato obsolete striato *stricte erecto*, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali* capitata *subseptemflora*, perigonii phyllis muticis, exterioribus lanceolatis acutis, interioribus ovatis obtusiusculis, *stylo manifesto*, capsula ovali obtusa mucronata. ♃. In solo micaceo vallium alpinarum editissimarum rarissimus, (am Breuil, am Abhange des Matterhornes, u. über Saas, am See Mat-Mor unten am Berge Moro im Wallis; auf dem Schlehern im südl. Tyrol.) Jun. Jul. D.

fl. 2. p. 577. J. acuminatus Balb. in Roem. arch. 3. p. 129. J. effusus β. L. spec. 464. Culmi pedales crassi.

11. J. FILIFORMIS (L. sp. 1. 465.) *culmo nudo filiformi nutante* laevi siccato subtiliter striato, vaginis radicalibus aphyllis, *anthela laterali subseptemflora*, phyllis perigonii lanceolatis acutis, *stylo subnullo*, capsula subrotunda obtusissima breviter mucronata. ♃. In pratis paludosis alpium, reg. subalpinarum et montium altiorum, inque planitiebus Germ. septentrionalis. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 578. St. h. 36. Culmus pedalis, non multo crassior filo. Variat:

β. *foliatus*, vaginis radicalibus foliiferis, folio brevi, canaliculato.

Sect. III. Culmi steriles nulli, loco eorum fasciculi foliorum steriles. Flores capitati vel in apice culmi solitarii. Sem. appendiculata.

12. J. STYGIUS (L. sp. 467.) *culmo 1-2 folio*, foliis setaceis subcompressis supra canaliculatis, *capitulo terminali subsolitario trifloro binisve superpositis*, perigonii phyllis acutis capsula oblonga acuta dimidio fere brevioribus, floribus hexandris, *filamentis anthera multo longioribus*, *radice fibrosa*. ♃. In locis paludosis spongiosis alpium altiorum, (auf d. Seiseralpe im südl. Tyrol; auf d. Alp. bei Seck im Algau u. im Raibelthale in Kärnthen.) Aug. D. fl. 2. p. 591. J. supino haud absimilis. G.

13. J. CASTANEUS (Smith. brit. 1. p. 383.) culmo bifolio, foliis radicalibus subulatis supra planiusculis, *capitulo terminali solitario*, *binis ternisve*, perigonii phyllis lanceolatis acutis capsula oblonga obtusa brevioribus, *filamentis anthera duplo longioribus*, *radice stolonifera*. ♃. In pratis alpinis humidis, (Tyrol, Sieb.; Reichenau in Kärnth., Hopp.; Radstater Tauern, Michl.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 592. J. triceps Rostk. junc. n. 43. G.

14. J. TRIGLUMIS (L. sp. 467.) *culmo nudo*, foliis radicalibus subulatis teretiusculis basi canaliculatis, *capitulo terminali erecto subtrifloro*, phyllis perigonii obtusiusculis, capsula oblonga obtusa mucronata brevioribus, filamentis anthera multoties longioribus, *radice fibrosa*. ♃. In locis uliginosis spongiosis alpium, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 593. St. h. 28.

15. J. TRIFIDUS (L. sp. 465.) *culmo* nudo filiformi *1-3 floro*, basi vaginato, vagina suprema foliifera, *folio brevissimo* culmo multo breviore subulato canaliculato, *foliis involucralibus terminalibus 2-3 alternis elongatis setaceis*, ligula biaurita ciliato-lacera, perigonio capsulam aequante, valvulis capsulae ovatis, radice repente. ♃. In rupium fissuris, praecipue iuxta cataractas et rivulos alpium altissimarum graniticarum, (d. d. g. A. K. u. a. d. Sudeten u. höhern Mähr. Gebirgen.) Jul. Aug. D. fl. 2. 579. cum sequente confusus. Fl. d. t. 107.

16. J. HOSTII (Tausch. bot. ztg. 17. 2. 518.) *culmo* nudo filiformi *1-3 floro* basi vaginato, vagina suprema vel 2 supremis foliiferis, *folio elongato culmum dimidium superante* setaceo canaliculato, *foliis involucralibus terminalibus 2-3 alternis elongatis*

setaceis, ligula biaurita ciliato-lacera, perigonio capsulam subaequante, valvulis capsulae ovato-oblongis, radice repente. ♃. In rupium fissuris alpium, ut antecedens, sed alpium calcarearum, (Tyrol, Salzb., Steyerm., Oestreich.) Jul. Aug. Host. gram. 3. t. 85. J. monanthos Jacq. en. stirp. vindob. p. 61 et 216. t. 4. f. 1., specimen uniflorum.

Sect. IV. Culmi steriles nulli, eorum loco fasciculi foliorum steriles. Flores in capitulo terminali solitario, vel in capitulis binis altero alteri superpositis, vel in capitulis paniculatis. Sem. non appendiculata.

17. J. CAPITATUS (Weigel. obs. bot. p. 30. 1772.) culmo nudo, foliis radicalibus setaceis basi canaliculatis, *capitulo terminali* solitario vel secundo tertiove pedunculatis, *perigonii phyllis* ovato-lanceolatis *acuminato-cuspidatis capsula* ovata obtusa *longioribus*. ⊙. In pascuis et agris arenosis humidis, (von Basel durch d. Rheinfläche bis nach d. Niederlanden, u. d. mittlere u. nördl. D., aber nicht in Oestreich u. Oberbaiern u. v. da südlicher; in d. Schweiz sehr selten.) Jun.-Aug. D. fl. 2. 548. St. h. 13. J. ericetorum Pollich. palat. 1. p. 351. 1776. J. gracilis Roth. tent. 2. 1. p. 402. J. triandrus Gouan. herboris. 25. secund. DCand. Flores semper triandros vidi.

18. J. OBTUSIFLORUS (Ehrhart. beitr. 6. p. 83.) culmo bifolio vaginis *foliisque teretibus*, his loculoso-fistulosis, *anthela terminali decomposita* divaricata, ramulis lateralibus refractis, *perigonii phyllis aequalibus rotundato-obtusis* capsulam ovatam acutam subaequantibus. ♃. In fossis et stagnis, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. D. fl. 2. 583. J. bifolius Hopp. taschenb. 1810. J. retroflexus Rafn. dan. 1. 485. J. divergens Koch. et Ziz. cat. pl. palat. p. 19. J. Nesii Heller. fl. wirceb. suppl. p. 27.

19. J. SYLVATICUS (Reichard. fl. moeno-francof. 2. p. 181. 1778.) culmo bifolio vaginis *foliisque tereti-compressis*, foliis loculoso-fistulosis, *anthela terminali decomposita divaricata*, *phyllis perigonii acuminatis aristatis*, *interioribus longioribus apice recurvis*, omnibus capsula ovata acuminato-rostrata brevioribus. ♃. In fossis et locis paludosis. Jul. Aug. J. acutiflorus Ehrh. beitr. 6. p. 86. D. fl. 2. p. 588. J. articulatus γ. L. sp. 1. 465. J. subnodulosus Schrank. baier. fl. 1. 616. Var. capitulis spadiceis nigricantibusve atque

β. *macrocephalus*, capitula duplo maiora minus numerosa, etiam flores maiores, capsula longitudine perigonii: J. acutiflorus β. D. fl. 2. p. 589. J. brevirostris Nees. ab E. compend. fl. g. ed. 1. 884. J. melananthos Reichenb. fl. exc. p. 96. J. acutiflorus β. multiflorus Weih. gräs. n. 92.

γ. *pallescens:* J. acutiflorus γ. Meyer. syn. junc. p. 25. forma in umbra sylvarum enata.

20. J. LAMPROCARPUS (Ehrh. calam. n. 126.) culmo bifolio vaginis *foliisque tereti-compressis*, foliis loculoso-fistulosis, *anthela terminali decomposita* patente vel divaricata, *perigonii phyllis aequilongis rectis apice mucronulatis*, exterioribus acutis, interioribus obtusis, omnibus capsula ovato-lanceolata mucronata breviori-

bus. ♃. In fossis et locis humidis. Jul. Aug. D. fl. 2. p. 587. J. aquaticus Roth. tent. 2. 403. J. adscendens Host. gram. 3. t. 87. J. articulatus α. β. L. sp. 465. Variat capitulis pallidioribus nigricantibusve atque

β. *fluitans*, culmo in rivulis elongato fluitante: J. lamprocarpus ε. Meyer. syn. junc. p. 24. Haec var., quum aqua defluxit, procumbit et radicat: J. lamprocarpus γ. Meyer. l. c.

21. J. ALPINUS (Vill. delph. 2. p. 233.) culmo bifolio vaginis dorso angulo acuto notatis, foliis loculoso-fistulosis, *anthela terminali composita* erecta, *perigonii phyllis* aequilongis rotundato-obtusis capsula ovato-oblonga mucronata brevioribus, *exterioribus sub apice mucronulatis.* ♃. In locis humidis et fossis alpium, reg. subalpinarum montiumque altiorum; nec non in planitiebus German. septentr., rarius in Germ. media. Jul. Aug. J. fusco-ater Schreb. ap. Schw. et Kört. fl. erlang. p. 149. D. fl. 2. p. 586. J. ustulatus Hopp. anleit. p. 30. cum ic. Hartman. scand. ed. 2. p. 94. J. nodulosus Wahlenb. ups. p. 114. J. geniculatus Schrank. baier. fl. 1. p. 613. J. alpestris Hartm. scand. ed. 1. p. 141. forma vulgaris, et J. rariflorus Hartm. l. c. floribus pallidis. Phyllis perigonii exterioribus sub apice mucronulatis haec species ab affinibus optime distinguitur.

22. J. NIGRITELLUS Don. (Engl. bot. suppl. t. 2643.) culmo gracili bifolio, *foliis subsetaceis supra anguste canaliculatis* subtus convexis, ramis *anthelae terminalis* elongatis subsimplicibus, capitulis remotis, *floribus hexandris*, perigonii phyllis lanceolatis, exterioribus acuminatis, interioribus acutis, *capsula* (immatura) *valvulis obcordatis* retusa, *filamentis anthera subduplo longioribus.* ♃. In sylvarum montosarum locis uliginosis, (an einem sumpfigen Waldabhange zwischen d. Stüderhofe u. d. Dorfe Mölschbach 2 Stunden v. Kaiserslautern v. mir selbst, aber mit unreifen Kapseln, gefunden.) Jul. J. polycephalus Hook. scot. 109. Similis J. supino, sed fl. hexandris, perig. phyllis exterioribus acuminatis, filamentis anthera duplo longioribus et valvulis capsulae (immaturae) emarginatis vere diversus; ab antecedentibus ovarii forma longe recedit. G.

23. J. SUPINUS (Moench. enum. pl. hass. n. 296. t. 5. 1777.) culmo filiformi, *foliis subsetaceis supra anguste canaliculatis* subtus convexis, ramis *anthelae terminalis* elongatis subsimplicibus, capitulis remotis, *floribus triandris*, perigonii phyllis lanceolatis *capsula* oblongo-*obtusa* mucronata brevioribus, exterioribus acutis, interioribus obtusis, *filamentis antheram aequantibus.* ♃. In locis humidis; var. β. in locis coenosis; γ. in aqua natans. Jul. Aug. J. uliginosus α. Mey. monogr. p. 29. D. fl. 2. 589. J. bulbosus L. sp. ed. 1. p. 327. J. setifolius Ehrh. beitr. 6. p. 83. J. subverticillatus Wulf. in Jacq. collect. 3. 51. J. fasciculatus Schrank. baier. fl. 1. p. 616. J. verticillatus Pers. syn. 1. 384. J. capitatus Schk. t. 98. Variat capitulis fasciculo foliorum comosis et nudis, atque

β. *repens*, culmis decumbentibus radicantibus. Schk. l. c. J. uliginosus Roth. tent. 2. 1. p. 405.

γ. *fluitans*, culmis elongatis fluitantibus. Lam. dict. 3. p. 271.

Sect. V. Culmi steriles nulli, eorum loco fasciculi foliorum. Flores solitarii, remoti, vel corymbulosi et paniculam terminalem formantes. Sem. non appendiculata.

24. J. SQUARROSUS (L. sp. 465.) *culmo* subangulato *nudo* basi foliorum vaginis incluso, *foliis linearibus canaliculatis* patentibus rigidis, anthela terminali composita ramis corymbosis, perigonii phyllis ovato-lanceolatis acutis vel obtusiusculis capsulam obovatam obtusam mucronatam aequantibus, *filamentis anthera quadruplo brevioribus.* ♃. In ericetis et pratis turfosis, (in d. Schweiz sehr selten; in d. übrigen A. K. gar nicht, auch nicht in Oestreich u. südlicher; aber häufig auf d. Vogesen, d. Schwarzwalde u. auch auf Niederungen d. d. mittl. u. nördl. D.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 580. St. h. 36. J. Sprengelii Willd. prodr. n. 394.

25. J. COMPRESSUS (Jacq. en. stirp. vind. p. 60 et 235.) *culmo* compresso *in medio unifolio*, *foliis radicalibus caulinoque linearibus canaliculatis*, *anthela terminali composita*, ramis erectis, ramulis corymbosis, *perigonii phyllis* ovato-oblongis obtusissimis *capsula* subglobosa fere dimidio brevioribus, stylo ovario *dimidio breviore.* ♃. In pascuis humidis ad vias pratorum. Jul. Aug. St. h. 36. — J. bulbosus L. sp. ed. 2. 466., secund. Mey. in chlor. hanov. ad sequentem pertinet.

26. J. GERARDI (Lois. notic. p. 60. 1810.) *culmo* subtereti *in medio unifolio*, *foliis* radicalibus caulinoque *linearibus canaliculatis*, *anthela terminali composita*, ramis erectis, ramulis corymbosis, *perigonii phyllis* ovato-oblongis obtusissimis *capsulam* oblongo-ovalem subtrigonam *fere aequantibus*, stylo ovarium aequante. ♃. Ad littora maris et ad salinas, (zeigt vielleicht überall einen Salzboden an; er findet sich auch an einigen Orten, wo keine eigentlichen Salzquellen in d. Nähe sind.) Jul. Aug. J. Gerardi Lois. fl. gall. ed. 2. p. 260. cum bona diagnosi. J. bottnicus Wahlenberg. fl. lapp. p. 82. t. 6. D. fl. 2. p. 581. J. consanguineus Koch. et Ziz. cat. pl. pal. p. 8 et 19. J. coenosus Bichen. in trans. linn. soc. 12. 309. J. bulbosus β. Wahlenb. fl. suec. p. 215. G.

27. J. TENUIS (Willd. sp. 2. 214.) *culmo* teretiusculo *nudo* basi foliorum vaginis incluso, *foliis linearibus canaliculatis* erectis, anthela terminali composita conferta, ramis cymosis patentibus, *perigonii phyllis* lanceolatis attenuato-acutis trinerviis capsula ovato-oblonga paulo longioribus, *filamentis anthera longioribus.* ♃. Ad vias, in versuris et sylvarum locis denudatis, (bei Dickenreishausen in d. Gegend v. Memmingen in Oberschwaben in grofser Menge, Köberlin.) Jun. Jul. G.

28. J. TENAGEIA (Ehrh. beitr. 4. 148.) *culmo uni-bifolio*, foliis setaceis basi canaliculatis, *anthelae ramis* elongatis bifidis *patulis*, *floribus solitariis remotis*, perigonii phyllis ovato-lanceolatis acutis mucronatis, *capsula subrotunda* obtusissima paulo longioribus. ⊙. In arenosis humidis, (v. Basel d. d. Rheingebiet bis zu d. Niederlanden, d. d. nördl. u. mittl. D.; aber nicht in Würtemb., Oberbayern u. Oestreich; in d. Schweiz sehr selten.) Jun. Jul. St. h. 10. J. Vaillantii Thuill. par. 1. 177. J. gracilis Lej. spa. 166. Variat, ut J. bufonius, phyllis perigonii tertia parte longioribus, quam

capsula, quod vero non in omnibus floribus reperitur; hic est: J. Tenageia β. Mey. monog. p. 42. D. fl. 2. 583. cum synonymo J. sphaerocarpi Nees ab E.; verum J. sphaerocarpus, cuius specim. authenticum nondum vidi, secund. edit. 2. compend. fl. germ. v. 1. p. 562., inter varietates J. bufonii numerandus est.

29. J. BUFONIUS (L. sp. 466.) *culmo foliato*, foliis setaceis basi canaliculatis, *ramis anthelae* elongatis bifidis *erectis*, *floribus solitariis remotis*, perigonii phyllis lanceolatis acuminatis *capsula oblonga* obtusa longioribus. ⊙. In locis humidis ubique. St. h. 36. Variat:

β. *fasciculatus*, caule humiliore, robustiore, floribus binis ternisve fasciculatis: J. bufonius δ. Schult. s. veg. 7. 1. p. 226. J. mutabilis Sav. pis. 364. J. hybridus Brot. lusit. 1. 513. Haec varietas in planitie Rhenana occurrit, (zwischen Mainz u. Worms.)

Juncum pygmaeum praeterii, quum cl. Nolt. eum in Dania, (in ducatu Slesvico,) non vero in Holsatia detexerit.

2. LÚZULA (DeCandolle fl. fr. 3. p. 158.) Caps. 1 locularis, trivalvis, valvulis septo destitutis, trisperma, cetera ut Junci. N. ab E. gen. 2. 7.

Sect. I. Semina apice appendicula magna cristaeformi.

1. L. FLAVESCENS (Gaud. fl. helv. 2. p. 564.) *anthela* umbellata simplici, *ramis* patentibus *plerumque unifloris*, floriferis fructiferisque erectis, appendicula seminis falcata, foliis radicalibus linearibus, *radice stolonifera*. ♃. In sylvis subalpinis, (Schweiz, Tyrol, Salzburg, Steyerm., Kärnthen.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 595. L. Hostii Desv. journ. 1. 140. L. pubescens bot. ztg. 1. 446. Juncus flavescens Host. gram. 3. t. 94.

2. L. FORSTERI (DeCand. synops. fl. gall. p. 150.) *anthela* corymbosa simplici compositave, *ramis floriferis fructiferisque erectis floribus solitariis*, appendicula seminis recta obtusa, *foliis* radicalibus *linearibus*, radice caespitosa. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (Schweiz, Vogesen, Oberbad., baier. Alpen.) Jun. Jul. Luciola Forsteri Smith. engl. fl. 2. 178. Juncus Forsteri Smith. brit. 1395.

3. L. PILOSA (Willd. en. h. berol. 1. 393.) anthela corymbosa simplici, *ramis* subtrifloris erectis, superioribus *post anthesin refractis*, *floribus solitariis*, appendicula seminis falcata, *foliis* radicalibus *lanceolatis*. ♃. In sylvis. April. Mai. L. vernalis DC. fl. fr. n. 3. p. 160. Juncus vernalis Ehrh. beitr. 6. 137. J. luzulinus Vill. delph. 235. J. Luzula Krock. sil. n. 556. J. pilosus α. L. sp. 468.

Sect. II. Semina non appendiculata, vel parva tantum et vix obseviabili appendicula in apice instructa.

4. L. MAXIMA (DeCand. fl. franc. 3. p. 160.) *anthela supradecomposita* divaricata *involucrum superante*, pedunculis apice trifloris, perigonii phyllis mucronatis capsulam subaequantibus, filamentis brevissimis, *foliis* lanceolato-linearibus *margine pilosis*. ♃.

In sylvis montanis, in alpes adscendens, (im südl. u. mittlern Geb. u. bis zum Harze.) Mai. Jun. D. fl. 2. p. 596. St. h. 36. L. sylvatica Gaud. helv. 2. p. 568. Juncus maximus Ehrh. beitr. 6. 139. J. latifolius Wulf. in Jacq. collect. p. 59. J. sylvaticus Smith. brit. 385. J. nemorosus β. Pollich. palat. 1. p. 352. J. pilosus δ. L. sp. 468. J. montanus Lam. dict. 3. p. 273.

5. L. GLABRATA (Hopp. gram. decas 4. n. 38) *anthela supradecomposita* involucrum superante, ramis inferioribus nutantibus, *pedunculis unifloris*, perigonii phyllis capsulam subaequantibus mucronatis, filamentis anthera sexies brevioribus, stylo longitudine ovarii, *foliis* lanceolatis *glabris*. ♃. In pascuis alpinis solo calcareo, (Salzburg, Tyrol, Steyerm., Oestr.) Jun. Jul. L. spadicea γ. D. fl. 2. p. 598. Juncus glabratus Hopp. ap. St. h. 28. J. intermedius Host. gram. 3. p. 65. t. 99. G.

6. L. SPADICEA (DC. fl. fr. 3. p. 159.) *anthela supradecomposita* involucrum superante patente, *pedunculis superne flexuosis subquadrifloris*, perigonii phyllis capsulam subaequantibus mucronatis, filamentis anthera quadruplo brevioribus, stylo longitudine ovarii, *foliis* linearibus vel lanceolato-linearibus *basi barbatis*. ♃. In pascuis alpium et reg. subalpinarum, (d. d. g. A. K. u. auf d. Vogesen, d. Schwarzwalde u. d. Sudeten.) Jun. Jul. L. spadicea α. D. fl. 2. p. 597. Juncus spadiceus All. ped. 2. p. 216.

Luzula parviflora Desv. Wahlenb. fl. suec. p. 217., excl. syn. Host. Juncus pilosus β. L. sp. 468. J. parviflorus Ehrh. beitr. 6. p. 139. differt foliis latioribus, pilis ad basin nullis vel paucis, praecipue autem tam a Luzula spadicea, quam a L. glabrata filamentis, antheram dimidiam aequantibus, et stylo brevi, ovario sub anthesi duplo breviore.

7. L. ALBIDA (DeCand. fl. fr. 3. p. 159.) *anthela supradecomposita* patente *involucrum non attingente*, pedunculis plerumque quadrifloris, perigonii phyllis acutis capsula longioribus, *antheris subsessilibus*, *foliis* linearibus, *margine pilosis*. ♃. In sylvis, praecipue montanis, in alpes adscendens. Jun. Jul. D. fl. 2. p. 598. St. h. 56. Juncus albidus Hoffm. D. fl. ed. 1. p. 126. J. angustifolius Wulf. in Jacq. collect. 3. p. 56. J. luzuloides Lam. dict. 3. 272. J. pilosus ε. L. sp. 467. J. nemorosus α. Poll. palat. 1. p. 352. Flores albidi. Variat:

β. *rubella* Hopp. decad. gram. n. 68. flores in carneum vel cupreum vergentes: L. albida b. cuprina Rochel. banat.

8. L. NIVEA (DeCand. fl. fr. 3. p. 158.) *anthela decomposita* patente *involucrum non attingente*, floribus fasciculatis, perigonii phyllis acutis muticis capsula longioribus, *filamentis longitudine antherarum*, *foliis* linearibus *margine pilosis*. ♃. In alpium convallibus, (Schweiz u. Tyrol.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 599. St. h. 36. Juncus niveus L. sp. 468. Flores albi.

9. L. LUTEA (DeCand. fl. fr. 3. p. 159.) *anthela decomposita* involucrum superante, *corymbulis* confertis *denique subspicato-conglobatis*, perigonii phyllis mucronatis capsulam aequantibus, filamentis anthera dimidio brevioribus, *foliis* lanceolato-linearibus

glaberrimis. ♃. In pascuis alpinis, (Schweiz u. südl. Tyrol, auf d. Schlehern, Seiseralpe auf d. Seite d. Ortles gegen das Suldenthal.) Jul. Aug. D. fl. 2. p. 600. Juncus luteus All. ped. 2. p. 216. J. campestris ε. L. sp. 469. Flores flavi.

Sect. III. Semina basi appendice conica.

10. L. CAMPESTRIS (DC. fl. fr. 3. p. 161., excl. varietatibus.) *spicis* ovatis *umbellatis* sessilibus pedunculatisque, his denique subcernuis, phyllis acuminatis capsula subrotunda obtusa mucronata longioribus, *filamentis anthera sexies brevioribus*, foliis margine pilosis denique glabris. ♃. In pascuis, ericetis, locis incultis. Mart.-Mai. L. campestris D. fl. 2. p. 601. var. α. Juncus campestris L. sp. 468. var. α. J. nemorosus Host. gram. 3. t. 97.

11. L. MULTIFLORA (Lejeun. fl. de spa. 1. p. 169.) *spicis* ovatis *umbellatis* sessilibus pedunculatisque, pedunculis strictis, perigonii phyllis acuminatis mucronatis capsula subrotunda obtusa mucronata longioribus, *filamentis antheram subaequantibus*, foliis margine pilosis denique glabris. ♃. In sylvis, ericetis montanis. Mai. Jun. L. erecta Desv. journ. 1. 156. L. campestris var. β. D. fl. 2. p. 601. L. campestris β. nemorosa Meyer. monogr. p. 17. L. intermedia Spenn. frib. 1. 177. Juncus multiflorus Ehrh. calam. n. 127. J. erectus Pers. syn. 386. J. intermedius Thuill. par. 178. Spicae, ut in varietate sequente β, spadiceae, pedunculatae; in varietate

β. *congesta*, breviter pedunculatae sessilesque, in capitulum lobatum congestae: L. campestris γ. Meyer. monogr. p. 18. D. fl. 2. p. 602. var. ε. L. congesta Lej. spa. 168. Juncus congestus Thuill. par. 1. 179. Variat porro

γ. *nigricans*, spicis pedunculatis sessilibusque atro-fuscis, foliis basi tantum pilosis et saepe totis glabris: L. nigricans Desv. journ. 1. 158. L. campestris δ. alpina Meyer. monogr. p. 18. δ. nigricans D. fl. 2. p. 602. L. nigricans DC. fl. fr. suppl. p. 306. Juncus sudeticus Willd. spec. 2. 221. Host. gram. 4. t. 99. Haec in turfosis alpium et montium altiorum. Radix sec. Gaudin. repens culmos solitarios emittit, sed e sudetis specimina radice cespitosa multiculmi possideo; planta ulterius observanda.

12. L. SPICATA (DC. fl. fr. 3. p. 161.) *spica oblonga lobata nutante*, perigonii phyllis acuminatis mucronatis capsula subrotundo-ovata mucronata longioribus, foliis canaliculatis basi pilosis, filamentis anthera dimidio brevioribus. ♃. In pascuis alpium, (d. d. g. A. K. u. in d. Sudet.) Jun.-Aug. D. fl. 2. p. 602. Juncus spicatus L. sp. 469. St. h. 28., non bona. — In Luzula pediformi, quae in ditione florae nostrae nondum detecta est, filamenta brevissima, antheris multoties breviora sunt et stylus ovarium aequat, qui in L. spicata brevior est.

Ord. CXXX. CYPERACEAE. Juss. gen. p. 26.

Flores glumacei, hermaphroditi vel diclini, in spicas dispositi, spicularum nomine, per analogiam graminearum, designatas. *Gluma*

(quae eadem squama nuncupatur et e bractea exteriore formata est) *univalvis;* vel (e bracteis 2 orta) bivalvis, valvula interiore (in Cypero) rachi adnata, aut (in Carice) in urceolum transformata. Perigonium in setas, (setas hypogynas R. Brown.,) 6, plures, vel (in Eriophoro) copiosas, rarius abortu pauciores partitum, aut obliteratum. Stam. 3, in perigonio sexsetoso setis opposita; *antherae apice integrae. Ovarium liberum.* Stylus 1. Stigmata 2-3. Nux triangularis vel compressa, nuda vel setis perigonii persistentibus cincta, vel (in Carice) urceolo auctó persistenti, utriculum spurium exhibenti, inclusa, una cum perigonio vel utriculo decidua. Embryo minimus in basi albuminis farinacei. — Cyperacearum folia graminea, vaginae integrae, e petiolo, in vaginam connato, formatae insident; non raro quoque prorsus deficiunt, vel ad mucronem apici vaginae impositum reducta apparent. Superficies vaginae interior membrana laevigata obducta est, orta e stipulis, petiolo, scilicet vaginae, intus adnatis, ut in Polygono Persicaria aliisque, quae membrana non raro ultra marginem vaginae prominet, ligulamque in basi folii constituit. Anthela bracteaeque ad ramorum ramulorumque basin ut in Juncaceis formatae sunt; bractea interior in tubulum quoque convoluta est et ochream exhibet.

Trib. I. *CYPEREAE.* Flores hermaphroditi; glumae distichae.

1. CYPÉRUS (L. gen. n. 66.) Spicula disticha. Glumae carinatae, numerosae, univalves, omnes floriferae, vel 2-3 infimarum minores et vacuae. Setae squamulaeve nullae. — In pluribus speciebus valvula interior glumae adest, sed rachi adnata, quam alatam reddit; in aliis speciebus autem haec valvula vix observabilis est. Cyperus et Picreus N. ab E. gen. 9. 1. 2.

1. C. FLAVESCENS (L. sp. 68.) anthela composita, capitulis subrotundis pedunculatis sessilibusque, spiculis lanceolatis compressoplanis, glumis oblongo-ovatis dense imbricatis, *stigmatibus 2,* nucula subrotundo-obovata compressa, involucro subtriphyllo umbella longiore, *radice fibrosa.* ⊙. In pascuis humidis, locis udis et paludosis. Jul. Aug. D. fl. 1. 421. St. h. 52. Picreus flavescens Reichenb. fl. exc. p. 72. Glumae flavescentes plaga dorsali lata viridi ante apicem evanescente, non striatae.

2. C. FUSCUS (L. sp. 69.) anthela subdecomposita, capitulis subrotundis pedunculatis sessilibusque in apice ramorum longiorum geminis ternisve, spiculis linearibus compresso-planis, glumis oblongo-ovatis denique patulis et remotiusculis, *stigmatibus 3,* nucula elliptica utrinque attenuata argute triquetra, involucro subtriphyllo umbella longiore, *radice fibrosa.* ⊙. In iisdem locis cum priori, sed minus vulgaris. Jul. Aug. D. fl. 1. 421. St. h. 52. Glu-

mae atrofuscae, stria dorsali lata, viridi, in apicem excurrente. Variat:

β. glumis fuscescentibus, carina viridi, vel pallidis stria fusca carinae viridi contigua: C. virescens Hoffm. d. fl. 1. 21. Cyperus glaber St. h. 52. nec Linn. Stylus ex mea observatione semper trifidus. — C. glaber L. sec. Bertol. idem cum C. picto Tenor. est; a C. fusco et virente differt: culmo bipedali, spiculis lanceolatis turgidulis, glumis latere spadiceo-rufis, exquisite nervosis.

3. C. ESCULENTUS (L. sp. 67.) anthela decomposita, spicis pedunculatis sessilibusque in ramis longioribus apice ternis quinisve, lateralibus pedunculatis patentibus, intermedia sessili, spiculis linearibus compresso-turgidulis remotiusculis, glumis ovatis obtusis dorso striatis, stigmatibus 3, involucro longissimo, *radice stolonifera*, *tuberibus filipendulis* transverse zonatis. ♃. Colitur in reg. australibus. Jul. Aug. D. fl. 1. 422. St. h. 52. Spiculae pallidae. In speciminibus macrioribus rami terminantur spicula solitaria. Colit.

4. C. BADIUS (Desfont. atlant. 1. t. 7. f. 2.) *anthela decomposita*, *spicis* pedunculatis sessilibusque; *in ramis longioribus apice ternis quaternisque*, ramulis *lateralibus angulo subrecto egredientibus*, spiculis lanceolato-linearibus compressis, glumis ovatis obtusis dorso-striatis, stigmatibus tribus, nucula oblongo-obovata acute triquetra, involucro longissimo, *radice repente*. ♃. In locis paludosis, an d. Bädern v. Burscheid bei Aachen; im Schleidener Thal der Eifel, nach Fingerh.) Jul. Aug. C. thermalis Dumortier. florul. belg. p. 145. C. longus β. Bertolon. fl. ital. 1. p 270. Simillimus quidem est Cypero tenuifloro Rottb., qui in hortis botanicis colitur et cum iconibus Rottboellii et Jacquinii exacte congruit, tamen hic differre videtur spiculis remotis, neque dense congestis; varietatem saltem valde memorabilem sistit. — A Cypero longo autem C. badius satis differt ramis anthelae et foliis; rami maiores anthelae apice non umbellati sunt, ut in illo, nec radios elongatos erectos gerunt, sed radii laterales ramorum angulo subrecto divergunt. Folia dimidio angustiora sunt. G.

5. C. LONGUS (L. sp. 67.) *anthela decomposita*, *ramis longioribus apice umbellatis*, *pedunculis umbellularum erectis* inaequalibus elongatis brevibusque, spiculis linearibus acutis plano-compressis, glumis ovatis obtusis dorso striatis, stigmatibus 3, nucula oblongo-obovata acute triquetra, involucro longissimo, *radice repente*. ♃. In fossis et pratis humidis, (südl. Schweiz, südl. Tyrol u. d. d. Littorale bis Istrien.) Jul. Aug. D. fl. 1. 423. St. h. 52. Glumae rufo-fuscae, margine pallidiores, carina viridi.

6. C. MONTI (L. fil. suppl. 102.) *anthela decomposita*, spicis pedunculatis subsessilibusque in ramis longioribus apice ternatis quaternatisque, spiculis elongato-lanceolatis compresso-turgidulis, glumis ovatis obtusis dorso striatis, *stigmatibus 2*, nucula obovata compressa marginibus rotundatis, involucro longissimo, *radice repente*. ♃. In paludosis et fossis, (südl. Schweiz, Südtyrol u. d. d. Littorale.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 423. St. h. 52. C. serotinus Rottböll. descr. et ic. 1. p. 31. Picreus Monti Reichenb. fl. exc. p. 72.

7. C.

7. C. GLOMERATUS (L. sp. 68.) *anthela decomposita, spicis densissime conglomeratis globosis ovalibusque* sessilibus pedunculatisque in ramis longioribus apice ternatis, spiculis linearibus acutis compressis, glumis linearibus, stigmatibus 3, nucula oblonga triquetra, involucro longissimo, *radice repente.* ♃. Ad littora maris adriatici, (bei Monfalcone.) Jul. Aug. C. australis Schrad. germ. 1. p. 116. D. fl. 1. p. 424. G.

Cyperus pannonicus per errorem inter plantas germanicas enumeratur, in Austria enim et Moravia non provenit; b. Jacquinus sua specimina ex Hungaria habuit, conf. fl. austr. 5. p. 29., atque Cl. Rohrer. et Meyer. in flora moravica de eo mentionem non faciunt.

2. SCHOENUS (L. gen. n. 65.) Spicula disticha. Glumae 6-9, univalves, 3-6 infimae minores, vacuae. Setae hypogynae 1-5 vel o. — Spiculis obscurius distichis et glumis 2-4 tantum fertilibus habituque toto a Cypero differt; at Sch. mucronatus rectius ad Cyperi genus transfertur. — Schoenus et Streblidia N. ab E. gen. 9. 16. 17.

1. S. MUCRONATUS (L. sp. 63.) culmo tereti nudo, capitulo terminali hemisphaerico, involucro 3-6 phyllo patentissimo, foliis linearibus planis subcanaliculatis. ♃. In littore maris, (bei Aquileja, Sieber!) Jun. Jul. D. fl. 1. 450. St. h. 40. Mariscus mucronatus Presl. Cyp. et Gram. sic. 12., a Marisci genere differt spiculis multifloris, glumis infimis 1-2 maioribus, nec minoribus. G.

2. S. NIGRICANS (L. sp. 64.) culmo tereti nudo, *capitulo spiculis 5-10 composito terminali, involucri foliolo exteriore oblique adscendente*, setis hypogynis subnullis, foliis subulatis culmum dimidium aequantibus. ♃. In pratis turfosis, (stw. im nördl. Deutschland v. Holst. bis Pommern u. Berlin, im mittlern bei Jena, im südl. v. Oestreich durch Baiern, Würtemb., in die Flächen der Schweiz u. von da durch die Rheinfläche bis nach d. Niederl.) Mai. Jun. D. fl. 1. 461. St. h. 40. — Setam hypogynam unicam saepe inveni. — Spiculae atrofuscae.

3. S. FERRUGINEUS (L. sp. 64.) culmo tereti nudo, *capitulo e spiculis 2-3 composito in culmi apice laterali, involucri foliolo exteriore stricte erecto*, setis hypogynis 3-5, foliis subulatis culmo multo brevioribus. ♃. In pratis turfosis, (Schweiz, Oberbaden, Würtemb., Oberschwaben u. Oberbaiern, Mecklenburg, Pommern, Thüringen, in Oestreich an der Ungarischen Grenze.) Mai. Jun. D. fl. 1. 451. St. h. 40. Streblidia ferruginea Link. hort. 1. 276. — Spiculae atrofuscae.

Trib. II. *SCIRPEAE.* Flores hermaphroditi; glumae undique imbricatae.

3. CLADIUM (Patrick. Brown. jam. 114.) Spicula undique imbricata. Glumae univalves subsex, 3 infimae minores, vacuae. Setae hypogynae nullae. Nux cortice crustaceo fragili instructa. Styl. filiformis, secedens. N. ab E. gen. 9. 18.

1. C. Mariscus (Rob. Brown. pr. fl. nov. holl. ed. germ. 1. p. 92.) anthelis decompositis terminali lateralibusque, spiculis capitato-glomeratis, culmo tereti laevi folioso, foliorum marginibus carinaque asperis. ♃. In fossis paludibus et aquis stagnantibus, (Schweiz hin u. wieder, Elsafs bei Strasb., Oberschwaben bei Memmingen, Rheinfläche bei Waghäusel zw. Schwetzingen u. Carlsruh, Flor. von Spa; bei Göttingen, Berlin, in Mecklenb. u. Holst., nirgends gemein.) Jul. Aug. D. fl. 1. 360.

4. RHYNCHÓSPORA (Vahl. en. 2. p. 229.) Spiculae undique imbricatae, pauciflorae. Glumae univalves, 2-3 fertiles, inferiores 3-4 minores, vacuae. Setae hypogynae inclusae. Basis styli persistens, compresso-conica, indurata, cum nuce articulata. N. ab E. gen. 9. 15.

1. R. alba (Vahl. en. 2. 236.) *spiculis* subcorymboso-conglomeratis, *fasciculis involucrum subaequantibus*, setis hypogynis 10 longitudine nucis, radice fibrosa. ♃. In paludosis turfosis et pascuis udis sterilibus. Jul. Aug. D. fl. 1. 448. St. h. 40. Schoenus albus L. sp. 65. Spiculae sub anthesi albae.

2. R. fusca (Roem. et Schult. 2. 88.) *spiculis* capitato-conglomeratis, *fasciculis involucro multoties brevioribus*, setis hypogynis 3 nuce duplo longioribus, radice repente. ♃. In pratis turfosis, (stw. d. d. Geb. seltner als R. alba.) Jun. Jul. D. fl. 1. 449. St. h. 40. Spiculae sub anthesi fuscae.

5. HELEÓCHARIS (Rob. Brown. pr. fl. n. holl. 1. p. 80.) spiculae undique imbricatae. Glumae univalves, inferiores maiores; infimae 1-2 steriles. Setae hypogynae inclusae. Styli basis dilatata cum ovario articulata. Nux basi persistente indurata styli coronata. Eleocharis et Scirpidium N. ab E. gen. 2. 11 et 13.

1. H. palustris (R. Brown. l. c. p. 80. in annot.) *spicula* terminali *solitaria* oblonga, glumis acutiusculis, *infima* breviore *spiculam dimidiam amplexante*, stigmatibus 2, *nuce* obovata *compressa laevi, marginibus rotundato-obtusa*, culmo tereti subcompresso, radice repente. ♃. In paludibus, fossis, ad lacuum ripas, in pratis udis. Jun.-Aug. D. fl. 1. 425. Scirpus palustris L. sp. 70. St. h. 9. — In aqua nascens culmi bi-tripedales fere crassitie pennae anserinae et glumae rufo-fuscae sunt; extra aquam culmi 3-6 pollicares tantum et crassitie pennae columbinae, glumaeque spadiceae, laxius imbricatae, occurrunt; ad posteriorem Scirpus varius Schreb. in Schweigg. et Kört. fl. erlang. p. 11. pertinet.

2. H. uniglumis (Link. jahrb. d. gewk. 1. 3. 77.) spicula terminali solitaria oblonga, glumis acutiusculis, *infima*, breviore subrotunda *spiculam penitus amplexante*, stigmatibus 2, *nuce* obovata *compressa laevi marginibus rotundato-obtusa*, culmo tereti, radice repente. ♃. In paludosis et locis humidis. Jun.-Aug. Scirpus uniglumis D. fl. 1. 426. Reichenb. ic. 2. f. 319. S. tenuis Schreb. in Schweigg. et Kört. fl. erlang. p. 12. S. intermedius Thuill. fl. par. 11., non Poiret.

3. H. MULTICAULIS (Smith. brit. 1. 48. Scirpus multicaulis.) spicula terminali solitaria oblonga, glumis rotundato-obtusis, infima breviore subrotunda spiculam penitus amplexante, stigmatibus 3, *nuce* oblongo-obovata *acute triquetra laevi*, culmo tereti, radice fibrosa. ♃. In locis turfoso-paludosis, (bisher blofs in Westphalen bei Bentheim, Gronau, u. häufiger bei Dinslaken, sodann im Holst.) Jun.-Aug. Engl. bot. t. 1187. Nuces atro-fuscae, quae in antecedentibus brunneae. G.

4. H. OVATA (R. Brown. l. c.) spicula terminali solitaria subrotunda vel lato-ovata, glumis rotundato-obtusis, infima breviore, stigmatibus 2, *nuce* obovata *compressa laevi marginibus acutis*, culmo tereti, radice fibrosa. ⊙. Ad margines aquarum stagnantium et in locis hyeme inundatis. Jun. Jul. Scirpus ovatus D. fl. 1. 428. St. h. 10. S. capitatus Schreb. spic. p. 60. S. compressus Moench. meth. 349. S. multicaulis Gmel. bad. 1. p. 96. S. annuus Thuill. 1. 22. S. turgidus Pers. syn. 1. 66. Eleogenus ovatus N. ab E. in linn. 9. p. 294. — Nuces pallidae, stylopodio compresso triangulari coronatae; in S. capitato americano nuces nigrae et stylopodio depresso medio mucronulato instructae sunt; sed S. ovatus noster in America boreali quoque sponte provenit.

5. H. ACICULARIS (R. Brown. l. c.) spicula terminali solitaria ovata, glumis ovatis obtusis, infima breviore, stigmatibus 3, *nuce* oblonga *subtiliter multicostata*, culmo sulcato-tetragono, radice repente. ⊙. In paludosis et ad marginem aquarum stagnantium. Jun.-Aug. Scirpus acicularis L. sp. 71. D. fl. 1. 428. St. h. 10. Scirpidium aciculare N. ab Esenb. in linn. 9. 293. Limnochloa acicularis Reichenb. fl. exc. p. 78. Annua est, licet radix repens sit. Setae hypogynae nunc adsunt, nunc deficiunt.

6. SCIRPUS (L. gen. n. 67.) Spiculae undique imbricatae, glumae univalves, inferiores maiores; infimae 1-2 steriles. Setae hypogynae subsex vel nullae. Stylus cum ovario non articulatus, basi simplici deciduus. — Scirpus, Malacochaete, Isolepis, Holoschoenus, Dichostylis, Blysmus, Baeothogon et Eleogiton N. ab E. gen. 2. n. 3, 4, 5, 6, 7, 9, 12, 14.

Sect. I. Spicula terminalis solitaria in culmo ramisve culmi, sed rami non in anthelam congesti sunt.

1. S. CAESPITOSUS (L. sp. 71.) culmo tereti basi vaginato, *vagina suprema in folium breve terminata*, spicula terminali solitaria ovata, glumis obtusis, *infima* maiore spiculam subaequante eamque amplectente mucronata, *mucrone crassiusculo subfoliaceo*, stigmatibus 3, nuce trigona laevi. ♃. In turfosis subalpinis et alpinis, inque planitiebus alpes comitantibus atque in ericetis turfosis G. septentrion., (Schweiz u. d. d. g. A. K., Schwarzwald, Odenwald; auf allen Torfgründen v. Bodensee durch Oberbaiern bis Salzb., Böhmerwald, Sudeten, Sachsen u. Thüringen sparsam; häufiger v. d. Niederlanden durch Westph. u. bis Preussen.) Mai. Jun. D. fl. 1. 429. St. h. 10. Limnochloa caespitosa Reichenb. fl. exc. 79.

2. S. PAUCIFLORUS (Lightfoot. fl. scot. p. 1078.) caule tereti, basi vaginato, *vaginis aphyllis*, spicula terminali solitaria ovata, *glumis* obtusis, *muticis* infima maiore spiculam amplectente, nervo ante apicem evanescente, stigmatibus 3, nuce trigona laevi. ♃. In locis turfosis, pascuis udis, ad ripas. Jun. Jul. D. fl. 1. 430. St. h. 10. — S. Baeothryon Ehrh. phyt. 31. Linn. fil. suppl. 103. S. Halleri Vill. delph. 2. 188. S. cespitosus Poll. pal. 1. p. 39. Limnochloa Baeothryon Reichenb. fl. exc. 78. — S. campestris Roth. cat. bot. 1. 5. specimina minora comprehendit.

3. S. PARVULUS (Roem. et Sch. 1. 124. 1817.) caule tereti intus transverse septato, *vaginis foliisque nullis*, *spicula* terminali *solitaria* ovato-oblonga, *glumis* obtusis *muticis*, stigmatibus 3, nuce trigona laevi. ⊙. In humidis, (bisher blofs am westlichen Ufer des Kölmer-Sees im Mansfeldischen, u. auf d. Elbinseln bei Voitze im Lauenburgischen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 431. S. nanus Spr. pug. 1. 4., non Poir. S. humilis Wallr. sched. p. 27. (1822.) Limnochloa parvula Reichenb. fl. exc. p. 78. Radix stolonibus capillaribus repens. Setae 6, nuce longiores. G.

4. S. FLUITANS (L. sp. 71.) caule prostrato vel fluitante ramoso folioso basi radicante, *spiculis in pedunculorum axillarium apice solitariis*, stigmatibus 2, nuce compressa margine acuto. ♃. In paludibus et aquis stagnantibus, (von den Niederlanden durch Westph., Oldenb., Holst. bis Mecklenb.) Jul.-Sept. D. fl. 1. 432. Fl. d. t. 1082. S. stolonifer Roth. in Ust. n. ann. 4. 36. Dichostylis fluitans Reichenb. fl. exc. p. 75. Isolepis fluitans Brown. prodr. 221. Eleogiton fluitans Link. en. h. ber. 1. 284. G.

Sect. II. Anthela spurie lateralis, dum involucri folium maius erigitur et culmi continuationem refert. Spiculae 2, plures in fasciculum solitarium aggregatae; vel plurimae in ramis paniculae solitariae, vel in apice ramorum fasciculato-aggregatae. Folia involucri et, si adsunt, culmi semiteretia vel triquetro-canaliculata.

* Glumae apice integrae, mucronatae.

5. S. SETACEUS (L. sp. 72.) *culmo tereti, spiculis solitariis geminis ternisve* spurie lateralibus, involucri folio culmo multoties breviore erecto denique subreflexo, glumis obtusis mucronatis, stigmatibus 3, *nuce* compressa *longitudinaliter costato*, setis o. ⊙. (sec. Whlnbg. ♃.) In locis humidis, ad ripas. Jul. Aug. D. fl. 1. 440. St. h. 10. Isolepis setacea R. Br. prd. fl. n. holl. 1. 78., variat radice longe repente. — Simillimus Scirpus Savii Sebast. et Maur. fl. rom. prod. p. 22., S. filiformis Sav. fl. pis. 1. 46., S. leptaleus Koch. in syll. s. reg. b. ratisb. 1. p. 8., in Littorali austriaco quaerendus, differt: involucro spicula plerumque non longiori et nuculis laevibus, sub lente subtilissime punctulatis.

6. S. SUPINUS (L. sp. 73.) *culmo tereti, spiculis in fasciculum aggregatis sessilibus* spurie lateralibus, involucri folio erecto culmum subaequante, glumis obtusis mucronulatis, stigmatibus 3, *nuce* trigona *transverse rugosa*, setis o. ⊙. In locis udis ad ripas, (selten u. zerstreut: auf der Rheinfläche bei Dachsland im Badischen; bei Mannheim; in Unteröstreich; zw. Aschersleben u. Magdeburg; bei Berlin; in der Schweiz am Genfersee.) Jul. Aug. D.

fl. 1. 439. Schrad. germ. 1. t. 1. Isolepis supina R. Br. pr. fl. n. holl. p. 77. Setam unam alteramve minutam saepe vidi.

7. S. MUCRONATUS (L. sp. 73.) *culmo triquetro*, spiculis in fasciculum aggregatis sessilibus spurie lateralibus, involucri folio maiore erecto denique horizontaliter refracto, glumis obtusis mucronatis, stigmatibus 3, *nuce* trigona *transverse rugosa*, setis hypogynis retrorsum aculeolatis. ♃. In aquis stagnantibus, (Littorale, Krain u. Kärnthen; im Würtemberg. bei Canstadt nur an einer Stelle; im Badischen auf einer nassen Wiese bei Baden; am Cosbacher Weiher bei Erlangen; Schweiz am Bodensee, im C. Wallis u. Tessin.) Jul. Aug. D. fl. 1. 436. St. h. 36. S. glomeratus Scop. carn. 1. p. 47. Host. a. fl. 1. 59.

** Glumae apice cum mucrone emarginatae.

8. S. LACUSTRIS (L. sp. 72.) *culmo tereti, anthela composita* spurie laterali, involucri folio maiori erecto, spiculis fasciculato-aggregatis, fasciculis pedunculatis sessilibusque, *glumis laevibus* fimbriatis cum mucrone emarginatis, stigmatibus 3, nuce trigona laevi, setis hypogynis retrorsum aculeolatis. ♃. In aquis stagnantibus et lente fluentibus. Jun. Jul. D. fl. 1. 433. St. h. 36. Antherarum apiculus breviter barbulatus. Variat culmo glauco. — Varietas β. minor bodamica, culmo subtrigono, Gaud. fl. helv. 1. 113., mihi ignota, sec. Cl. Custor. a S. trigono Roth. (S. Duvalii) non differt, nisi stigmate plerumque tripartito et rarius bipartito.

9. S. TABERNAEMONTANI (Gmel. bad. 1. p. 101. 1806.) *culmo tereti, anthela composita* spurie laterali, involucri folio maiore erecto, spiculis fasciculato-aggregatis, fasciculis pedunculatis sessilibusque, *glumis punctato-scabris* fimbriatis cum mucrone emarginatis, stigmatibus 2, nuce subtrigono-convexa laevi, setis hypogynis retrorsum aculeatis. ♃. In iisdem cum antecedente locis. Jun. Jul. D. fl. 1. 434. Tabernaem. kräuterterb. p. 366., Juncus n. 5. sylvaticus ob culmos in icone teretes omnino ad hanc, in planitie Rheni vulgatissimam, plantam nec ad S. triquetrum pertinet, ut Cl. Nolt. contendit. S. glaucus Engl. bot. t. 2321. Nux minor, quam in S. lacustri, angulo dorsali obtusissimo. Var. culmo laetius virente, Custor. ap. Gaud. helv. 6. 339. Antherae non semper plane imberbes. Tota fortasse species nil est nisi varietas S. lacustris.

10. S. TRIGONUS (Roth. neu. beitr. 1. p. 90. 1802.) *culmo infernae tereti medio trigono, angulis obtusis, faciebus 2 convexiusculis, tertia plana, anthela composita* spurie laterali, involucri folio maiori erecto, spiculis fasciculato-aggregatis, fasciculis pedunculatis sessilibusque, *glumis laevibus* fimbriatis cum mucrone emarginatis, stigmatibus 2, nuce laevi dorso convexa, setis hypogynis retrorsum aculeolatis. ♃. Ad littora lacuum fluviorumque, (in Holst. an d. Elbe u. Eider, bei Regensb., aber in neuerer Zeit nicht wieder aufgefunden; in d. Schweiz am Bodensee; am Rheine im Oberbad.) Jun. Jul. S. Duvalii Hopp. ap. St. h. 36. D. fl. 1. 435. S. trigonus Nolt. nov. 1. p. 9. S. carinatus Smith. engl. bot. 28. t. 2983. Heleogiton trigonum Reichenb. fl. exc. 77. Diff. a S. lacustri culmo humiliore, obtuse trigono, hinc plano, antheris apice

imberbibus, stigmatibus 2 et nuce minori dorso convexa; a S. Tabernaemontani culmi forma et glumis ferrugineis, nec fusco purpureis, laevibus, nec punctato scabris; cum reliquis confundi nequit. Speciem, mihi haud satis cognitam, nunquam vivam observare potui.

11. S. LITTORALIS (Schrader. germ. t. 5. f. 7.) *culmo triquetro*, anthela composita spurie laterali, involucri folio maiori erecto, *spiculis solitariis* pedunculatis sessilibusque, glumis margine integerrimis subdenticulatis apice cum mucrone emarginatis, stigmatibus 2, nuce laevi dorso convexa, *setis hypogynis penicillato-plumosis*, *pilis erectis* articulatis. ♃. Ad aquas stagnantes in littore maris adriatici, (bei Duino u. Monfalcone.) D. fl. 1. 436. S. mucronatus Scop. carn. 1. p. 45. Malacochaete littoralis N. ab E. in linn. 9. 292. G.

12. S. TRIQUETER (L. mant. 105.) *culmo triquetro*, anthela composita spurie laterali, involucri folio maiore erecto, spiculis ovatis *fasciculato-aggregatis*, *fasciculis pedunculatis sessilibusque*, glumis margine fimbriatis cum mucrone emarginatis, lobulis obtusis, stigmatibus 2, *nuce laevi* dorso convexa, setis hypogynis retrorsum aculeolatis. ♃. Ad ripas inque fossis et aquis stagnantibus, (stw. in d. Schweiz, v. da am Rheine bis nach Westph.; in d. Gebiete d. Donau v. Unterbaiern bis Oestreich; an der Elbe u. Eider in Holst.) Jul. Aug. D. fl. 1. 436. St. h. 36. Scirp. mucronatus Pollich. palat. 1. 44. Host. gr. 3. t. 66. Heleogiton triquetrum Reichenb. fl. exc. 77. — Var.:

β. glumis purpureo-fuscis punctato-scabris: S. Hoppii Weih. bot. ztg. 10. 1. 118.

γ. *pallidus*, glumis albido-virentibus, nervo viridi, punctulis oblongis: S. Lejeunii Weih. ibid. p. 116.

13. S. PUNGENS (Vahl. en. 2. 255.) *culmo triquetro*, anthela conglomerata spurie laterali, involucri folio maiori erecto, *spiculis omnibus sessilibus* ovato-oblongis, glumis margine fimbriatis cum mucrone emarginatis, lobulis acutis, stigmatibus 2, nuce *laevi* dorso convexa, setis hypogynis nuce duplo triplove brevioribus. ♃. Ad ripas, (an d. Leesum bei Vegesak u. am Ausflusse der Weser, an d. Elbe im Holst.; Schweiz sehr selten.) Jul. Aug. Scirp. Rothii Hopp. in St. h. 36. D. fl. 1. 437. S. triqueter Roth. n. beitr. 1. 91. S. triqueter β. Smith. engl. fl. 1. 60. S. tenuifolius DC. fl. fr. 5. p. 300. — Culmus multo tenuior, quam S. triquetri, vaginae culmi foliis longis terminatae, antherarum apiculus subulatus denticulato-ciliatus, qui in S. triquetro brevis et imberbis. Est sec. Nolt. S. pungens Vahl. fide herbarii eius.

Sect. III. Anthela spurie lateralis, e capitulis globosis densissime compactis composita. Holoschoenus Link.

14. S. HOLOSCHOENUS (L. sp. 72.) culmo tereti, anthela spurie laterali, involucri folio maiore erecto elongato, *capitulis densissime compactis globosis* sessilibus pedunculatisque, pedunculis simplicibus vel compositis, glumis truncatis mucronatis, stigmatibus 3, nuce glabra, setis o, foliis semiteretibus canaliculatis. ♃. In humidis ad ripas, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Littorale, im Flufs-

gebiete der Elbe in Böhmen u. bei Barby, der Oder in Schlesien u. bei Frankf.) Jul. Aug. D. fl. 1. 441. Isolepis Holoschoenus R. et S. syst. veg. 2. 115. Variat:

α. *vulgaris*, culmo elatiore, 2-3 pedali, anthela composita: S. Holoschoenus L. l. c. Sturm. h. 36. Holoschoenus vulgaris Link. h. reg. ber. 1. 203. H. Linnaei Reichenb. fl. exc. p. 76.

β. *australis*, culmo humiliore, tenuiore, capitulis minutis, pisum subaequantibus, uno solitario sessili paucisque pedunculatis: S. australis L. syst. veg. p. 85. S. romanus β. L. sp. 72. Holoschoenus exserens et H. filiformis Reichenb. fl. exc. 1. 76.

γ. *romanus*, culmo humiliore, capitulo maiore, magnitudine avellanae, solitario, vel uno duobusve pedicellatis minoribus fulto: S. romanus L. sp. 72. St. h. 36. Holoschoenus australis Reichenb. fl. exc. p. 76. Cl. Link. et Bertolon., post reiteratas observationes, in loco natali institutas, omnes has formas nunc in unam speciem coniungunt.

Sect. IV. Anthela terminalis composita. Folia culmi et involucri graminea.

15. S. MARITIMUS (L. sp. 74.) culmo triquetro folioso, anthela composita, spiculis fasciculatis pedunculatis sessilibusque, *involucro planifolio*, *glumis* apice mucronatis *bifidisque*, *lacinulis acutis* denticulatis, stigmatibus 3, setis hypogynis retrorsum hispidis. ♃. Ad littora maris, ad ripas et fossas. Jul. Aug. D. fl. 1. 443. St. h. 13. var. α. spiculis pedunculatis sessilibusque, et

β. spiculis omnibus sessilibus glomeratis: Scirpus compactus Krock. siles. t. 15. S. tuberosus Desf. atl. 1. p. 50. (radix adulta in omni specie semper tuberoso-nodosa.) Bertolonius, in fl. ital. 1. p. 299., habet varietatem spiculis cylindricis unciam longis, Scheuchz. agr. t. 9. f. 7. 8., a me nondum visam, ad quam S. macrostachyn Willd. en. 1. p. 78. refert.

16. S. SYLVATICUS (L. sp. 75.) culmo triquetro folioso, *anthela corymbosa supradecomposita*, *spiculis fasciculatis*, fasciculis pedicellatis sessilibusque, *involucro planifolio*, glumis obtusis mucronulatis, stigmatibus 3, setis hypogynis rectis retrorsum hispidis. ♃. In pratis humidis praecipue sylvaticis, ad ripas, fossas. Jun. Jul. D. fl. 1. 444. St. h. 36.

17. S. RADICANS (Schkuhr. in Ust. ann. 4. 48.) culmo triquetro folioso, *anthela corymbosa supradecomposita*, *spiculis omnibus pedicellatis*, *involucro planifolio*, glumis obtusis muticis, stigmatibus 3, setis hypogynis contortis laevibus. ♃. In pratis et arenosis humidis, (von Westph. an durch Holst., Pomm. u. Preussen bis Königsberg, sodann durch Schles., Sachs. u. Böhm. bis Oestr.; auf einer Stelle bei Zweibrücken in d. Rheinpfalz.) Jul. Aug. D. fl. 1. 445. Sturm. h. 36. — Culmi semper plures ex uno puncto, quorum steriles post anthesin elongati 2-3 pedales et longiores fiunt atque arcuato-deflexi radicant; spiculae longiores et acutiores, quam in S. sylvatico. G.

18. S. MICHELIANUS (L. sp. 76.) culmo triquetro folioso, *capitulo terminali subrotundo lobato*, *involucro planifolio*, glumis

lanceolatis in mucronem patulum attenuatis, stigmatibus 2, setis hypogynis nullis. ⊙. In locis humidis et ad fluviorum ripas, (im Littorale; in Mähren; in Schles. nur einmal am Ufer der Lohe bei Masselwitz, W. et Gr.; an d. Elbe bei Wittenberg, Schk.) Jul. Aug. D. fl. 1. 446. Host. gram. 3. t. 69 Isolepis Micheliana R. et S. syst. 2. 114. Dichostylis Micheliana N. ab E. in linn. 9. 289. G.

Sect. V. Spiculae in spicam terminalem dispositae, distichae, approximatae, solitariae. Blysmus Panz.

19. S. COMPRESSUS (Pers. syn. 1. 66.) culmo obsolete trigono, *spica disticha*, spiculis 6-8 floris, foliis subtus carinatis, *setis retrorsum aculeatis*. ♃. In pratis et pascuis humidis. Jul. Aug. D. fl. 1. 446. S. Caricis Retz. prodr. 16. S. caricinus Schrad. 1. 132. Schoenus compressus L. sp. 65. Leers. herb. t. 1. f. 1. Carex uliginosa L. sp. 1381. Blysmus compressus Panz. in Link. hort. 1. 278.

20. S. RUFUS (Schrad. 1. p. 133. t. 1. f. 3.) culmo tereti, *spica disticha*, spiculis 2-5 floris, foliis ecarinatis, *setis erecto-puberulis vel o.* ♃. Ad littora maris et in pratis subsalsis, (in Holst. sowohl am Deutschen als Baltischen Meere nicht selten; Mecklenburg; auf salzhaltigen Wiesen bei Selbelang in der Gegend von Berlin; am Kölmersee bei Halle.) Jun. Jul. D. fl. 1. 447. Schoenus rufus Huds. fl. angl. p. 15. Scirpus bifolius Wallr. sched. p. 27. Blysmus rufus Link. hort. 1. 278. G.

7. FIMBRISTYLIS (Vahl. en. 2. p. 285.) Spiculae undique imbricatae. Glumae univalves: inferiores maiores; infimae 1-2 steriles. Setae hypogynae subsex, vel o. Stylus compressus, sub basi paulum dilatata cum ovario articulatus, superne ciliatus. — A Scirpo differt stylo compresso, ciliato, cum ovario articulato. — N. ab E. gen. 2. 8.

1. F. DICHÓTOMA (Vahl. en. 2. p. 287.) culmo subtrigono folioso, foliis planis culmum subaequantibus, *umbella e spiculis numerosis composita*, spiculis ovato-oblongis pedunculatis solitariis, centralibus sessilibus, glumis mucronatis, stigmatibus 2, nuce longitudinaliter costata sulcis transverse rugulosis. ⊙. In locis udis, (südl. Tyrol u. wohl auch im C. Tessin.) Jun.-Aug. Scirpus dichotomus L. sp. 74. Rottb. gram. t. 13. f. 1. S. bisumbellatus Forsk. fl. aegypt. 1. p. 15. S. annuus Host. gr. austr. 3. t. 63.

2. F. ANNUA (Roem. et Schult. 2. 95.) culmo subtrigono folioso, foliis planis culmo brevioribus, *umbella subsimplici*, *spiculis subquinque* ovatis, centrali sessili, glumis mucronatis, stigmatibus 2, nuce longitudinaliter costata sulcis transverse rugulosis. ⊙. In humidis, (südl. Tyrol, südl. Schwz.) Jul.-Aug. Scirpus annuus All. ped. 2. p. 277. t. 88. f. 5. D. fl. 1. 442.

8. ERIÓPHORUM (L. gen. n. 68.) Spiculae undique imbricatae. Glumae univalves persistentes. Setae hypogynae glumis denique multo longiores, nucem lana longissima involventes. N. ab E. gen. 2. 10.

Sect. I. TRICHOPHORUM Pers. Setae hypogynae 4-6, anthesi peracta in lanam crispulo-flexuosam elongatae.

1. E. ALPINUM (L. sp. 77.) *culmo* triquetro *scabro, spicula solitaria* oblonga. ♃. In locis turfosis alpium et reg. subalpinarum sicut planitierum, tam his conterminarum, quam Germ. maxime septentrionalis, (d. d. g. A. K.; auf Niederungen von Oberschwaben u. Oberbayern; auf d. Böhmerwald, d. Sudeten u. stw. auf d. Flächen von Hanover bis Pomm.) Apr. Mai. D. fl. 1. 452. St. h. 10. — Florescentiae tempore Scirpo caespitoso valde simile, a quo statim culmo triquetro scabro dignoscitur.

Sect. II. ERIOPHORUM Pers. Setae hypogynae numerosae, anthesi peracta in lanam rectam elongatae.

* Spicula solitaria.

2. E. VAGINATUM (L. sp. 76.) *culmo glabro* superne trigono, *foliis margine scabris, spicula solitaria* oblongo-ovata, radice fibrosa. ♃. In paludibus turfosis planitierum et montium; in regionem inferiorem alpium adscendens. Apr. Mai. D. fl. 1. 453. St. h. 10. E. cespitosum Host. gr. 1. t. 39. in caespitibus magnis et densis crescit.

3. E. SCHEUCHZERI (Hopp. taschenb. 1800. p. 104.) *culmo* tereti *glabro, foliis glabris, spicula solitaria* subglobosa, radice stolonifera. ♃. In turfosis alpium editiorum, (in d. Schweiz u. v. da d. d. g. A. K. d. hohen Alpen.) Jun. Jul. D. fl. 1. 454. St. h. 10. E. capitatum Host. gr. t. 38. (1801.) Culmi ex uno puncto perpauci, molles.

** Speculae plures.

4. E. LATIFOLIUM (Hopp. taschenb. 1800.) culmo subtrigono, *foliis planis* apice triquetris, spiculis plurimis, *pedunculis scabris.* ♃. In pratis humidis planitierum et montium humiliorum. Apr. Mai. D. fl. 1. 454. St. h. 10. E. pubescens Smith. engl. fl. 1. 68., excl. syn. Poit. et Turp. E. polystachyum β. L. suec. p. 17. Vaill. par. t. 16. f. 2.

5. E. ANGUSTIFOLIUM (Roth. tent. 1. 24.) culmo teretiusculo, foliis canaliculatis apice triquetris, spiculis pluribus, *pedunculis laevibus.* ♃. In paludibus et pratis turfosis, in subalpina adscendens. Apr. Mai. D. fl. 1. 455. St. h. 10. E. polystachyum α. L. fl. suec. p. 17. Variat:

α. *congestum;* folia ad 2 lineas lata, spicae breviter pedunculatae vel subsessiles: E. Vaillantii Poit. et Turp. fl. par. t. 52. sec. synonymon Vaill. t. 16. f. 1., quod absque dubio ad nostram varietatem α. pertinet; iconem citatam fl. paris. conferre nequeo. E. angustifolium L. Vaillantii Gaud. helv. 1. 131. Haec forma ubique abit in sequentem, quae vix ut varietas seiungenda est.

β. *laxum;* omnia ut in var. antecedente, sed spiculae pro parte pedunculis, spiculam aequantibus, insident.

γ. *elatius;* culmus altior, folia ad 3 lineas lata: E. angustifolium β. longifolium Hopp. decas. gram. 1. n. 9. H. l. videtur E. polystachyum Smith. engl. flor. 1. 67., cum E. latifolio Hopp. et Schrad. confusum.

β. minus; dodrantale, folia caulina fere ad apicem triquetrum reducta basi tantum limbo brevi canaliculato. Folia cito marcescunt, quia apex in omnibus varietatibus cito marcescit: E. angustifolium γ. alpinum Gaud. l. c. Non solum in alpibus, sed etiam in paludibus sylvaticis frigidis planitierum haec varietas occurrit. H. l. videtur: E. angustifolium Smith. engl. fl. 1. 69.

6. E. GRACILE (Koch. ap Roth. catalect. 2. p. 259.) culmo obsolete trigono, *foliis triquetris*, spiculis pluribus, *pedunculis tomentoso-scabris.* ♃. In paludibus spongiosis turfosis. Mai. Jun. praecedentibus serius. D. fl. 1. 457. E. triquetrum Hopp. taschenb. 1800. St. h. 10. E. polystrachyum γ. L. fl. suec. p. 17. sec. Wahlenb.

Trib. III. *CARICEAE.* Flores diclini.

9. ELÝNA (Schrader. flor. germ. 1. p. 155.) Spiculae biflorae, bractea fultae atque tectae. Gluma univalvis, valvulae margines basi connati. Setae hypogynae o. Flos spicularum inferior femineus. Ovarium stylo 1, stigmatibus 3. Nux trigona, basi persistente styli breviter mucronata. Flos superior masculus, breviter pedicellatus. Stam. 3. — N. ab E. gen. 2. 19.

1. E. SPICATA (Schrader. l. c.) ♃. In summis alpibus, (Schwz, Tyrol, Kärnthen, Salzb., Steyerm.) Jun. Jul. D. fl. 1. 457. St. h. 26. Carex myosuroides Vill. delph. 2. p. 149. t. 6. C. Bellardi All. ped. 2. p. 264. t. 92. f. 2. C. Dufourii Lapeyr. abr. suppl. 140. Kobresia scirpina Willd. sp. 4. p. 205.

10. KOBRÉSIA (Willd. sp. 4. p. 205.) Spiculae uniflorae vel uniflorae cum rudimento secundi floris pedicellati; infimae in spica primaria quandoque biflorae, flore inferiore femineo, superiore masculo. Spiculae fem. Gluma univalvis, bractea (squama) tecta, ovario 1, stylo 1, stigmatibus 3. Pedicellus ad basin ovarii, (rudimentum secundi floris,) nodulum glumaceum, vel glumam cassam, vel rarius, (in basi spicae primariae,) genitalibus masculis instructam gerens, et spiculam androgynam constituens. Spiculae masc. ex gluma univalvi, genitalia mascula includente, (ut in floribus masculis Caricum,) compositae. Gluma o. Stam. 3; pedicello brevi insidentia. N. ab E. gen. 2. 20.

1. K. CARICINA (Willd. sp. 4. 206.) ♃. In summis alpibus ad moles glaciales, (in d. Schweiz am Gletscher der Aar u. d. Rhone, auf d. Alpen v. Tyrol u. Kärnthen.) Aug. Gaud. helv. 1. p. 138. Elyna caricina D. fl. 1. p. 158. Schoenus monoicus Engl. bot. v. 20. t. 1410. — Carex hybrida Schk. plane aliam plantam refert.

11. CAREX (L. gen. n. 1046.) Flores unisexuales. Spiculae 2-multiflorae. Gluma univalvis. Fem. Ovar. 1, involucro proprio lagenaeformi inclusum. Styl. 1. Stigmata 2 vel 3. Fructus utriculum spurium, ex involucro persistente et aucto formatum, nucem includentem, exhibet. — Involucrum proprium respondet bracteae interiori ramulorum plantarum Cyperacearum, sicut gluma univalvis

spicarum Caricum bracteae exteriori affinis est. Carex et Vignea N. ab E. gen. 21. 22.

Sect. I. Psyllophorae Lois. fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 282. Spicula solitaria in apice culmi. Arista ad fructus basin nulla*).

a. Stigmata 2; spiculae dioicae.

1. C. dioica (L. sp. 1379.) *spicula terminali solitaria dioica*, stigmatibus binis, fructibus erectiusculis ovatis multinerviis superne margine scabris, *foliis culmisque glabris*, radice stolonifera. ♃. In pratis spongiosis paludosis frigidis planitierum; in reg. subalpinas adscendens, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. St. h. 69. C. Linnaeana Host. gram. t. 77.

2. C. Davalliana (Smith. brit. 3. 964.) *spicula terminali solitaria dioica*, fructibus recurvato-patentibus oblongo-lanceolatis subtiliter multinerviis superne margine scabriusculis, *foliis margine culmisque scabris*, radice fibrosa. ♃. In pratis turfosis, sphagno repletis. April. Mai. St. h. 50. C. dioica Host. gram. t. 41. Variat raro spica inferne mascula, superne feminea et quidem in radice masculae plantae.

b. Stigmata 2; spiculae androgynae.

3. C. pulicaris (L. sp. 1380.) *spicula terminali solitaria androgyna superne mascula*, stigmatibus 2, *fructibus remotis oblongis utrinque attenuatis* enerviis reflexis, *glumis deciduis*, foliis setaceis. ♃. In pratis pascuisque udis, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 53. C. psyllophora L. suppl. 413.

4. C. capitata (L. sp. 1379.) *spicula terminali* solitaria androgyna *superne mascula* subrotundo-ovata, stigmatibus 2, *fructibus* dense confertis ovatis acuminatis *plano-compressis* laevissimis enerviis dorso convexiusculis *gluma* persistente *longioribus*. ♃. In pratis vilioribus paludosis spongiosis planitierum et alpium, (Oberbayern am Wurmsee, im Deininger Moos b. München; Oberschwaben bei Grönebach u. Nesselwang; Tyrol auf d. Seiseralpe.) Mai. St. h. 50.

c. Stigmata 3.

5. C. rupestris (Allion. ped. 2. p. 264. t. 93. f. 2.) *spicula terminali* solitaria lineari androgyna *superne mascula*, stigmatibus 3, *fructibus obovatis* brevissime rostratis compresso-triquetris, *gluma* persistente *brevioribus imbricatis*, foliis linearibus planis. ♃. In alpibus altissimis ad rupes herbidas, (a. d. A. v. Wallis, a. dem Schlehern bei Botzen in Südtyrol; a. d. rothen Berge im Gesenke in Schles.) Jul. Aug. St. h. 61. Fructus, ustilagine corruptus, depictus est. C. petraea Schk. t. kkk. f. 139. et C. rupestris t. nnnn. f. 200., copia iconis Allionii. Spicula fusca.

---

*) Figura spicularum in toto genere e fructiferis descripta est.

6. C. PAUCIFLORA (Lightf. flor. scot. 2. p. 543. t. 6. f. 2.) *spicula terminali solitaria androgyna subquadriflora*, flore masculo terminali subsolitario, stigmatibus 3, fructibus lanceolato-subulatis teretibus reflexis, squamis femineis caducis. ♃. In pratis turfosis spongiosis planitierum, montium alpiumque, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. St. h. 61. C. patula Huds. angl. 402. C. leucoglochin L. suppl. 402. Spicula pallida.

Sect. II. ORTHOCERATES. Spicula terminalis, solitaria. Arista ad nucis basin anteriorem filiformi-subulata, e ramulo abortivo orta.

7. C. MICROGLOCHIN (Wahlenberg. act. holm. 1803. p. 140.) *spicula terminali solitaria androgyna subduodecimflora*, floribus masculis subsenis terminalibus, stigmatibus tribus, *fructibus* lanceolato-subulatis compresso-teretibus reflexis, *arista basilari recta utriculum superante.* ♃. In paludibus spongiosis, (auf d. Walliser A.; bei Aufkirchen gegen d. Staarenberger See in Oberbaiern, auf d. Deininger Moos bei München.) Mai., in Alpibus Jul. Aug. St. h. 61. Spicula dilute fusca.

Sect. III. CYPEROIDEAE. Spiculae in capitulum subrotundum lobatumve, basi involucro 2-3 phyllo elongato cinctum, conglobatae. Plantae Cyperum referentes.

a. Stigmata 2. Spiculae basi masculae.

8. C. CYPEROIDES (L. syst. veget. 703.) spiculis androgynis inferne masculis, *in capitulum globosum involucro subtriphyllo elongato cinctum* conglobatis, stigmatibus 2, fructibus lanceolatis longissime rostratis bicuspidatis, radice fibrosa. ♃. Ad margines lacuum et paludum, (Oestr., Böhm., Mähr., Sachs., Franken, Baden.) Aug. Sept. St. h. 55. C. bohemica Schreb. gram. 2. t. 28. Schelhammeria capitata Moench. suppl. 119. Capitulum viride.

b. Stigmata 3. Spiculae apice masculae.

9. C. BALDENSIS (L. sp. 1380.) *spiculis* androgynis superne masculis plerumque 3 *aggregatis in capitulum lobatum basi involucro diphyllo horizontaliter patente cinctum*, stigm. 3, fructibus cylindrico-oblongis obtusis brevissime rostratis. ♃. In montosis Tyrolis australis „nec unice in Baldo" Sieber. Mai. St. h. 47. Capitulum album.

Sect. IV. VIGNEAE. Spiculae androgyaae in spicam continuam vel interruptam dispositae, bractea fultae, quarum infima saepe in folium florale abit, quod, rarius tamen, etiam in sequentibus fit. Spicae in nonnullis speciebus paniculatae. — Vigneae genus, species dissimiles complectens, e solo stigmatum numero, natura non consentiente, constructum, haud admisi, nomen autem sectioni naturalissimae servavi. Quis est, qui Phyteumata et Polygona, stigmatibus duobus tribusve instructa, in plura genera divellat.

a. Stigmata 3. Spiculae superne masculae.

10. C. GYNOMANE (Bertolon. rar. ital. pl. decas. 2. 1806.) *spiculis* androgynis *2 superne masculis remotis laxifloris*, inferiore breviter pedunculata bractea foliacea spicam superante fulta, *stigmatibus 3*, fructibus ellipticis rostratis binerviis, rostro apice membranaceo integro. ♃. In montosis et ad vias, (Istrien u. auf d.

Inseln.) April. Mai. C. Linkii Schk. t. bbb. f. 118. 1808. St. h. 61. C. tuberosa Degl. in Lois. fl. gall. ed. 1. v. 2. p. 629. C. distachya Desf. fl. atl. 2. p. 336., secundum Lois. fl. gall. ed. 2. v. 2. p. 284., sed diagnosis Fontanesii non quadrat. Spiculae pallidae.

11. C. CURVULA (Allion. ped. 2. p. 294. t. 92. f 3.) *spiculis* androgynis superne masculis adpressis in *capitulum oblongum densissime aggregatis*, *stigmatibus 3*, fructibus oblongis triquetris in rostrum apice membraneum bilobum sub apice margine scabrum attenuatis, radice fibrosa dense caespitosa. ♃. In locis herbidis alpium, (Schweiz u. durch Tyrol, Salzb., Kärnthen nach Steyerm.) Jul. Aug. St. h. 47., fructus, ustilagine corruptus, depictus est.

b. Stigmata 2; *spiculae superne masculae.*

* Radix repens.

12. C. INCURVA (Lightfoot. flor. scot. 544. t. 24. f. 1.) spiculis androgynis superne masculis in capitulum subrotundo-ovatum aggregatis, stigmatibus 2, *fructibus inflatis* gibbo-convexis acuminato-rostratis, *rostro laevi apice oblique truncato*, *culmo laevi* incurvo *folia aequante*, radice longe repente. ♃. In solo micaceo alpium graniticarum altissimarum, (a. d. höchsten A. d. Schweiz u. auf d. Schlehern im Südtyrol.) St. h. 47. C. juncifolia All. ped. 2. p. 264. t. 92. f. 4. Gaud. helv. 6. p. 39.

13. C. FOETIDA (Allion. fl. ped. 2. p. 265.) spiculis androgynis superne masculis in capitulum subrotundo-ovatum aggregatis, stigmatibus 2, fructibus ovatis obsolete nervosis in *rostrum oblique truncatum integrum* acuminatis, *culmo a basi angulis scabro*, radice repente. ♃. In locis graminosis humidis summarum alpium, (Schweiz nicht sehr selten, in D. nur am Salendferner im südl. Tyrol.) Jul. Aug. St. h. 47.

14. C. CHORDORRHIZA (Ehrhart. in Linn. suppl. 414.) spiculis androgynis superne masculis in capitulum ovatum aggregatis, stigmatibus 2, fructibus ovatis nervoso-striatis in *rostrum margine laeve apice scariosum breviter bilobum acuminatis*, *culmo laevi* basi ramoso *foliis multo longiore*, radice elongato-repente. ♃. In paludibus profundis aquosis, (im nördl. D. von Ostfriesland durch Holst., Lüneb. bis Ostpreussen, im Deininger Moos in Oberbaiern, bei Memmingen in Oberschwaben, bei Kaiserslautern in d. Rheinpfalz; in d. Schweiz im C. Waadt u. Zürch.) Mai. Jun. St. h. 55. C. funiformis Clairv. man. 287.

15. C. STENOPHYLLA (Wahlenb. act. holm. 1803. p. 142.) spiculis androgynis superne masculis in capitulum ovatum oblongumve aggregatis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis dorso convexis *9-11 nerviis* in rostrum breviter bidentatum margine serrulato-scabrum acuminatis, *glumis acutis nervo in apice evanescente*, culmo glabro apice scabriusculo, radice repente. ♃. In collibus herbidis, pratis, (Holst., nach Nolte; bei Prag in Böhm., Gödinger Wald in Mähr., häufiger in Unteröstreich.) April. St. h. 47. C. juncifolia Host. syn. p. 504., Schk. caric. p. 26. t. G. f. 32., non Allion. C. glomerata Host. gram. t. 44. G.

16. C. SCHOENOIDES (Host. gram. 1. t. 45.) spica composita brevi, spiculis oblongis confertis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus orbiculato-ovatis* dorso convexis *obsolete nervosis antice* planis *enerviis* rostro bidentato multo longioribus, *glumis fructum aequantibus nervo excurrente mucronatis*, culmo apice scabriusculo, *radice repente.* ♃. In collibus herbidis, (Unteröstr.) Mai. Jun. C. austriaca Schk. t. qqq. f. 157. Rostrum fructus apice anguste albido-marginatum.

17. C. DIVISA (Goodenough. act. soc. linn. 2. p. 157. t. 19. f. 2.) spica composita oblonga, spiculis oblongis confertis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus ovatis* dorso convexis *3-11 nerviis antice* planis *7 nerviis* in rostrum acute bifidum margine serrulato-scabrum acuminatis, *glumis fructum aequantibus nervo excurrente mucronatis*, culmo apice scabriusculo, *radice repente.* ♃. In pratis et locis humidis, (Unteröstreich, Littorale, Istrien.) Mai. Jun. St. h. 55. Schk. caric. t. r. et vv. f. 61. Simillima antecedenti, differt autem fructibus duplo maioribus ovatis, nec subrotundis, antice conspicue nervosis et rostro latiore profunde bidentato, dentibus acutis. G.

18. C. DISTICHA (Huds. fl. angl. 403.) *spica decomposita* oblonga densa vel inferne interrupta, *spiculis supremis et inferioribus femineis*, *intermediis masculis* stigmatibus 2, *fructibus* ovatis plano-convexis *9-11 nerviis margine angusto* serrulato-scabro cinctis in rostrum bidentatum acuminatis gluma longioribus, glumis acutis nervo ante apicem evanescente, culmo angulis scabro, radice repente. ♃. In pratis fertilibus humidiusculis. Mai. Jun. St. h. 55. C. intermedia Good. act. soc. linn. 2. p. 154. C. spicata Poll. pal. 2. p. 562. C. arenaria Leers. herb. t. 14. f. 2.

19. C. ARENARIA (L. sp. 1381.) *spica decomposita* oblonga vel subovata, densa vel inferne interrupta, spiculis *superioribus masculis*, inferioribus femineis, intermediis apice masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis plano-convexis *7-9 nerviis* a medio *ala dilatata* serrulato-scabra in rostrum bifidum adscendente cinctis, glumis acuminatis fructum aequantibus, culmo superne angulis scabro, radice repente. ♃. In locis arenosis German. septentrionalis et ad littora maris, (von Ostfriesland bis Preussen am Meeresstrande, landeinwärts bis Magdeburg; am Adriatisch. Meere.) Mai. Jun. St. h. 69. G.

** Radix fibrosa; in sola C. teretiuscula culmi, paulum ab ipsis remoti, rhizomati obliquo insident; stolones autem nulli adsunt.

20. C. VULPINA (L. sp. 1382.) *spica* decomposita *ovato-oblonga* densa vel elongata interrupta, spiculis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus squarroso-patentibus* ovatis *plano-convexis* in rostrum bifidum margine dense serrulato-scabrum acuminatis *5-7 nerviis*, *glumis* mucronatis *fructu brevioribus*, culmo angulis scaberrimo, *radice fibrosa.* ♃. In paludosis ad fossas, rivos. Mai. Jun. St. h. 57. Variat:

β. nemorosa, glumis praeter striam dorsalem viridem albidis margine pallide brunneis: C. nemorosa Willd. sp. 4. 232. non Rebentisch. Oritur in umbra sylvarum; bracteae elongatae et spica

interrupta in C. vulpina vulgari non minus occurrunt, quam in varietate nemorosa — St. h. 57.

21. C. MURICATA (L. sp. 1382., sec. Smith. et Wahlenb.) *spica* composita *oblonga* densa vel basi interrupta, spiculis superne masculis stigmatibus 2, *fructibus squarroso-patentibus* ovatis *plano-convexis* in rostrum margine dense serrulato-scabrum acuminatis *enerviis* vel obsolete nervosis, glumis mucronatis fructu brevioribus, culmo angulis superne scabro, *radice fibrosa.* ♃. In pratis ad vias, in sylvis. C. canescens Leers. herb. t. 14. f. 3. Poll. pal. 2. 571. C. spicata Huds. angl. 405. C. contigua Hopp. ap. St. h. 61. Variat:

β. *virens*, glumis pallidioribus, spica saepe magis elongata et interrupta, fructibus viridibus saepeque paulo maioribus: C. virens Lam. dict. 3. p. 384. C. muricata var. loliacea Weih. in litt. C. loliacea Schreb. spicil. fl. lips. p. 64. C. muricata Hopp. ap. St. h. 61. C. divulsa Gaud. helv. 6. p. 47., non Good. Characterem vere distinguentem inter hanc varietatem et plantam vulgarem reperire non potui. Modificatio, rarius quidem occurrens, habet bracteam foliaceam, spicam superantem. Haec est C. nemorosa Lumnitz. fl. poson. p. 418.

22. C. DIVULSA (Good. tr. of. linn. soc. v. 2. 160.) *spica oblonga* composita, spiculis superne masculis remotis, supremis approximatis, stigmatibus 2, *fructibus erectis* ovatis *plano-convexis* in rostrum margine leviter serratulo-scabrum acuminatis *enerviis*, glumis mucronatis fructu brevioribus, culmo debili gracili superne scabriusculo, *radice fibrosa.* ♃. In nemorosis, (Schweiz, bei Buchsweiler im Elsafs, bei Zweibrücken in d. Rheinpfalz; in Westphalen; bei Triest u. Fiume.) Mai. Jun. St. h. 57. C. guestphalica v. Bönningh. in litt. Glumae albae stria dorsali viridi.

23. C. TERETIUSCULA (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. 163. t. 19. f. 3.) *spica* composita vel decomposita *dense aggregata*, spiculis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis *gibbo-convexis* nitidis *enerviis laevibus* dorso basi substriatis in rostrum bidentatum margine serrulatum scabrum attenuatis, glumis fructum subaequantibus, *culmo* superne scabro triquetro, *faciebus convexiusculis, rhizomate obliquo subrepente.* ♃. In pratis paludosis. Mai. Jun. St. h. 50. C. diandra Rotth. tent. 1. 396. C. paniculata β. Pollich. pal. 2. p. 573. C. paniculata β. teretiuscula Wahlenberg. suec. p. 589. C. teretiuscula β. cylindrica Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 248. Variat:

β. *maior*, duplo saepe altior, radice magis caespitosa, spica crassiore magisque composita: C. teretiuscula α. Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 248. — Haec etiam in Germania occurrit ulteriusque inquirenda est.

24. C. PANICULATA (L. sp. 1383.) *spicis paniculatis*, spiculis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis *gibbo-convexis enerviis laevibus* dorso basi substriatis in rostrum bidentatum margine serrulato-scabrum acuminatis, glumis fructum subaequantibus, *culmo* superne scaberrimo triquetro, *faciebus planis, radice fibrosa dense*

caespitosa. ♃. In locis paludosis spongiosis. Mai. Jun. St. h. 50. Haec, secundum synonyma et patriam, vera est Carex paniculata Linnaei.

25. C. PARADOXA (Willd. act. acad. berol. 1794. p. 39. t. 1. f. 1.) *spicis paniculatis*, spiculis superne masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis *gibbo-convexis* dorso anticeque *nervoso-striatis* in rostrum bidentatum margine serrulato-scabrum acuminatis, glumis fructum aequantibus, culmo superne scaberrimo triquetro, faciebus convexiusculis, radice fibrosa dense caespitosa. ♃. In pratis turfosis, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 50. C. paniculata Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 247., sec. specimina, ab ipso auct. accepta. C. paniculata Wahlb. suec. p. 588.

c. Stigmata 2. *Spiculae basi masculae*, in spica simplici alternae, rarius (in C. axillari et Boenninghausiana) inferiores 2-3 aggregatae.

* Radix repens.

26. C. BRIZOIDES (L. sp. 1381.) spica composita subdisticha, *spiculis* subquinis alternis *approximatis curvatis* oblongo-lanceolatis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus erectis glumam aequantibus lanceolatis* plano-convexis laevibus rostrato-attenuatis margine *a basi serrulato-ciliatis*, *rostro bifido*, *radice repente.* ♃. In nemoribus humidiusculis et graminosis umbrosis, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 50. Spiculae albidae.

27. C. SCHREBERI (Schrank. baier. flor. 1. p. 278. 1789.) spica composita, *spiculis* subquinis alternis *confertis rectis* ovato-oblongis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus erectis glumam aequantibus oblongo-ovatis* plano-convexis *a basi fere margine serrulato-ciliatis in rostrum bifidum acuminatis*, *radice repente.* ♃. In arenosis, ad vias, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 61. C. praecox Schreb. spicil. p. 63. Spiculae spadiceae.

** Radix fibrosa caespitosa. Fructus rostro bifido vel bidentato instructi.

28. C. BOENNINGHAUSIANA (Weih. bot. zeit. 9. 2. p. 743.) spica composita apice subdisticha, *spiculis* 8-12 alternis oblongo-lanceolatis inferne masculis, superioribus approximatis denique curvatis, *inferioribus remotis* saepius compositis, stigmatibus 2, *fructibus erectis* glumam aequantibus lanceolatis plano-convexis *laevibus* rostrato-attenuatis margine *a basi serrulato-scabris*, rostro bifido, *radice dense caespitosa.* ♃. In pratis udis, (zwischen Halle u. Diessen am Fufse d. Ravensberger Gebirge in Westphalen.) Jun. Jul. St. h. 55. Proxima C. brizoidi, a qua differt radice caespitosa, spiculis inferioribus remotis, infimaque bractea anguste foliacea elongata saepe fulta. A C. axillari et C. remota, praeter habitum diversum, fructibus, glumam aequantibus, distinguitur. Species, quod situm florum masculinorum attinet, ulterius observanda. G.

29. C. LEPORINA (L. sp. 1381.) spica composita, spiculis subsenis alternis approximatis subrotundo-ellipticis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus erectis* plano-convexis ovatis in rostrum bidentatum acuminatis *nervoso-striatis margineque alato* serrulato-scabro in rostri apicem excurrente *cinctis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In

♃. In pascuis, pratis, ad vias. Jun. Jul. St. h. 47. C. ovalis Good. tr. of. linn. soc. v. 2. 148. C. leporina Leers. herb. t. 14. f. 6. et omn. auct. ante Good. Haec certissime est C. leporina Linn., in flora suec. et sp. plant. proposita, ut indubitanter e descriptione elucet, sed excludendum est syn. ex fl. lapp, ubi sub carice „spicis ternis sessilibus confertis androgynis" C. lagopina Wahlenberg. descripta continetur. Glumae griseo-fuscae variant autem

β. *argyroglochin*, glumis albidis vel pallidis stria dorsali, ut in specie ipsa, virente: C. argyroglochin Hornem. fl. dan. t. 1710. St. h. 55. (In Holstein u. Lüneburg; in der Winterhauch, einem Gebirgswalde bei Oberstein in d. Rheinpfalz v. mir selbst gefunden.) Praeter colorem glumarum nullam differentiam reperio.

30. C. STELLULATA (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. p. 144.) spica composita, spiculis sub 4 remotiusculis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus squarroso-patentibus* plano-convexis ovatis *in rostrum bidentatum serrulato-scabrum acuminatis* subtiliter nervoso-striatis, bracteis spicula brevioribus, culmo laevi radice fibrosa caespitosa. ♃. In pratis humidis. Mai. Jun. St. h. 50. C. muricata Poll. palat. 2. p. 565. C. echinata Murr. prodr. p. 76.

31. C. GRYPUS (Schk. caric. t. hhh. f. 193.) spica composita, *spiculis 3 approximatis* obovatis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus erectis* ovatis laevibus *in rostrum bidentatum serrulato-scabrum incurvum attenuatis gluma duplo longioribus*, bracteis spicula brevioribus, culmo scabro, radice fibrosa caespitosa. ♃. In alpibus Valesiae, (über Zermatten.) Jul. Aug. habitu C. lagopinae, sed capsulae fere C. stellulatae.

32. C. AXILLARIS (Goodenough. trans. of. linn. soc. v. 2. 151. t. 19. f. 1.) spica composita, *spiculis* inferne masculis alternis, *inferioribus duabus remotis saepe ternato-quinatove compositis*, stigmatibus 2, *fructibus erectis* plano-compressis ovatis *in rostrum bidentatum* serrulato-scabrum *acuminatis gluma longioribus, bractea infima foliacea culmum*-secunda spiculam *superante*, culmo stricto, radice fibrosa caespitosa. ♃. In pratis paludosis, (in Westphalen u. Lüneburg.) Mai. Jun. St. h. 55. G.

33. C. REMOTA (L. sp. 1383.) spica composita, *spiculis* alternis inferne masculis, *omnibus solitariis*, *inferioribus 3-4 remotis bracteaque culmum superante fultis*, stigmatibus 2, *fructibus erectis* plano-compressis ovatis *in rostrum bidentatum* serrulato-scabrum *acuminatis gluma longioribus*, culmo debili nutante, radice fibrosa caespitosa. ♃. In nemoribus et locis umbrosis humidis. Mai. Jun. St. h. 50.

34. C. ELONGATA (L. sp. 1383.) spica composita, spiculis alternis approximatis cylindricis inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus patentibus lanceolatis* compressis dorso convexiusculis antice posticeque *nervoso multistriatis in rostrum subintegrum* margine scabriusculum *attenuatis* gluma ovata longioribus subrecurvis. ♃. In pratis paludosis. Mai. Jun. St. h. 50. C. multiculmis Ehrh. calam. n. 88. Variat in montibus altioribus spiculis brevioribus. Haec est C. Gebhardi Willd. „fructibus oblongis nervosis attenuatis" Schk. caric. t. hhhh. f. 192., quam sub hoc nomine Thomas. mecum communi-

cavit. Verum Schk. ipse, conf. caric. 2. p. 22. n. 58., repetita observatione confitetur, eam a C. elongata diversam non esse.

35. C. LAGOPINA (Wahlenberg. act. holm. 1802. p. 145.) spica composita, *spiculis tribus* subrotundo-ellipticis alternis *confertis* inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus erectis ovatis planoconvexis laevibus in rostrum integrum* margine glabrum *acuminatis* gluma paulo longioribus *culmo laevi.* ♃. In summis alpibus graniticis locis graminosis humidis, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnth, Steyerm.) Jul. Aug. St. h. 47. C. leporina Willd. sp. 4. p. 229. Schk. t. fff. 129. C. Lachenalii Schk. t. y. 79. C. approximata Hopp. cent. (nomen antiquius quidem, sed ab auctore ipso sepositum.)

36. C. HELEONASTES (Ehrhart. in Linn. suppl. 414.) spica composita, *spiculis 3-4* subrotundis *approximatis* inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis *compresso-triquetris laevibus in rostrum breve integrum* margine glabriusculum *acuminatis* gluma paulo longioribus, *culmo scabro.* ♃. In pascuis paludosis turfosis, (hinter Ursprung bei Salzburg; bei Deining u. Aufkirch in d. Gegend v. München.) G.

37. C. CANESCENS (L. sp. 1383.) spica composita, *spiculis subsex* ovatis oblongisque *remotiusculis* inferne masculis, stigmatibus 2, *fructibus* ovatis *subtilissime striatis compressis dorso convexiusculis in rostrum breve integrum* margine scabriusculum *acuminatis* gluma paulo longioribus, culmo laevi apice scabro. ♃. In pratis paludosis, locis humidis. Mai. Jun. St. h. 50. C. cinerea Pollich. palat. 2. p. 571. C. curta Good. l. c. p. 145. C. elongata Leers. t. 14. f. 7. — C. canescens Pollich., quae per errorem sub C. elongata allegatur, est C. muricata et C. muricata eiusdem est C. stellulata. C. elongata Pollich. est vera Linnaeana species. — Glumae albidae vel dilute testaceae, margine albidae. Variat:

β. brunnescens, spiculis brevioribus, glumis brunneis margine albidis: C. curta *β.* brunnascens Pers. syn. 2. 539. C. Gebhardi Hopp. caric. p. 30., non Willd. nec Schk. C. canescens *β.* alpicola Wahlenb. suec. p. 595. C. Personii Sieb. herb. fl. a. n. 282.

38. C. LOLIACEA (L. sp. 1382.) spica composita, spiculis subquatuor remotiusculis inferne masculis, fructiferis subrotundis, stigmatibus 2, *fructibus* ellipticis obtusis *erostratis ore integerrimis nervosis*, culmo laevi apice scabro. ♃. In pratis turforsis siccioribus inter frutices, (im Bourtanger Moore eine Stunde von Rhede im Kreis Meppen in Westphalen, Meyer chlor. hanov. p. 580.) Mai. St. h. 69. Spiculae pallidae. G.

Sect. V. LEGITIMAE. Spica terminalis mascula, laterales femineae; rarius terminalis apice feminea, vel mascularum plures.

§. 1. Stigmata 2.

A. Fructus in rostrum marginatum, antice planum, terminati.

39. C. MUCRONATA (Allion. fl. ped. 2. p. 268.) spica mascula solitaria lanceolata, femineis 1-2 approximatis dimidio brevioribus elliptico-subrotundis sessilibus, vaginis amplectentibus, infima in apicem setaceum foliaceum terminata, stigmatibus 2, *fructibus* oblongis in rostrum marginatum bifidum antice planum attenuatis,

puberulis margine ciliato-scabris gluma acuta longioribus, *foliis setaceis canaliculatis.* ♃. In pascuis petrosis alpium et reg. subalpinarum, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Krain, Steyerm., Salzb.) Jul. Aug., in subalpinis praecocius. St. h. 53.

40. C. GAUDINIANA (Guthnick. in bot ztg. vol. 15. p. 241.) spica mascula solitaria lineari plerumque floribus femineis irregulariter mixta vel basi apiceque feminea, *lateralibus 2 sessilibus femineis multo brevioribus ovatis* paucifloris *approximatis*, bracteis membranaceis vagina destitutis, stigmatibus 2, *fructibus* oblongis *glabris in rostrum antice planum margine serrulato-scabrum* apice bilobum fructum ipsum aequans attenuatis, caule tereti glabro, *foliis setaceis canaliculato-triquetris.* ♃. In locis uliginosis, turfosis, (bei Thun im Cant. Bern; bei Bregenz im Vorarlberg, bei Kitzbichel in Tyrol.) Jun. Jul. St. h. 69.

41. C. MICROSTACHYA (Ehrhart. beitr. 2. p. 72.) spica terminali lineari inferne mascula vel floribus femineis irregulariter mixta, *lateralibus 2-4 femineis triplo brevioribus cylindricis confertis sessilibus*, bracteis membranaceis vagina destitutis, stigmatibus 2, *fructibus glabris* ovatis *in rostrum bidentatum antice planum margine laeve* acuminatis plano-convexis adpressis, *foliis linearibus planis.* ♃. In pratis uliginosis raro, (bei Münster im Lüneburg., bei Bremen; bei Aurich in Ostfriesl.; Schlutup im Holst.; bei Stettin in Pommern; ehemals bei Wohlau in Schles.) Jun. St. h. 55. Planta valde gracilis, spicis tenuibus. G.

B. Fructus erostrati, vel rostro brevissimo terete, truncato, oblique abscisso aut bidentato terminati.

a. Bracteae non vaginantes vel brevissime vaginantes. Fructus glabri.

42. C. STRICTA (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. 196. t. 21. f. 9.) *spica mascula solitaria*, femineis 3 erectis cylindricis elongatis subsessilibus saepe apice masculis, bracteis basi biauriculatis vagina destitutis, stigmatibus 2, fructibus glabris ellipticis planis brevissime rostratis deciduis, rostello terete indiviso, *foliorum vaginis reticulato-fissis.* ♃. In paludibus spongiosis, cespites densissimos formans, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. St. h. 50.

43. C. RIGIDA (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. 193. t. 22. f. 10.) *spica mascula solitaria*, femineis 3 erectis cylindricis sessilibus, infima pedunculata, bracteis basi biauriculatis vagina destitutis, stigmatibus 2, *fructibus* glabris ellipticis lenticulari compressis subtrigonis *laevibus brevissime rostratis, rostello terete indiviso*, *foliis recurvis* vaginis foliorum integris. ♃. In summis iugis Hercyn et Sudet., (auf d. Brocken besonders am südl. Abhange; d. Riesengeb, Gesenke u. d. Schneeberg d. Grf. Glatz.) Jun. Aug. St. h. 69. C. saxatilis Willd. sp. 4. 275., non L. — C. saxatilis Linn. eadem planta est ac C. pulla Good. secund. specimina „in herbario Solandri, qui eam e Lapponia reportavit" Hartm. in litt. — Suecica specimina C saxatilis Wahlenbergii et anglica C. rigidae Gordenovii cum nostra specie perfecte congruunt. G.

44. C. CAESPITOSA (L. sp. 1388.) *spica mascula solitaria*, femineis 3 erectis cylindricis sessilibus, infima rarius pedunculata,

bracteis basi brevissime biauriculatis vagina destitutis, stigmatibus 2, *fructibus* glabris ellipticis obtusis *planis multinerviis brevissime rostratis*, *rostello terete indiviso*, *foliis erectis*, vaginis foliorum integris. ♃. In pratis humidis, ad paludes ubique. April. Mai. St. h. 50.

45. C. ACUTA (L. sp. 1388.) *spicis masculis 2-3*, femineis subquatuor cylindricis elongatis, florentibus cernuis, fructiferis erectis, bracteis foliaceis basi brevissime biauriculatis vagina destitutis, stigmatibus 2, *fructibus* glabris ellipticis *compressis subinflatis obsolete nervosis breviter tenuiterque rostratis*, *rostello terete indiviso*, foliorum vagina integra. ♃. In paludosis ad rivos, fossas. Mai. St. h. 57. C. gracilis Curt. lond. t. 62.

46. C. BICOLOR (All. ped. 2. p. 267.) *spicis pedunculatis*, *3 in apice culmi confertis*, *quarta remota longius pedunculata bracteaque foliacea vaginante fulta*, terminali basi androgyna, subsequentibus femineis, stigmatibus 2, *fructibus* glabris obovatis obtusis *erostratis* ore integerrimis, glumis ovatis obtusis. ♃. In alpibus graniticis editissimis, locis gramineis, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnthen.) Jul. Aug. St. h. 47. C. androgyna Balb. misc. p. 42.

§. 2. Stigmata 3, spica terminalis mascula, vel androgyna, floribus scilicet inferioribus masculis.

A. Fructus erostrati, vel rostro terete truncato, oblique abscisso aut bidentato terminati.

47. C. BUXBAUMII (Wahlenberg. act. holm. 1803. p. 164.) *spica terminali androgyna obovata inferne mascula*, femineis sub 3, infima breviter pedunculata remotiore bractea foliacea basi biauriculata vel brevissime vaginante fulta, stigmatibus 3, fructibus glabris ellipticis triquetris obtusis brevissime rostratis, rostello terete minute bidentato, glumis cuspidatis, *foliorum vaginis reticulato-fissis*. ♃. In pratis uliginosis, (Schweiz nur bei Orbe im C. Bern; Bad. bei Kirchzarten; Wetterau; bei Meppen in Westph.; bei Trittau in Holst.; Briselang bei Berlin; bei Niesky in d. Lausitz; Dolau bei Halle; Schles., Böhm. u. Mähren an mehren O.; Dachauer Moos in Oberbaiern.) April. Mai. St. h. 61. C. polygama Schk. t. gg. f. 76. C. subulata Schumach. saell. 1. p. 270.

48. C. NIGRA (Allion. ped. 2. p. 267.) *spicis 3 vel 4 dense aggregatis sessilibus ovatis*, *terminali androgyna basi mascula*, ceteris femineis, stigmatibus 3, fructibus glabris obovatis breviter rostratis, rostello terete minutissime bidentato, *culmo laevi*. ♃. In locis graminosis siccis alpium, (Schweiz, Tyrol, Kärnth., Steyerm.) Jul. Aug. St. h. 47. C. atrata γ. nigra Gaud. helv. 6. p. 65. C. parviflora Host. fl. a. 2. p. 586. Fructus violaceo-atri, margine virides.

49. C. ATERRIMA (Hopp. caricolog. german. p. 51.) *spicis 3-5 confertis*, *omnibus oblongo-cylindricis erectis*, *terminali androgyna basi mascula*, femineis pedunculatis, infima longius pedunculata bracteaque foliacea fulta, stigmatibus 3, fructibus glabris subrotundo-ovatis breviter rostratis, rostello minute bidentato, *culmo*

scabro. ♃. In locis graminosis udis alpium altissimarum, (Schweiz, Tyrol, Kärnth., Salzb., Steyerm.) Aug. St. h. 47. C. atrata β. dubia Gaud. fl. helv. 6. p. 65. Fructus violaceo-atri margine et basi virides, glumis atris latiores. Plerumque bractea sterilis foliacea sub spicis in superiore culmi parte, qualem in antecedente nondum vidi.

50. C. ATRATA (L. sp. 1386.) *spicis 3-5 confertis, terminali ovata androgyna basi mascula, femineis* oblongis pedunculatis *denique pendulis*, infima longius pedunculata bracteaque foliacea fulta, stigmatibus 3, fructibus glabris subrotundo-ovatis breviter rostratis, rostello terete minute bidentato, culmo laevi. ♃. In locis petrosis glareosis siccis alpium, (d. d. g. A. K. u. im Riesengeb. u. Gesenke in Schles.) St. h. 47. C. atrata α. varia Gaud. helv. 6. p. 62. Fructus virides, glama atro-violacea latiores, siccati lutescentes.

51. C. IRRIGUA (Smith. secund. Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 255.) spica mascula solitaria, *femineis* 2-3 subapproximatis cernuis pendulisve *longe tenuiterque pedunculatis* ovatis densifloris, bracteis anguste foliaceis basi biauriculatis vel breviter vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus subrotundo-ovalibus obtusis lenticulari-compressis glabris enerviis* rostello minuto terete truncato apiculatis glabris, *foliis* linearibus *planis* laevibus margine apicem versus scabris, radice stolonifera. ♃. In paludosis spongiosis alpium editissimarum, (Salzb.; Kärnth.; Tyrol.) Jul. St. h. 53. C. limosa γ. irrigua Wahlenberg. lapp. t. 15. f. 2. Simillima sequenti, sed spicis brevioribus et foliis planis latis facile distinguitur. Spica terminalis quandoque apice feminea, quod etiam in sequente observatur.

52. C. LIMOSA (L. sp. 1386.) spica mascula solitaria, *femineis* 1-2 subapproximatis cernuis pendulisve *longe tenuiterque pedunculatis* oblongis densifloris, bracteis anguste foliaceis basi biauriculatis vel breviter vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus subrotundo-ovalibus obtusis lenticulari-compressis glabris multinerviis* rostello minuto terete truncato apiculatis glabris, *foliis* anguste linearibus *complicato-canaliculatis* margine a basi fere scabris, radice stolonifera. ♃. In locis uliginosis et paludibus muscosis. Mai. Jun. St. h. 53. Fructus perfecte maturi, lineis longitudinalibus notati sunt, quas in speciminibus siccis antecedentis speciei non reperio. Longitudo glumarum variat ut in antecedente.

53. C. SUPINA (Wahlenberg. act. holm. 1803. p. 158.) spica mascula solitaria lineari-lanceolata, *femineis 1-2 approximatis* dimidio brevioribus *subrotundis sessilibus* approximatis, bracteis membranaceis amplexicaulibus, inferiore cuspidata, stigmatibus 3, *fructibus subgloboso-ellipticis triquetris nitidis glaberrimis* in rostrum apice scariosum bilobumque acuminatis, radice stolonifera. ♃. In collibus apricis, (Holst.; Hanov.; bei Halle, Magdeb., Berlin; in Pomm., Böhm., Mähr., Unteröstr.; Rheinfläche bei Mannh. u. Mainz.) April. Mai. St. h. 47. C. campestris Host. gr. 4. t. 88. G.

b. Bracteae non vaginantes vel brevissime vaginantes; fructus pubescentes vel tomentosi.

54. C. PILULIFERA (L. sp. 1385.) spica mascula solitaria, femineis subtribus approximatis subrotundis sessilibus, *bractea inferiore* lineari-subulata *non vaginante tota foliacea* erecto-patula, stigmatibus 3, *fructibus* subgloboso-obovatis trigonis breviter rostratis ore subemarginatis *pubescentibus*, glumis nervo excurrente mucronulatis, culmis fructiferis reclinatis, radice fibrosa. ♃. In sylvaticis. April. Mai. St. h. 50. C. decumbens Ehrh. calam. 70. C. filiformis Pollich. palat. 2. p. 581. Fl. dan. t. 1048.

55. C. TOMENTOSA (L. mant. 123.) spica mascula solitaria, femineis 1-2 subsessilibus cylindricis obtusis, *bractea inferiore* foliacea brevissime vaginante *horizontaliter patente*, stigmatibus 3, *fructibus* subgloboso-obovatis trigonis breviter rostratis ore subemarginatis *hirto-tomentosis*, glumis acutis nervo in apicem excurrente, culmis stricte erectis, radice stolonifera. ♃. In locis humidis, pascuis, pratis, (stw. d. d. Geb.) St. h. 53. C. sphaerocarpa Ehrh. cal. 89. Vaginae foliorum purpureae. Spicis femineis compositis et spicis femineis omnibus superne masculis legi; ad posteriorem C. thuringiaca Schk. pertinere videtur.

56 C. MONTANA (L. fl. suec. ed. 2. p. 328.) spica mascula solitaria, femineis 1-2 dense approximatis ovatis, *bracteis totis membranaceis* amplexicaulibus aristatis, stigmatibus 3, *fructibus* oblongo-obovatis trigonis breviter rostratis ore emarginatis *hirto-pubescentibus*, glumis obtusis retusisve mucronatis, *radice fibrosa dense caespitosa.* ♃. In sylvis et dumetis umbrosis. April. Mai. St. h. 69. C. collina Willd. sp. 4. 260. Glumae atrospadiceae; vaginae foliorum purpureae.

57. C. ERICETORUM (Pollich. hist. pl. palat. elect. 2. p. 580.) spica mascula solitaria, femineis 1-2 approximatis ovatis, bracteis membranaceis amplexicaulibus acutis aristatisve, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis brevissime rostratis ore truncatis *pubescentibus, glumis obovatis breviter ciliatis obtusissimis nervo ante apicem evanescente,* radice stolonifera. ♃. In locis arenosis siccissimis, (in d. Schweiz bei St. Gallen u. Zürch; in D. stw. in allen Provinzen.) Apr. Mai. St. h. 57. C. ciliata Willd. act. ac. berol. 1794. C. montana Leers. herb. t. 16. f. 6. — C. ericetorum Gaud. helv. 6. p. 82., quod loca supra memorata attinet.

58. C. MEMBRANACEA (Hopp. ap. St. h. 61.) spica mascula solitaria, femineis 1-2 approximatis ovatis, bracteis membranaceis amplexicaulibus acutis aristatisve, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis brevissime rostratis ore truncatis *pubescentibus*, *glumis oblongis breviter ciliatis obtusissimis nervo ante apicem evanescente*, radice stolonifera. ♃. In alpium editissimarum granitica-rum locis apricis sterilibus, (auf d. A. d. Schweiz an vielen Orten; auf d. Pasterze am Grofsglockner in Kärnthen.) Jul. Aug. St. h. 61. C. approximata All. ped. 2. p. 267., non Willd. nec Hopp.; nomen ambiguum. C. ericetorum Gaud. helv. 6. p. 81., alpina planta. Simillima antecedenti, sed sine dubio propria species; tamen haec et illa vivae ulterius conferendae sunt, ut omnes characteres clarius eruantur.

59. C. PRAECOX (Jacq. fl. austr. 5. p. 23. t. 446.) spica mascula solitaria, femineis 1-3 approximatis oblongo-ovatis, infima saepe pedunculata, bracteis margine membranaceis amplexicaulibus vel infima vaginante, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis breviter rostratis ore subemarginatis *pubescentibus*, glumis nervo excurrente mucronulatis, culmis erectis *radice stolonifera*. ♃. In collibus incultis, pratis siccis, ad vias Mart. April St. h. 69. C. montana Pollich. palat. 2. p. 578. C. filiformis Leers. herb. t. 16. f. 5. C. stolonifera Ehrh. cal 99. Modificatio culmis altioribus in locis umbrosis nascens: C. umbrosa Host. gr. 1. t. 69. „radix repens" Host.

60. C. LONGIFOLIA (Host. gram. 4. t. 85.) spica mascula solitaria, femineis 1-3 approximatis oblongo-ovatis, infima brevius pedunculata, *bracteis margine membranaceis* amplexicaulibus, *infima vaginante*, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis breviter rostratis ore subemarginatis *pubescentibus*, glumis nervo excurrente mucronulatis, culmis erectis, *radice fibrosa dense caespitosa*. ♃. In sylvis, (stw. im südl. u. mittl. Geb.) Mai. C. umbrosa Hopp. ap. St. h. 57. Gaud. helv. 6. p. 80. C. polyrrhiza Wallr. sched. 492.

c. Bracteae vaginantes; fructus pubescentes.

61. C. HUMILIS (Leysser. fl. hal. p. 175. n. 845. 1761.) spica mascula solitaria pedunculata, *femineis 2-3 remotis subtrifloris*, omnibus pedunculatis, *pedunculis bractea membranacea vaginante aphylla inclusis*, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis brevissime rostratis ore truncatis apice *pubescentibus*, foliis canaliculatis culmum superantibus, radice fibrosa caespitosa. ♃. In collibus et montibus apricis solo calcareo, (stw. d. d. Geb., wo Kalkboden sich vorfindet.) Mart. April. St. h. 69. C. clandestina Good. act. soc. linn. 2. p. 167. C. prostrata All. ped. 2. p. 267.

62. C. GYNOBASIS (Vill. delph. 2. p. 206.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 subquinquefloris, *superioribus approximatis*, *infima subradicali longissime pedunculata*, bracteis inferioribus vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis triquetris brevissime rostratis ore subemarginatis nervosis *subtiliter pubescentibus*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In collibus graminosis, (südl. Schweiz, C. Wallis, Waadt, im Littorale u. Unteröstr.) Mart. April. St. h. 47. C. alpestris Allion. ped. 2. p. 270. C. diversiflora Host. gr. 1. t. 70. Spicae pallidae.

63. C. DIGITATA (L. sp. 1383.) spica mascula solitaria sessili, *femineis* subternis *linearibus remotiusculis pedunculatis*, fructiferis laxifloris, pedunculis *bractea membranacea vaginante* oblique truncata inclusis, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis brevissime rostratis ore subemarginatis *pubescentibus glumam aequantibus*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In sylvis umbrosis. April. Mai. St. h. 61. Culmi florigeri in hac et sequente foliis minutis instructi, radicalibus carent, sed folia fasciculorum sterilium longa et latiuscula sunt.

64. C. ORNITHOPODA (Willd. sp. 4. p. 255.) spica mascula solitaria sessili, *femineis* subternis *linearibus confertis pedunculatis*,

fructiferis laxifloris, pedunculis *bractea membranacea vaginante* oblique truncata inclusis, stigmatibus 3, *fructibus* obovatis trigonis brevissime rostratis ore subemarginatis *pubescentibus gluma longioribus*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In sylvis umbrosis, praecedente rarior. April. Mai. St. h. 61.

d. Bracteae vaginantes; fructus glabri.

65. C. ALBA (Scopol. carn. 2. p. 216.) spica mascula solitaria pedunculata, femineis 2 pedunculatis *subquinquefloris, bracteis vaginantibus membranaceis aphyllis* dorso stria herbacea notatis, stigmatibus 3, *fructibus globoso-ovatis* striatis breviter rostratis *glabris*, rostro terete apice membranaceo oblique truncato, foliis anguste linearibus, radice stolonifera. ♃. In sylvis montanis et subalpinis inque planitiebus Alpes comitantibus, (von d. Jura an d. d. g. A. K. u. d. Oberbaden, Würtemberg u. Oberbaiern bis Oestreich.) Apr. Mai. St. h. 53. C. nemorosa Schrank. baier. fl. 1. p. 291.

66. C. NITIDA (Host. gram. austr. 1. p. 53. t. 71.) spica mascula solitaria, femineis 2 oblongis, *inferiore exserte pedunculata densiflora* sub 12 flora, *superiore subsessili*, bracteis vaginantibus, inferiore foliaceo-mucronata, stigmatibus 3, *fructibus globoso-ovatis* striatis beviter rostratis *glabris*, rostro terete apice *albido-membranaceo bilobo*, foliis linearibus, radice stolonifera. ♃. In collibus apricis sterilibus, (Unteröstreich bei Wien; Istrien; Krain bei Monfalcone; südl. Tyrol; C. Wallis u. Waadt.) April. Mai. St. h. 47. C. verna Schk. caric. p. 89. n. 74. t. 1. f. 46. et t. ppp. 156.

67. C PILOSA (Scopol. carn. 2. p. 226.) spica mascula solitaria pedunculata, femineis 2-3 remotis erectis exserte pedunculatis laxifloris, bracteis vaginantibus foliaceis, stigmatibus 3, *fructibus subglososo-obovatis trigonis glaberrimis* striatis rostratis, rostro terete apice membranaceo oblique truncato, *culmis* laevissimis striatis *subaphyllis, foliis fasciculorum* sterilium culmos superantibus lato-linearibus *piloso-ciliatis*. ♃. In sylvis montanis, (in d. Schweiz an mehren Orten doch selten; bei Mörsburg in Oberbad.; um Idria in Krain; in Unteröstreich, Mähren, Schles.; zw. Förste u. Dorste im Fürstenth. Göttingen.) Apr. Mai. St. h. 55.

68. C. PANICEA (L. sp. 1387.) spica mascula solitaria pedunculata *semper erecta*, femineis plerumque 2 remotis erectis *laxifloris*, infima exserte pedunculata, *bracteis foliaceis* vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus subgloboso-ovatis* breviter rostratis glabris, *rostro terete truncato*, culmis laevibus basi foliosis, foliis linearibus glabris margine scabris, radice stolonifera. ♃. In pratis et locis humidis. Mai. Jun. St. h. 50.

69. C. VAGINATA (Tausch. bot. ztg. 1821. p. 557.) spica mascula solitaria pedunculata *sub anthesi rectangule refracta*, femineis 2-3 remotis erectis exserte pedunculatis *laxifloris*, bracteis foliaceis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus subgloboso-ovatis trigonis glaberrimis* rostratis *rostro terete oblique truncato* emarginato, *culmis* laevissimis striatis

basi foliosis, foliis lato-linearibus glabris apice margine scabris, radice stolonifera. ♃. In locis aqua fontana irroratis reg. subalpinar., (Riesengebirge am Brunnenberge im Aupagrunde u. in d. Kesselgrube; auf d. Brocken am Brockenhause.) Jun. Jul. St. h. 61. C. phaeostachya Smith. engl. fl. 4. p. 99. C. salina Don. herb. brit. 216, non Wahlenb. C. tetanica Reichenb. fl. exc. p. 63., non Schk. C. subspathacea Womskiold. in fl. dan. t. 1530. Culmus rectangule refractus est ad spicam, quae flores explicat, explicatione peracta ad sequentem spicam eadem ratione refractus apporet, post anthesin autem totus erectus est. G.

70. C. GLAUCA (Scop. fl. carniol. v. 2. p. 223.) spicis masculis *subbinis*, femineis 2-3 remotis *cylindricis densifloris longe pedunculatis denique pendulis*, bracteis foliaceis, infimis breviter vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus ellipticis obtusis rostelloque brevissimo subemarginato apiculatis compresso-convexis scabriusculis enerviis;* culmo laevi, foliis margine scabris radice stolonifera. ♃. In pascuis et sylvarum locis denudatis humidis, solo argillaceo; in Alpes adscendens. April. Mai. St. h. 55. C. recurva Huds. angl. 413. C. flacca Schreb. spic. app. n. 969. C. pendula Schreb. spic. p. 62.

71. C. CLAVAEFORMIS Hopp. ap. Sturm. h. 61.) spicis masculis *subbinis*, femineis 2-3 remotis *clavatis apice latioribus elongato-pedunculatis pendulis*, bracteis foliaceis, infimis breviter vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus elliptico-oblongis obtusis rostello brevissimo subemarginato apiculatis compresso-convexis scabriusculis enerviis*, culmo laevi, foliis margine scabris, radice stolonifera. ♃. In summis Carinthiae alpibus. Aug. Amic. Hoppius hanc speciem cum C. Mielichhoferi, (ferruginea Scop.,) et cum C. frigida comparat, ab his vero fructus fabrica longe recedit; mihi videtur proxima esse C. glaucae, a qua differt spicis clavatis, longius pedunculatis fructibusque magis oblongis. G.

72. C. MAXIMA (Scopol. carn. 2. p. 229. 1772.) *spica mascula* solitaria *femineisque arcuatis denique pendulis*, femineis plerumque 4 distantibus cylindraceis elongatis densifloris superioribus incluse-inferiore exserte pedunculatis, bracteis foliaceis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus* ellipticis *triquetris breviter rostratis* glabris, *rostro trigono* emarginato, culmo triquetro superne scabriusculo, foliis lanceolato-linearibus, radice caespitosa fibrosa. ♃. In locis humidis sylvarum, (stw. in d. A. K.; auf d. Voges., Schwarzw., Böhm., Mähr., Schles., im südl. Theil v. Hanov., Harz; bei Erlangen in Franken; Westph.) Jun. C. agastachys Ehrh. phytoph. n. 19. St. h. 55. C. pendula Good. tr. of. linn. soc. v. 2. p. 168.

73. C. STRIGOSA (Hudson. fl. angl. 411.) spica mascula solitaria, *femineis* plerumque 4 distantibus cernuis *gracilibus laxifloris*, inferioribus exserte pedunculatis, bracteis foliaceis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus oblongo-lanceolatis nervosis trigonis attenuatis* ore oblique truncatis, radice stolonifera. ♃. In locis sylvarum humidis, ad rivulos et fontes, (Westph.; Hanov.; Holst.; in d. nördl. Schweiz bei Basel u. Schaffhausen.) Mai. C. leptostachys

Ehrh. phytoph. n. 48. St. h. 55. Planta viridis, glumae albae, stria dorsali viridi.

74. C. PALLESCENS (L. sp. 1386.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 approximatis cernuis oblongo-ovatis densifloris exserte pedunculatis, bracteis foliaceis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus* elliptico-oblongis obtusis *erostratis* utrinque convexis subcompressis obsolete nervosis glabris ore minuto truncato, *foliis vaginisque inferioribus pilosis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In pratis, pascuis humidis, sylvis caeduis. Mai. St. h. 53.

75. C. CAPILLARIS (L. sp. 1386.) spica mascula solitaria, *femineis* 2-3 longe pedunculatis cernuis *laxe subsexfloris*, superioribus 2 oppositis masculam superantibus, tertia saepe remota, *bracteis* vaginantibus *foliaceis*, stigmatibus 3, *fructibus* ellipticis turgidis trigonis *basi apiceque attenuatis* glabris, rostro terete oblique truncato, foliis planis, radice fibrosa. ♃. In locis petrosis graminosis humidis alpium; in subalpina descendens, (d. d. g. A. K. u. auf d. Sudeten.) Jun. Jul. St. h. 53.

76. C. USTULATA (Wahlenberg. act. holm. 1830. p. 156.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 subapproximatis pedunculatis pendulis ovatis densifloris, bracteis vaginantibus, vagina infima in mucronem foliaceum spica breviorem terminata, stigmatibus 3, *fructibus plano-compressis ovalibus glabris in rostrum teres apice bilobum abrupte acuminatis*, foliis planis margine apicem versus scabris, *radice fibrosa*. ♃. In locis uliginosis alpium editissimarum, (Wocheiner Alpen in Krain; Margaritzen in Oberkärnthen, nach Hopp. caricolog.; Oestr., Steverm., Host.) Aug. St. h. 53. Schk. caric. 2. p. 73. C. atro-fusca Schk. caric. 1. p. 106. t. y. n. 82. C. limosa Scop. carn. 2. p. 222. Glumae atrofuscae; fructus, ubi a glumis non teguntur, eodem colore tincti, margine tamen dilutiores viridesque apparent. G.

B. Fructus rostrati; rostrum marginatum, dorso convexiusculum, antice planum, apice bifidum, dentibus porrectis rarius subintegrum. Spica mascula solitaria quandoque apice feminea; rarius spicae masculae binae.

77. C. FULIGINOSA (Schkuhr. caric. 1. p. 91. t. cc. n. 47.) *spicis omnibus pedunculatis subapproximatis, terminali androgyna basi mascula* clavata, femineis 2-3 oblongis densifloris, inferioribus denique pendulis, bracteis vaginantibus foliaceis, stigmatibus 3, *fructibus lanceolatis* glabris in rostrum marginatum serrulato-ciliatum bidentatum antice planum *attenuatis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In locis glareosis graminosis alpium editissimarum, (Salzburg, Kärnth., Tyrol.) Jul. Aug. C. fuliginosa Sternb. et Hopp. denkschr. d. regensb. b. ges. 1815. p. 159. t. 3. St. h. 47. C. frigida Wahlenb. act. holm. 1803. p. 154., fl. carpat. p. 298. Host. gram. 4. p. 50. t. 90. Rostrum albido-marginatum icon Schkuhrii bene exprimit.

78. C. FRIGIDA (Allion. fl. ped. v. 2. p. 270.) spica mascula terminali lanceolata rarius apice feminea, femineis plerumque 4 oblongis *densifloris, suprema sessili, infima remota longissime pedunculata pendula*, bracteis vaginantibus foliaceis, stigmatibus 3, fructibus *lanceola-*

tis glabris in rostrum marginatum serrulato-ciliatum antice planum bidentatum *attenuatis*, radice stolonifera. ♃. In locis petrosis humicis et ad torrentes alpium, (Voges, Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnth., Steyerm., auf d. Feldberge in Oberbad., Sudet.) Jul. Aug. St. h. 53. C. fuliginosa Wahlenb. carp. p. 299. sub C. frigida. C. geniculata Host. gr. t 94. et C. fuliginosa Host. gr. t. 93. Spicae atrofuscae „fuliginosae" ut in antecedente, sed fructus, cum rostro, viridi-marginati sunt et nervus medius glumarum saepe viridis apparet, rostrum autem in apice non albido-marginatum est; in illa, C. fuliginosa, fructus toti fuliginosi sunt et orificium rostri apice linea albida cinctum est.

79. C. SEMPERVIRENS (Villars. delph. 2. p. 214.) *spicis* oblongo-lanceolatis, mascula terminali solitaria, femineis plerumque 3 *sublaxifloris*, *inferioribus exserte pedunculatis erectis*, bracteis foliaceis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus ovato-lanceolatis in rostrum* marginatum *serrulato-ciliatum* antice planum *apice scarioso-bilobum acuminatis* dorso apicem versus hispidulis, foliis anguste linearibus erectis, radice fibrosa dense caespitosa. ♃. In alpium montiumque altiorum, alpes comitantium, locis gramineis siccioribus vulgaris, in convalles et planities vicinas descendens, (d. d. g. A. K.) Jun.-Aug. C. sempervirens Dub. bot. gall. p. 494. C. sempervirens Vill. ob „folia longa flexibilia" certe nostram hic descriptam plantam, nec C. rigidam exhibet. C. ferruginea Schk. caric. 1. p. 92. t. m. f. 48. St. h. 53. DC. fl. fr. 3. p. 123. C. varia Host. gr. 1. t. 80. Variat fructibus glabris et margine tantum ciliatis atque

β. in superficie pilis brevibus adspersis: C. erecta DC. fl. fr. 3. p. 120. secund. Dub. bot. gall. p. 495.

80. C. FIRMA (Host. synops. fl. austr. p. 509.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 2 erectis densifloris ellipticis, superiore approximata subsessili, inferiore remota exserte pedunculata, bracteis vaginantibus acumine foliaceo spicam subaequante, stigmatibus 3, fructibus oblongo-lanceolatis glabris in *rostrum* marginatum serrulato-ciliatum antice planum *apice truncato-bilobum* acuminatis, *foliis lanceolato-linearibus trifariam patentibus rigidis.* ♃. In locis petrosis humidis alpium, in subalpina descendens, (d. d. g. A. K.; in d. Mähr. Karpat.) Jun.-Aug. St. h. 57.

81. C. FERRUGINEA (Scopol. carniol. 2. 225.) spica mascula solitaria, femineis duabus tribusve distantibus linearibus *sublaxifloris*, *omnibus exserte pedunculatis*, fructiferis nutantibus, bracteis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus* elliptico-oblongis trigonis in *rostrum* marginatum *serrulato-scabrum antice planum* apice breviter bidentatum *acuminatis*, foliis linearibus erectis, radice stolonifera. ♃. In locis humentibus et uliginosis alpium, in subalpina descendens, (d. d. g. A. K.) Jun. Jul. C. Mielichhoferi Schk. caric. mmmm. f. 198. St. h. 53. C. Scopolii Gaud. helv. 6. p. 118. Variat:

α. fructibus glabris margine apicem versus scabris, et

β. fructibus margine evidentius ciliatis et in superficie apicem versus pilis brevibus, quemadmodum in C. sempervirente observantur,

inspersis: C. spadicea DC. fl. fr. 3. p. 120., (ob spiculas pendulas, excluso tamen synonymo Schkuhrii ad C. sempervirentem pertinente.

γ. fructibus brevioribus et latioribus in superficie glabris vel puberulis: C. Scopolii β. Gaud. helv. 6. p. 119. C. Scopoliana Willd. sp. 4. 292.? Willdenowio ipso dubia. Varietas parum notabilis, plurimae enim species fructibus latioribus angustioribusve, et longioribus vel brevioribus variant.

82. C. TENUIS (Host. gram. 4. t. 92.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 distantibus linearibus sublaxifloris, *omnibus exserte pedunculatis*, fructiferis nutantibus, bracteis vaginantibus, stigmatibus 3, *fructibus lanceolato-oblongis* in rostrum marginatum antice planum apice breviter bidentatum *attenuatis trigonis superficie margineque glabris*, *foliis setaceo-linearibus*, radice dense caespitosa simulque stolonifera (sec. Hopp.) ♃. In locis petrosis humidis regionis inferalpinae, (stw. d. d. g. A. K., auf d. höchsten Gebirg. v. Mähren.) Jun. Jul. C. brachystachys Schk. caric. t. P. f. 58. St. h. 53. Nomen C. brachystachyos Schrank., ipso monente, e specimine imperfecto ortum duxit et plane incongruum est; hinc Hostianum anteposui.

83. C. MICHELII (Host. synops. 507.) spica mascula solitaria, femineis 1-2 remotis ellipticis incluse- vel inferiore exserte pedunculatis erectis, *bracteis vaginantibus spicam subaequantibus culmo multo brevioribus*, stigmatibus 3, *fructibus obovatis ventricoso-trigonis in rostrum lineare elongatum* margine serrulato-scabrum antice planum *apice acute bifidum subito acuminatis* obsolete nervosis, radice stolonifera. ♃. In montosis sylvaticis, (Mähren, Böhm., Unteröstr., Littorale.) Mai. St. h. 55. Spicae pallidae.

84. C. HORDEIFORMOS (Wahlenb. act. holm. 1803. 152.) *spicis masculis 2*, femineis 3 erectis ovatis densifloris, infima exserte pedunculata, *bracteis vaginantibus erectis foliaceis foliisque radicalibus culmo multo longioribus*, stigmatibus 3, fructibus ellipticis trigonis laevibus glabris in rostrum acute bifidum marginatum margine serrulato-scabrum antice planum acuminatis, culmo laevi. ♃. In uliginosis ad fossas, (Unteröstreich u. Mähren.) April. C. hordeistichos Vill. delph. 2. 221. t. 6. C. secalina Willd. sp. 4. 309.? St. h. 57. Specimina gallica C. hordeistichae et austriaca C. hordeiformis exacte congruunt, sed C. secalina Wahlenb. act. holm. l. c. p. 151. diversa videtur.

85. C. FLAVA (L. sp. 1384.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 subapproximatis subrotundo-ovatis, superioribus subsessilibus, infima plerumque incluse pedunculata, *bracteis foliaceis breviter vaginantibus*, *denique patentissimis vel refractis*, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis inflatis nervosis glabris in *rostrum recurvatum* antice planum margine *serrulato-scabrum* bidentatum acuminatis culmo glabro, radice dense caespitosa fibrosa. ♃. In locis paludosis, pratis humidis. Mai. St. h. 57. Variat secund. b. Gaud.

β. *polystachya*, spicis femineis 5-6: C. flava β. Gaud. helv. 6. p. 97. C. foliosa Gaud. agr. helv. 2. p. 191. C. uetliaca Sut. helv. 2. p. 251.

86. C. Oederi (Ehrhart. calam. n. 79.) spica mascula solitaria, femineis 2-3 approximatis subrotundo-ovatis, superioribus subsessilibus, infima incluse pedunculata, *bracteis foliaceis denique patentissimis vel refractis breviter vaginantibus vel infima remota et elongato-vaginata*, stigmatibus 3, fructibus subrotundis inflatis nervosis glabris in *rostrum rectum* antice planum margine *serrulato-scabrum* bidentatum acuminatis, culmo glabro, radice fibrosa caespitosa. ♃. In paludosis, ad margines lacuum, in fossis exsiccatis. Mai-Jul. St. h. 57. C. flava γ et δ. Willd. sp. 4. 269.

87. C. fulva (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. 177.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 3 erectis ovato-oblongis densifloris, superioribus 2 subapproximatis, infima remota exserte pedunculata, *bracteis longe vaginantibus; infima foliacea spicam masculam attingente*, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis *subinflatis* utrinque convexis nervosis glabris in *rostrum bifidum* rectum antice planum margine serrulato-scabrum acuminatis, *glumis acutis*, ligula appositifolia ovata brevi truncata, *culmo scabro*, radice caespitosa. ♃. In pratis humidis. Mai. Jun. St. h. 57.

88. C. Hornschuchiana (Hopp. caricolog. germ. 1. p. 76. 1826.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 3 erectis ovato-oblongis densifloris, infima longe remota exserte pedunculata, *bracteis longe vaginantibus, infima anguste foliacea spicam superante*, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis *subinflatis* utrinque convexis nervosis glabris in *rostrum bifidum* rectum antice planum margine serrulato-scabrum acuminatis, *glumis acutis, culmo glabro* vel apice scabriusculo, ligula oppositifolia ovata brevi truncata, radice stolonifera (secund. Hopp.) ♃. In pratis humidis. Mai. St. h. 57. C. speirostachya Smith. engl. fl. 4. p. 98. C. distans Fl. dan. t. 1049. C. binervis Wahlenb. fl. suec. p. 598.

89. C. distans (L. sp. 1387.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 3 erectis ovato-oblongis densifloris, infima longe remota exserte pedunculata, *bracteis longe vaginantibus, infimis foliaceis spicam superantibus*, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis trigonis *subinflatis* antice planiusculis in rostrum bifidum rectum margine serrulato-scabrum acuminatis glabris *nervosis, nervis lateralibus paulo magis prominulis, glumis ovatis obtusis mucrone scabro terminatis, culmo glabro, ligula oppositifolia oblonga*, radice caespitosa. ♃. In pratis et pascuis humidis, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. St. h. 53. Ligula oppositifolia elongata obtusa.

90. C. binervis (Smith. trans. of. linn. soc. v. 5. 268.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 3 erectis remotis densifloris, infima remotiore exserte pedunculata, bracteis vaginantibus, infimis foliaceis spicam superantibus, stigmatibus 3, *fructibus* trigonis *obsolete nervosis nervisque 2 validis prominentibus* perductis in rostrum bifidum rectum serrulato-scabrum antice planum acuminatis glabris, *glumis ovatis obtusis mucrone scabro terminatis*, culmo glabro, *ligula oppositifolia oblonga*, radice caespitosa. ♃. In ericetis siccioribus, (Westphalen zwischen Bentheim u. Nordhorn, v. Bönningh.; Holst., Nolte.) Mai. Jun. St. h. 55. Fructus purpureo maculati, nervis 2 viridibus. Ligula ut in antecedente.

91. C. EXTENSA (Goodenough. tr. of. linn. soc. v. 2. 175. t. 21. f. 7.) *spica* mascula solitaria, femineis 2-4 oblongo-ovalibus subrotundisve densifloris, *superioribus sessilibus subcongestis*, *infima remotiuscula incluse pedunculata*, *bracteis longissimis culmo longioribus denique recurvato-patentissimis*, infima breviter vaginante, stigmatibus 3, fructibus ovatis utrinque convexis nervosis glabris in *rostrum* breve bidentatum *margine glabrum* acuminatis, glumis obtusis mucronulatis, culmo laevissimo, foliis anguste linearibus canaliculatis, radice caespitosa. ♃. In locis humidis maritimis, (Ostfriesland, Lüneburg, Holst., Oestr., Litt., Schles.? Mähren?) Jun. St. h. 57. C. nervosa Desf. fl. atl. 2. p. 337. G.

92. C. PUNCTATA (Gaud. agr. helv. 2. p. 152.) spica mascula solitaria, femineis plerumque 3 remotis erectis densifloris, *infima exserte pedunculata*, bracteis vaginantibus foliaceis elongatis, infima culmum subaequante vel superante, stigmatibus 3, *fructibus ovatis* utrinque convexis obsolete nervosis in *rostrum breviter bidentatum margine glabrum* acuminatis, glumis acuminatis mucrone scabro terminatis, culmo laevissimo, *foliis anguste linearibus* planis, *ligula oppositifolia oblonga*. ♃. In collibus graminosis, (bei Salzburg u. in d. ital. Schweiz.) April. Mai. St. h. 61. Utriculi dilute virides, nitidi, e tela cellulosa subtilissime reticulata confecti, quo sub vitris acrioribus minutissime punctulati apparent.

93. C. LAEVIGATA (Smith. trans. of. linn. soc. 5. 272.) spica mascula solitaria, femineis 3-4 remotis erectis cylindricis densifloris, exserte pedunculatis, infima longe remota subpendula, bracteis foliaceis elongato-vaginatis, stigmatibus 3, fructibus ovatis utrinque convexis nervosis in *rostrum* margine scabriusculum *cuspidato-bifidum* antice planum acuminatis, *glumis* lanceolatis *attenuato-acuminatis* mucronatis, culmo laevi, *foliis lato-linearibus*, *ligula oppositifolia oblonga*. ♃. In pratis humidis umbrosis, (im Geb. d. Flora v. Spa bei Eupen, Malmedy u. Spa; in Holstein bei Clausdorf in d. Gegend v. Kiel; Schweiz?) Mai. Jun. St. h. 55. C. biligularis DeC. cat. hort. monsp. 88. C. patula Schk. caric. 1. p. 115. t. bbb. f. 116. Fructus subtiliter fusco-punctulati. Spicae dilute virides.

94. C. SYLVATICA (Huds. fl. angl. ed. 1. p. 353. 1762.) spica mascula solitaria, *femineis* 4 remotis *longe pedunculatis* pendulis linearibus *laxifloris*, bracteis foliaceis elongato-vaginantibus stigmatibus 3, *fructibus ellipticis trigonis glabris laevissimis in rostrum lineare* marginatum *bifidum margine glabrum acuminatis*, culmo laevi, *foliis lato-linearibus*, ligula oppositifolia subnulla. ♃. In sylvis. Jun. C. Drymeia Ehrh. in Linn. fil. suppl. 414. St. h. 55. C. vesicaria β. L. sp. 1389. C. patula Scopol. carn. 2. 226. t. 59. C. capillaris Leers. herb. t. 15. f. 2. Spicae pallidae.

C. Fructus rostrati, rostrum teres vel compressum, marginatum, bicuspidatum, cuspidibus patulis Spicae masculae plerumque plures.

a. Bracteae non vaginantes. Fructus glabri.

95. C. PSEUDO-CYPERUS (L. sp. 1387.) spica mascula solitaria, femineis 4-6 longe pedunculatis pendulis cylindricis densifloris,

bracteis foliaceis, inferioribus breviter-rarius longius vaginantibus, stigmatibus 3, fructibus ovato-lanceolatis in rostrum bicuspidatum attenuatis nervosis glabris, *glumis lineari-subulatis scabris, culmo acutangulo angulis scabro.* ♃. In paludosis sylvaticis, (stw. d. d. Gebiet.) Jun. St. h. 57. Spicae pallide virides.

96. C. AMPULLACEA (Good. tr. of. linn. soc. v. 2. 207.) spicis masculis 1-3, femineis 2-3 remotis cylindricis breviter pedunculatis erectis densifloris, bracteis foliaceis evaginatis, stigmatibus 3, *fructibus subglobosis inflatis glabris dorso subseptemnerviis*, rostro lineari compresso bicuspidato, *culmo obtusangulo laevi.* ♃. In locis paludosis, ad piscinas et ripas. Mai. Jun. St. h. 57. C. obtusangula Ehrh. calam. n. 50. C. vesicaria Huds. angl. 413. Roth. tent. 2. 2. p. 466. C. vesicaria β. L. sp. 1389. Folia glaucescentia, spicae flavescentes.

97. C. VESICARIA (L. sp. 1388.) spicis masculis 1-3, femineis 2-3 remotis oblongo-cylindricis sessilibus vel breviter pedunculatis erectis densifloris, bracteis foliaceis evaginatis, stigmatibus 3, *fructibus ovato-conicis inflatis* in rostrum compressum bicuspidatum attenuatis *glabris dorso subseptemnerviis*, *culmo acutangulo angulis scabro.* ♃. In iisdem cum anteced. locis. Mai. Jun. St. h. 69. C. inflata Huds. angl. 412. Roth. tent. 2. 2. p. 466. C. vesicaria α. L. sp. l. c. Folia laete viridia. Spicae viridi-albidae.

98. C. PALUDOSA (Goodenough. trans. of. linn. soc. v. 2. 202.) spicis masculis 2-3, glumis inferioribus obtusis, spicis femineis 2-3 cylindricis erectis densifloris sessilibus pedunculatisve, glumis acuminatis cuspidatisve, bracteis foliaceis evaginatis, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis vel oblongo-ovatis *compressis* subtrigonis *nervosis* in rostrum breve bidentatum acuminatis *glabris*, *culmo acutangulo angulis scabro.* ♃. Cum antecedentibus. Mai. St. h. 53. C. acuta Curt. lond. fasc. 4 t. 61. C. acutiformis Ehrh. calam. n. 30. Variat fructibus ovatis et

β. fructibus oblongo-ovatis. Haec, si glumae spicarum feminearum simul longa cuspide terminatae sunt est: C. Kochiana DC. cat. hort. monsp. 89. St. h. 69. C. spadicea Roth. tent. 2. 2. p. 461. — Spica terminalis in varietate α et β. ceteris spicis crassior, ante anthesin trigona.

99. C. RIPARIA (Curt. fl. lond. fasc. 4. t. 60.) spicis masculis 3-5, glumis cuspidatis, femineis 3-4 cylindricis erectis densifloris sessilibus pedunculatisve, glumis cuspidatis, bracteis foliaceis evaginatis, stigmatibus 3, *fructibus ovato-conicis margine rotundatis utrinque convexis tenuiter multinervosis* in rostrum breve acute bidentatum transeuntibus *glabris*, *culmo acutangulo angulis scabro.* ♃. Ad fossas, fluviorum et piscinarum ripas. Mai. Jun. St. h. 69. C. crassa Ehrh. calam. n. 59. Omnium maxima.

100. C. NUTANS (Host. gram. v. 1. t. 83.) spicis masculis 1-2, femineis 3-4 cylindricis ovatisve erectis sessilibus vel inferioribus pedunculatis densifloris, glumis cuspidatis, bracteis foliaceis evagi-

natis, stigmatibus 3, *fructibus ovato-conicis* margine rotundatis utrinque convexis *subtiliter impresso-striatis* in rostrum breve bicuspidatum attenuatis *glabris*, *culmo laevi* vel apice scabriusculo. ♃. In umbrosis humidis, (im Laaer Wäldchen bei Wien.) April. Mai. St. h. 61. G.

b. Bracteae non vaginantes vel infima breviter vaginans. Fructus hirti.

101. C. EVOLUTA (Hartm. scand. fl. ed. 1. p. 40.) spicis masculis 2-3, femineis 3 remotis cylindricis erectis densifloris sessilibus vel infima pedunculata, glumis cuspidatis, bracteis foliaceis evaginatis, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis turgidis *hirto-pubescentibus* in rostrum breve bicuspidatum transeuntibus, culmo acutangulo angulis scabro, *foliis planis culmo latioribus*. ♃. Ad ripas, (bisher bloſs am Ufer d. Donau im Steinhäule bei Ulm, v. H. v. Martens entdeckt.) Mai. St. h. 69. C. Kochiana Schübler et Martens. fl. würtemb. p. 601., excl. syn. Roth. G.

102. C. FILIFORMIS (L. sp. 1385.) spicis masculis 1-2, femineis 2-3 remotis oblongis ovatisve erectis densifloris sessilibus, vel infima pedunculata, glumis mucronatis cuspidatisve, bracteis foliaceis, infima saepe breviter vaginante, stigmatibus 3, *fructibus* oblongo-ovatis turgidis *hirto-pubescentibus* in rostrum breve bicuspidatum transeuntibus, culmo obtusangulo laevi vel apice scabriusculo, *foliis canaliculatis culmo vix latioribus*. ♃. In aquis stagnantibus et in paludibus profundis. Mai. Jun. St. h. 53.

c. Bracteae longe vaginantes. Fructus hirti.

103. C. HIRTA (L. sp. 1389.) spicis masculis 2, femineis 2-3 erectis oblongo-cylindricis, inferiore pedunculata, suprema subsessili, glumis aristatis, bracteis foliaceis infima longe vaginante, stigmatibus 3, *fructibus* ovatis in rostrum bicuspidatum acuminatis *hirtis*, culmo laevi, *foliis vaginisque pilosis*. ♃. In locis arenosis humidis et siccis. Mai. Jun. St. h. 55. Spicae pallidae.

Ord. CXXXI. GRAMINEAE. Juss. gen. p. 28.

Flores (Flosculi Linn.) *glumacei*, hermaphroditi vel unisexuales, in spiculas uni-multifloras dispositi. Gluma infima vacua, bivalvis, valvis distichis, rarius univalvis vel deficiens, gluma proprie dicta, Linnaeo gluma calycina audit. Glumae sequentes bivalves vel potius 3 valves, valvulis, paleis, 2 interioribus in unam margine connatis, glumellam, corollam Linnaeo, constituunt, et squamulas 2-3, cum valvulis 3 glumellae alternantes, perigonium interius significantes cum genitalibus includunt, floremque formant. Stam. 3, squamulis alterna, rarius 6, vel abortu 2, 1, hypogyna. Antherae basi apiceque emarginatae. Ovar. liberum; styli 2 vel 1, stigma-

stigmatibus 2*). Caryopsis semen nudum referens. *Albumen farinaceum. Embryo extra albumen ad huius basin situs.* Caulis, culmus dictus, nodis, folia gerentibus, instructus. *Foliorum basis,* (petiolus,) *in vaginam antice fissam convoluta,* apice ad basin folii membranulam, ligulam, e stipula intrapetiolari, cum superficie interiori vaginae connata, (ut in Potamogetone pectinato) ortum ducentem, edit.

Trib. I. *OLYREAE.* Nees. ab Esenb. *Flores monoici*; masculi femineis dissimiles.

1. ZEA (L. gen. n. 1042.) Monoica. Flores masculi terminales, racemoso-paniculati. Spicula biflora, flore utroque sessili. Gluma 2 valvis; glumella 2 paleacea. Flores feminei in spicas axillares, vaginis involutas, dispositi. Spicula biflora, flore altero neutro. Gluma 2 valvis; glumella 2 paleacea, valvis paleisque carnoso-membranaceis, transverse oblongis, convolutis. Stylus longissimus, stigma subtiliter ciliatum. Caryopsides subrotundo-reniformes, in series 8, per paria approximatas dispositae, axi carnoso insertae. N. ab E. gen. 14. 19. 20.

1. Z. Mays (L. sp. 1378.) ⊙. Ex America australi allata, in usum oeconomicum colitur. N. ab E. l. c. icon. Mays Zea Gärtn. fruct. 1. p. 6. t. 1.
Colit.

Trib. II. *ANDROPOGONEAE.* Kunth. enum. 1. p. 470. *Spiculae a dorso compressae, 1 florae cum rudimento floris inferioris* paleaceo vel cum flore inferiore masculo. Valva inferior maior. Styli longi; stigmate aspergilliformi, sub apice flosculi emergenti. — Spiculae *ad articulos* spicae vel paniculae, maturitate plerumque fragilis et geniculis secedentis, *geminae,* altera sessili, altera pedicellata; *terminales ternae, lateralibus pedicellatis, intermedia sessili.*

2. ERIÁNTHUS (Richard. in Palis. de Beauv. agr. p. 14.) Spiculae omnes hermaphroditae; cetera ut Andropoginis.

1. E. Ravennae (Pal. d. Beauv. agr. 14.) panicula ramosissima, foliis carinatis, valvis spiculae sessilis glabris, spiculae pedicellatae basi pilosis, pilis spiculam cingentibus eamque aequantibus. ♃. In arenosis humidis reg. austr., (auf d. Insel Cherso.) Jul.

---

*) Stigmata optimos praebent characteres in difficili hoc ordine; sunt
1. filiformia, quae ex apice floris emergunt et stylo elongato, superne, vel etiam a basi, pilis brevibus undique et laxe adsperso, formantur;
2. aspergilliformia: formantur stylo elongato, superne pilis longioribus densius congestis undique obsito, atque sub apice vel e medio floris utrinque emergunt;
3. plumosa: in basi floris egrediuntur, vel ibidem inclusa occultantur, stylo brevi vel ovario ipsi insident et saepe ex pilis distichis vel unifariam ad latus superius directis composita sunt.

Andropogon Ravennae L. sp. 1481. Saccharum Ravennae L. syst. veg. p. 88. D. fl. 1. p. 537. Reichenb. ic. 11. f. 1505. J.

3. ANDROPÓGON (L. gen. 1145.) spiculae lineares, ad articulos geminae; altera sessili, hermaphrodita, altera pedicellata mascula; terminales 3, intermedia sessili; omnes 1 florae, cum rudimento floris inferioris unipaleaceo, rarius (in extraneis) cum flore inferiore masculo, bipaleaceo. Gluma 2 valvis; valva inferior dorso planiuscula, ecarinata; superior dorso carinata. Paleae hyalinae, 3, intermedia, (palea inferior floris hermaphroditi,) aristata. Styli elongati, stigmata aspergilliformia, sub apice spiculae emergentia. — In Androp. Gryllo spiculae 3 terminales tantum adsunt, laterales deficiunt.

Sect. I. Dactylopogon. Spicae digitatae vel racemosim dispositae, spiculis lateralibus et terminalibus obsitae. Andropogon N. ab E. gen. 14. 3.

1. A. Ischaemum (L. sp. 1483.) foliis linearibus canaliculatis pilosis, spicis pluribus digitatis, glumis striatis, *valva inferiore spiculae hermaphroditae* pedicellisque *pilosis*. ♃. In siccis apricis, praecipue solo calcareo, (im südl. u. mittlern Geb., nördlich bis Quedlinburg.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 639. St. h. 52. A. angustifolius Smith. prodr. fl. graec. 1. 47.

2. A. distachyus (L. sp. 1481.) spicis terminalibus geminatis, *spiculis glabris*, culmo simplici erecto. ♃. In collibus asperis, apricis, (Istrien u. a. d. benachbarten Inseln.) Jul. D. fl. 1. p. 640. St. h. 52. Pollinia distachyos Spreng. syst. 1. 288. Specimen e loco memorato nondum vidi. J.

Sect. II. Chrysopogon. Rami paniculae verticillati. Spiculae terminales 3, laterales nullae. Chrysopogon N. ab E. gen. 14. 1.

3. A. Gryllus (L. sp. 1480.) paniculae ramis simplicibus, *spiculis 3 terminalibus*, *lateralibus nullis*, pedicellis basi barbatis. ♃. In collibus et pratis siccis reg. calid., (im östr. Littorale, ital. Schweiz u. Istrien) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 541. St. h. 52. Chrysopogon Gryllus Trin. fund. 188.

4. HETERÓPÓGON (Persoon. syn. 2. p. 533.) Spiculae ad articulos geminae, terminales 3; sessilium inferiores herbaceae et masculae, superiores cartilagineae et femineae staminibus abortientibus; pedicellatae omnes masculae. Cetera ut Andropoginis.

1. H. Allionii (Roem. et Schult. syst. 2. 835.) spiculis masculis glabris. ♃. In locis rupestribus reg. calid., (bei Botzen im südl. Tyrol; ital. Schweiz.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 544. H. glaber Pers. l. c. Andropogon Allionii DC. fl. fr. 3. 97. A. contortum All. ped. t. 91. f. 4., non Linn.

5. SORGHUM (Persoon.) syn. 1. p. 101.) Spiculae ovatae vel oblongo-ovatae, valvis apice tridentatis; cetera ut Andropoginis. N. ab E. gen. 14. 2.

1. S. halepense (Pers. l. c.) spicis paniculatis, paniculae ramis ramosis, valvis spicularum hermaphroditarum pubescentibus. ♃.

In vineis et collibus sterilibus, (östr. Litt., Istrien.) Jun. Jul. Andropogon halepensis Sibth. fl. graec. 1. t. 68. D. fl. 1. 542. St. h. 52. A. avenaceus Humb. et Kunth. nov. gen. 1. 189. A. arundinaceum Scop. carn. 2. p. 274. Holcus avenaceus L. sp. 1485. Trachypogon avenaceus Nees ab E. in Mart. brasil. 2. 354. G.

Trib. III. *PANICEAE.* Kunth. en. 1. p. 40. *Spiculae a dorso compressae* et dorso convexae, antice planae vel planiusculae, *1 florae vel uniflorae cum rudimento floris inferioris,* valvam tertiam referente. Gluma bivalvis, *valva inferior minor, saepe minima, lateri plano vel planiusculo spiculae adpressa. Styli elongati, stigmata aspergilliformia* sub apice floris emergentia.

6. TRAGUS (Desfont. fl. atlant. 2. p. 386.) Spiculae dorso convexae, antice planae, a dorso compressae, 1 florae. Gluma bivalvis, valva inferior minuta, membranacea, lateri plano spiculae incumbens, nuda; superior coriacea, spinosa, glumellam membranaceam 2 paleaceam includens. N. ab E. gen. 13. 10.

1. T. RACEMOSUS (Desf. l. c.) ⊙. In arenosis reg. calid., (Istrien, Littoral., südl. Tyrol, Wallis.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 724. Cenchrus racemosus L. sp. 1487. Lappago racemosa Schreb. gen. pl. 1. n. 31. Willd. sp. 1. 484. St. h. 34.

7. PÁNICUM (L. gen. n. 76.) Spiculae dorso convexae, antice planae vel planiusculae, 1 florae cum flore inferiore unipaleaceo, valvam tertiam referente. Gluma trivalvis, (valva tertia est palea inferior floris neutrius, cuius palea superior deficit.) Glumella cartilaginea vel coriacea. Involucrum nullum.

Sect. I. DIGITARIA Scopoli. Syntherisma Schrad. Spiculae in spicas simplices subdigitatas dispositae, binae, altera longius pedicellata. — Digitaria N. ab E. gen. 13. 7.

1. P. SANGUINALE (L. sp. 84.) *spicis* subquinis *digitatis* erecto-patulis, foliis vaginisque subpilosis, spiculis oblongo-lanceolatis, *palea flosculi neutrius glabra margine pubescente* in nervo laterali extimo *ciliis destituta.* ⊙. In locis cultis, ad vias arenosas. Jul. in autumn. D. fl. 1. p. 465. Digitaria sanguinalis Scop. carn. 1. p. 52. Reichenb. ic. 11. f. 1407. Paspalum sanguinale Lam. ill. n. 938. Dactylon sanguinale Vill. delph. 2. p. 59. Syntherisma vulgare Schrad. germ. 1. 161.

2. P. CILIARE (Retzius obs. 4. 16.) *spicis* subquinis *digitatis* erecto-patulis, foliis vaginisque subpilosis, spiculis oblongo-lanceolatis, *palea flosculi neutrius glabra margine pubescente in nervo laterali extimo hispido-ciliatis.* ⊙. In arvis sabulosis, (ital. Schweiz; v. Basel auf d. Rheinfläche bis Mainz; Kärnthen, Böhm.; bei Stettin in Pommern.) Jul.-autum. D. fl. 1. p. 464. Digitaria ciliaris Koel. gram. 27. Paspalum ciliare DC. fl. fr. 5. p. 250. Syntherisma ciliare Schrad. germ. 160. t. 3. f. 7. N. ab E. l. c. ic.

3. P. GLABRUM (Gaudin. agrost. helv. 1. p. 22.) *spicis* plerumque ternis *digitatis*, foliis vaginisque glabris, *spiculis ellipticis pubescentibus in nervis glabris.* ⊙. In arvis et agris arenosis. Jul.-

autumn. P. Ischaemum Schreb. in Schweigg. et Kört. fl. erlang. 1. 16. P. humifusum Kunth. gram. 1. 33. P. lineare Krock. siles. n. 98. P. sanguinale Pollich. palat. 1. p. 57. Digitaria filiformis Koel. gram. 26. Paspalum ambiguum DC. fl. fr. 3. p. 16. Syntherisma glabrum Schrad. germ. 165. t. 3. f. 7.

Sect. II. Echinochloa Beauv. Spiculae paniculatae, panicula e spicis unilateralibus compositis formata. Valvae in mucronem vel aristam scabram attenuatae. N. ab E. 13. 8.

4. P. Crus-galli (L. sp. 83.) *spicis* alternis oppositisque *compositis* linearibus, spiculis approximatis *aristatis*, rachi basi quinquangulari. ⊙. In agris et locis culti subhumidis, ad fossas. Jul. Aug. D. fl. 1. 467. Echinochloa Crus-galli Beauv. agr. 53. Variat:

α. palea floris neutrius breviter aristata. Reichenb. ic. 11. 1411.

β. palea floris neutrius longe aristata. Reichenb. ic. 11. 1412. — Specimen P. stagnini Host., in Foro Julio lectum, nondum vidi, qua de causa speciem omitto.

Sect. III. Milium. Spiculae paniculatae. Panicula effusa vel glomerata. valvae in aristam brevem acuminatae vel muticae. Panicum N. ab E. gen. 13. 6.

5. P. miliaceum (L. sp. 86.) *panicula ampla* effusa *cernua*, foliis lanceolatis vaginisque pilosis, valvis acuminato-mucronatis. ⊙. Ex Oriente allatum, in usum oeconomicum colitur. N. ab E. l. c. ic. P. Milium Pers. syn. 1. 83. Colit.

6. P. capillare (L. sp. 86.) *panicula ampla* patente, *ramis tenuissimis strictis*, valvis acuminato-mucronatis, foliis vaginisque hirsutissimis. ⊙. In cultis circa Vindobonam nunc spontaneum factum, ex America boreali allatum.

Sect. IV. Oplismenus Palis. Orthopogon Rob. Brown. Spiculae in fasciculos paucifloros vel spicas breves, rachi communi alternatim per intervalla insidentes, dispositae. Valva inferior longissime aristata. N. ab E. gen. 13. 10.

7. P. undulatifolium (Arduin. specim. 2. 14. t. 4.) *fasciculis sub 10 in spicam interruptam dispositis paucifloris*, valvis glabris ciliatis aristatis, aristis glabris obtusis, rachi culmo vaginisque hirsutis pilis patentibus, foliis ovato-lanceolatis undulatis. ⊙. In sylvis umbrosis reg. calid., (ital. Schweiz; östr. Litt. bei Aquileja.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 462. P. hirtellum Wulf. ap. Jacq. collect. 1. p. 263., (certissime, ut ex optima descriptione patet.) Allion. ped. 2. p. 240., non L. P. Burmanni M. Bieb. tauric. cauc. 3. p. 58. Oplismenus undulatifolius Kunth. en. 139., excl. syn. Host. Orthopogon undulatifolius Spreng. syst. 1. 306. Reichenb. ic. 11. f. 1409. — Panicum Burmanni Retz. obs. 3. 10., Orthopogon Burmanni R. Brown. prod. 1. 194. Reichenb. ic. 11. f. 1410. fl. exc. p. 23., excl. synon. Wulfenii, copiose prope Aquilejam et Tergestum provenire perhibet cl. Reichenb.; quum vero specimen e locis memoratis hucusque nondum viderim, speciem omitto.

8. SETÁRIA (Palis. de Beauv. agrost. p. 51.) Involucrum, e setis aristaeformibus compositum, pedicellorum basi subiectum; cetera ut Panici. — Involucro differt a Panico, ut Cynosurus a Festuca. N. ab E. gen. 13. 9.

1. S. VERTICILLATA (Beauv. agr. 51.) panicula spiciformi conferta basi saepe interrupta, *involucris* deorsum scabris, *denticulis setarum reversis*, paleis floris hermaphroditi laeviusculis. ⊙. In locis cultis, fluviorum glareis, (stw. d. d. Gebiet.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1463. Panicum verticillatum L. sp. 82. D. fl. 1. 468. Pennisetum verticillatum R. Br. prod. 1. 195.

2. S. VIRIDIS (Beauv. agr. 51.) panicula spiciformi cylindrica, involucris sursum scabris, denticulis antrorsum *directis*, *paleis floris hermaphroditi laeviusculis* paleam floris neutrius aequantibus. ⊙. In locis cultis, campis arenosis. Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1467. Panicum viride L. sp. 83. D. fl. 1. 469. P. bicolor Moench. meth. p. 206. — P. reclinatum Vill. delph. 2. p. 64. videtur forma vulgaris et P. viride ibid. forma pusilla huius speciei. Occurrit: minor saepe colore sordide purpureo suffusa: P. Weinmannni R. et S. syst. 2. 490.; et maior: P. viride var. β. maius Gaud. helv. 1. 152.

3. S. GLAUCA (Beauv. agr. 51.) panicula spiciformi cylindrica, involucris sursum scabris, *denticulis antrorsum directis*, *paleis floris hermaphroditi transverse rugosis* palea floris neutrius duplo longioribus. ⊙. In cultis et campis arenosis. Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1466. Panicum glaucum L. sp. 83. D. fl. 1. 470. P. flavescens Moench. meth. p. 206.

4. S. ITALICA (Beauv. agr. 51.) panicula spiciformi decomposita lobata, involucellis sursum scabris, denticulis antrorsum directis, paleis floris hermaphroditi laeviusculis. ⊙. In cultis Europae australis et Indiae; in dit. fl. nostrae colitur. Jul. Aug. Planta iamdiu culta, nunc multis varietatibus in hortis exstat. Varietas involucris spicula paulo tantum longioribus et rachi pilis longis hirsuta est: P. germanicum Roth. germ. 1. p. 27.; varietas involucris spicula brevioribus P. sibiricum hortor. Colit.

Trib. III. *PHALARIDEAE.* Kunth. en. 1. p. 18. *Spiculae a latere compressae,* 1 florae *cum rudimento* paleaceo secundi tertiique *floris inferioris*, vel cum flore masculo solitario binisve inferioribus. Stylus longus, stigmata filiformia vel subaspergilliformia, ex apice spiculae emergentia.

9. PHÁLARIS (L. gen. n. 74.) Gluma 2 valvis, valvis a latere carinato-compressis, subaequalibus, uniflora cum rudimento squamaeformi floris inferioris solitarii binorumve. Glumella floris perfecti 2 valvis, cartilaginea, mutica, gluma brevior. Styli longi, stigmata erecta, filiformia. N. ab E. gen. 11. 15.

Sect. I. PHALARIDES GENUINAE. Valvae dorso alatae. Spiculae in latere exteriore subconvexae, in posteriore subconcavae.

1. P. CANARIENSIS (L. sp. 79.) panicula spiciformi ovali, *valvis* acuminatis *margine uninerviis* dorso alatis, *ala integerrima*, floribus sterilibus duobus dimidium fertilis aequantibus, paleis huius adpresso-pilosis. ⊙. In locis cultis, ad vias, (in Istrien, ausserdem hin u. wieder verwildert.) Jul. Aug. D. fl. 1. 485. Reichenb. ic. 11. f. 1492. J.

2. P. MINOR (Retz. obs. 3. 8.) panicula spiciformi oblonga, *valvis* acuminato - mucronatis *margine uninerviis* dorso alatis, *ala eroso - denticulata*, flore sterili altero minimo, altero flore fertili dimidio breviore, *paleis* huius *adpresso - pilosis*, culmo basi aequali. ⊙. Ad mare mediterraneum, (im Littorale zw. Fiume u. Laurana Host.) Mai. Jun. P. aquatica Ait. kew. 1. 56. D. fl. 1. 485. Reichenb. ic. 11. 1493. J.

3. P. AQUATICA (L. sp. 79.) panicula spiciformi oblonga, *valvis* acuminato - mucronatis *margine uninerviis*, dorso alatis, *ala eroso-denticulata*, flore sterili altero minimo, altero deficiente, *paleis* floris fertilis *glabris*, basi culmi tuberoso - incrassata. ♃. In locis humidis reg. calid., (bei Stramare in d. Gegend v. Triest, Tommas.) Mai. P. caerulescens Desfont. atl. 1. 56. P. bulbosa Presl. sic. 101., non Linn. P. variegata Spreng. neu. entdeck. 2. 101. G.

4. P. PARADOXA (L. sp. 1665.) panicula spiciformi cylindrica, ramulis 6 floris, flore intermedio hermaphrodito, lateralibus neutris duplo quadruplove minoribus, anterioribus 4 ramulorum inferiorum cuneatis obtusissimis crenulatis, valvis floris fertilis longe acuminatis *margine trinerviis* in medio dorsi alatis, ala lanceolata dentiformi. ⊙. In cultis, ad vias reg. calid., (Istrien.) Mai. Jun. D. fl. 1. p. 486. Reichenb. ic. 11. f. 1491. J.

Sect. II. BALDINGERA Fl. wetterav. Valvae dorso non alatae. Spiculae compressae, utrinque convexae. N. ab E. gen. 11. 16.

4. P. ARUNDINACEA (L. sp. 80.) *panicula patente*, spiculis fasciculato - congestis, valvis apteris, flore hermaphrodito glabro, sterilibus pilosis. ♃. Ad ripas et in aquis stagnantibus. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 487. N. ab E. l. c. ic. Variat:

β. *picta*, foliis albo - striatis: P. arundinacea picta L. sp. 80.

10. HIERÓCHLOA (Gmelin. sibir. 1. p. 101.) Gluma bivalvis, 3 flora. Flores 2 inferiores masculi, triandri, palea superiore bicarinata; superior diander, palea superiore unicarinata. Glumella bipaleacea, mutica vel ex apice breviter aristata. Styli longi. Stigmata subplumosa, ex apice spiculae emergentia. N. ab E. gen. 14. 5.

1. H. ODORATA (Wahlenberg. ups. p. 32.) panicula divaricata, *pedicellis glabris*, flore hermaphrodito mutico, masculis sub apice brevissime aristatis, radice repente. ♃. In pratis humidis, (von Oldenburg durch d. nördl. D. bis Preussen; Schles., Böhm., Mähr.; bei München selten.) Mai. Jun. R. et S. syst. 2. 513. D. fl. 1. 548. Holcus borealis Schrad. germ. 1. 252. St. h. 40. H. repens Host. fl. a. 1. 123. G.

2. H. AUSTRALIS (R. et Schult. s. 2. 514.) panicula divaricata, *pedicellis ad spicularum basin pilosis*, flore hermaphrodito mutico, masculo inferiore infra apicem brevissime aristato, arista recta, masculo superiore e dorsi medio aristam geniculatam exserente, radice repente. ♃. In sylvis umbrosis, (Mähr., Oestr., Steyerm., Salzb., Tyrol.; bei Regensb., Nürnberg; Mühlhausen in d. Schw.) Mart. April. D. fl. 1. 549. Holcus australis Schrad. germ. 1. 253. H. odoratus Host. gr. t. 4. Schk. t. 344.

11. ANTHOXÁNTHUM (L. gen. n. 42.) Gluma bivalvis, triflora; flores 2 inferiores neutri, unipaleacei, dorso aristati; terminalis hermaphroditus, minor, bipaleaceus, muticus. Gluma inferior dimidio brevior, superior flores superans. Stam. 2. Styli longi, stigmata filiformia, plumosa, ex apice spiculae egredientia. N. ab E. gen. 11. 17.

1. A. ODORATUM (L sp. 40.) panicula spiciformi oblonga laxiuscula, valva inferiore spicula dimidio breviore acuta, palea florum sterilium adpresse pilosa rotundato-obtusa, valva interiore dimidio breviore. ♃. In pratis, sylvis. Mai. Jun. D. fl. 1. 362. St. h. 4.

12. IMPERÁTA (Cyrill. ic. pl. rar. p. 112. t. 11.) Gluma bivalvis, 1 flora cum flore inferiore neutro, 1 paleaceo. Valvae convexo-compressae, nervo medio carinatae, flore longiores. Palea inferior, (flos neuter unipaleaceus,) longior, glumam dimidiam aequans, secunda et tertia, (flos hermaphroditus 2 paleaceus,) dimidio breviores. Styli 2, longi, a basi ad medium connati, stigmata elongata, filiformia, pilosa, ex apice spiculae egredientia.

1. I. CYLINDRICA (Palis. d. Beauv. agrost 7. t. 5. f. 1.) ♃. In olivetis, vineis, (Istrien, Host.) Jul. Aug. D. fl. 536. Reichenb. ic. 11. f. 1504. Imperata arundinacea Cyrill. l. c. Lagurus cylindricus L. sp. 120. Saccharum cylindricum Lam. dict. 1. 588. J.

Trib. IV. *ALOPECUROIDEAE. Spiculae a latere compressae 1 florae*, vel 1 florae cum rudimento floris superioris, paniculatae vel in racemo simplici alternae. Valvae flores aequantes vel superantes. *Styli longi*; *stigmata elongata*, *filiformia*, pilosa, *ex apice spiculae egredientia.*

13. ALOPECÚRUS (L. gen. n. 78.) Gluma bivalvis, 1 flora. Glumella 1 paleacea, utriculiformis, altero margine fissa, dorso aristata. Styl. longus. Stigmata elongata, pilosa, ex apice spiculae emergentia. N. ab E. gen. 11. 12.

1. A. PRATENSIS (L. sp. 88.) culmo erecto glabro, panicula spiciformi cylindrica obtusa, ramis paniculae 4-6 floris, *valvis acutis infra medium connatis villoso-ciliatis.* ♃. In pratis fertilibus. Mai. Jun. D. fl. 1. 478. St. h. 8. Radix in solo arenoso subrepens. Arista nunc inclusa, nunc exserta, etiam valvae variant virides et coloratae. — A. repens M. Bieb. taur. cauc. 3. p. 54., A. ruthenicus Weinm. cat. hort. dorp., a varietate colorata Alopecuri pratensis diversus videtur, mihi tamen non satis notus est. Semina, sub nomine A. repentis et A. ruthenici ex hortis botanicis hucusque accepta, vulgarem plantam procreaverunt.

2. A. AGRESTIS (L. sp. 89.) culmo erecto superne scabriusculo, panicula spiciformi cylindrica utrinque attenuata, ramis paniculae 1-2 floris, *valvis ad medium usque connatis acuminatis* carina anguste alatis *brevissime ciliatis.* ⊙. In agris, solo argillaceo. Jun. Jul. D. fl. 1. 23. Leers. herb. t. 5. f. 8.

3. A. GENICULATUS (L. sp. 89.) culmo e basi prostrata adscendente glabro, panicula spiciformi cylindrica, *spiculis ovato-oblongis*,

valvis obtusis ciliatis *basi tantum connatis*, *palea sub medio aristata*. ⊙. In fossis, paludibus, locis humidis. Mai-Aug. D. fl. 1. 480. Leers. t. 2. f. 7. Arista palea sua duplo fere longior.

4. A. FULVUS (Smith. engl. bot. 21. t. 1467.) culmo e basi prostrata adscendente glabro, panicula spiciformi cylindrica, *spiculis ellipticis*, *valvis obtusis* ciliatis *basi tantum connatis*, *palea e medio aristata*. ⊙. In iisdem cum antecedente locis. Mai-Aug. A. paludosus Palis. de Beauv. ined. D. fl. 1. 481. A. geniculatus Pollich. palat. 1. 63. — Colore vaginarum caesio et antheris fulvis, quae in A. geniculato ochroleucae, et post pollinis emissionem fuscae sunt, statim dignoscitur. Arista glumam vix unquam superat. Icon in Engl. bot. non bona.

5. A. UTRICULATUS (Persoon. syn. 1. 80.) culmis erectis adscendentibusque, spica ovata vel ovato-oblonga, pedunculis 1-2 floris, *valvis* ad medium connatis sensimque dilatatis, *ultra medium subito in acumen depressum contractis*, vagina foliorum suprema utriculose inflata. ⊙. In pratis fertilibus, (Triest; Schlettstadt im Elsafs; bei Zweibrücken in d. Rheinpfalz; im Saarthale bei Saarbrücken; Trier.) Mai. Jun. D. fl. 1. 482. Scheuchz. t. 2. f. 2. G.

14. CRYPSIS (Ait. hort. kew. ed. 1. v. 1. p. 48.) Gluma bivalvis, 1 flora, flore brevior. Valvae carinato-compressae, inferior brevior. Glumella bipaleacea, paleis lanceolatis, subaequalibus, superior unicarinata vel obsolete bicarinata. Stam. 2-3. Styli elongati, stigmata filiformia, pilosa, ex apice spiculae emergentia. N. ab E. gen. 11. 14.

1. C. ACULATA (Aiton. kew. ed. 1. p. 48.) culmis ramosis subcompressis, *paniculis spiciformibus hemisphaericis involucro foliaceo immersis*, floribus diandris. ⊙. In palustribus, (Oestr., Litt.; zwischen Satschan u. Mautnitz in Mähren.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 474. St. h. 26. Anthoxanthum aculeatum L. suppl. 89. Schoenus aculeatus L. sp. 63. Phleum schoenoides Jacq. a. app. t. 7. Agrostis aculeata Scop. carn. 89. Heleochloa diandra Host. a. 1. 77. Palea superior 1 nervia, carinata. Kunth. G.

2. C. SCHOENOIDES (Lam. ill. 1. 166. t. 42. f. 1.) culmis ramosis subcompressis, *paniculis spiciformibus ovali-oblongis basi vagina suprema inclusis*, floribus triandris. ⊙. In locis humidis, (östr. Litt.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 475. St. h. 26. Spartina phleoides Roth. neue beitr. Phleum schoenoides L. sp. 88. Heleochloa schoenoides Host. a. p. 77. Palea superior binervia, ut in sequente. G.

3. C. ALOPECUROIDES (Schrad. germ. 1. 167.) culmis simplicibus teretiusculis, *paniculis spicatis* oblongo-cylindraceis *nudis*, floribus triandris. ⊙. In uliginosis, (Unteröstreich; bei Bisenz in Mähren.) Aug. Sept. D. fl. 1. 476. St. h. 26. Heleochloa alopecuroides Host. a. 1. 77. G.

15. PHLEUM (L. gen. n. 77.) Gluma bivalvis, 1 flora, glumellam superans, valvis subaequalibus carinato-compressis, apice truncatis vel acutis, aristatis submuticisve. Glumella bipaleacea, membranacea, aristata vel mutica. Rudimentum floris superioris

pedicelliforme vel nullum. Styli mediocres, stigmata longissima, pilosa, ex apice spiculae emergentia.

Sect. I. Achnodon Link. Palea inferior 5 nervia, truncata. N. ab E. gen. 13. 4.

1. P. tenue (Schrad. germ. 1. 191.) panicula spicata cylindracea, *spiculis* plano-compressis *ellipticis*, *valvis dorso semilunari-curvatis breviter mucronulatis glabris* subtilissime tuberculato-scabris. ⊙. In locis herbidis et ad vias Istriae inque insulis Veglia et Cherso. Jun. D. fl. 1. 488. P. Bellardii Willd. en. 1. 85. Achnodon Bellardii Link. hort. 1. 65. N. ab E. l. c. ic. Achnodonton tenue et Bellardi Beauv. agr. 24. Phalaris bulbosa L. sp. 79. P. cylindrica DC. fl. fr. 3. 11. P. tenuis Host. gr. 2. t. 36. P. subulata Sav. fl. pis. 1. 57. P. sativa Pers. syn. 1. 78. J.

Sect. II. Chilochloa Beauv. Palea inferior 3 nervia, obtusa. Pedicellus ad basin paleae superioris, rudimentum floris secundi superioris referens. N. ab E. gen. 13. 3.

2. P. arenarium (L. sp. 88.) panicula spiciformi oblonga basi plerumque attenuata, *valvis lanceolatis* in aristam brevem *acuminatis* carina hispido-ciliatis, radice pluriculmi, *fasciculis foliorum sterilibus nullis*. ⊙. In arenosis maritimis, (v. Ostfriesland bis nach Mecklenb.; in Preussen; Seeküste am adriat. Meere; auch im Binnenlande auf d. Sande bei Mainz u. bei Aachen.) Jun. Jul. St. h. 29. Phalaris arenaria Willd. sp. 328. Chilochloa aren. Beauv. agr. 37. G.

3. P. Michelii (All ped. 2. p. 233.) panicula spiciformi cylindracea, *valvis lanceolatis* in aristam brevem *acuminatis* dorso hispido-ciliatis, *radice* culmis fertilibus *fasciculisque foliorum sterilibus caespitosa*. ♃. In pascuis alpium, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 1. 495. P. hirsutum Sut. helv. 1. 31. Phalaris alpina Haenk. in Jacq. coll. 2. 91. Chilochloa Michelii Rchb. ic. 11. f. 1489. — Phleum trygynum Host. gr. 4. t. 20., P. Hostii cat. hort. vind., Chilochloa cuspidata Beauv., Reichenb. ic. 11. f. 1490., vivum possideo, e seminibus, ex horto vindobonensi acceptis, enatum; nullum autem verum discrimen inter hoc et P. Michelii invenire possum.

4. P. Boehmeri (Wibel. primit. flor. werth. p. 125. 1799.) panicula spiciformi cylindracea, *valvis lineari-oblongis oblique truncatis acuminato-mucronatis* compressis dorso hispido-ciliatis scabrisve, radice culmis fertilibus fasciculisque foliorum sterilibus caespitosa. ♃ In collibus sterilibus, pratis siccis, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. 494. P. phalaroides Koel. gram. p. 52. 1802. P. glabrum Bernh. erf. p. 38. P. laeve MBieb. taur. cauc. 1. p. 46. Phalaris phleoides L. sp. 80. Chilochloa Böhmeri Beauv. agr. 37. N. ab E. l. c. ic.

5. P. asperum (Vill. delph. 2. 61. t. 2. f. 4.) panicula spiciformi cylindracea, *valvis cuneiformibus truncatis apice inflato-angulatis* mucronatis scabris. ♃. (Littor.; südl. Tyrol u. südl. Schweiz; im Oberelsass bei Ingersheim, Buchsweiler; stw. auf d. Rheinfl. bis Mainz; bei Frankf. a. M., Würzburg, Ulm, Trier u. Sponheim; südl. Theil v. Hanover; Halle.) Mai. Jun. D. fl. 1. 493. St. h. 26.

P. viride All. ped. 2. p. 232. P. ventricosum Moench. meth. 177. P. paniculatum Huds. angl. 26. Phalaris aspera Retz. obs. 4. 14. Chilochloa asp. Beauv. agr. 37.

Sect. III. PHLEUM Beauv. Palea inferior trinervia, obtusa. Rudimentum floris secundi nullum. N. ab E. gen. 13. 2.

6. P. PRATENSE (L. sp. 79.) panicula spiciformi cylindracea, *valvis oblongis transverse truncatis* in aristam subito acuminatis carina hispido-ciliatis, *aristis gluma brevioribus.* ♃. In pratis fertilibus; var. minor in locis siccis. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 489. Leers. herb. t 3. f. 1. P. Bertolonii DC. cat. h. monsp. 132., est, monente cl. Bertolon. in flor. ital. 1. 348., modificatio gluma paucioribus ciliis obsita, aristisque brevioribus. — In locis siccis panicula spiciformis brevior, planta humilior fit et culmus supra radicem magis bulboso-incrassatus apparet; hoc est P. nodosum L. sp. 88. P. bulbosum Host. gr. 4. t. 21. fl. a. 1. 81. Leers. l. c. f. 2.

7. P. ALPINUM (L. sp. 88.) panicula spiciformi cylindracea vel ovali, *valvis oblongis transverse truncatis* in aristam subito acuminatis carina hispido-ciliatis, *aristas glumam aequantibus.* ♃. In pascuis alpinis et subalpinis, (d. d. g. A. K. u. auf d. Sudeten u. Mähr. Karpaten.) Jun.-Aug. D. fl. 1. 490. St. h. 29. Variat spicis cylindricis elongatis brevibusque ovalibus; utraque varietas insuper occurrit aristis longe ciliatis ciliisque destitutis: posterior est P. commutatum Gaud. helv. 1. p. 166. P. Gerardi Panz. ap. St. h. 29. Praeter defectum ciliarum in aristis ne minimam quidem differentiam inter utramque reperio.

8. P. ECHINATUM (Host. gr. 3. t. 11. fl. austr. 1. 81.) panicula spicata ovali, *spiculis* patentibus, *infimis deflexis*, *valvis ovato-oblongis transverse truncatis* in aristam subito acuminatis carina hispido-ciliatis, aristis gluma paulo longioribus. ⊙ (?) In pratis montanis, (Istrien.) Mai. D. fl. 1. 491. P. felinum Sm. prod. 1. 42. Reichenb. ic. 11. f. 1486. J.

Phleum Gerardi e flora germ. et helv. delendum est. Phleum capitatum Scop. carn. 1. p. 56. longe aliam designat plantam, quae in loco natali investiganda est.

16. CHAMAGRÓSTIS (Borkhausen. obercattisch. flora. Wibel. werth. p. 126.) Gluma bivalvis, valvae dorso rotundatae, ecarinatae, glumella longiores, muticae. Glumella bipaleacea, paleae non carinatae, muticae, piloso-ciliatae. Antherae a basi ad medium fissae, apice integrae. Styli mediocres; stigmata elongata, filiformia, pilosa, ex apice spiculae emergentia. N. ab E. gen. 13. 5.

1. C. MINIMA (Borkh. l. c.) ⊙. In campis arenosis, (stw. auf d. Rheinfläche v. Philippsburg bis Mainz; im Maingebiete bis Würzburg; in Holstein.) Mart. April. Sturmia minima Hopp. in St. h. 7. S. verna Pers. syn. 1. 76. Knappia agrostidea Smith. brit. 5. p. 1387. K. verna Trin. ic. 2. t. 17. Agrostis minima L. sp. 93. Mibora verna Beauv. agr. 29. D. fl. 1. p. 477. G.

Trib. V. *CHLORIDEAE.* Kunth. en. 258. *Spiculae a latere compressae, 1 florae,* (in exoticis bi-multiflorae,) in spicas uni-

laterales dispositae, et quidem *lateri inferiori racheos spicarum insertae.* Valva inferior florem, (in exoticis multifloris florem proximum) superans vel paulo tantum brevior. Styli mediocres vel longi, quandoque in unum connati; stigmata elongata, filiformia vel subaspergilliformia, pilosa.

17. CÝNODON (Richard. in Persoon. synops. 1. p. 85.) Gluma uniflora, bivalvis, patens, basi tantum flosculum amplectens. Glumella bipaleacea, gluma paulo longior, palea inferiore ovata, naviculari-compressa, superiorem linearem, dorso sulco exaratam, includens. Rudimentum secundi floris pedicelliforme, cum capitulo glumaceo vel nullo. Styli longi; stigmata subaspergilliformia, sub apice floris emergentia. N. ab E. gen. 11. 18.

1. C. Dactylon (Pers. syn. 1. 85.) spicis 3-5 digitatis, paleis, glabris subciliatis, foliis subtus pilosis, stolonibus prostratis. ♃. In campis arenosis, ad vias, (stw. in d. Schweiz, u. v. da durch d. Rheingebiet bis Westph.; durch d. Maingebiet bis Würzb.; im südl. D.; vereinzelt in Mähren u. bei Berlin.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1404. Panicum Dactylon L. sp. 85. Digitaria stolonifera Schrad. germ. 1. 165. Paspalum umbellatum Lam. ill. 1. 176. Dactylon officinale Vill. delph. 2. 69.

18. SPARTÍNA (Schreb. in edit. gen. plant. 1. p. 43.) Gluma bivalvis, 1 flora. Valvae carinato-compressae, inferior brevior. Glumella bipaleacea, paleae membranaceae, muticae, inferior compresso-carinata, superior longior, navicularis, dorso binervia. Styli elongati, saepe inferne connati. Stigmata elongata, filiformia, ex apice spiculae egredientia. N. ab E. gen. 11. 19.

1. S. stricta (Roth. catalect. bot. 3. 9.) spicis 2-4 adpressis, spiculis pubescentibus laxe imbricatis erectis, foliis involutis. ♃. In locis paludosis ad litus maris adriatici, (bei Monfalcone.) Aug. Sept. D. fl. 1. 460. N. ab E. l. c. icon. Limnetis pungens Rich. in Pers. syn. 1. 72. Dactylis stricta Ait. kew. 1. 104. Trachynotia stricta DC. fl. fr. 3. p. 74.

Trib. VI. *ORYZEAE.* Kunth. enum. p. 5. Spiculae a latere compressae. *Valvae nullae vel minimae.*

19. LEERSIA (Solander. ap. Swarz. fl. ind. occ. 1. 132.) Spiculae 1 florae. Gluma nulla. Glumella 2 paleacea, chartacea, paleae compresso-carinatae, muticae, subaequales, inferior multo latior. Styli mediocres, stigmata plumosa e latere spiculae egredientia. Caryopsis paleis inclusa. N. ab E. gen. 11. 2.

1. L. oryzoides (Swarz. l. c. in annotatione.) panicula patente, ramis flexuosis, spiculis triandris semiovalibus ciliatis. ♃. In fossis, ad ripas. Aug. Sept. D. fl. 1. p. 403. N. ab E. l. c. icon. Phalaris oryzoides L. sp. 81. Homalocenchrus oryzoides Pollich. palat. 1. p. 52. Ehrharta clandestina Wiggers. hols. p. 64. Asprella oryzoides Lam. ill. 167.

20. COLEANTHUS (Seidel. in Roem. et Schult. syst. veg. 2. 11.) Spiculae 1 florae. Gluma nulla. Glumella 2 paleacea, paleae membranaceae; inferior 1 nervia, carinata, acuminato-aristata; superior dimidio brevior, 2 nervia, bicarinata. Stam. 2. Styli breves; stigmata longa, filiformia, pilis brevibus adspersa. Caryopsis nuda, paleis longior et basi tantum ab iis tecta.

1. C. SUBTILIS (Seidel. in R. et Sch. syst. 2. 276.) ⊙. In piscinis exsiccatis et ad ripas paludum Bohem., (die v. Tausch gelieferten Exempl. bei Wosseck ges.) Jul.-Sept. Schmidtia utriculosa Sternberg. bot. ztg. 2. 1. cum ic. S. subtilis Tratt. austr. 1. 12. t. 451. D. fl. 1. p. 361. G.

Trib. VII. *AGROSTIDEAE.* Kunth. en. p. 198. *Spiculae a latere magis minusve compressae, 1 florae*, vel 1 florae cum rudimento floris superioris. Lodiculae 2. *Styli nulli vel breves*, stigmata plumosa, ad basin spiculae emergentia. *Caryopsis paleis membranaceis tecta.*

21. POLYPÓGON (Desfontaines. fl. atlant. 1. p. 66.) Gluma 2 valvis, 1 flora, glumella longior, convexo-compressa. Valvae subaequales, ex apice obtuso subemarginato setaceo-aristatae. Glumella basi glabra, bipaleacea; palea inferiore sub apice saepe aristata. Styli subnulli; stigmata plumosa, ad latera spiculae emergentia. N. ab E. gen. 11. 5.

1. P. MONSPELIENSIS (Desf. l. c. p. 67.) panicula coarctata lobata, *valvis* oblongis hirto-scabris *ex apice breviter emarginato obtuse bilobo aristatis*, *arista valvam ter superante*, flore sub summo apice aristato, radice fibrosa. ⊙. In locis cultis et incultis humidis ad mare adriaticum Littoralis, (Istrien; bei Monfalcone; auch bei Freiburg in d. Schweiz, ob hier wirklich wild?) Mai. Jun. D. fl. 1. 497. N. ab E. l. c. icon. Alopecurus monspeliensis L. sp. 89. A. paniceus Lam. fl. fr. 3. 560. A. aristatus Huds. angl. 28. Agrostis panicea Willd. spec. 1. 128. Phleum crinitum Schreb. gr. 1. t. 20. Santia plumosa Sav. in mem. soc. it. 8. 2. 479. — Alopecurus paniceus L. sp. 90. ad Polypogonem maritimum Willd. pertinere videtur.

2. P. LITTORALIS (Smith. comp. fl. brit. 13.) panicula coarctata lobata, *valvis* lineari-lanceolatis scabriusculis *ex apice aristatis*, *arista* valvae inferioris *valvam ipsam aequante*, superioris breviore, flore sub apice aristato, radice repente. ♃. In maritimis coenosis, (bisher im Nordwest der Insel Norderney, Mertens.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 499. Reichenb. ic. 11. f. 1417., non bona. Agrostis littoralis Smith. brit. 78. A. lutosa Poir. suppl. 1. 249. G.

22. AGROSTIS (L. gen. n. 80.) Gluma bivalvis, 1 flora, convexo-compressa, flore longior. Valvae acutae, inferior longior. Glumella bipaleacea, membranacea, basi pilorum fasciculis brevissimis fulta, aristata vel mutica, arista tenuissima; palea superiore quandoque deficiente. Rudimentum floris superioris nullum. Styli brevissimi. Stigmata plumosa ad basin spiculae emergentia. N. ab E. gen. 11. 3.

a. VILFA Beauv. Folia omnia plana. Palea superior non deficiens.

1. A. STOLONIFERA (L. sp. pl 93. var. β.) panicula florifera oblongo-conica, ramis horizontaliter patentibus, ramulis ad latera ramorum et deorsum vergentibus, fructifera contracta, ramis pedicellisque scabris, *ligula oblonga*, *foliis omnibus linearibus planis.* ♃. In pratis, pascuis, sylvis, fluviorum glareis, ad vias. Jun. post solstitium et Jul. Meyer. chlor. hanov. 655. A. alba Schrad. germ. 1. p. 209. t. 2. f. 1. D. fl. 1. 508. A. capillaris Pollich. pal. 1. p. 69. Variat spiculis muticis et, raro tamen, aristatis. Forma vulgaris, ubique occurrens, nunc paniculam habet virentem: A. alba Schrad. var. α. D. fl. 1. 510. var. α, L. sp. 93. A. stolonifera Host. gr. 4. t. 56.; nunc paniculam coloratam: A. alba β. D. fl. 1. 510. A. diffusa Host. gr. 4. t. 55. A. varia Host. gr. t. 57. figura sinistra. A. decumbens Haller. fil. in Gaud. agr. 1. 78. A. alba II. decumbens Gaud. fl. helv. 1. 188.

β. *gigantea*, eadem, sed maior et robustior; panicula valde multiflora: A. alba a. gigantea Meyer. l. c. A. gigantea Gaud. agr. 1. p. 81. A. alba α. maior Fl. helv. 1. 189. A. alba γ. D. fl. 1. 511. Si panicula huius varietatis latior diffusiorque apparet, spiculaeque plurimae aristatae sunt, oritur: A. alba δ. D. fl. 1. 511. A. gigantea Roth. tent. 1. 31. A. compressa Willd. in Ust. mag. 11. 39. A. varia Host. gr. 4. t. 57. figura dextra et A. sylvatica Host. gram. 4. t. 58., forma mutica. (A. decumbens Host. gr. t. 54. cl. Meyer. l. c. ad hanc varietatem quoque trahit.)

γ. *stolonifera*, plerumque humilior, stolonibus longe lateque repens, panicula dense conferta, lobata et plerumque saturate colorata; in fluviorum glareis et arenosis hinc inde: A. alba b. stolonifera Meyer. l. c. Host. gr. a. 4. t. 56. Engl. bot. t. 1532. A. alba β. stolonifera Smith. engl. fl. 1. 93. (excl. synon. Linn., conf. Meyer. l. c.) — Haec forma, panicula dense conferta, in montibus altioribus et alpibus, (quandoque in planitiebus quoque occurrit) minor evadit et panicula valde colorata fit: A. pauciflora Schrad. germ. p. 205., (si palea inferior aristam rectam e superiore dorsi parte emittit.) A. patula Gaud. agr. p. 80. Reichenb. ic. 11. f. 1432. A. alba III. patula Gaud. helv. 1. 189.

δ. *maritima*, longe lateque repens, panicula compacta, foliis rigidis, glaucis: A. alba c. maritima Meyer. chlor. hanov. p. 656. A. stolonifera L. iter scanic. p. 338. Fl. d. t. 564. A. stolonifera β. L. sp. 92., excl. syn. Scheuchz., ad A. verticillatam Villars. spectante. A. maritima Lam. dict. 1. 61. Reichenb. ic. 11. f. 1436. DC. fl. fr. 3. p. 23. 5. p. 253., secund. specim. authenticum.

Occurrit in statu luxuriante vivipara: A. sylvatica Reichenb. ic. 11. f. 1434. Huds. angl. ed. 1. 28. L. sp. 1665.; atque in statu morboso, spiculis ustilagine corruptis: A. alba ε. pumila Kunth. en. 1. 219.

A. verticillata Vill. delph. 2. 74., in ditione florae nostrae nondum lecta, differt valvis totis puberulis ligulaque dimidio breviore, truncata et dentata.

2. A. VULGARIS (Withering. arrang. p. 132.) panicula ambitu oblongo-ovata sub anthesi et postea patentissima, ramulis divaricatis

undique vergentibus scabriusculis, *ligula brevi truncata*, *foliis omnibus linearibus planis*. ♃. Habitat et floret cum antecedente. Spiculae muticae. A. vulgaris D. fl. 1. 505. Schrad. germ. t. 2. f. 3. A. stolonifera Pollich. pal. 1. p. 68. A. hispida Willd. sp. 1. 370. A. rubra Wahlenb. ups. p. 29. A. tenella Hoffm. d. fl. spiculis pallidis. Variat.

β. *stolonifera*, stolonibus in locis arenosis elongatis repentibus: A. stolonifera α. L. sp. 93. sec. specimina Ehrhartiana, Upsaliae Linnaei tempore lecta, et sec. verba diagnoseos „ramulis divaricatis" (conf. Meyer. chlor. hanov. 657.)

Occurrit praeterea spiculis viviparis: Reichenb. ic. 11. f. 1429. A. sylvatica Pollich. palat. 1. 69.; et spiculis ustilagine corruptis: A. pumila L. mant. 31. Reichenb. ic. f. 1425. Culmi in morbosa hac varietate multo humiliores permanent.

Agrostis rubra L., Sueciam borealem praecipue inhabitans, peculiaris videtur species, de qua cl. Wahlenbergius sequentia pronunciat. „Septentrionalior et constanter aristata forma etiam habet folia radicalia subfiliformia, culmum humiliorem, paniculam coloratiorem, imo faciem Agrostidis alpinae analogam." — Ego hanc plantam, quae e duobus speciminibus incompletis mihi non satis nota est, nunquam vivam observare potui. — Arista, in medio geniculata, infra medium dorsi floris egreditur.

b. Trichodium Michaux. Folia radicalia complicato-setacea. Palea superior plerumque deficiens.

3. A. canina (L. sp. 92.) panicula diffusa ovata, ramis scabris sub anthesi divergentibus defloratis contractis, *palea* inferiore *sub medio dorsi aristata* apice crenulata, superiore nulla vel minima, *foliis radicalibus complicato-setaceis*, ligula oblonga. ♃. In pratis et locis humidis. Jun.-Aug. D. fl. 1. 512. Reichenb. ic. 11. f. 1424. Trichodium caninum Schrad. germ. 1. 198. Agraulus caninus Beauv. agr. 5. t. 4. f. 7. Spiculae plerumque arista tortili geniculata, rarius breviore et recta instructae, quandoque vero plane muticae sunt. Varietas spiculis maioribus est Agrostis hybrida Gaud. agrost. 1. 66. Reichenb. ic. 11. f. 1424.; specimina parva semipedalia minus multiflora constituunt A. alpinam Leyss. fl. hal. n. 67. Roth. tent. 1. 31. et 2. 82. Occurrit insuper panicula pallida, spiculis viviparis et ustilagine corruptis.

4. A. alpina (Scopol. carn. 1. 60.) panicula patente, ramis pedicellisque scabris, *palea* inferiore *basi aristata* apice breviter bisetosa, superiore minima, *foliis radicalibus complicato-setaceis*, ligula oblonga. ♃. In pratis et pascuis alpinis, (d. d. g. A. K.; a. d. Belchen im Schwarzwalde; Janowitzer Gebirg in Mähren.) Jul. Aug. A. alpina Scop. l. c. „e basi promit aristam" D. fl. 1. 515. Reichenb. ic. 11. f. 1422. Willd. sp. 1. 368., secundum annotationem ex Scopolio sumtam, exclusis autem omnibus syn. praeter Scopolii et Scheuchzeri. A. festucoides Vill. delph. 2. 76. „arête inserér à la base de la corolle." A. alpina DC. fl. fr. 3. 20., sec. syn. Villarsii. A. rupestris Dub. bot. gall. 504. Trichodium rupestre Schrad. germ. 201. Modificatio panicula laxiore est: A. filiformis Schleich. exs.; etiam Villarsii sec. Gaud. helv. 1. 2. 78.

5. A. RUPESTRIS (All. ped. 2. p. 237., secund. specimen a Balbisio ad Schrad. missum.) panicula patente, *ramis pedicellisque glabris*, palea inferiore apice crenulata arista dorsali infra medium proveniente praedita, *foliis radicalibus complicato-setaceis*, ligula oblonga. ♃. In pratis et pascuis alpinis, (d. d. g. A. K.; a. d. Belchen im Schwarzwalde; im Gesenke d. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl. 1. 514. Reichenb. ic. 11. f. 1423. Willd. sp. 1. 368., secund. synonyma All. et Halleri. A. setacea Vill. delph. 2. 76. „arrête posée un peu plus bas que le milieu de la corolle." A. rupestris DC. fl. fr. 3. 21., sec. syn. All. et Villars. et descriptionem. A. alpina Dub. bot. gall. 504.

23. APÉRA (Adans. Beauv. agr. 31.) Valva inferior minor, cetera ut Agrostidis. Pedicellus, rudimentum floris secundi referens, ad basin valvae superioris situs. N. ab E. gen. 11. 4.

1. A. SPICA VENTI (Beauv. l. c.) *panicula ampla*, flore sub apice aristato, arista recta vel subflexuosa paleam ter quaterve superante, *antheris lineari-oblongis*. ⊙. Inter segetes in locis glareosis et arenosis incultis. Jun. Jul. Reichenb. ic. 11. 1421. Agrostis Spica venti L. sp. 91. D. fl. 1. 504. Anemagrostis Spica venti Trin. fund. 129. — Agrostis purpurea Gaud. helv. 1. 185., complectitur specimina minora purpura colorata.

2. A. INTERRUPTA (Beauv.) agr. 31.) *panicula angusta* contracta, flore sub apice aristata, arista recta vel subflexuosa paleam ter quaterve superante, antheris *subrotundo-ovalibus*. ⊙. In cultis et arenosis, (in Unteröstreich, Krain, im untern Wallis, in Hanov. bei Salzderhelden im Fürst. Grubenhagen.) Jun. Jul. Reichenb. ic. 11. f. 1419. Agrostis interrupta L. sp. 92. D. fl. 1. 504. Vaill. par. t. 17. f. 4. — Trinius pro varietate antecedentis declarat.

24. LAGÚRUS (L. gen. n. 104.) Valvae subulatae, in aristam attenuatae. Palea inferior aristis 2 terminalibus rectis et tertia dorsali geniculata. Cetera ut Agrostidis. Pedicellus, rudimentum floris secundi referens, ad basin paleae superioris situs. N. ab E. gen. 13. 20.

1. L. OVATUS (L. sp. 119.) ⊙. In collibus, vineis Istriae. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 634. Reichenb. ic. 11. f. 1415. J.

25. CALAMAGRÓSTIS (Roth. tent. flor. germ. 1. 33. 2. 87.) Paleae basi pilis fultae, diametrum transversalem paleae superantibus; cetera ut Agrostidis. In pluribus speciebus pedicellus pilosus, rudimentum floris secundi referens, ad basin paleae superioris exstat. N. ab E. gen. 11. 6.

Sect. I. EPIGEIOS. Paleae membranaceae, pellucido-albae. Rudimentum secundi floris nullum.

1. C. LANCEOLATA (Roth. tent. fl. germ. 1. 34.) panicula patente, valvis anguste lanceolatis acuminatis, pilis glumellam superantibus, *arista terminali recta* ex emarginatura *brevissima* egrediente eamque vix superante. ♃. In pratis humidis, (stw. d. d. Geb.) Jul.

Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1448. C. ramosa Host. gr. 4. t. 44. Arundo Calamagrostis L. sp. 121. D. fl. 1. 518. A. Leersii Oett. lusat. 17. A. canescens Wigg. prim. fl. hols. 10., sec. Nolt. nov. p. 11. — C. Gaudiniana Reichenb. fl. exc. 27. ic. 11. f. 1447., specimina graciliora comprehendit.

2. C. LITTOREA (DeCand. fl. fr. 5. p. 255.) panicula patente, valvis anguste lanceolatis in apicem subulatum compressum attenuatis, pilis glumellam superantibus, *arista terminali recta valvam dimidiam aequante vel superante.* ♃. In glareis fluviorum et ad ripas, (in d. Schweiz, v. da durch Tyrol bis Oestreich, mit d. Flüssen in die Ebenen neben d. Alpenkette hinab; am Rheine bis Carlsruh, an d. Isar bis München, im Littorale bis an das Meer; sodann am Harze an d. Ufern d. Bude) Jul. Aug. C. laxa Host. gr. 4. t. 43. Reichenb. fl. exc. p. 27. ic. 11. f. 1450. et C. littorea Reichenb. l. c. f. 1449. Arundo littorea Schrad. germ. 1. 212. t. 4. f. 2. D. fl. 1. 519. A. Pseudophragmites Hall. fil. in Roem. arch. 1. 2. 10. A. effusa Gmel. bad. 1. 262. A. glauca MBiebst. 1. 79.

3. C. EPIGEIOS (Roth. tent. fl. germ. 1. 34. 2. 1. 91.) *panicula* stricta patente *glomerato-lobata*, valvis lanceolatis in apicem subulatum compressum desinentibus, pilis glumella longioribus, *arista e medio dorsi recta.* ♃. In locis sylvaticis, campis arenosis, ad ripas. Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1453. Arundo Epigeios L. sp. 120. D. fl. 1. 520. MB. taur. cauc. 2. p. 88. A. Calamagrostis MBieb. taur. cauc. 1. p. 78. Modificatio spiculis, margine anguste tantum coloratis: Arundo intermedia Gmel. bad. 1. 266. Calamagrostis Huebneriana Reichenb. fl. exc. p. 27. ic. 11. f. 1451. Modificatio spiculis totis viridibus: C. glauca Reichenb. l. c. n. 155. ic. 11. f. 1451. excl. syn. fl. taur. cauc.

4. C. HALLERIANA (DC. fl. fr. 5. p. 256.) *panicula patente, spiculis subaequaliter sparsis*, valvis lanceolatis acuminatis, pilis glumellam superantibus, *arista infra medium dorsi* egrediente *recta.* ♃. In sylvaticis humidis, (in d. Voralpen, d. d. g. A. K.; Sudeten, Gesenke in Schles.; Erzgeb.; Unterharz; sodann v. Holstein d. d. nördl. D.) Jul. Aug. C. Pseudophragmites Reichenb. fl. exc. p. 26., ic. 11. f. 1444. C. varia Host. gr. a. t. 47. C. Clarionis Lois. fl. gall. ed. 2. 1. 54. C. pulchella et C. nutans Saut. ap. Reichenb. fl. exc. p. 26. ic. 11. f. 1445 et 1446. Arundo Halleriana Gaud. helv. 1. 197. D. fl. 1. p. 521. A. Pseudophragmites Schrad. germ. 1. 213., non Haller. A. Calamagrostis Hall. fil. in Roem. arch. l. c. A. Clarionis Lois. fl. gall. ed. 1. 719. Variat raro

β. mutica, spiculis muticis.

5. C. TENELLA (Host. gr. p. 29. t. 50., varietas aristata.) *panicula patente*, valvis lanceolatis acutis, *pilis glumella dimidio brevioribus, glumella mutica vel dorso aristata, arista recta.* ♃. In pascuis et sylvis alpinis, (stw. in der A. K. von d. Schweiz bis Oestr.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1438. Arundo tenella D. fl. 1. 521. Variat:

α. *mutica*, spiculis muticis: Arundo tenella Schrad. germ. 1. 220. t. 5. f. 1. Agrostis pilosa Schleich. Gaud. helv. 1. 155. Calamagrostis alpina Host. gr. t. 51.

β. *ari-*

β. *aristata*, spiculis aristatis: C. tenella Host. l. c. Arundo tenella β. D. fl. 1. 522. Arundo humilis R. et S. syst. 2. 510.

Sect. II. Deyeuxia Beauv. Rudimentum secundi floris in pedicello piloso, e basi paleae superioris egrediente, constans. N. ab E. gen. II. 7.

6. C. stricta (Sprengel. syst. veg. 1. 253.) *panicula angusta* patente stricte erecta, valvis acutis, *pilis glumella brevioribus, arista infra medium dorsi recta.* ♃. In pratis humidis, (im nördl. D. von Holstein u. Lüneb. bis Berlin, Pommern u. Preuss.; der Standort in d. Wetterau beruhet auf einer irrigen Bestimmung.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1439. Arundo stricta Timm. in Siemssen. meckl mag. 2. 236. D. fl. 1. 522. St. h. 29. A. neglecta Ehrh. beitr. 6. 137. Deyeuxia neglecta Kunth. en. 1. 242. G.

7. C. montana (Host. gr. 4. t. 46.) panicula patente, valvis acuminatis, *pilis glumellam aequantibus* vel dimidio fere brevioribus, *arista dorsali geniculata* calycem vix excedente. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (stw. d. d. Geb.) Jul. Aug. DC. fl. fr. 5. p. 254. Reichenb. ic. 11. f. 1443. Arundo montana Gaud. helv. 1. p. 200. A. varia Schrad. germ. 1. 216. D. fl. 1. 523. Deyeuxia varia Kunth. en. 242. — Calamagrostis sylvatica Host. gr. 4. t. 48. est varietas spiculis minoribus. Variat porro

β. *acutiflora*, elatior, valvis angustioribus longioribus, subulato-attenuatis; Reichenb. ic. 11. f. 1442.: Arundo acutiflora Schrad. germ. 1. 217. D. fl. 1. 524. Calamagrostis acutifl. DC. fl. fr. 5. 255. Deyeuxia acutifl. Kunth. en. 243. Rudimentum floris secundi, quod etiam in varietate α. quandoque desideratur, in varietate β. non semper deficit.

8. C. sylvatica (DC. fl. fr. 5. p. 253.) panicula patente, valvis acuminatis, *pilis glumella quadruplo brevioribus*, *arista dorsali geniculata* calycem excedente. ♃. In sylvaticis, (stw. in d. Geb.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1440. C. arundinacea Roth. tent. 2. 1. 89. C. pyramidalis Host. gr. 4. t. 49. Reichenb. ic. 11. f. 1441. Agrostis arundinacea L. sp. 91. Arundo sylvatica Schrad. germ. 1. 218. t. 4. f. 7. Deyeuxia sylvatica Kunth. en. 1. 243.

26. AMMÓPHILA (Host. flor. austr. 1. 106.) Valva inferior minor; cetera ut Calamagrostidis. N. ab E. gen. 11. 8.

1. A. arenaria (Link. hort. 1. 105.) *panicula spiciformi* conferta *cylindrica* superne attenuata, *valvis* lineari lanceolatis *acutis*, pilis glumella triplo brevioribus, foliis involutis. ♃. In arenosis maritimis, et hinc inde in arenosis regionum interiorum, (an allen Seeküsten v. Norden, landeinwärts bis Wittenberg; sodann noch bei Dresd. u. Darmstadt.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1454. A. arundinacea Host. gr. t. 41. Arundo arenaria L. sp. 121. Calamagrostis arenaria Roth. tent. 1. 34. Psamma littoralis Beauv. agr. 143. P. arenaria R. et S. syst. veg. 845. G.

2. A. baltica (Link. hort. 1. 105.) *panicula spiciformi* conferta *lanceolata* acuta, *valvis* lanceolatis *in apicem subulatum attenuatis*, pilis glumella dimidio brevioribus, foliis involutis. ♃. In arenosis maritimis, (v. Bremen durch Holst. u. d. nördl. D. bis

Preussen.) Jul. Aug. Reichenb. ic. 11. f. 1455. Arundo baltica Flügge in Schrad. fl. germ. 1. 223. t. 5. f. 3. Psamma baltica R. et S. syst. 2. 845. G.

27. GASTRIDIUM (Beauv. agr. 21. t. 6. f. 6.) Valvae valde compressae, basi subgloboso-tumidae, glumella basi glabra; cetera ut Agrostidis. N. ab N. gen. 13. 1.

1. G. LENDIGERUM (Gaud. helv. 1. 176.) ⊙. In agris et cultis reg. austr., (Gegend v. Genf u. in Istrien.) G. australe Beauv. l. c. Milium lendigerum L. sp. 91. St. h. 26. Agrostis australis L. mant. 1. 30. A. ventricosa Gouan. hort. monsp. 39. t. 1. f. 2. A. panicea Lam. ill. n. 811. Calamagrostis Schwabii Spreng. syst. 1. sec. Reichenb., qui specim. authent. examinavit. Variat:

β. muticum, Gaud. l. c. H.

Trib. VIII. *STIPACEAE.* Kunth. en. 175. *Spiculae convexae, a dorso paulum compressae, vel teretes,* 1 florae absque rudimento secundi floris. Valva inferior maior. Lodiculae 3, in milio 2. *Styli nulli vel breves*; stigmata plumosa, e latere spiculae emergentia. *Caryopsis paleis induratis* cartilagineis vel chartaceis arcte *involuta.*

28. MILIUM (L. gen. n. 79., excl. spec.) Gluma bivalvis, 1 flora, utrinque convexa, vel a dorso subcompressa, flore longior. Glumella bipaleacea, denique cartilaginea, mutica, palea inferior ovata ventricoso-convexa. Lodiculae 2. N. ab E. gen. 13. 12.

1. M. EFFUSUM (L. sp. 90.) panicula patente, paleis acutis, culmo glabro, foliis lanceolato-linearibus. ♃. In sylvis umbrosis. Mai-Jul. D. fl. 1. 500. Leers. herb. t. 8. f. 2. Variat:

β. *elatius*, bicubitale et altius: M. effusum β. Gaud. helv. 1. 176. M. confertum Mill. dict. n. 4. et L. sp. 90. Species Milleri „ubique in sylvis nascens" certissime modificationi cuidam M. effusi adnumeranda est; Linnaei autem composita est e planta Scheuchzeriana et e planta culta Royenii; Scheuchzeriana secund. Hallerum et Gaudin. nil nisi varietatem elatiorem M. effusi offert; Royenii vero omnino ad M. confertum Guss., M. scabrum R. et S., Europam australem inhabitans, pertinere videtur. In dit. fl. nostr. nondum lectum fuit.

29. PIPTÁTHERUM (Beauv. agr. 18. t. 5. f. 10.) Palea inferior apice aristata; arista basi articulata, decidua. Lodiculae 3; cetera ut Milii. N. ab E. gen. 11. 11.

1. P. PARADOXUM (Beauv. agr. 18.) panicula patente, spiculis ovato-lanceolatis, *paleis puberulis*, foliis *planis.* ♃. In sylvis reg. calid., (Krain, Istrien.) Mai. Jun. Milium paradoxum L. sp. 90. D. fl. 1. 501. Reichenb. ic. 11. 1460. Urachne virescens Trin. unifl. 173. G.

2. P. MULTIFLORUM (Beauv. agr. 18.) panicula patente, spiculis ovato-lanceolatis, *paleis glabris*, foliis planis. ♃. In sylvaticis reg. calid., (südl. Tyrol u. Istrien.) Jun. Jul. Milium multiflorum Cav.

demonst. 36. D. fl. 1. p. 501. Reichenb. ic. 11. f. 1459. Agrostis miliacea L. sp. 91. Milium frutescens Sieb. herb. cret. Urachne parviflora Trin. unifl. 173. J.

30. STIPA (L. gen. n. 90.) Gluma bivalvis, 1 flora, flore longior, valvae acutae vel ex apice aristatae. Glumella bivalvis, denique cartilaginea; inferior cylindrico-convoluta, terminata arista torta, basi articulata, sed persistente. Lodiculae 3. Caryopsis paleis cartilagineis arcte involuta. N. ab E. 11. 9.

1. S. PENNATA (L. sp. 145.) panicula basi inclusa, *aristis* longissimis genuflexis *plumosis* basi ad quartam longitudinis partem glabris, palea inferiore inferne lineis 5 sericeis notata. ♃. In collibus aridis apricis, campis arenosis, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. D. fl. 1. 531. Schk. t. 16.

2. S. CAPILLATA (L. sp. 116.) panicula basi inclusa, *aristis longissimis* genuflexis *glabris*, palea inferiore inferne lineis 5 sericeis notata. ♃. In collibus aridis apricis, (stw. d. d. Geb.) Paulo serius floret. D. fl. 153. St. h. 26.

3. S. ARISTELLA (L. syst. nat. ed. 12. 3. 229.) panicula angusta contracta, *aristis* rectis *glabris*, *flore duplo longioribus*, paleis undique adpresso-puberulis. ♃. In locis asperis Istriae. Ex hoc loco natali specimen nondum vidi. Reichenb. ic. 11. f. 1461. J.

31. LASIAGRÓSTIS (Link. hort. 1. 91.) Gluma bivalvis, 1 flora, flore longior. Valvae acutae, inferior maior. Glumella bipaleacea, denique subcoriacea, palea inferior dorso pilis elongatis obsita, aristam sub apice emittens validam, genuflexam, non articulatam. Lodiculae 3. Caryopsis paleis arcte involuta. N. ab E. gen. 11. 10.

1. L. CALAMAGROSTIS (Link. l. c.) panicula patente, arista flore triplo longiore. ♃. In rupestribus subalpinis, (südl. u. mittlere Schweiz, Tyrol, Krain.) Jul. Aug. N. ab E. l. c. ic. Agrostis Calamagrostis L. sp. 92. Arundo speciosa Schrad. germ. 1. 219. Stipa Calamagrostis Wahlenb. helv. 25. Calamagr. argentea DC. fl. fr. 3. 25. C. speciosa Host. gr. 4. t. 45.

Lasiagrostis variegata Meyer. chlor. hanov. p. 651. mihi ignota est.

Trib. IX. *ARUNDINACEAE.* Kunth. en. 1. 236. *Spiculae 2-multiflorae. Styli elongati.* Stigmata aspergilliformia in medio, vel supra medium floris emergentia.

32. PHRAGMÍTES (Trinius. fund. agrost. p. 134.) Gluma bivalvis, 3-7 flora; flos inferior masculus, nudus; sequentes hermaphroditi, pilis elongatis cincti. Glumella bipaleacea, mutica, palea inferior apice integra. Stylus longus, stigmata aspergilliformia. N. ab E. gen. 14. 6.

1. P. COMMUNIS (Trin. l. c.) panicula effusa, spiculis 4-5 floris. ♃. In stagnis, piscinis, ad ripas fluviorum et lacuum. Aug.

Sept. D. fl. 1. 528. Arundo Phragmites L. sp. 120. Leers. herb. t. 7. f. 1.

Variat in locis arenosis sterilibus subhumidis spiculis 1-2 floris: Arundo Phragmites β. subuniflora DC. fl. fr. 5. 263. A. Pseudophragmites Lej. spa. 1. 43. Calamagrostis nigricans Merat. paris. ed. 2. 2. 33. In his locis saepe humilis est et longe lateque repit: Phragmites communis b. repens Meyer. chlor. hanov. (Diese auf d. Insel Norderney u. auf den grofsen Sandfeldern d. Rheinfläche.)

Phragmitis communis var. flavescens Custor. ap. Gaud. helv. 6. 341., Arundo isiaca Sieb. sec. Tausch. bot. ztg. 13. 2. 659., mihi ignota est.

33. ARUNDO (L. gen. n. 93., excl. spec.) Gluma bivalvis, 2-7 flora, convexo-compressa, flores subaequans. Glumella bipaleacea, apice trifida, laciniis mucronatis, intermedia in aristam setaceam, longiorem producta. Styli elongati; stigmata aspergilliformia.

1. A. Donax (L. sp. 120.) panicula ramosissima patula, spiculis subtrifloris, palea inferiore apice bicuspidata aristataque, dorso pilis elongatis obsita. ♃. In locis palustribus Istriae, Littoralis, Tyrolis calid.; ibidemque sicut in Helv. austr. colitur in usum oeconomicum. Octob. Host. gram. 4. t. 38. Scolochloa arundinacea D. fl. 1. 539. Donax arundinaceus Beauv. agr. 78.

Trib. X. *SESLERIACEAE. Spiculae 2 multiflorae.* Gluma magna flores fere tegens. *Styli nulli vel brevissimi; stigmata filiformia, ex apice floris egredientia*, denticulata vel breviter pilosa.

34. ECHINARIA (Desf. atl. 2. 385.) Gluma bivalvis, 2-4 flora. Glumella bipaleacea, basi membranacea, palea inferior palmato-quinquefida, laciniis lanceolato-subulatis herbaceis rigidis, superior bifida. Styl. nullus; stigmata filiformia longissima, denticulata, ex apice floris egredientia. N. ab E. gen. 15. 7.

1. E. capitata (Desf. l. c.) ⊙. In locis herbidis Istriae. Mai. Jun. Cenchrus capitatus L. sp. 1488. Sesleria echinata Host. gr. 3. t. 8. N. ab E. l. c. icon. J.

35. SESLERIA (Arduin. specim. 2. p. 18.) Gluma bivalvis, 2-6 flora. Glumella bipaleacea, paleae membranaceae; inferior integra mucronata aristatave, vel apice 3-5 dentata, dentibus mucronatis aristatisve. Styli brevissimi vel nulli; stigmata filiformia, longissima, puberula, ex apice floris egredientia. N. ab E. gen. 13. 19.

Sect. I. Sesleriae genuinae. Racemus spiciformis, simplex vel compositus, undique spiculis tectus.

1. S. tenuifolia (Schrader. fl. germ. 1. 272. t. 6. f. 4.) Spica oblonga, spiculis plerumque trifloris, palea inferiore apice in setas 2-4 aristamque intermediam terminata, *setis aristaque glumam dimidiam non aequantibus*, foliis anguste linearibus obtusis vel breviter acutatis canaliculatis siccitate convolutis, *vaginis denique in fila flexuoso-intertexta solutis*, radice caespitosa stoloniferaque

♃. In locis saxosis et rupestribus ad littus maris adriat., (Triest u. Fiume.) Mai. D. fl. 1. 625. S. juncifolia Suffren. in Host. gr. 4. t. 22. Aira juncifolia Wulf. — In flora austriaca b. Hostius S. juncifoliam a S. tenuifolia separavit; quales autem species ante oculos habuerit, eruere nequeo. Sub posteriori fortasse intellexit Sesleriam filifoliam Heufel, in Hungaria crescentem, simillimam quidem S. tenuifoliae, sed facile distinguendam vaginis semper integris, neque in fila solutis. G.

2. S. CAERULEA (Arduin. spec. 2. 18. t. 6. f. 3-5.) spica ovali-oblonga subsecunda, spiculis 2-3 floris, palea inferiore apice in setas 2-4 aristamque intermediam terminata, *setis aristaque glumam dimidiam non aequantibus*, *foliis linearibus planis apice subito in mucronem scabrum contractis*, vaginis integris denique margine fissis, radice caespitosa, stolonibus nullis. ♃. In locis rupestribus, siccis, praecipue solo calcareo; in alpes adscendens, (stw. im südl. u. mittlern Geb.; nördlich bis nach Mähren, Böhmen, Sachsen, Thüringen u. d. Harze.) Mart. April., in Alpibus serius. D. fl. 1. 626. Cynosurus caeruleus L. sp. 105. St. h. 6.

3. S. ELONGATA (Host. gram. 2. 69. t. 97.) spica elongato-cylindrica, spiculis plerumque trifloris, palea inferiore apice in setas 2-4 aristamque intermediam terminata, *setis aristaque glumam dimidiam non aequantibus*, *foliis linearibus canaliculatis in acumen scaberrimum attenuatis*, vaginis integris denique margine fissis, radice caespitosa stoloniferaque. ♃. In locis rupestribus, pratis siccis, (Krain, Littorale bei Triest, Fiume.) Aug. in autumnum, rarius vere. D. fl. 1. 624. Phleum autumnale Scop. carn. 1. 56. Aira alba Wulf. „Floret, licet rarius, vere, et haec forma est Sesleria elongata Visian.“ Tommasin. in litt. — Sesleria cylindrica DC. fl. fr. 5. 279., S. argentea Sav. bot. etrusc. 1. 68., S. nitida Tenor. fl. neap. 3. p. 57. t. 102. f. 1., in Dalmatia proveniens, a S. elongata differt: spica breviore oblonga, vel ovali, foliis apice subito in mucronem acutissimum contracta, mucrone carinaque foliorum glabris; margine autem folia scabra sunt. G.

4. S. MICROCEPHALA (DC. fl. fr. 3. 76.) spica ovata, spiculis bifloris, palea inferiore 5 aristata, *arista* intermedia *paleam superante*, foliis anguste linearibus obtusiusculis. ♃. In rupium fissuris et locis saxosis alpium altissimarum, (Oestr., Steyerm., Kärnthen, Salzb., Tyrol.) Jun. Jul. S. tenella Host. gr. 2. 71. t. 100. D. fl. 1. 628. Cynosurus microcephalus Hoffm. germ. ed. 2. 49. C. ovatus Hopp. ap. St. h. 6. G.

5. S. SPHAEROCEPHALA (Arduin. spec. 2. 20. t. 7.) *spica globosa*, spiculis plerumque trifloris, *palea* inferiore apice emarginata *ex emarginatura breviter aristata*, foliis anguste linearibus obtusiusculis. ♃. In rupibus alpium, (südl. Schweiz, Tyrol, Kärnthen, Salzburg.) Jul. Aug. D. fl. 1. 628. S. leucocephala DC. fl. fr. 3. 76., varietas spicis albidis. Cynosurus sphaerocephalus Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 71. Jacq. ic. rar. t. 20., varietas albida et caerulea: spicae enim plerumque albidae sunt, variant autem, sed raro, caeruleae.

Sect. II. Oreochloa Link. Spica simplex, unilateralis, disticha.

6. S. disticha (Pers. syn. 1. 72.) *spica* ovata *disticha*, spiculis 3-6 floris, *palea* inferiore *mutica vel breviter aristata*, foliis filiformibus. ♃. In rupibus summarum alpium, (südl. Kette d. Schweiz, Tyrol, Salzb., Steyerm., Kärnth.) Jun. Jul. D. fl. 1. 627. Poa disticha Wulf. in Jacq. collect. 2. p. 74. St. h. 6. P. seslerioides All. ped. 2. p. 246. t. 91. f. 1. Cynosurus distichus Hoffm. d. fl. ed. 2. 1. p. 49.

Trib. XI. *AVENACEAE.* Kunth. en. 1. p. 286. Spiculae 2-multiflorae, flore terminali saepe tabescente. Gluma magna, spiculam fere cingens. Styli brevissimi vel nulli, stigmata plumosa, e basi floris utrinque egredientia.

36. KOELERIA (Pers. syn. 1. 97.) Spiculae 2-multiflorae; flores hermaphroditi. Gluma compresso-carinata, bivalvis. Glumella bipaleacea; palea inferior ex apice integro bifidove mucronata vel aristata, arista setacea, recta. Styli brevissimi, stigmata plumosa, ad latera spiculae emergentia.

Sect. I. Airochloa. Palea inferior mutica vel breviter mucronata.

1. K. cristata (Pers. syn. 1. 97.) panicula spiciformi basi interrupta, spiculis 2-4 floris, *palea* inferiore acuminata *mutica vel mucronata*, *foliis* planis, inferioribus *ciliatis*, *vaginis* foliorum emarcidis *indivisis*. ♃. In collibus herbidis, pratis siccis. Jun. Jul. D. fl. 1. 580. Aira cristata L. sp. 94. Poa cristata L. syst. nat. 2. 94. Leers. herb. t. 5. f. 6. Dactylis cristata MB. t. c. 1. 67. Festuca cristata Vill. delph. 2. 93. Airochloa cristata Link. hort. 1. 127. Variat foliis praeter cilia glabris et foliis vaginisque villosis. Ad formam vulgarem pertinet: Koeleria avenacea Tausch. pl. sel., qui fortasse varietatem γ. nostram pro specie primaria sumit:

β. *gracilis*, foliis angustissimis, spica elongata, angusta, gracili: K. cristata γ. DC. fl. fr. 5. p. 269. β. D. fl. l. c.

γ. *maior*, culmo bipedali et altiore, panicula subsemipedali lobata, spiculis 4 lineas longis: K. cristata γ. DC. l. c. D. fl. l. c. Poa pyramidata Lam. ill. 1. p. 183.

2. K. glauca (DC. hort. monsp. 116.) panicula spiciformi basi interrupta, spiculis 2-3 floris, *palea* inferiore obtusiuscula *mutica vel mucronulo, apici obtuso imposito*, instructa, *foliis* planis *glabris*, *vaginis* foliorum emarcidis *indivisis*. ♃. In campis arenosis, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. Reichenb. ic. 11. f. 1672. Poa glauca Schk. cat. hort. Wittenberg. 1799. p. 49. Aira glauca Schrad. germ. 256.

3. K. valesiaca (Gaud. agr. 1. 149.) panicula spiciformi dense conferta, spiculis 2-3 floris, palea inferiore acuminata mutica vel mucronata, foliis radicalibus convolutis glabris, *vaginis foliorum emarcidis denique in fila flexuoso-intertexta solutis*. ♃. In collibus apricis Valesiae inferioris vulgaris. April. Mai. Aira valesiaca All. auct. p. 40. Variat:

3. setacea, palea inferiore dorso villoso-ciliata: K. valesiaca Reichenb. ic. 11. f. 1671. K. setacea DC. hort. monsp. p. 118. K. setacea et K. tuberosa Pers. syn. 1. 97. Festuca splendens Pourret. act. toul. 3. Poa pectinata Lam. ill. 1. p. 183. — Ab hac varietate K. grandiflora Bertol. fl. ital. 1. 436., K. gracilis Guss. fl. sic. prodr. 1. 121., K. splendens Presl. gram. sicul. p. 34., ad quam cl. Bertolonius Koeleriam setaceam DC. trahit, omnino diversa est. H.

Sect. II. Koeleria. (Koeleriae spuriae et festucaeformes DC. hort. monsp. 118.) Palea inferior ex apice integro vel bifido aristata. In K. hirsuta palea nunc ex apice integro, nunc ex fissura apicis bifidi aristam emittit.

4. K. hirsuta (Gaud. agr. 1. p. 150.) panicula spiciformia ovata vel ovato-oblonga, *spiculis* 2-3 floris *villosis*, floribus ex apice integro vel bifido aristatis, foliis anguste linearibus glabris, *culmo superne tomentoso*, radice fasciculis foliorum fertilibus sterilibusque caespitosa. ♃. In rupibus et pascuis petrosis alpium editissimarum, (Schweiz a. d. Furca, am Rhonegletscher; südl. Tyrol, a. d. Schlehern, zwischen Rabbi u. Martel, Timpeljoch im Oetzthale; in Passeyerthale bei Mös am Ortles.) Jul. Aug. D. fl. 1. 582. Reichenb. ic. 11. f. 1673. Aira hirsuta Schleich. pl. exsicc. Festuca hirsuta DC. fl. fr. 3. 53. Airochloa hirsuta Link. hort. 1. 129.

5. K. phleoides (Persoon. 1. 97.) panicula spiciformi cylindracea, *spiculis* 4-5 floris *villosis*, floribus inferioribus sub apice aristatis, aristis florem supereminentibus setaceis mollibus, foliis lato-linearibus pilosis, *culmo glabro*, radice pluriculmi fasciculis sterilibus destituta. ⊙. In cultis et ad vias, (Istrien, um Fiume u. auf d. Inseln.) Mai. Jun. D. fl. 1. 582. Festuca phleoides Vill. delph. 2. 95. t. 2. f. 7. Host. gr. 3. t. 21. Trisetum phleoides Trin. act. petrop. 1830. 1. 65. Bromus trivialis Sav. pis. 1. 124. Festuca cristata L. sp. 111. J.

37. LAMARCKIA (Moench. meth. 201.) Spiculae hermaphroditae, neutris pluribus mixtae. Hermaphr. 1 florae cum rudimento secundi floris. Gluma bivalvis, valvae angustae, aristato-acuminatae, flores aequantes vel longiores. Flos inferior perfectus, stipite a valvis remotus; glumella bipaleacea, palea inferiore ex apice bifido aristata, arista recta. Ovarium glabrum. Stylus brevis. Stigmata elongata, breviter pilosa. Flos imperfectus stipitatus, sub apice aristatus. Spiculae neutrae gluma bivalvis, formata ut floris hermaphroditi, 5-8 flora; flores unipaleacei, genitalibus nullis, palea ovata, rotundato-obtusa. N. ab E. gen. 14. 9.

1. L. aurea (Moench. l. c.) ⊙. In locis saxosis herbidis Istriae, Host. Mai. Jun. D. fl. 1. 630. N. ab E. l. c. icon. Cynosurus aureus L. sp. 107. Chrysurus cynosuroides Pers. syn. 1. 80. Host. fl. a. 1. 70. C. aureus Beauv. agr. 123. — Genus Lamarckiae a Cynosuro tota florum fabrica longe distat. J.

38. AIRA (Linn. gen. n. 81., exclus. spec. plurim.) Spiculae 2 florae, vel 2 florae cum rudimento pedicellato tertii floris, rarius triflorae. Flores hermaphroditi. Gluma compressa, bivalvis. Glumella bipaleacea; palea inferior in basi vel in medio dorsi aristata,

arista medio inflexa vel subrecta. Styli brevissimi, stigmata plumosa ad basin floris progredientia.

Sect. I. Deschampsia Beauv. Arista paulum tantum inflexa et basi vix torta.

1. A. caespitosa (L. sp. 96.) foliis planis, panicula ampla, pedicellis scabris, arista setacea paleam plerumque aequante. ♃. In pratis fertilibus et sylvaticis subhumidis. Jun. Jul. Aira caespitosa D. fl. 1. 522. Leers. herb. t. 4. f. 8. Deschampsia caespitosa Beauv. agr. 91. Folia supra scaberrima. Variat 1. spiculis duplo maioribus, muticis, (ab amico Hopp. in Alpib. lecta,) 2. spiculis trifloris, flore tertio perfecto vel abortu ovarii masculo, (ab eodem ad moles glaciales Alpium altissim. Carinth. lecta,) 3. spiculis viviparis, (cl. Sauter., prope lacum bodamicum lectam, mecum communicavit.) In alpibus occurrit saturatissime colorata simulque humilior: quae eadem in demissiora loca quoque descendit ibidemque varietatem littoralem Gaud. helv. 1. 323. efficit; in siccioribus planta quoque humilior fit, foliaque involuta gerit: Aira alpina Roth. tent. 2. 1. 98. non L. A. caespitosa β. Roth. en. 1 252. In umbrosis saepe fit

β. *pallida*, valvis ochroleucis, dorso viridibus, paleis viridi-flavescentibus, apice albis: Aira altissima Lam. fl. fr. p. 581. A. parviflora Thuill. par. ed. 2. 1. p. 38. An h. l. sit Aira caespitosa α. fluviatilis Meyer. chlor. hanov. p. 639., ad quam cl. Auctor A. bottnicam Wahlenberg. trahit, diiudicare nequeo. Vera autem Aira bottnica ab A. caespitosa, me quidem iudice, satis differt bonamque exhibet speciem. Differt toto habitu, panicula angusta, stricte erecta nec ampla, diffusa et nutante; ramis multo minus compositis, spiculas 10-20 tantum, nec 50-60 gerentibus; spiculis duplo maioribus, valvis ratione longitudinis evidenter angustioribus, flore secundo longius pedicellato, pedicello tertii floris longitudine floris secundi, aristaque multo validiore, florem bis fere superante.

Sect. II. Avenella. Compend. fl. germ. ed. 2. 1. 1. p. 130. Arista evidentius inflexa et basi torta. Ab Avena differt haec sectio palea inferiore truncata, denticulata, nec bidentata vel bicuspidata.

2. A. flexuosa (L. sp. 96.) panicula patente nutante, floribus glumam valde inaequalem vix superantibus, supra basin aristatis, *pedicello floris secundi flore ipso quadruplo breviore*, foliis angustissimis subsetaceis tereti-filiformibus solidis, *ligula breviuscula truncata*. ♃. In sylvis et ericetis, etiam in siccissimis et sterilissimis. Jun.-Aug. Avena flexuosa D. fl. 1. 570. Leers. herb. t. 5. f. 1. Variat spiculis dilutius et saturatius coloratis. Varietas spiculis saturate tinctis et panicula minore contractiore est A. montana L. fl. suec. p. 24. sed primitus Linnaeus sub hac Airam bottnicam Wahlenb. intellexisse videtur.

2. A. uliginosa (Weih. ap. v. Boenninghausen prodr. fl. monaster. p. 25.) panicula patente erecta, floribus glumam aequalem vix superantibus supra basin aristatis, *pedicello floris secundi longitudine dimidii floris ipsius*, foliis angustissimis planis vel complicatis, *ligula oblonga attenuato-acuta*. ♃. In locis inundatis et in uliginosis turfosis, (Westphalen u. Ostfriesland.) Aug. Sept. multo serius antecedente. Reichenb. ic. 2. f. 280. Aira paludosa Weih.

deutsch. Gräser. A. flexuosa b. paludosa Meyer. chlor. hanov. 638. Differt ab antecedente foliis angustissimis quidem, sed planis vel complicatis, nec tereti-filiformibus et solidis, ligula longe attenuata, panicula erecta magis multiflora, spiculis duplo minoribus, glumae valvis obtusioribus fere aequalibus et flore secundo longius pedicellato. Conf. prod. fl. monast. l. c. G.

39. CORYNÉPHORUS (Beauv. agr. 90. t. 18. f. 2.) Palea inferior integra; arista dorsalis recta, medio articulata, superne clavata, ad geniculum barbata; cetera ut Airae.

1. C. CANESCENS (Beauv. l. c.) panicula patente conferta, floribus gluma brevioribus, foliis setaceis. ♃. In campis arenosis sterilissimis. Jul. Aug. Aira canescens L. sp. 97. D. fl. 1. 554. Weingärtneria canescens Bernh. erf. 51. Schk. t. 12.

40. HOLCUS (L. gen. n. 1146., exclus. spec. plurimis.) Gluma bivalvis, biflora; flos inferior hermaphroditus, muticus; superior masculus, arista dorsali recta, denique reflexa. Glumella bipaleacea, palea inferior apice integra. Styli brevissimi; stigmata plumosa, ad basin floris emergentia. N. ab E. gen. 14. 4.

1. H. LANATUS (L. sp. 1485.) panicula patente, *arista* floris masculi recurvata *glumae inclusa*, radice fibrosa. ♃. In pratis, pascuis, sylvis. Jun.-Aug. D. fl. 1. 550. Avena lanata Koel. gr. 303. Leers. t. 7. f. 6.

2. H. MOLLIS (L. sp. 1485.) panicula patente, *arista* floris masculi geniculato-inflexa *glumam excedente*, radice repente. ♃. In sylvis et dumetis. Jul. Aug. D. fl. 1. 551. Avena mollis Koel. gr. 300. Leers. t. 7. f. 7.

41. ARRHENÁTHERUM (Beauv. agr. 55. t. 11. f. 5.) Gluma bivalvis, biflora; flos inferior masculus, dorso aristatus, arista geniculato-inflexa; flos superior hermaphroditus, muticus, vel sub apice breviter aristatus. Glumella bipaleacea. Styli o, stigmata plumosa, ad basin floris emergentia.

1. A. ELATIUS (Mert. et Koch. d. fl. 1. 546.) foliis planis. ♃. In pratis, pascuis, dumetis, ad sylvarum oras. Jun. Jul. A. avenaceum Beauv. l. c. Avena elatior L. sp. 117. Leers. t. 10. f. 4. Holcus avenaceus Scop. carn. 2. p. 276. Variat spiculis breviter aristatis et muticis, nodis culmi glabris villosisve, atque

β. *bulbosum*, culmo basi in tubera 2-3 superimposita incrassato: A. elatius β. D. fl. 547. A. bulbosum Schlecht. berol. 85. Avena bulbosa Willd. nov. act. soc. berol. 2. 116. A. precatoria Thuill. par. ed. 2. 58. Holcus bulbosus Schrad. germ. 1. 248.

42. AVENA (Linn. gen. n. 91.) Gluma bivalvis, 2-multiflora. Flores hermaphroditi. Glumella bipaleacea, palea inferiore apice bidentata vel biaristata, quandoque bifida, laciniis irregulariter denticulatis, arista dorsali genuflexa, basi torta. Ovarium apice pilosum vel glabrum. Styli nulli; stigmata plumosa ad basin floris emergentia.

Sect. I. Avenae genuinae. Spiculae, saltem defloratae, pendulae. Valvae 5-9 nerviae. Ovarium apice pilosum. Radix annua; fasciculi foliorum steriles nulli.

1. A. brevis (Roth. abhandl. 42. tent. 1. 40.) panicula secunda, glumis plerumque bifloris flores aequantibus, *valva superiore 7 nervia*, *floribus glabris vel superne setoso-pilosis oblongis obtusis* apice bifidis denticulatisque, axe glabro sub floribus fasciculato-piloso. ⊙. Inter segetes, (im Herzogth. Bremen u. in Unteröstreich.) Jul. Aug. D. fl. 1. 555. Host. gr. t. 42. G.

2. A. sativa (L. sp. 118.) *panicula* patente *aequali*, glumis plerumque bifloris flores superantibus, *valva superiore 9 nervia*, *floribus glabris* lanceolatis apicem versus angustatis *apice bifidis denticulatisque*, superiore mutico, axe glabro ad basin floris infimi breviter fasciculato-piloso. ⊙. Colitur. Jul. D. fl. 1. p. 556. Host. gr. 2. t. 56. Variat floribus omnibus muticis paleisque in fructu maturo albidis nigrisve. Varietas spiculis subtrifloris, flore uno alterove aristato: A. trisperma Schübl. et Mart. fl. würtemb. p. 72. Colit.

3. A. orientalis (Schreb. spicil. 52.) *panicula secunda* contracta, glumis plerumque bifloris flores superantibus, *valva superiore 9 nervia*, *floribus glabris* lanceolatis apicem versus angustatis *apice bifidis denticulatisque*, superiore mutico, axe glabro ad basin floris infimi breviter fasciculato-piloso. ⊙. Colitur. Jul. Aug. D. fl. 1. 557. Host. gr. 3. t. 44. Colit.

4. A. strigosa (Schreb. spicil. 52.) panicula subsecunda, glumis plerumque bifloris flores aequantibus, *valva superiore 7-9 nervia*, *floribus glabris* lanceolatis apicem versus attenuatis dorso aristatis, arista geniculata, *apice bifidis laciniis aristatis*, aristis rectis, axe glabro ad basin floris superioris fasciculo pilorum brevi. ⊙. Colitur et occurrit hinc inde inter segetes quasi spontanea. Jul. Aug. D. fl. 1. 557. Host. gr. 2. t. 56. A. nervosa Lam. ill. n. 1115. Danthonia strigosa Beauv. agr. 160. Colit.

5. A. nuda (L. sp. 118.) panicula aequali, glumis plerumque trifloris, *valva superiore 7-9 nervia*, floribus glumam excedentibus lanceolatis *glabris a basi ad apicem valide nervosis*, apice cuspidato-bifidis, superiore mutico, axe glabro. ⊙. Colitur hinc inde. D. fl. 1. 558. Host. gr. 3. t. 43. Ab antecedentibus palea inferiore herbaceo-membranacea, nervis validis percurrentibus instructa, facile dignoscitur. Colit.

6. A. steriles (L. sp. 118.) panicula secunda, glumis plerumque quadrifloris, *valva superiore 9 nervia*, *floribus* lanceolatis apice dentato-bifidis, *inferioribus* duobus dorso aristatis a basi ad medium fere *setoso-pilosis*, *superioribus* muticis *axeque glabris*. ⊙. Inter segetes, (Istrien u. Fiume.) Jul. Aug. D. fl. 1. 557. Jacq. ic. rar. t. 23. J.

7. A. fatua (L. sp. 118.) panicula aequali patente, glumis plerumque trifloris, *valva superiore 9 nervia*, *floribus* lanceolatis, *apice dentato-bifidis* dorso aristatis a basi ad medium *setoso-pilosis*, axe hirsuto. ⊙. Inter segetes. Jul. Aug. D. fl. 1. 559. Schreb. gr. 1. t. 15.

8. A. HIRSUTA (Roth. cat. 3. 19.) panicula secunda patula, glumis plerumque bifloris, *valva superiore 9 nervia, floribus* lanceolatis dorso aristatis a basi ad medium fere *setoso-pilosis apice bifidis, laciniis setaceis in aristam rectam excurrentibus*, axe hirsuto. ⊙. Inter segetes, in pratis, ad vias, (Fiume, Osero.) A. barbata Brote. lusit. 108. J.

Sect. II. AVENASTRUM. Spiculae non pendulae. Valvae 1-3 nerviae. Ovarium apice pilosum. Radix perennis, fasciciculos foliorum steriles culmosque fertiles agens.

9. A. PLANICULMIS (Schrad. fl. germ. 1. 381. t. 6. f. 2.) panicula elongata contracta, ramis geminis ternis quaternisve, longioribus spiculas 2-3 gerentibus, spiculis subsexfloris, valvis trinerviis, ovario apice axeque piloso, foliis glabris margine scabris, culmis lanceolato-linearibus, *vaginis ancipitibus plano-compressis.* ♃. In locis subalpinis scaturiginosis, (in Schlesien auf d. Schneeberg d. Grafsch. Glatz, im Gesenke.) Jul. Aug. D. fl. 1. 567. G.

10. A. PUBESCENS (L. sp. 1665.) panicula aequali racemosa, ramis spiculam solitariam, longioribus vero spiculas 2 gerentibus, inferioribus subquinis, spiculis 2-3 floris, valva superiore trinervia, *ovario apice* axeque *piloso, pilis ad basin floris secundi florem dimidium fere aequantibus, foliis* linearibus planis *pagina utraque vaginisque inferioribus villosis.* ♃. In pratis. Mai. Jun. D. fl. 1. 568. Leers. herb. t. 9. f. 2.

11. A. ALPINA (Smith. engl. fl. 1. 165.) panicula contracta racemosa, *ramis geminis* spiculam solitariam, longioribus rarius binas gerentibus, *spiculis sub 8 floris dorso supra medium aristatis,* valva superiore trinervia, *ovario apice* axeque *piloso foliis* linearibus *supra scaberrimis*, vaginis teretibus. ♃. In alpibus Carniolicis, (in d. Wochein.) Jul. Aug. Avena alpina Reichenb. ic. 12. f. 1703. A. praeusta Reichenb. fl. exc. 140. add. 5. — Panicula habitu Avenae planiculmis, characteribus A. pratensis, a qua differt spiculis maioribus, ramis panicula superioribus geminis, et arista altius inserta.

12. A. PRATENSIS (L. sp. 119.) panicula contracta racemosa, *ramis* inferioribus geminis, *superioribus solitariis*, omnibus spiculam solitariam, vel longioribus infimorum spiculas binas gerentibus, *spiculis 4-5 floris, dorso in medio aristatis*, valva superiore trinervia, *ovario apice* axeque *piloso, foliis* linearibus *supra scaberrimis*, vaginis teretibus. ♃. In pratis siccis, collibus lapidosis incultis, ad sylvarum oras, (stw. durch d. Geb.) Jun. Jul. D. fl 1. 569. Leers. herb. t. 9. f. 1. Specimina maxima in humo pingui sylvarum enata, spiculis 6-8 floris: A. bromoides L. sp. 1666. A. pratensis β. DC. fl. fr. 3. p. 38.

13. A. VERSICOLOR (Vill. delph. 2. 142. t. 4. f. 5.) panicula subovata racemosa, ramis geminis spiculam solitariam binasve gerentibus, spiculis 5 floris, valva superiore trinervia, *ovario apice* axeque *piloso, foliis* linearibus *supra laeviusculis.* ♃. In pascuis alpium editiorum, (Schweiz u. d. d. g. A. K. bis Steyermark.) Jul. Aug. St. h. 26. A. Scheuchzeri All. ped. 2. p. 255. D. fl. 1. 570.

14. A. SEMPERVIRENS (Vill. delph. 2. 140. t. 5.) panicula diffusa, *ramis intermediis plerumque ternis, longioribus spiculas 2-5 gerentibus*, spiculis 2-4 floris, valva superiore trinervia, *ovario apice* axeque *piloso*, *foliis rigidis*, *supra scaberrimis*. ♃. In declivibus saxosis alpium, (Oestreich, Steyermark, südl. Tyrol.) Jul. Aug. D. fl. 1. 566. Reichenb. ic. 11. f. 1701. Avena striata Lam. dict. 1. 332. Varietas spiculis 2 floris: A. sedenensis DC. fl. fr. 3. p. 719. G.

Sect. III. VENTENATA Koel. gram. 273. Flos inferior ex apice, non ex dorso, aristatus. Valvae 7-9 nerviae. Ovarium glabrum.

15. A. TENUIS (Moench. meth. 195.) panicula aequali, spiculis plerumque trifloris, valvis 7-9 nerviis, *flore inferiore apice in aristam acuminato dorso non aristato*, sequentibus apice cuspidato-biaristatis dorsoque arista geniculato-inflexa instructis, radice fibrosa. ⊙. In collibus et montibus apricis sterilibus, (in d. Gebirgen d. Rheinpfalz, v. Neustadt an d. Haardt u. Zweibrücken an u. durch d. Geb. d. Nahe u. Mosel u. bis nach d. Niederlanden; im Maingebiete bis Würzburg u. durch Hessen bis Götttingen, sodann im Littorale, in Unteröstreich u. Mähren.) Jun. D. fl. 1. 560. A. dubia Leers. t. 9. f. 3. A. triaristata Vill. delph. 2. 148. t. 4. A. striata Lam. ill. 1. p. 200. A. fertilis All. auct. 45. Ventenata bromoides et avenacea Koel. gram. 273. 274. Bromus triflorus Pollich. palat. p. 119. Holcus biaristatus Wiggers. hols. p. 72. Trisetum tenue R. et S. syst. 2. 657. G.

Sect. IV. TRISETUM Persoon. Arista e medio floris vel supra medium prodiens. Valvae 1-3 nerviae. Folia linearia, plana. Ovarium glabrum, (excepta A. alpestri.) — Personius Triseto, saltem quod species mihi cognitas attinet, per errorem aristam dorsalem non contortam tribuit.

16. A. FLAVESCENS (L. sp. 118.) *panicula diffusa aequali*, ramis longioribus spiculas 5-8 gerentibus, spiculis trifloris, valva superiore trinervia oblongo-lanceolata supra medium acuminata, *ovario glabro*, *axe piloso*, *pilis flore multo brevioribus*, palea inferiore breviter setaceo-bicuspidata, culmis simplicibus, foliis planis. ♃. In pratis. Jun. Jul. D. fl. 1. 562. Leers. herb. t. 10. f. 5. Trisetum flavescens Beauv. agr. 88. T. pratense Pers. syn. 1. 97. T. splendens Presl. gr. sicul. p. 30. Variat spiculis duplo maioribus: Avena flavescens β. maior Schrad. germ. 378.; atque spiculis variegatis, valvis nempe striaque in floribus obscure violaceis: Avena flavescens γ. variegata Gaud. helv. 1. 337.; haec varietas non solum in Alpibus, sed etiam in planitiebus, quamvis rarius, occurrit.

17. A. ALPESTRIS (Host. gr. 3. 27. t. 39.) *panicula diffusa aequali*, ramis longioribus spiculas 3-6 gerentibus, spiculis 3 floris, *valva superiore 3 nervia lanceolata a medio sensim attenuata*, *ovario apice pubescente*, axe piloso, pilis flore multo brevioribus, palea inferiore apice breviter setaceo-bicuspidata, culmis simplicibus, *foliis planis vaginisque pilosis*. ♃. In pascuis Alpium, (Oestreich u. Steyerm.) Jul. Aug. D. fl. 1. 563. A. sesquitertia Host. syn. 60. Trisetum alpestre Beauv. agr. 88. Simillimum antecedenti, sed differt culmo humiliore, valva superiore iam a medio apicem versus attenuata, quae in A. flavescente a basi sensim et supra me-

dium usque latior fit et inde in acumen angustatur; porro aristis paulo validioribus et ovario apice puberulo. Ob hanc ultimam notam propius accedit ad sect. 1. et 2. G.

18. A. DISTICHOPHYLLA (Vill. delph. 2. 144. t. 4. f. 4.) panicula diffusa aequali, spiculis plerumque trifloris, valva superiore obsolete 3 nervia, *ovario glabro, axe piloso, pilis florem dimidium aequantibus*, palea inferiore breviter setaceo-bicuspidata, culmis basi decumbentibus ramosissimis, foliis planis. ♃. In alpibus editioribus in torrentium glareis, (südl. Schweiz, Tyrol, Salzb., Kärnthen.) Jul. Aug. D. fl. 1. 563. A. brevifolia Host. gr. 3. t. 40. Trisetum distichophyllum Beauv. agr. 88. Variat. ut affines, culmo tenuiore spiculisque minoribus: A. argentea Willd. en. 125. A. distichophylla Host. gr. 2. t. 53. Schrad. germ. 1. 380. St. h. 26. — Paleam inferiorem in varietate α et β. obsolete nervosam et ambas paleas nunc aequales, nunc inaequales, idque in una eademque panicula reperi.

19. A. SUBSPICATA (Clairvill. man. 17.) *panicula spiciformi ovata vel cylindrica et sublobata conferta*, spiculis subtrifloris, valva superiore trinervia, *ovario glabro, axe piloso*, pilis flore multo brevioribus, palea inferiore apice bifida, laciniis lanceolatis mucronatis, culmis subsimplicibus, foliis planis. ♃. In summis alpibus ad moles glaciales, (Schweiz, Tyrol, Salzb., Steyerm., Kärnthen.) Jul. Aug. Aira spicata L. sp. 2. 95. A. subspicata L. syst. nat. 2. 91. Avena airoides Koel. gr. 298. D. fl. 1. 566. Avena subspicata Gaud. helv. 1. 339. Reichenb. ic. 11. 1691. Trisetum airoides Roem. et Schult. syst. 2. 668. Koeleria subspicata Reichenb. fl. exc. p. 49.

20. A. CAVANILLESII (Koch. suppl. zur D. fl. ined.) panicula spiciformi conferta, spiculis bifloris, *valva superiore obsolete trinervia, ovario glabro, axe piloso, pilis florem subaequantibus, floribus* supra medium dorsi aristatis *apice bisetosis, setis flore dimidio longioribus*, culmo apice foliis vaginisque pubescentibus. ⊙. In locis incultis, ad vias, (bisher bloſs um Montorge bei Sitten u. um St. Leonhard im Wallis.) April. Avena Loefflingiana Cav. ic. 1. t. 45. f. 1. Gaud. helv. 1. 340. Trisetum Cavanillesii Trin. in act. petrop. 1830. 1. 63. H.

Sect. V. CARYOPHYLLEA. Arista infra medium floris egrediens. Valvae 1-3 nerviae. Ovarium glabrum. Folia convoluto-setacea. — Ab Aira haec sectio differt palea inferiore apice bicuspidata, nec truncata et denticulata.

21. A. CARYOPHYLLEA (Wigg. primit. fl. hols. p. 10.) *panicula patente trichotoma, spiculis bifloris in ramulorum apice subcongestis*, pedicellis saepe spicula brevioribus, gluma floribus longiore, palea inferiore apice bicuspidata in flore utroque sub medio dorsi aristata, *foliis setaceis*. ⊙. In campis arenosis, ericetis, sylvarum oris. Jun. Jul. D. fl. 1. 572. Aira caryophyllea L. sp. 97. Reichenb. ic. 11. 1676. — Cl. Bertolon. in fl. ital. 1. p. 456. habet varietatem flore altero mutico, quae forte Airam caryophylleam primo anno florentem Bernhard. (begriff. v. pflanzenart. 32.) refert.

22. A. CAPILLARIS (Mertens et Koch. deutschl. fl. 1. 573.) *panicula divaricata trichotoma, spiculis bifloris aequaliter sparsis, pedicellis elongatis* plerisque spicula multo longioribus, gluma floribus longiore, palea inferiore apice bicuspidata, floris inferioris dorso mutica, superioris infra medium dorsi aristata, *foliis setaceis.* ⊙. In pascuis sterilibus, (südl. Tyrol, Fiume, Istrien u. auf Veglia.) May. Aira capillaris Host. gr. 4. t. 35. Avena capillaris D. fl. 1. 573. Variat, secund. Cl. Bertoloni. in fl. ital. 1. 458., flore utroque aristato, tamen, me iudicante, paniculae fabrica ab antecedente satis differt. G.

23. A. PRAECOX (Beauv. agr. 89.) *panicula oblonga spiciformiconferta*, spiculis bifloris, gluma floribus longiore, palea inferiore apice bicuspidata, floris utriusque sub medio dorsi aristata, *foliis setaceis.* ⊙. In ericetis et campis sterilibus, paulum humidis, (stw. d. d. Geb.) April. Mai. D. fl. 1. 573. Aira praecox L. sp. 97. Reichenb. ic. 11. f. 1675. A. pusilla Wigg. hols. p. 9. Trisetum praecox Dumort. florul. belgic. p. 154. Panicula semper in formam ovalem vel oblongam contracta a prioribus facile dignoscitur.

43. DANTHONIA (DC. flor. franc. 3. p. 32.) Gluma bivalvis, 2-multiflora, ampla, ventricoso-convexa, saepe flores aequans vel superans. Glumella bipaleacea; inferior concava, apice bifida, inter lacinias aristam inferne complanatam et spiraliter tortam emittens. Ovarium glabrum; styli breves; stigmata plumosa, e latere floris egredientia.

1. D. PROVINCIALIS (DC. fl. fr. 3. 33.) racemo subsimplici, glumis 4-6 floris flores superantibus, palea inferiore apice bicuspidata, vaginis apice barbatis. ♃. In pratis montanis, (Krain, Littorale) Jun. D. alpina Vest. bot. ztg. 4. 1. 145. D. fl 1. 677. D. calycina Reichenb. ic. 12. 1714. Avena calycina Vill. delph. 2. 148. A. stricta Host. a. 1. 127. A. spicata β. Willd. sp. 1. 453. G.

44. TRIÓDIA (Rob. Brown. prod. fl. nov. holl. 1. 182.) Gluma bivalvis, 3-5 flora, ampla, ventricoso-convexa, flores amplectens. Glumella bipaleacea, palea inferior apice bifida, interiecta arista recta. Ovarium glabrum; styl. breves; stigmata plumosa ad basin floris emergentia.

1. T. DECUMBENS (Beauv.) panicula racemosa ramis simplicibus spiculam solitariam vel inferioribus spiculas 2-3 gerentibus, spiculis oblongo-ovatis 3-5 floris, foliis planis vaginisque pilosis, culmis decumbentibus sub anthesi adscendentibus. ♃. In pratis, pascuis, ericetis, sylvarum locis denudatis. Jun. Jul. D. fl. 1. 675. Festuca decumbens L. sp. 110. Leers. t. 7. f 5. Poa decumbens Scop. carn. 1. 69. Sieglingia decumbens Bernh. erf. 44. Melica rigida Wib. werth. 117. Danthonia decumbens DC. fl. fr. 3. 33.

45. MÉLICA (L. gen. n. 82.) Gluma bivalvis, ampla, convexa, membranacea, 1-2 flora cum flore neutro, unum pluresve tales imperfectos includente. Flos infimus vel duo infimi perfecti, neutri dissimiles. Glumella bipaleacea, denique cartilaginea, mutica. Styli mediocres, stigmata versus basin floris emergentia.

1. M. CILIATA (L. sp 97.) panicula spiciformi aequali, palea inferiore ad marginem *a basi usque ad apicem dense ciliato-villosa*, *flore neutro oblongo* ♃. In locis asperis, saxosis, (stw. im südl. u. mittlern Geb. u. bis an d. nördl. Grenze von Thüringen.) Mai. Jun. D. fl. 1. 575. Reichenb. ic. 11. 1575.

2. M. BAUHINI (Allion. auct. p. 43.) panicula laxa subsecunda, palea inferiore ante marginem *a basi ultra medium ciliato-pilosa, flore neutro turbinato* basi attenuato. ♃. In locis asperis maritimis Istriae, Host; (ex hoc loco specimen nondum vidi.) Jun. M. pyramidata Desf. atl. 1. 72. Reichenb. ic. 11. 1578. J.

3. M. UNIFLORA (Retzius. obs. 1. 10.) panicula laxa secunda, ramis patulis, inferioribus plerumque spiculas duas gerentibus, spiculis erectis ovatis, *floribus imberbibus*, *unico perfecto*, foliis planis, ligula oppositifolia acuminata subherbacea. ♃. In sylvis umbrosis. Jun. Jul. D. fl. 1. 577. Reichenb ic. 11. f. 1576. M. Lobelii Vill. delph. 2. p. 89. t. 3. M. nutans Pollich. palat. 1. p. 79.

4. M. NUTANS (L. sp. 98.) panicula in racemum simplicem secundum laxum contracta, spiculis pendulis ovatis, *floribus imberbibus*, *duobus perfectis*, foliis planis, ligula brevissima truncata. ♃. In sylvis umbrosis. Mai. Jun. D. fl. 1. 577. Leers. t. 3. f. 4. M. montana Huds. angl. 37.

Trib. XII. *FESTUCACEAE*. Kunth. en. 321. Spiculae 2-multiflorae, flore terminali saepe tabescente, pedicellatae. Glumae valvulae flore proximo breviores. Styli brevissimi vel nulli, stigmata, e basi floris utrinque egredientia.

46. BRIZA (L. gen. n. 84.) Gluma bivalvis, 3 multiflora. Flores mutici, in spiculam disticham dense imbricati, bipaleacei, palea inferiore ovata, obtusa, inflato-ventricosa, basi auriculato-cordata. Ovarium glabrum, styli breves, stigmata plumosa, ad latera floris emergentia. — In Briza minore valvae flore proximo omnino longiores sunt, sed istum non supereminent, si eas adprimas.

1. B. MAXIMA (L. sp. 103.) panicula apice nutante, *spiculis* ovatis *9-17 floris*, *ligula elongata* lanceolata acuta. ⊙. In graminosis, (Istrien u. bei Fiume.) Mai. Jun. D. fl. 1. 623. Host. gr. 2. t. 30. J.

2. B. MEDIA (L. sp 103.) panicula erecta patente, spiculis subcordato-ovatis, 5-9 floris, *ligula brevissima truncata*. ♃. In pratis. Jun. Jul. D. fl. 1. 622. St. h. 2.

3. B. MINOR (L. sp. 102.) panicula erecta diffusa, *spiculis* triangularibus *5-7 floris*, *ligula elongata* lanceolata acuta ⊙. In arvis, (Istrien: Caut. Waadt bei Vevay.) Mai. Jun. D. fl. 1. 622. Host. gr. 2. t. 28.

47. ERAGRÓSTIS (Beauv. agrost. 71.) Gluma bivalvis, 2-multiflora; valvae flore proximo breviores, deciduae. Flores ovati vel lanceolati, dorso carinato-compressi, margine interiore ventricosi. Gluma bipaleacea, palea inferiore decidua, superiore cum axe per-

sistente. Ovarium glabrum. Styli breves; stigmata plumosa, ad basin floris egredientia. Axis non articulatim secedens.

1. M. MEGASTACHYA (Link. hort. berol. 1. 187.) *paniculae ramis solitariis* geminisve, *spiculis lineari - oblongis* 15-20 floris, floribus in apice obtuso subemarginato breviter mucronatis nervo laterali valido praeditis, vaginis glabris ore barbatis, radice fibrosa. ⊙. In arvis arenosis, (stw. am Genfersee; a. d. Rheinfläche, im Elsafs, in Baden, bei Carlsruh, zw. Schwetzingen u. Mannheim; am östl. Harze; bei Regensb.; im Littorale.) Jul. Aug. E. maior Host. fl. a. 1. 135. gr. 4. t. 24. Poa megastachya Koel. gram. 181. D. fl. 1. 597. Briza Eragrostis L. sp. 108.

2. E. POAEOIDES (Beauv. agr. 71.) *paniculae ramis solitariis* geminisve, *spiculis lanceolato-linearibus* 8-20 floris, floribus obtusis nervo laterali valido praeditis, vaginis ore barbatis, radice fibrosa. ⊙. In cultis et campis arenosis, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Littorale, Unteröstr.; zerstreut auf d. Rheinfläche bis Westphalen; in Franken; am Unterharze; bei Dresden; in Böhm.) Jul. Aug. E. minor Host. a. 1. 135. E. poaeformis Link. hort. 1. 188. Poa Eragostis L. sp. 100. Host. gr. 2. t. 69. D. fl. 1. 596. — Denticuli glanduliformes in margine foliorum in hac et antecedente occurrunt, quod in D. fl. l. c. emendandum. Cl. Bertol. in fl. ital. 1. p. 552. hanc speciem cum antecedente in unam coniungit.

3. E. PILOSA (Beauv. agr. 71.) *paniculae ramis infimis semiverticillatis quaternis quinisve*, spiculis lineariibus 5-12 floris, floribus acutiusculis nervo laterali debili praeditis, vaginis ore barbatis, radice fibrosa. ⊙. In locis cultis, campis arenosis et ad vias, (Istrien; südl. Tyrol; südl. Schweiz; bei Basel, Colmar, Bruchsal u. bei Halle.) Jul. Aug. Poa pilosa L. sp. 100. D. fl. 1. 595. Host. gr. 2. t. 68.

48. POA (L. gen. n. 83., excl. speciebus.) Gluma bivalvis, 2-multiflora; valvae flore proximo breviores. Flores ovati vel lanceolati, dorso carinato-compressi, cum articulo axeos, denique articulatim secedentis, decidui. Glumella bipaleacea. Ovarium glabrum; styli breves vel nulli; stigmata plumosa, ad basin floris egredientia.

Sect. I. CATAPODIUM Link. hort. berol. 1. 44. Spiculae pedicello brevissimo crasso insidentes, in spicam simplicem unilateralem vel in paniculam, e spicis simplicibus unilateralibus formatam, dispositae. Rachis spicarum compressa, flexuosa, rigida. Glumae et paleae coriaceae.

1. P. LOLIACEA (Hudson. angl. 43.) *spica rigida unilaterali disticha* angusta simplici vel basi ramosa, spiculis brevissime pedicellatis approximatis ovatis acutiusculis 5-7 floris, floribus obtusis, radice fibrosa. ⊙. In maritimis, (Fiume u. a. d. Insel Veglia.) Mai. Jun. D. fl. 1. 592. Triticum loliaceum Smith. brit. 1. 159. T. unilaterale Vill. delph. 2. 165. Host. gr. 3. 21. T. Rottboella DC. fl. fr. 3. 86. Brachypodium loliaceum R. et S. syst. 2. 746. Catapodium loliaceum Link. hort. 1. 45. Reichenb. ic. 11. f. 1370. Festuca rottboellioides Kunth. en. 1. 395. J.

2. P. DURA (Scop. carn. 1. p. 70.) *panicula ovata unilaterali conferta rigida e spicis brevibus spiculas 3-6 gerentibus composita*, spicu-

spiculis brevissime pedicellatis oblongis 5 floris, palea inferiore lineari-oblonga nervosa obtusa vel emarginata plerumque breviter mucronata, radice fibrosa. ⊙. In pascuis et ad vias, (südl. Mähren; Unteröstr.; südl. Wallis, stw. in d. Rheinpfalz bei Oggersheim, Alzei, Creuznach u. bis an d. Mosel; bei Arnstadt in Thüringen u. bei Quedlinburg u. Auleben im Regierungsbezirke Magdeburg.) Mai. Jun. D. fl. t. 592. Cynosurus durus L. sp. 105. Pollich. pal. 1. p. 98. t. 1. f. 1. Eleusine dura Lam. ill. n. 1127. Sclerochloa dura Beauv. agr. 98. Festuca dura Vill. delph. 2. 94. Sesleria dura Kunth. en. 1. 323. — B. Gaudinus stigmata ex flosculorum apice exserta describit; ego ea e latere versus basin florum non aliter emersa observavi, quam in ceteris Poae speciebus fieri solet.

Sect. II. POAE GENUINAE. Spiculae pedicellatae, in paniculam sparsim dispositae. Flores liberi vel pilis lanatis crispis cohaerentes, obtusiusculi, acuti vel acuminati.

A. Radix fibrosa, stolones nulli.

a. Rami paniculae solitarii vel gemini. Flores praeter lanam, eos quandoque constringentem, glabri.

3. P. ANNUA (L. sp. 99.) *paniculae* subsecundae divaricatae, *ramis glabris solitariis vel geminis* denique deflexis, spiculis oblongo-ovatis 3-7 floris, *floribus glabris*, ligulis superioribus oblongis, culmo compresso basi interdum radicante, radice fibrosa. ⊙. In cultis, incultis, plateis, circa domos ubique. Floret per totum annum, nisi gelu omnia rigeant. D. fl. 1. p. 598. Reichenb. ic. 11. f. 1621. Variat in Alpibus

β. *varia*, spiculis eximie variegatis: P. annua II. varia Gaud. helv. 1. 243. P. supina Schrad. germ. 1. 289. Host. gr. t. 27. P. variegata Hall. fil. in Schleich. cat.

b. Rami paniculae solitarii vel gemini. Flores praeter lanam, eos quandoque constringentem, in nervo dorsali et utrinque in nervo marginali linea dense sericeo-pubescente instructi.

4. P. LAXA (Haenke sudet. 118.) *panicula* oblonga contracta apice cernua, *ramis filiformibus geminis solitariisve glabris*, *spiculis* ovatis *plerumque trifloris*, *floribus* ovato-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus plerumque *liberis*, foliis anguste linearibus attenuato-acutis, *ligulis omnibus oblongis acutis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In pascuis alpinis et subalpinis, (stw. v. der Schweiz d. d. A. K. bis Steyerm.; auf d. Belchen im Schwarzw.; a. d. Sudeten.) Jun.-Aug. D. fl. 1. 599. Reichenb. ic. 11. f. 1630 et 1631. (pedicelli nimis tenues.) Smith. engl. fl. 1. 122. P. flexuosa Sm. brit. 101., secund. citat. ipsius auctoris. P. elegans DC. fl. fr. 3. p. 62. Pedunculi et pedicelli tenues quidem, tamen evidenter crassiores, quam in sequente.

4. P. MINOR (Gaud. helv. 1. p. 253.) *panicula* oblonga vel subovata *contracta nutante*, *ramis capillaribus geminis solitariisque* glabriusculis, spiculis oblongo-ovatis 4-6 floris, *floribus* lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus, basique *lana cohaerentibus*, foliis anguste linearibus, *ligulis omnibus oblongis acutis*,

radice fibrosa caespitosa. ♃. In pascuis petrosis et rupium fissuris alpium; cum fluviis in convalles descendens, (stw. v. d. Schweiz d. d. A. K. bis Steyermark.) Jul. Aug. D. fl. 1. p. 602. Reichenb. ic. 11. f. 1623. P. supina Panz. ap. St. b. 34., icon imperfecta. Panicula capillaris, nutans, perpetuo tremulans, si herbam manu teneas.

5. P. PUMILA (Host. fl. austr. 1. 146.) *panicula erecta divaricata, ramis geminis solitariisque ramulisque fere rectangule divergentibus* scabris, spiculis per anthesin subaequaliter sparsis ovatis 4-6 floris, *floribus* oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus *liberis*, foliis anguste linearibus, *ligulis omnibus oblongis acutis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In montibus et pratis montanis Carnioliae, (meine Expl. sind um Laibach gesammelt.) Mai. Jun. Panicula durante anthesi rectangule divaricata ab antecedente et duabus sequentibus differt, ab illa et a P. bulbosa insuper floribus liberis; filum unum tantum alterumve flores connectens nonnunquam observavi. G.

6. P. CONCINNA (Gaud. agrost. helv. 1. 196., non Rob. Brown.) *panicula erecta patente, ramis geminis solitariisque* scabris, *spiculis in apice ramorum confertis* ovato-acutis *6-10 floris*, floribus oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus liberis, foliis anguste linearibus, *ligulis omnibus oblongis acutis*, radice fibrosa caespitosa. ♃. In arenosis siccis, (im untern Wallis; um Triest.) Jun. Reichenb. ic. 11. f. 1617. et 1618. Culmus in locis siccis basi subbulboso-incrassatus, in horto aequalis persistit. Similis antecedenti, sed panicula patente, nec divaricata, spiculis congestis, nec sparsis, omnino differt; a sequente, ipsi simillima, distinguitur floribus liberis et spiculis 6-10 floris.

7. P. BULBOSA (L. sp. 102.) *panicula erecta patente, ramis geminis solitariisque* scabris, spiculis in apice ramorum confertis ovatis 4-6 floris, floribus oblongo-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus *lana copiosa longe protrahenda cohaerentibus*, foliis anguste linearibus, *ligulis omnibus oblongis acutis*, radice fibrosa caespitosa, culmo basi saepe bulbiformi-incrassato. ♃. In apricis incultis, (stw. d. d. Gebiet.) Mai. Jun. D. fl. 1. 609. Reichenb. ic. 11. f. 1619. Variat:

β. vivipara, floribus in gemmas foliaceas mutatis, quae frequentior occurrit, quam forma normalis: P. bulbosa *β*. L. l. c. Reichenb. ic. 11. f. 1620.

8. P. ALPINA (L. sp. 99.) *panicula erecta sub anthesi patentissima, ramis geminis* glabris scabrisve, spiculis ovatis 4-10 floris, floribus ovato-lanceolatis margine dorsoque dense pubescentibus liberis vel per pilos paucos cohaerentibus, foliis latiuscule linearibus subito in apicem acutum contractis, *ligulis inferioribus brevibus truncatis, superioribus oblongis acutis, fasciculis foliorum basi cum culmo florente vaginis communibus inclusis*. ♃. In pascuis alpium et reg. subalpinarum; var. *β*. in arenosis demissis, (d. d. g. A. K. u. auf d. Schwarzw.; die Variet. *ε*. stw. auf d. Rheinfläche von Oberbaden bis Darmstadt u. Bingen, im Sponheimischen an d. Mosel; in Thüringen zwischen Halle u. dem östl. Harze;

in Mähren u. Unteröstreich.) Mai. Jun., in alpibus serius. D. fl. 1. 606. Reichenb. ic. f. 1625-1628. P. badensis St. h. 19. Variat:

β. *vivipara*, floribus in gemmas foliaceas mutatis: P. alpina vivipara L. sp. 99.

γ. *minor*, culmis tripollicaribus, foliis longiusculis, pedunculis tenuissimis: P. alpina γ. Gaud. helv. 1. 245. In summis alpibus ad moles glaciales.

δ. *brevifolia*, foliis brevibus, margine cartilagineo angusto cinctis, culmeis vix semipollicem longis, panicula densiore, ligulis fasciculorum sterilium longioribus paulum exsertis, tamen truncatis: P. alpina II. brevifolia Gaud. helv. 1. 245. Haec varietati sequenti similis est et differt tantum foliis laete viridibus atque non rigidis; transitum autem exhibet a specie primitiva in varietatem sequentem.

ε. *badensis*, foliis brevibus, latis, rigidis, glaucis, margine albo cartilagineo praeditis; ligula ut in var. δ: P. badensis Haenk. ap. Willd. sp. 1. 392. P. brevifolia DC. synops. p. 131. P. collina Host. gr. 2. t. 66. P. trivialis Pollich. pal. 1. p. 84. Koel. gr. 157. P. Koeleri DC. syn. p. 131. P. brizoides Wohllebb. suppl. fl. hal. 5. P. thermalis Pers. syn. 1. 90. P. Molinerii Balb. add. ad fl. pedem. 85. P. cenisia Reichenb. fl. exc. p. 46. ic. 11. f. 1624 et 1625., non All. — Varietas insignis, sed ob varietatem β. intermediam characterem solidum, quo distingueretur, eruere non potui. — P. cenisia Host, e semine hort. vindob. educta, est P. alpinae varietas elatior, spiculis multifloris.

Poa caesia subsequens plerumque ramos geminos in panicula gerit.

c. Rami paniculae inferiores quini, in speciminibus macris tantum pauciores 2-3. Flores obsolete 5 nervii, praeter lanam, eos quandoque constringentem, linea in nervo dorsali et utrinque in nervo marginali sericeo-pubescente praediti.

9. P. CAESIA (Smith. brit. 103.) panicula patente, *ramis* scabris, inferioribus *geminis quinisve*, spiculis ovato-lanceolatis 2-5 floris, floribus obsolete nervosis margine dorsoque pubescentibus, *vaginis internodio longioribus nodos culmeos tegentibus, suprema folio suo longiori, ligula brevi truncata* vel suprema ovata, radice fibrosa caespitosa. ♃. Ad rupes apricas in Alpibus et subalpinis, (in d. Schweiz nicht sehr selten; Schlesien am Köpernickstein im Gesenke, Altvater.) Jun. Jul. P. glauca Smith. engl. fl. 1. 128. spiculis 2-3 floris; P. caesia ibid. spiculis 4-5 floris. P. Gaudini R. et S. syst. 2. 548. Planta viva pulchre caesio-glauca, ligula brevis, truncata, vel suprema ovata, semper magis prominens, quam in P. nemorali. Nodus culmi superior quandoque denudatur, sed culmus ad tertiam partem tantum vaginis vestitus est. Variat culmo laevi et superne evidenter scabro; ex semine plantae scabrae specimina culmis laevibus et scabris eduxi. Gaudinus sub varietate sua glauca et caesia Poae nemoralis varietates huius et P. caesiae confudit, et ego ipse in D. fl. in eundem errorem incidi.

10. P. NEMORALIS (L. sp. 102.) panicula patente, *ramis* scabris, *inferioribus* geminis *quinisve*, spiculis ovato-lanceolatis 2-5 floris, floribus obsolete nervosis margine dorsoque pubescentibus, *vaginis internodio brevioribus*, nodis culmi denudatis, *vagina suprema*

foliolo suo breviore, *ligula brevissima subnulla*, radice caespitosa breviter stolonifera. ♃. In sylvis, rupibus, muris. Jun. Jul. D. fl. 1. 615. Culmus ultra medium, saepe fere ad apicem, foliatus est. Variat adeo, ut diversas species coram habere credas.

α. *vulgaris*, gramineo-viridis, culmi tenues debiles cum panicula laxa nutantes, *spiculae biflorae*. Gaud. helv. 1. 238. Leers. t. 5. f. 3. Haec varietas occurrit spiculis unifloris, cum rudimento secundi floris capituliformi, pedicellato: P. nemoralis β. D. fl. 1. 617. Modificatio morbosa est P. nemoralis vulgaris β. nodis culmeis spongioso-cirrhosis Gaud. l. c.

β. *firmula*, gramineo-viridis, culmi rigidi, *vaginae foliorum glabrae*, panicula erecta vel apice nutans, *spiculae 3-5florae;* haec forma, in virgultis pratorum nascens, paniculam amplam patentemque et flores plerumque liberos habet: P. nemoralis II. firmula Gaud. helv. 1. 239.; in muris locisque siccis panicula contracta apparet floresque pilis lanatis cohaerent: P. nemoralis VI. coarctata Gaud. helv. 1. 241. P. coarctata Hall. fil. ap. Murith. bot. val. 86. DC. fl. fr. 5. p. 273. P. dubia Sut. helv. 1. 49. et P. Scheuchzeri Sut. helv. 1. 50. P. caespitosa Poir. dict. 5. 73. P. trivialis Leers. herb. t. 6. f. 2.

γ. *rigidula*, obscure viridis, saepe subglauca, *culmi* rigidi *cum vaginis scabriusculi*, panicula erecta vel apice nutans, spiculae 3-5 florae, floribus lana connexis: P. nemoralis δ. D. fl. 1. 617. P. pratensis Leers. herborn. t. 6. f. 4. P. palustris DC. fl fr. 5. p. 272. P. polymorpha Wib. werth. 113. sec. specim. authent. P. serotina Schrad. germ. 1. 299. secund. specimen ab ipso auctore et egregiam descriptionem, „ligula brevis, truncata." Haec varietas non ubique occurrit.

δ. *glauca*, magis minusque *glauco-viridis*, culmi rigidi, *panicula* ut in variet. β. et γ. *spiculis copiosis* dense obsita: P. nemoralis η. glauca et ϑ. caesia D. fl. 1. p. 619., pro parte. A P. caesia differt culmo ultra medium foliato, nodis culmi, ob vaginas internodio breviores, denudatis et folio supremo vaginam suam aequante vel longiore. Haec varietas montes altiores inhabitare videtur. Vivam in horto posideo.

ε. *montana*, culmi graciles, *panicula rara*, *spiculis magnis* 3-5 floris *parce obsita;* rami paniculae 1-3 spiculas gerentes, spiculae tenuiter et longe pedicellatae. Varietas insignis, multis tamen formis intermediis in ceteras abiens: P. nemoralis III. montana Gaud. helv. 1. 209.

11. P. Fertilis (Host. gram. 3. t. 14.) panicula diffusa patente, *ramis* scabris, *inferioribus* plerumque *quinis*, spiculis ovato-lanceolatis 2-5 floris, floribus obsolete nervosis margine basin versus dorsoque linea angusta pubescente notatis, culmis vaginisque glabris, *ligula oblonga acuta*, *radice fibrosa* caespitosa. ♃. In pratis humidis, ad ripas. Jun. Jul. D. fl. 1. 614. P. palustris Roth. tent. 2. 1. 117. P. serotina Gaud. helv. 1. 256., et quoque Ehrhartii secundum cl. Meyer. in chlor. hanov. 1. 632., sed nomen incongruum, nam planta praecocius non floret, quam affinis P. nemoralis et huius varietates: P. effusa Kit. in Schult. oestr. fl. 1. 227. P. augusti-

folia L. sp. 99. sec. cl. Fries. et Wahlenb., sed descriptio Linnaeana, in fl. suecica proposita, in illam non quadrat. P. angustifolia Reichenb. ic. 11. f. 1645 - 1647. Specimen Ehrhartianum nondum vidi.

d. Rami paniculae inferiores semiverticillati, quini. Flores nervis 5 validis, in planta exsiccata praecipue visibilibus, instructi, glabri vel inferne dorso pilis lanatis adspersi, linea pilosa marginali autem destituti.

12. P. SUDETICA (Haenk. sudet. 120.) panicula patente, ramis scabris, inferioribus quinis, spiculis ovato-oblongis 3-5 floris, *floribus elevato-5 nerviis totis glabris*, vaginis ancipitibus, *ligula brevissima truncata, fasciculis foliorum sterilibus distichis plano-compressis.* ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (v. d. Schweiz durch d. A. K. bis Oestr.; Vogesen; Schwarzwald; höhere Gebirge an d. Mosel; Hessen; Franken; am Harze; im Teutoburger Walde; u. zerstreut im nördl. D.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 609. Reichenb. ic. f. 1657 et 1658. P. rubens Moench. meth. 187. P. quadripedalis Ehrh. calam. 135. P. sylvatica Vill. delph. 2. 128. P. trinervata DC. fl. fr. 3. 58. non Ehrh. Capita radicis in ambitu caespitis radicant, sed radicem vere repentem vel stoloniferam tam huius quam sequentis speciei in plantis cultis horti nostri hucusque non vidi.

13. P. HYBRIDA (Gaud. helv. 1. 229.) panicula diffusa, ramis scabris pendulis, inferioribus quinis, spiculis ovato-oblongis 3-5 floris, *floribus elevato-5 nerviis glabris basi pilis lanatis parce adspersis*, vaginis ancipitibus, *ligula brevissima truncata, fasciculis foliorum sterilibus* distichis *plano-compressis.* ♃. In sylvis humidis, (im Jura am Fuſse der hochgelegenen Felsen; auf d. Untersberge bei Salzburg; bei Erlangen in der Brucker Lache, einem Waldsumpfe; in Schlesien im Gesenke.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 610. in annot. Reichenb. ic. 11. f. 1656. Festuca montana Sternberg. et Hopp. denkschr. d. regensb. bot. ges. 1818. p. 95. secund. specimen authenticum, ab ipso Hoppio acceptum, et secund. diagnosin, l. c. propositam. — Fasciculis foliorum sterilium plano-compressis haec et antecedens ab omnibus generis speciebus valde diversae.

14. P. TRIVIALIS (L. sp. 99.) panicula patente, *ramis* scabris, *inferioribus quinis*, spiculis ovatis plerumque trifloris, *floribus* elevato-5 nerviis *glabris* basi obsolete pilosis, *vaginis* subcompressis *scabris*, *ligula* vaginarum superiorum *protracta oblonga acuta*, radice fibrosa. ♃. In pratis udis locisque humidis. Jun. Jul. D. fl. 1. 611. P. dubia Leers. herborn. t. 6. f. 5. P. scabra Ehrh. calam. 72. P. pratensis Poll. pal. 1. p. 87.

B. Radix stolonibus elongatis longe lateque repens.

15. P. PRATENSIS (L. sp. 99.) panicula patente, ramis scabris, inferioribus plerumque quinis, spiculis ovatis 3-5 floris, *floribus* dorso margineque dense pubescentibus *lanaque longe protrahenda connexis* quinquenerviis, *nervis prominulis*, culmo vaginisque glabris, vagina suprema folio suo multo longiore, ligula brevi truncata, *radice stolonibus elongatis repente.* ♃. In pratis, pascuis, arvis arenosis. Mai. Jun. D. fl. 1. 612. P. glabra Ehrh. calam. n. 62. P. angustifolia Pollich. palat. 1. p. 85. Leers. herborn. t. 6. f. 3. Occurrit in pratis fertilibus colore laete viridi, foliis radicali-

bus elongatis, angustioribus quidem, sed non setaceo-complicatis; in locis vero arenosis subhumidis, etiam siccioribus, saepe fit

β. *latifolia*, folia radicalia breviora latioraque sunt, atque, ut tota planta, colorem glaucum vel caesium induunt: P. subcaerulea Engl. bot. t. 1004. P. pratensis γ. Smith. engl. fl. 1. 126. P. depressa Presl. cech. p. 20. P. humilis Ehrh. calam. n. 113. — In locis siccis sterilibusque saepe evadit

γ. *angustifolia*, folia radicalia complicato- vel convoluto-setacea: P. pratensis β. angustifolia Smith. brit. 105. P. angustifolia L. sp. 99., secund. Smith. Leers. herborn. t. 6. f. 3. In locis humidis pinguioribus, quae herbis nondum dense tecta sunt; maior saepe fit culmumque compressum fere ancipitem acquirit: P. pratensis IV. anceps Gaud. helv. 1. 260.

16. P. CENISIA (Allion. auct. p. 40. n. 2209.) panicula patente, pedunculis laevibus vel scabriusculis, inferioribus geminis, raro quinis, spiculis ovatis 3-5 floris, *floribus* dorso margineque dense pubescentibus *lanaque longe protrahenda connexis* quinquenerviis, *nervis intermediis obsoletis*, culmo vaginisque glabris, vagina suprema folio suo multo longiore, ligulis brevibus, superiore ovata, *radice stolonibus elongatis repente.* ♃. In glareis torrentium alpinarum, (stw. d. d. A. K. u. auf d. Brocken.) Jul. Aug. P. cenisia Bertol. fl. ital. 1. 533. P. stolonifera Bellard. app. ad fl. ped. in act. taur. t. 5. p. 215. P. distichophylla Gaud. hal. 1. 250. D. fl. 1. 603. Reichenb. ic. 11. f. 1632. P. flexuosa Wahlenb. lapp. n. 63. Host. gr. 4. t. 26. D. fl. 1. 604. Reichenb. ic. 11. 1633. (P. flexuosa a P. cenisia, distichophylla Gaud., non differt.) — P. Halleridis R. et S. syst. 1. 350., D. fl. 1. 605., Reichenb. ic. 11. 1634., P. pallens Gaud. agr. 1. 201., est varietas pallida et flaccida Poae cenisiae, e loco natali umbroso orta.

17. P. COMPRESSA (L. sp. 101.) panicula patente subsecunda, pedunculis scabris, inferioribus plerumque geminis rarius quinis, spiculis ovato-oblongis 5-9 floris, floribus dorso margineque basin versus puberulis liberis vel lana parca subcohaerentibus obsolete nervosis, *culmis ancipiti-compressis* basi procumbentibus, *radice stolonibus elongatis repente.* ♃. In pascuis, locis siccis, cultis et incultis, campis arenosis. Jun. Jul. D. fl. 1. 621. — P. compressa Wib. werth. 114. est modificatio floribus liberis, P. muralis Wib. l. c. floribus lana connexis.

49. GLYCÉRIA (R. Brown., additis speciebus.) Flores obtusi, dorso semicylindrici, introrsum subventricosi; cetera ut Poae. Glyceria et Catabrosa N. ab E. gen. 14. 11.

1. G. SPECTABILIS (Mertens et Koch. deutschl. flor. 1. p. 586.) *panicula aequali ampla ramosissima*, spiculis 5-9 floris, *floribus* obtusis *septemnerviis*, *nervis validis* prominentibus, radice repente. ♃. In aquis stagnantibus et ad ripas. Jul. Aug. Glyceria aquatica Wahlb. gothob. p. 18. Poa aquatica L. sp. 98. Leers. herbon. t. 5. f. 5. P. altissima Moench. meth. 185. Molinia maxima Hartm. scand. fl. ed. 2. p. 28. Hydrochloa aquatica Hartm. gr. suec. 8.

2. G. FLUITANS (Rob. Brown. prodr. 1. 179.) *panicula secunda*, ramis sub anthesi rectangule patentibus, *spiculis* 7-11 floris *ramo*

adpressis, *floribus* obtusis *septemnerviis*, *nervis validis* prominentibus, radice repente. ♃. In aquis stagnantibus, rivulis, fossis. Jun. Jul. D. fl. 1. 587. Festuca fluitans L. sp. 111. Schreb. gr. 37. t. 3. Poa fluitans Scop. carn. 106. Hydrochloa fluitans Hartm. suec. 8.

3. G. DISTANS (Wahlenb. fl. upsal. p. 36.) panicula aequali divaricata, *ramis fructiferis deflexis*, spiculis 4-6 floris, *floribus ovato-oblongis* obtusis *obsolete 5 nerviis*, radice fibrosa. ♃. In locis humidis, ad fossas, praecipue solo salso, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. D. fl. 1. 589. Poa distans L. mant. 32. P. salina Poll. pal. 1. p. 89. P. retroflexa Curt. lond. 6. t. 1. P. arenaria var. α. Trin. in act. petrop. 6. 1. 390. Festuca distans Kunth. en. 1. 393. Hydrochloa distans Hartm. gr. 8.

4. G. FESTUCAEFORMIS (Heynhold. ap. Reichenb. fl. exc. 45.) panicula aequali patente, *ramis fructiferis erecto-patulis*, spiculis 5-9 floris, *floribus lineari-oblongis* obtusis breviterque apiculatis *obsolete 5 nerviis*, *radice fibrosa*. ♃. In paludosis et arenosis ad mare adriaticum. Gl. festucaeformis Heynhold. absque dubio nostram plantam designat, licet cl. Reichenb. flores hispidos et radicem repentem describat, quod neque in speciminibus siccis plantae spontaneae, neque in vivis cultae unquam vidi. Glyceria capillaris D. fl. 1. p. 869., excl. syn. Wahlbergii. Poa festucaeformis Host. gr. 3. 12. t. 17., pessime descripta. P. arenaria var. β. Trin. act. petrop. 6. 1. 390. Festuca Hostii Kunth. gram. 1. 129. F. palustris Seenus sec. Schrader. — Simillima speciei antecedenti, sed plerumque altior, rami nunquam deflexi et flores longiores. — Specimina Glyceriae capillaris, a C. Wickström. cum b. Mertensio communicata, G. festucaeformi multo propius accedunt, quam G. distanti, et ramos tenuiores non habent, quam G. distans vulgaris; ceterum non satis evoluta sunt. G.

5. G. MARITIMA (Mertens et Koch. d. fl. 1. p. 588.) panicula aequali patente, ramis fructiferis contractis, spiculis 4-6 floris, *floribus* lineari-oblongis obtusis breviterque apiculatis *obsolete 5 nerviis*, *radice stolonibus repente*. ♃. In arenosis maritimis et ad fluviorum ripas, mari contiguas, (von Ostfriesland bis Mecklenburg.) Jun. Jul. D. fl. 1. 588. Poa maritima Huds. angl. 42. P. arenaria var. γ. Trin. in act. petrop. 6. 1. 390. Hydrochloa maritima Hartm. gr. suec. 8. Molinia maritima Hartm. scand. fl. p. 27. Festuca thalassica Kunth. gram. 1. 129. G.

6. G. AQUATICA (Presl. fl. cech. p. 25. 1819.) panicula aequali diffusa, spiculis linearibus plerumque bifloris, *floribus* oblongis obtusis *trinerviis*, *nervis prominentibus*, radice stolonibus repente. ♃. In aquis stagnantibus, fossis, fontibus, locis arenosis humectatis, (stw. d. d. Geb., aber nicht überall.) Jun. Jul. D. fl. 1. 589. G. airoides Reichenb. fl. exc. 1. 589. Aira aquatica L. sp. 95. Molinia aquatica Wib. werth. 116. Poa airoides Koel. gram. 191. Hydrochloa airoides Hartm. gr. suec. 8. Catabrosa aquatica Beauv. agr. 97. Colpodium aquaticum Trin. act. petrop. 6. p. 395.

50. MOLÍNIA (Schrank. baier. flor. 1. p. 334.) Flores e basi introrsum ventricosa conici, dorso semicylindrici; cetera ut Poae.

Sect. I. Moliniae genuinae. Spiculae muticae.

1. M. caerulea (Moench. meth. 183.) panicula subcoarctata, spiculis erectis muticis plerumque trifloris, floribus trinerviis, *culmo subnudo.* ♃. In sylvis et pratis sylvaticis humidis; varietas minor in pascuis uliginosis sterilibus. Aug. Sept. D. fl. 1. p. 334. M. variabilis Wib. werth. p. 115.; Aira caerulea L. sp. 95. Leers. herborn. t. 4. f. 5. Melica caer. L. mant. 2. 325. Enodium caer. Gaud. agr. 1. 145. Festuca caer. DC. fl. fr. 3. p. 46. Hydrochloa caer. Hartman. gr. 8. Varietas maior, in sylvis humo pingui repletis proveniens: M. altissima Link. hort. 1. 197. M. arundinacea Schrank. l. c. 336. M. littoralis Host. secund. Kunth., sed „radicem valde repentem" nondum vidi.

Sect. II. Diplachne Beauv. agr. 80. Link. hort. 1. 154. Palea inferior ex apice integro vel breviter bifido aristata, arista recta brevi.

2. M. serotina (Mertens u. Koch. deutschl. flor. 1. 585.) panicula patente, spiculis 2-5 floris breviter aristatis, floribus 5 nerviis, *culmo ad apicem fere vaginis foliorum tecto.* ♃. In collibus lapidosis, ad vias, (Istrien, Littor., südl. Tyrol, Cant. Wallis, Waadt, Tessin.) Aug. Sept. Festuca serotina L. sp. 111. Agrostis serotina L. mant. 30. Melica nodosa Pill. et Mitterbach. it. 143. Bromus strictus Scop. carn. 1. p. 79. Diplachne serotina Link. hort. 1. 155.

51. DÁCTYLIS (L. gen. n. 86.) Flores carinato-compressi, ut Poae, sed inaequilateri, apice ad latus interius flexi, ex apice integro vel emarginato breviter aristati. — Plantae habitu Cynosuri, characteribus Koeleriae. Ab hac differt solummodo habitu, spiculis turgidioribus et floribus apice paulum introrsum flexis, a Poa floribus breviter aristatis, a Festuca floribus carinato-compressis, neque dorso teretibus.

1. D. glomerata (L. sp. 105.) *palea inferiore 5 nervia*, radice caespitosa, stolonibus nullis. ♃. In pratis et sylvis. Jun. Jul. D. fl. 1. 634. Leers. herborn. t. 3. f. 3. Festuca glomerata Allion. ped. 2. p. 252. Bromus glomeratus Scop. carn. 1. p. 76. Rami inferne nudi. Variat foliis glaucescentibus: D. glaucescens Willd. en. 111. D. altaica Bess. in Schult. mant. 3. 626. Variat porro

β. *hispanica*, panicula in spicam lobatam contracta, rami a basi spiculis obsiti: D. hispanica Roth. catalect. 1. 8. Festuca phalaroides Lam. ill. n. 1036. sec. DC.

2. D. littoralis (Willd. sp. 1. 408.) *palea inferiore 9-11 nervia*, stolonibus elongatis prostratis. ♃. In littore maris adriatici, (Triest, Fiume.) Jun. Jul. D. maritima Schrad. germ. 1. 313. t. 6. f. 1. D. distichophylla Brignol. fasc. pl. forojul. 16. Poa littoralis Gouan. monsp. 470. D. fl. 1. 594. P. pungens MBieb. t. c. 1. 65.

G.

52. CYNOSÚRUS (L. gen. n. 87.) Spiculae singulae basi bractea, e glumis numerosis distichis alternis composita, fultae; cetera ut Festucae. N. ab E. gen. 14. 5.

1. C. CRISTATUS (L. sp. 105.) panicula spiciformi conferta lineari recta, *glumis bractearum in mucronem attenuatis.* ♃. In pratis. Jun. Jul. D. fl. 1. 632. Phleum cristatum Scop. carn. 1. 57.

2. C. ECHINATUS (L. sp. 105.) panicula spicato-contracta ovata, *glumis bractearum longissime aristatis.* ⊙. In cultis, ad vias, (Istrien; bei Steyer in Oestreich; im obern Wallis.) Mai-Jun. Host. gr. t. 95.

53. FESTÚCA (L. gen. n. 88.) Flores lanceolati vel lanceolato-subulati, dorso teretes cum et absque nervo prominente. Cetera ut Poae. Valva superior subtilissime ciliata, qua nota a Brachypodio differt. — Festuca. Schedonorus. Vulpia. N. ab E. gen. f. 14. n. 13. 14. 15.

Sect. I. NARDURUS Comp. fl. germ. ed. 2. p. 193. Spiculae in racemo simplici brevissime pedicellatae, pedicelli crassi, sed aequalis latitudinis. Radix parva, annua. Fasciculi foliorum steriles nulli. — A Tritico haec sectio differt spiculis racemosis, nempe pedicellatis, a Brachypodio palea superiore subtilissime ciliata.

1. F. TENUIFLORA (Schrad. fl. germ. 1. 345.) *racemo simplici, spiculis brevissime pedicellatis distiche unilateralibus*, valvis lanceolatis attenuato-acutis, inferiore dimidio angustiore uninervia, *floribus lanceolato-linearibus acutissimis* in mucronem abbreviatum aristamve elongatam attenuatis. ⊙. In locis incultis apricis, (Istrien u. im Wallis.) Jun. Jul. Variat floribus glabris et pubescentibus atque

α. *mutica*, floribus omnibus breviter mucronatis: Triticum unilaterale L. mant. 35. DC. fl. fr. 5. p. 285.

β. *biuncialis*, floribus spicularum racemi inferiorum mucronatis, superiorum longe aristatis: T. biunciale All. auct. p. 46., secund. Bertolon. in fl. ital. 1. 810.

γ. *aristata*, floribus arista, florem ipsum subaequante, terminatis: T. Nardus DC. fl. fr. 3. p. 87. T. tenellum α. Lam. dict. 2. 561. Host. gr. 2. t. 26. Brachypodium tenellum et tenuiflorum R. et S. p. 745. B. psilanthum Link. 2. 193.

2. F. LACHENALII (Spenn. fl. friburg. p. 1050.) *racemo simplici, spiculis brevissime pedicellatis* alternis, valvis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, inferiore paulo breviore, utraque trinervia, *floribus oblongo-lanceolatis obtusiusculis* muticis aristatisve. ⊙. In locis arenosis et in agris, (in Menge auf d. trocknen Sandplätzen der Granitischen Vogesen u. auf d. Kiese der Bäche daselbst; im Oberbadischen bei Freiburg, zwischen Weil u. Basel; ital. Schweiz.) Jun. Jul. F. Poa Kunth. en. 1. 394. Triticum Lachenalii Gmel. bad. 1. p. 291. T. tenellum L. sp. 127. secund. Bertol. fl. italic. 1. 812. T. Poa DC. fl. fr. 3. p. 86. T. Halleri Vivian. ann. 2. p. 155. t. 5. Brachypodium Poa et Halleri R. et S. syst. 2. 746. 747. — Variat spica inferne ramosa: Triticum Festuca DC. fl. fr. 3. p. 87. T. Poa β. Dub. bot. gall. p. 530.

Triticum tenuiculum Lois. not. 27. (T. festucoides Bertol. fl. ital. 1. 808., T. hispanicum Vivian. ann. 2. 152. t. 3. f. 2.,) mihi varietas aristata Festucae Lachenalii videtur, ut iam cl. Gay., apud Gaud. helv. 1. 367. suspicatus est; nullum enim discrimen praeter aristas inter utramque reperire possum; conf. quoque Bert. l. c. 809.

Sect. II. Sclerochloa. Panicula rigida. Pedicelli breves, crassi, sed aequalis latitudinis. Radix parva, annua.

3. F. rigida (Kunth. en. 1. 392.) *panicula* distiche unilaterali coarctata *rigida*, *ramis ramulisque triquetris*, *spiculis* oblongis 6-12 floris *erecto-patulis* approximatis, *lateralibus* ramorum *brevissime pedicellatis*, floribus linearibus obtusis leviter emarginatis brevissimeque mucronatis, radice fibrosa. ⊙. In locis graminosis siccis, vineis, ad vias, (östr. Littorale bei Fiume, Triest; in d. Gegend d. Genfersees u. in d. ital. Schweiz.) Jun. Jul. Poa rigida L. sp. 101. Glyceria rig. Smith. engl. fl. 1. 119. Megastachya rig. Beauv. agr. 74. Sclerochloa rig. Link. en. 1. 90. Reichenb. ic. 11. f. 1518.

4. F. divaricata (Desf. atl. 1. 89. t. 22.) *panicula rigida*, *ramis triquetris*, *spiculis* linearibus 6-12 floris sub anthesi *divaricato-patentibus*, *lateralibus* ramorum *brevissime pedicellatis*, floribus lineari-lanceolatis obtusis breviter emarginatis brevissimeque mucronatis, radice fibrosa. ⊙. In locis aridis, lapidosis, (Fiume, Noé.) April. Mai. Sclerochloa articulata Link. en. 1. 90. Schoedonorus divaricatus R. et S. syst. 2. 753. Dactylis memphitica Spreng. Roth. catal. 3. p. 18. J.

Sect. III. Vulpia Gmel. Mygalurus Link. Paniculae ramuli crassiusculi vel etiam versus apicem conspicue incrassati et subclavati. Flores lanceolato-subulati, longe aristati, in pluribus monandri. Radix parva, fibrosa.

5. F. uniglumis (Soland. in Ait. hort. kew. ed. 1. v. 1. 108.) panicula secunda contracta subspicata, *valva superiore aristata*, *inferiore minima vel nulla*, *floribus* lanceolatis subulato-attenuatis longe aristatis *arista brevioribus* glabris apice scabriusculis, radice fibrosa. ⊙. In locis sterilibus siccis, (bei Triest.) Mai. F. uniglumis Soyer-Willemet observat. sur quelques plantes de france p. 133. Mygalurus uniglumis Link. en. 1. 92. Vulpia membranacea Link. hort. 1. 147. V. uniglumis Reichenb. fl. exc. 37.

Cl. Willemet. a Festuca uniglumi separat Festucam bromoidem Linn. panicula laxa et valva inferiore lineam longa, quae in F. uniglumi fere nulla; sed haec nota non satis certa esse videtur, nam mea specimina Festucae uniglumis valvam nunc fere nullam, nunc longiorem et lineam aequantem habent. Aliam vero plantam possideo, circa Parisios lectam, culmo elongato et superne longe nudo, quae a F. uniglumi differt ut F. sciuroides a F. Pseudo-myuro, sed valva inferior minima est, neque lineam longa. Haec est Vulpia bromoides Reichenb. fl. exc. 37., secund. citat. Merat. fl. par.; specimen autem, in dit. flor. nostr. lectum, nondum vidi.

6. F. Myuros (L. sp. 109.) panicula secunda contracta subspicata, *valva* superiore acuta, *inferiore brevissima vel nulla*, *floribus* lanceolatis subulato-attenuatis longe aristatis *arista brevioribus*

villosis denseque ciliatis, ligula biaurita, radice fibrosa. ⊙. In locis incultis, ad sepes reg. calid., (Istrien u. bei Fiume.) Mai. Jun. F. myuros Soyer - Willemet. l. c. 132. F. ciliata Danth. ap. DC. fl. fr. 3. p. 55. Vulpia ciliata Link. hort. 1. 147. 2. 272. J.

7. F. Pseudo-myuros (Soyer-Willemet. l. c. p. 132.) panicula secunda contracta subspicata, *valva superiore acuta*, inferiore duplo pluriesve breviore, *floribus* lanceolatis subulato - attenuatis longe aristatis *arista brevioribus* scabris, *culmo ad paniculam usque foliorum vaginis tecto*, ligula biaurita, radice fibrosa. ⊙. In locis incultis, collibus, campis arenosis. Mai. Jun. D. fl. 1. 637. F. myuros Ehrhart. calam. n. 15. et omnium auctor. Vulpia myuros Gmel. bad. 1. p. 8. V. Pseudo-myuros Reichenb. fl. exc. 37. Mygalurus caudatus Link. en. 1. 115.

8. F. sciuroides (Roth. tent. 2. 130.) panicula secunda contracta subspicata, *valva superiore acuta*, inferiore duplo pluriesve breviore, floribus lanceolatis subulato - attenuatis longe aristatis *arista brevioribus* scabris, *culmo superne longe nudo*, ligula biaurita, radice fibrosa. ⊙. In locis incultis, pascuis siccis. Mai. Jun. F. bromoides D. fl. 1. 636. et plurim. auctorum. Bromus dertonensis Allion. ped. 2. p. 249. secund. Bertolon. B. ambiguus Cyrill. pl. rar. fasc. 1. p. 10. Vulpia bromoides Link. hort. 1. 147. V. sciuroides Reichenb. fl. exc. p. 37. — Valva inferior in hac specie, sicut in antecedente, nunc longior, nunc brevior est, neque ullam notam, qua prior a posteriori distingi possit, praeter paniculam multo breviorem et culmum superne nudum reperire possum; tamen seorsum propono, ut ulterius observetur. — Linnaeus Festucae bromoidi valvam alteram aristatam tribuit, eamque a F. myuro distinguit valvis non ciliatis; his verbis innixus cl. Willemet. nomina hucusque usitata iure mutavit.

Sect. IV. Festucae genuinae. Paniculae pedunculi filiformes, sub flore modice tantum crassiores. Flores lanceolati acuti vel acuminati, mutici aristative. Folia omnia complicato-filiformia vel culmea plana. Ligula biaurita, nempe brevissima et utrinque in auriculam subrotundam protracta. Radix perennis fibrosa vel stolonifera.

9. F. Halleri (Allion. ped. 2. p. 253.) panicula contracta, sub anthesi erecto-patula, spiculis 4-5 floris, superioribus solitariis subsessilibus, inferioribus longius pedicellatis solitariis subsessilibus vel duabus tribusve in ramo alternis, floribus lanceolatis aristatis, arista florem dimidium aequante, *palea* inferiore 5 nervia, *superiore lanceolato - attenuata apice bifida*, *foliis omnibus complicato-setaceis*, *ligula biaurita*, radice fibrosa. ♃. In summis alpibus, (südl. Schweiz u. südl. Tyrol.) Jul. Aug. Floribus evidenter nervatis et palea superiore a basi fere attenuata a F. ovina differt. F. Halleri Kunth. en. 1. 399., planta gallica, et F. Gaudini Kunth., planta helvetica, non differunt, quod speciminibus ab ipsis auctoribus, cl. DeCand. et cl. Gaudinio, acceptis probare possum.

10. F. ovina (L. sp. 108.) panicula per anthesin patente, spiculis 4-8 floris, floribus lanceolatis muticis aristatisve, arista brevi vel longiore floremque dimidium aequante, *palea* inferiore obsolete 5 nervia, *superiore oblongo - lanceolata apice bidentata*, *foliis*

omnibus complicato-setaceis ligula biaurita, radice fibrosa. ♃. In pratis vilioribus, pascuis, locis incultis ubique, in alpes altissimas adscendens. Mai. Jun. F. duriuscula Bertolon. fl. ital. 1. 601. Multis formis occurrit, inter quas, quum in observationibus per longum tempus continuatis transitus innumeros viderim, nunc differentias specificas proferre nequeo. Varietates praecipuae sunt

α. *vulgaris*, folia viridia vel paulum tantum glaucescentia, tenuissima, scabriuscula vel scabra, spiculae minores breviter aristatae: F. ovina D. fl. 1. 641. Occurrit 1. raro, spiculis muticis: F. tenuifolia Sibth. oxon. 44. Schrad. germ. 1. 318. 2. foliis, (in nemorosis umbrosis,) tenuissimis, elongatis: F. capillata Lam. fl. fr. 3. 597. Poa capillata Merat. par. ed. 2. t. 2. P. setacea Koel. gr. 162. 3. spiculis muticis 6 floris: Festuca paludosa Gaud. agr. 1. 229.

β. *alpina*, eadem, sed humilior, folia glabra, panicula e paucioribus spiculis composita, spiculae maiores, aristae longiores, quandoque florem aequantes: F. alpina Gaud. agr. 1. 232. D. fl. 1. 644. In alpibus et subalpinis crescit.

γ. *violacea*, eadem, sed flores nitidi, colore violaceo, luteo et viridi eleganter variegati: F. violacea Gaud. agr. 1. p. 31. D. fl. 1. 646. In alpibus provenit.

δ. *valesiaca*, elatior, spiculae maiores, folia elongata, tenuissima, caesio-glauca, scaberrima: F. valesiaca Schleich. secund. specimen ab auctore. D. fl. 1. 651. Gaud. helvet. 1. 285. Occurrit inter vulgares formas hinc inde.

ε. *duriuscula*, elatior, spiculae maiores, folia viridia vel glaucescentia, tenuiora vel crassiuscula, stricta vel recurva: F. duriuscula L. sp. 108., non syst. nat. Pollich. pal. 1. 101. D. fl. 1. 646. F. ovina Schrad. germ. 1. 320. F. duriuscula Host. gr. 2. t. 83. et F. stricta Host. gr. 2. t. 86. Occurrit vaginis foliisque inferioribus villosis, spiculis plus minusve pubescentibus, h. l. est: F. hirsuta Host. gr. 2. 61. In montibus petrosis humilior, foliis brevibus recurvis: F. curvula Gaud. agr. 1. 239. F. duriuscula β. curvula Gaud. helv. 1. 282.; vel folia longiora crassioraque acquirit: F. dura Host. gr. 2. t. 87. — Var. ε. ubique vulgaris.

ζ. *glauca*, eadem, foliis glaucis: F. glauca Schrad. germ. 1. 322. D. fl. 1. 649. F. pallens Host. gr. t. 88. Occurrit, praesertim in arenosis maritimis, caesio-glauca: F. glauca Lam. dict. 2. 459.; in alpibus foliis crassioribus laevigatis: F. duriuscula γ. laevigata Gaud. agr. 1. 351., F. laevigata Clairvill. man. 24., atque fol. rigidissimis, longis, crassissimis: F. pungens R. et S. syst. v. 2. 721.

η. *amethystina*, folia viridia vel glaucescentia, rigida, pungentia, spiculis muticis vel breviter mucronatis: F. amethystina Host. gr. 2. t. 89. D. fl. 1. 653. Spiculae minores, quam in antecedente. In Austria crescit.

ϑ. *vaginata*, folia tenuia, mollia, elongata, viridia vel glauca, spiculae longiores, 8 florae, muticae: Festuca vaginata Willd. en. 1. 116. secund. specim. ex horto berolinensi. D. fl. 1. 652. Pani-

culam, sub anthesi valde divaricatam, etiam in aliis modificationibus quandoque observamus. Haec in Suevia superiore et Bavaria superiore, et copiose quidem in glareosis Isarae prope Monachium crescit.

ι. *pannonica*, folia paulo crassiora, glauca, spiculae longae, 8-10 florae, aristatae: F. pannonica Host. gr. 4. t. 62. D. fl. 1. 652. Haec a F. glauca non differt, nisi numero florum in spiculis.

Varietates viviparae praesertim in montibus altioribus et in alpibus occurrunt.

11. F. HETEROPHYLLA (Lam. fl. fr. edit. 1. 3. p. 600. 1778.) panicula sub anthesi patente, spiculis 4-5 floris, floribus aristatis lanceolatis, arista brevi, vel longiore floremque dimidium aequante, *foliis radicalibus complicato-setaceis, culmeis planis, ligula biaurita, radice fibrosa.* ♃. In sylvis montanis, subalpinis et alpibus; in montibus humilioribus rarius occurrit. F. heterophylla Haenk. ap. Jacq. collect. 2. p. 93. 1788. D. fl. 1. p. 655. F. duriuscula L. syst. nat. 2. 96., non spec. plant. Schrad. germ. 1. 328. var. α. F. nemorum Leyss. in Abhandl. d. hall. naturf. ges. 1. 368. In umbra sylvarum folia radicalia tenuissima et elongata sunt, paniculaque cum spiculis viridibus nutat; in sylvis caesis, soli expositis, folia rigida fiunt paniculaque erigitur; in alpibus spiculae ex violaceo et luteo variegatae apparent; haec ultima est F. nigrescens Lam. dict. 2. p. 460. F. nigricans Schleich. exsicc. Festucam heterophyllam et nigrescentem e semine eductas in horto observavi.

12. F. RUBRA (L. sp. 109.) panicula sub anthesi patente, spiculis sub 5 floris, floribus lanceolatis aristatis, arista breviore longioreve floremque dimidium aequante, *foliis radicalibus complicato-setaceis culmeis planis, ligula biaurita, radice stolonifera* caespitesque laxos agente. ♃. In pratis, pascuis, campis arenosis, sylvarum oris. Mai. Jun. D. fl. 1. 653. In locis arenosis longe repit culmosque per interstitia solitarios profert. Variat spiculis superne paulum villosis et

β. *villosa*, totis villo brevi adspersis: F. dumetorum L. sp. 109. F. barbata Schrank. salisb.

γ. *lanuginosa*, notabilis varietas spiculis maioribus lanuginoso-villosis: F. cinerea DG. fl. fr. 3. 51. F. arenaria Osbeck. in Retz. supplem. fl. scand. 1. 4. F. rubra β. arenaria Fries. F. baltica Hohmann. in litt. F. dumetorum Rafn. danm. og Holst. fl. 5. 549.

Sect. V. SCHEDONORI. Paniculae pedunculi, spiculae floresque ut in sectione antecedente. Sed ligula truncata, vel etiam protracta et oblonga, non vero biaurita. Folia saepius plana, etiam radicalia. — In sola F. loliacea spiculae in racemum dispositae, pedicellis brevibus et crassis insident; ceterae species paniculatae earumque spiculae pedicellis longioribus et tenuioribus instructae sunt.

13. F. VARIA (Haenke in Jacq. collect. 2. p. 94.) panicula contracta sub anthesi patente, ramis solitariis geminisve, spiculis 5-8 floris breviter aristatis muticisve, *palea inferiore obsolete 5 nervia lanceolata a medio sensim angustiore, ovario apice piloso, foliis omnibus complicatis filiformibus subteretibus, ligula oblonga*, radice fibrosa, stolonibus destituta. ♃. In pascuis petrosis alpium et reg. subalp., (stw. d. die A. K. u. in d. Sudeten.) Jul. Aug. D. fl.

1. 658. Gaud. helv. 1. 300. F. acuminata Gaud. agr. 1. 272. DC. fl. fr. 5. p. 265. Spiculae colore viridi, albo et purpureo pulchre variegatae; ligula nunc obtusa, nunc acuta. In varietate

β. flavescens, spiculae pallidae, multo minus variegatae sunt: F. flavescens Bellard. app. ad fl. pedem. in act. taur. 5. p. 217., si, sec. Bertol., folia tenuia et flaccida sunt; folia enim in hac specie variant et crassitie et rigididate, coloreque viridi vel glauco, sicut F. ovina; eadem fere varietas est F. xanthina R. et S. syst. 2. 721. et F. alpina Host. gr. 4. t. 63. secund. specimina e seminibus hort. vindob. educta. Varietas

γ. crassifolia, habet folia crassa et rigida: F. Eskia Ramond. ap. DC. fl. fr. 3. p. 52. Hanc in Carniolia legit Müller. Axis variat magis minusve scaber vel breviter pilosus, ut in tota specie.

Nomen Festucae variae anteposui, quamvis b. Haenk. sub F. varia et hanc et Festucam pumilam comprehendisse videtur; nomen Festucae flavescentis in plantam saepe insigniter variegatam non quadrat.

14. F. PUMILA (Villars. fl. delph. 2. 102.) panicula erecta contracta sub anthesi subpatente, ramis solitariis geminisve, spiculis 3-4 floris aristatis, *palea inferiore obsolete 5 nervia oblongo-lanceolata supra medium subito acuminata*, *ovario apice piloso*, *foliis omnibus complicato-filiformibus subteretibus*, *ligula oblonga*, radice fibrosa. ♃. In pascuis petrosis alpium, (d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 1. 661.

15. F. PILOSA (Haller. fil. in Sut. flor. helv. 1. p. 56.) panicula patente, ramis semiverticillatis, inferioribus plerumque quinis, spiculis subtrifloris aristatis muticisve, *axe sub floribus fasciculo pilorum barbato*, *ovario glabro*, foliis omnibus complicatis, radicalibus subteretibus, ligula oblongo-lanceolata, radice fibrosa. ♃. In iugis alpium editissimis, (Schweiz, Tyrol, Kärnthen.) Jul. Aug. F. rhaetica Sut. helv. 1. p. 56., excl. syn. Scheuchz. et Halleri, patris. D. fl. 1. 661. F. poaeformis Host. gr. 2. t. 81. Poa violacea Bellard. act. taur. 5. 214. t. 5.

16. F. LAXA (Host. gram. 2. 58. t. 80.) *panicula patente flaccide nutante, ramis capillaribus scabriusculis a basi longe denudatis* solitariis geminisve, spiculis sub 5 floris muticis aristatisve, axe puberulo, palea inferiore obsolete 5 nervia non punctata, *ovario apice piloso*, *foliis anguste linearibus supra velutinis*, infimis complicatis, *ligula brevi truncata* subbiloba. ♃. In alpibus carniolicis, (auf d. Loibl.) Jun. Jul. D. fl. 1. 662. G.

17. F. SPECTABILIS (Jan. elench. 2. n. 38.) panicula ampla nutante, ramis inferioribus geminis ternisve inferne nudis, ramulis scabris, spiculis sub 5 floris muticis, axe brevissime puberulo, *palea inferiore subtilissime punctulata conspicue 5 nervi*, *ovario apice piloso*, foliorum fasciculis inferne squamis aphyllis sensim in folia abeuntibus tectis, *foliis elongato-linearibus planis concoloribus, supra scabris*, ligula protracta oblonga, radice fibrosa. ♃. In alpibus Tyrolis australis, (auf d. Schlehern bei Botzen.) Jun.

Jul. Bertolon. flor. ital. 1. 612. F. spadicea β. nemorosa Pollin. fl. veron. 1. 117. G.

18. F. SPADICEA (L. syst. nat. ed. 12. v. 2. p. 732. in addend.) panicula coarctata sub anthesi patula, ramis solitariis geminisve ramulisque glabris, spiculis sub 5 floris, muticis breviterve mucronatis, axe scabriusculo, *palea inferiore subtilissime punctulata 5 nervi, nervis 3 prominentibus, ovario apice piloso, foliis anguste linearibus glaberrimis planis*, radicalibus denique convolutis, ligula oblonga emarginato-biloba. ♃. In alpium editissimarum pascuis, (auf d. südl. Kette d. Schweiz, in Tyrol, Salzb., Kärnth., Krain.) Jul. Aug. D. fl. 1. 667. Poa Gerardi All. ped. 2. p. 245. Anthoxanthum paniculatum L. sp. 40.

19. F. SYLVATICA (Vill. delph. 2. 105.) panicula erecta diffusa ramosissima, ramis scabris, inferioribus geminis ternis quaternisve, spiculis sub 5 floris, axe scabriusculo, palea superiore attenuata acutissima mutica punctulato-scabra 3 nervi, nervis 3 prominentibus, *ovario apice piloso*, foliorum fasciculis inferne squamis aphyllis sensim in folia abeuntibus tectis, *foliis lanceolato-linearibus supra glaucis subtus laete viridibus* margine scabris, ligula oblonga obtusa, *radice fibrosa*. ♃. In sylvis umbrosis, (stw. d. d. Gebiet.) Jun. Jul. D. fl. 1. 669., excl. synon. Wibelii. F. calamaria Smith. brit. 121. F. decidua Sm. engl. bot. 32. t. 2266. F. calamaria β. Hook. scot. 40. Sm. engl. 1. 145. (specimina foliis angustioribus et spiculis 2-3 floris.) F. calamaria Host. a. 1. 153. gr. 4. t. 60. Poa trinervata Schrad. spicil. p. 3. Fl. dan. t. 1145. P. sylvatica Pollich. palat. 1. p. 83. Bromus triflorus Ehrh. beitr. 1. p. 90. calam. n. 36. In solo humido montium altiorum folia latiora fiunt; haec var. secund. specimina ab amic. Hoppe. ad fontem Fürstenbrunnen in monte Untersberg prope Salisburgum lecta, est Festuca latifolia Host. fl. austr. 1. 152., F. sylvatica Sternb. denkschr. d. regensb. bot. ges. 1818. p. 94. Sed modificatio haec vix ut varietas proponenda est, nam specimen vivum angustifolium, e loco natali sylvarum Erlangensium in locum pinguem horti Erlang. transplantatum, iam insequente anno folia latiora nactum est, quam quae in planta e monte Untersberg exstant. Radix in hac specie mere fibrosa, et raro stolo unus alterve filiformis et brevis, quo cespes augetur, occurrit, sed planta neutiquam repens dici potest.

20. F. DRYMEIA (Mertens. et Koch. deutschl. flor. 1. 670.) panicula diffusa ramosissima apice nutante, ramis scabris, inferioribus geminis ternisve, spiculis subquinquefloris, axe scabriusculo, palea inferiore acuminata mucronata subtilissime punctulata 5 nervia, nervis 3 magis prominentibus, *ovario apice piloso*, foliorum fasciculis a basi foliatis, *foliis lanceolato-linearibus supra glaucis subtus laete viridibus*, margine scabris, ligula oblonga obtusa, *radice stolonibus elongatis squamatis repente*. ♃. In sylvis montanis humidis, (Oestr., Mähren, Böhmen, Host.) Jun. Jul. F. drymeia M. et K. l. c. excluso synonymo. Festucae montanae Sternb. et Hopp., ad Poam hybridam pertinente. F. sylvatica Host. fl. a. p. 153. gr. t. 78., non Vill. F. montana Reichenb. fl. exc. p. 41., non Sternb. F. exaltata Presl. fl. sic. 1. p. 45. Bertolon. fl. ital. 1.

613. — Simillima quidem antecedenti, sed panicula florente nutante, floribus minus attenuatis, vix scabris, praesertim autem stolonibus elongatis, pedalibus, bipedalibus, squamatis, crassitie et forma stolonum Caricis hirtae, diversa est speciemque valde insignem exhibet. Vivam in horto possideo. — G.

21. F. Scheuchzeri (Gaud. agr. 1. 267.) panicula patente apice nutante, *ramis glabris*, inferioribus geminis, spiculis 4-5 floris, axe scabriusculo, palea inferiore acuta mutica vel sub apice mucronulata scabra 5 nervia, nervis prominulis, *ovario glabro*, foliis linearibus planis glabris, *ligula oblonga* obtusa, radice repente parum caespitosa. ♃. In alpium pascuis, (stw. d. d. g. A. K.) Jul. Aug. D. fl. 1. 668. F. pulchella Schrad. germ. 1. 336. t. 5. f. 5. F. nutans Host. gr. 4. t. 61., non Wahlenb. carpat., quae mihi ignota.

22. F. gigantea (Villars. delph. 2. 110.) panicula patentissima, ramis apice flaccide nutantibus, spiculis 5-8 floris, floribus sub apice aristatis, *aristis flexuosis palea duplo longioribus*, *ovario glabro*, *foliis* linearibus *planis* glabris, ligula brevissima. ♃. In sylvis umbrosis. Jun. Jul. D. fl. 1. 671. Bromus giganteus L. sp. 114. Schreb. gr. 1. t. 11. Variat:

β. *triflorus*, spiculis trifloris, culmo humiliore, foliis angustioribus: Festuca triflora Engl. bot. t. 1918. Bromus triflorus L. sp. 115.

23. F. borealis (Mert. et Koch. deutschl. flor. 1. p. 664.) panicula diffusa apice nutante ramosissima, ramis scabris subquinis, spiculis 4-5 floris, axe scabriusculo, *palea inferiore* 5 nervia punctulato-scabra apice obtusa denticulato-trimucronata *basi fasciculo pilorum cincta*, *ovario apice piloso*, foliis lanceolato-linearibus margine scabris, ligula oblonga truncata lacera, radice repente. ♃. In aqua fluviorum et lacuum, (bei Berlin, in d. Spree u. Havel u. in den damit in Verbindung stehenden Seen; um Stettin; bei der Steinschleuse am Eiderkanal bei Friedrichsort in Holstein.) Jun. Jul. F. arundinacea Liljeb. sv. fl. 2. p. 47., non Schreb. F. donacina Wahlenb. suec. p. 64. Donax borealis Trin. fund. p. 156. D. festucaceus Beauv. agr. 78. Arundo festucacea Willd. en. 1. 126. G.

24. F. decolorans (Mert. et Koch. deutschl. fl. 1. p. 663. in annot.) panicula patente nutante, *ramis scabris ternis quaternisve*, 2-3 racemosis 3-4 spiculas tertio autem quartove brevissimis spiculam unam gerentibus, spiculis 5 floris, valvis acuminatis, *palea inferiore subtilissime punctulata* acuminata mucronata vel breviter aristata *5 nervia*, *nervis prominulis*, *ovario glabro*, foliis linearibus planis margine scabriusculis, *ligula subnulla*. ♃. In convallibus alpinis, (bisher blofs in d. Thale Lauterbrunn in d. Schweiz, Gaud.) Jun. Jul. Gaud. fl. helv. 1. 249. F. laxa Gaud. agr. 1. p. 261. Similis Festucae pratensi, sed panicula laxior; praeterea notis, in diagnosi propositis, non difficile distinguenda. H.

25. F. arundinacea (Schreber. spicil. fl. lips. p. 57. 1771.) panicula diffusa nutante, *ramis scabris geminis ramulosis spiculis 5-15 gerentibus*, spiculis ovato-lanceolatis 4-5 floris, palea infe-

inferiore sub apice mucronata vel mutica, *ovario glabro*, foliis planis lanceolato-linearibus, *ligula brevissima*. ♃. In pratorum dumetis, ad ripas. Jun. Jul. D. fl. 1. 665. F. elatior Sm. brit. 124. F. spadicea Moench. meth. 190. Bromus arundinaceus Roth. germ. 2. 141. B. littoreus Retz. scand. ed. 2. n. 140. Host. gr. 1. t. 8. B. elatior Spreng. syst. 1. 359. Poa Phoenix Scop. carn. 1. p. 74.

26. F. ELATIOR (L. fl. suec. ed. 2. p. 32.) panicula secunda contracta sub anthesi patente, *ramis scabris geminis, altero brevissimo spiculam unam-altero racemoso spiculas 3-4 gerente*, spiculis linearibus 5-10 floris, valvis obtusis, palea inferiore 5 nervia apice denticulata mutica vel sub apice mucronata, *ovario glabro*, foliis planis lanceolato-linearibus, *ligula brevissima*. ♃. In pratis fertilibus. Jun. Jul. F. pratensis Hudson. fl. angl. ed. 1. p. 37. Bromus elatior Koel. gram. 214. Poa curvata Koel. gr. 207.

27. F. LOLIACEA (Huds. fl. angl. ed. 1. 38.) *racemo disticho* subnutante, *spiculis* lineari-oblongis *alternis distantibus*, inferioribus breviter pedicellatis interdum geminis, superioribus sessilibus, *foliis planis lanceolato-linearibus*. ♃. In pratis fertilibus, (stw. d. d. Geb.) Mai. Jun. D. fl. 1. 344. F. elongata Ehrh. beitr. 6. 133. F. adscendens Retz. prodr. scand. 134. F. Phoenix Thuill. paris. 2. 1. 52. Lolium festucaceum Link. hort. 1. 273. — Spiculae ut in antecedente specie, sed habitus Lolii perennis, a quo differt spiculis inferioribus evidenter pedicellatis, valva inferiore instructis nec univalvibus, atque valva superiore florem, cui incumbit, non superante. In spiculis superioribus valva inferior saepe desideratur, vel minuta et in duas fissa exstat.

54. BRACHYPODIUM (Palisot. de Beauv. agr. p. 100. t. 19. f. 3.) Palea superior margine setulis rigidis pectinato-ciliata; cetera ut Festucae. N. ab E. gen. 14. 16., excl. Narduro.

1. B. SYLVATICUM (Roem. et Schult. 2. 741.) spica disticha nutante, *spiculis numerosis* aristatis, *aristis florum superiorum palea longioribus*, foliis planis lanceolato-linearibus flaccidis, radice fibrosa. ♃. In sylvis et dumetis. Jul. Aug. D. fl. 1. 691. Festuca sylvatica Huds. angl. ed. 1. 38. (nomen triviale ceteris prius.) Bromus pinnatus β. L. sp. 115. B. sylvaticus Pollich. pal. 1. p. 118. B. dumosus Vill. delph. 2. 119. B. gracilis Weigel. obs. 15. Festuca gracilis Moench. meth. 191. Triticum sylvaticum Moench. hass. n. 103. T. teretiflorum Wib. werth. 104.

2. B. PINNATUM (Beauv. agrostograph. p. 101.) spica disticha erecta vel paulum nutante, spiculis numerosis aristatis, *aristis palea brevioribus*, *foliis planis* linearibus vel lanceolato-linearibus rigidiusculis, radice repente. ♃. In collibus apricis incultis, locis lapidosis dumetosis. Jun. Jul. D. fl. 1. 692. Bromus pinnatus L. sp. 115. Festuca pinnata Moench. meth. 191. Triticum pinnatum Moench. hass. n. 102. T. bromoides Wib. werth. 11. Occurrit spiculis brevioribus et elongatis cornuque instar curvatis, villosis, scabris, glabrisve; atque porro

α. *vulgare*, spiculae scabrae vel villosae, rectae vel curvatae. Reichenb. ic. 11. f. 1376.

β. *rupestre*, spiculae var. antecedentis, sed glabrae; non raro quoque elongatae et subfalcatae: B. pinnatum β. Gaud. helv. 1. 306. B. rupestre R. et S. syst. 2. 737. Bromus rupestris Host. gr. 4. p. 10. t. 17. B. corniculatus Lam. fl. fr. 3. p. 608. Triticum pinnatum γ. DC. fl. fr. 5. p. 283.

γ. *caespitosum*, spiculae minores, glabrae, rectae vel subfalcatae, folia angustiora: B. caespitosum R. et S. syst. 2. 737. B. caespitosus Host. gr. 4. p. 11. t. 18. Triticum gracile DC. fl. fr. 3. p. 85. T. pinnatum β. DC. fl. fr. 5. p. 283. Praeter folia angustiora et spiculas minores nullam differentiam essentialem inter hanc varietatem et antecedentem detegere possum; plantam vivam ex horto vindobonensi possideo.

3. B. RAMOSUM (Roem. et Schult. syst. veg 2, p. 737.) spica erecta ex spiculis 2-5 composita, floribus aristatis, *aristis palea brevioribus*, *foliis patentibus convoluto-angustissimis* glaucis rigidis, culmis basi ramosissimis. ♃. In locis siccis petrosis Istriae. Jun. Brachypodium Plukenetii Link. hort. 1. 40. Bromus ramosus L. mant. p. 34. Host. a. 1. 174. B. Plukenetii Allion. ped. 2. p. 250. Host. gr. t. 19. Festuca caespitosa Desf. atl. 1. 91. t. 24. f. 1. Triticum caespitosum DC. fl. fr. 5. p. 284. — Specimina prope Nicaeam lecta, (e manu Cl. virorum DeCand. et Balbisii,) in omnibus exactissime conveniunt cum iis, quae amice mecum communicavit Biasolettius, ab ipso in Istria lecta. J.

4. B. DISTACHYON (Roem. et Schult. syst. veg. 2. 741.) *spiculis 1-3* terminalibus *alternis* 6-12 floris aristatis, *aristis palea longioribns*, culmo glabro, foliis planis, radice fibrosa. ⊙. In locis cultis, ad vias, (Istrien u. bei Fiume.) Mai. D. fl. 1. 694. Bromus distachyos L. sp. 115. Festuca diandra Moench. meth. 191. F. monostachya Poir. it. 2. 98. Desf. atl. 1. t. 24. f. 2. F. ciliata Gouan. monsp. 48. Triticum ciliatum DC. fl. fr. 3. 85. 5. 547. Trachynia distachya Link. hort. berol. 1. 43. Reichenb. ic. 11. f. 1368. J.

55. BROMUS (L. gen. n. 89.) Gluma bivalvis, multiflora, valvae flore proximo breviores. Flores bipaleacei; palea inferiore sub apice aristata, arista erecta vel recurva. Ovarium apice pilosum, in latere anteriore supra medium stylos emittens. Styli breves. Stigmata plumosa, versus basin floris egredientia.

Bromus asper, B. erectus et B. inermis, postquam character egregius, ab insertione stigmatum petitus, detectus fuit, aptissime in Bromi genus rursus redeunt.

Sect. I. LIBERTIA Weihe. Palea inferior infra medium dente ovato membranaceo utrinque appendiculata, 7-9 nervia, nervis 2 marginalibus approximatioribus.

1. B. ARDUENNENSIS (Kunth. en. 1. 416.) panicula patente denique nutante, floribus ex ovata basi attenuatis, *palea inferiore* 9 nervia *ad marginem infra medium utrinque dente ovato membranaceo appendiculata*. ⊙. Inter segetes, (bisher blofs bei Aiwaille in den zu der Provinz Lüttich gehörigen Ardennen beobachtet, wo sie

von dem bot. Gärtner Michel entdeckt wurde.) Jun. Jul. Libertia arduennensis Lejeun. in nov. act. acad. leop. carol. vol. 12. 2. 757. t. 63. Calotheca bromoidea Lej. messag. d. scienc. sept. 1823. Michelaria bromoidea Dumort. agr. 77. t. 16. Bromus multiflorus β. Reichenb. fl. exc. 43. Tota spicularum florumque fabrica longe recedit a Bromo secalino, (multifloro,) et certissime haec planta e semine illius non propullulat. Hyemes nostras aegre fert et saepe in horto nostro perit. G.

Sect. II. Bromi secalini Bertolon. fl. ital. 1. 654. Spiculae, etiam defloratae, apicem versus angustiores. Valva inferior 3-5 nervia, superior 5-multinervia. Palea superior setis rigidulis remote pectinato-ciliata.

2. B. secalinus (L. sp. 112.) panicula patente deflorata nutante, spiculis oblongis, floribus lato-ellipticis, *fructiferis margine contractis teretibus remotis, palea inferiore* 7 nervia margine rotundata *superiorem aequante*, arista porrecta flexuosa rectiusculave, vaginis glabris. ⊙. In agris inter segetes. Jun. Jul. Variat:

α. *grossus*, spiculis maioribus glabris vel scabris: B. grossus β. Gaud. agrost. 1. 301. B. grossus α. D. fl. 1. 680.

β. *velutinus*, spiculis maioribus hirto-velutinis: B. grossus α. Gaud. agr. l. c. B. grossus β et γ. D. fl. l. c. B. grossus DC. fl. fr. 3. p. 68. Gmel. bad. 4. t. 2. B. velutinus Schrad. 1. 349. t. 6. f. 3. B. multiflorus Smith. brit. 1. 126.

γ. *vulgaris*, spiculis minoribus glabris vel scabris: B. secalinus Schrad. germ. 1. 147. Leers. herb. t. 11. f. 2. D. fl. 1. 679., si spiculae glabrae aristaeque breves et conspicue flexuosae sunt; si vero aristae longiores fiunt et longitudinem floris attingunt, oritur: Bromus elongatus Gaud. agr. 1. 305., secund. specimen ab ipso auctore.

δ. *hordaceus*, spiculis minoribus pubescentibus hirtisve: B. hordaceus Gmel. bad. 4. p. 68. t. 1., si spiculae pilis brevissimis pubescunt et aristae paleam subaequant, atque, B. badensis Gmel. l. c. p. 74. t. 5., si spiculae pilis brevibus hirto-velutinae apparent.

3. B. commutatus (Schrader. flor. germ. 1. p. 353.) *panicula* patente *denique nutante, spiculis* oblongo-lanceolatis *glabris*, floribus elliptico-oblongis, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, palea inferiore 7 nervia margine *supra medium angulum obtusum exhibente* superiorem conspicue superante, *aristis porrectis* fere longitudine paleae, vaginis inferioribus pilosis. ⊙ vel fortasse ⊙. Inter segetes et in pascuis, (südl. Hanover u. nördl. Thüringen, Bezirke v. Göttingen, Hildesheim, Braunschweig, Magdeburg u. bis an d. Harz.) Mai. Jun. D. fl. 1. 683. Reichenb. ic. 11. f. 1589. B. simplex Gaud. agrost. 1. p. 236., in flora helvetica cum B. racemoso coniunctus. Pluribus speciminibus, iisque perfectis, ab amicis, Hornung. et Hamp., acceptis de hac planta, quae mihi quondam e duobus imperfectis speciminibus non satis nota fuit, nunc certius edoctus sum. Bromo patulo similis non est, sed multo magis B. secalino et racemoso; B. commutatus, de quo in D. fl. vol. 3. p. V. sermo est, ad specimina maiora B. patuli pertinet, a b. amico Zizio prope Moguntiam lecta, ubi B. commutatus non pro-

venit. A B. secalino differt floribus fructiferis margine imbricatis, palea inferiore superiorem conspicue superante, pedunculis tenuioribus vaginisque inferioribus villosis; a B. racemoso margine paleae inferioris supra medium angulum obtusum exserente, arista remotius ab apice inserta, et pedunculis tenuioribus; a B. patulo, qui ad B. arvensem multo propius accedit, quam ad B. commutatum, floribus latioribus fructiferis margine arctius imbricatis, nunquam convolutis, aristisque rectis. Amic. Hornung. B. commutatum pro varietate B. racemosi habet, quod cultura docebit. Ex horto Goettingensi sub nomine B. commutati B. patulum accepi.

4. B. RACEMOSUS (L. sp. 114) *panicula* patente *erecta* vel subnutante *deflorata contracta*, spiculis ovato-oblongis glabris, floribus lato-ellipticis fructiferis margine imbricatim se tegentibus, *palea* inferiore 7 nervia *margine rotundata* superiorem conspicue superante, *aristis porrectis* fere longitudine paleae, vaginis inferioribus pilosis. ⊙ vel ⊙; nondum colui. In pratis et pascuis. Mai. Jun. D. fl. 1. 681. Reichenb. ic. 11. f. 1590. B. pratensis Ehrh. calam. 16. B. multiflorus Roth. tent. 2. 134. B. hordaceus L. sp. ed. 1. 77. Wahlenb. ups. 40.

5. B. MOLLIS (L. sp. 112.) *panicula erecta*, *deflorata contracta*, spiculis ovato-oblongis molliter pilosis rarius subglabris, floribus lato-ellipticis, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, *palea inferiore* 7 nervia *margine supra medium angulum obtusum exhibente* superiorem conspicue superante, *aristis porrectis* fere longitudine paleae, vaginis foliisque pilosis. ⊙. In pratis, ad vias. Mai. Jun. D. fl. 1. 682. Leers. herb. t. 11. f. 1. Variat panicula maiore, diffusiore et minore magisque coarctata. — B. nanus Weigel. obs. 8. t. 1. f. 9. comprehendit specimina pygmaea.

6. B. CONFERTUS (Marsch. a Bieberst. flor. taur. cauc. 1. p. 71.) *panicula conferta erecta*, *deflorata contracta*, spiculis ovato-oblongis molliter pilosis, floribus ellipticis, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, palea inferiore 7 nervia superiorem conspicue superante, *aristis siccitate contortis flexisque* fere longitudine paleae, vaginis foliisque pilosis. ⊙. Inter segetes Istriae, Biasoletto! Mai. Jun. B. confertus Reichenb. ic 11. f. 1593., specimen non satis evolutum, aristis rectis. B. intermedius Guss. fl. sicul. prodr. p. 114. B. erectus Moris. stirp. sard. elench. fasc. 1. p. 50. B. alopecuroides Moris. l. c. fasc. 2. p. 11. J.

7. B. BRACHYSTACHYS (Hornung. in bot. zeitg. 16. 2. p. 418. t. 1.) *panicula erecto-patula deflorata immutata*, spiculis ovato-lanceolatis ovatisve, *floribus subrhombeis*, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, *palea* inferiore 7 nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente, *superiore inferiorem fere aequante*, arista porrecta flore dimidio breviore, vaginis inferioribus pilosis. ⊙. In agrorum versuris prope Aschersleben provinciae Magdeburg. Jun. Spiculae glabrae. In horto nostro stricte biennis est, constans permansit, atque cultura nec habitum nec characteres mutavit. Conferri potest cum B. arvensi, patulo et molli; ab hoc praeter pubem differt panicula deflorata non contracta, ramis elongatis, in verticillis inferioribus senis, speciminum maiorum duodenis et pluribus,

paleis aequalis longitudinis, antheris linearibus duplo-longioribus; ab B. arvensi panicula strictiore, ramis validioribus, floribus brevioribus et latioribus, aristis multo brevioribus, atque *caryopside obovato-oblonga paleasque paulum superante*, quae in B. arvensi linearis et paleis quarta parte brevior est; a B. patulo iisdem notis et paleis subaequalibus distinguitur. Conf. Hornung. l. c. G.

8. B. ARVENSIS (L. sp. 113.) *panicula patente* erecta, *fructifera subnutante*, spiculis lineari-lanceolatis, *floribus elliptico-lanceolatis*, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, palea inferiore 7 nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente, *superiore inferiorem subaequante*, aristis porrectis fere longitudine paleae siccatis quandoque extrorsum arcuatis, vaginis foliisque pilosis. ⊙. In agris inter segetes. Jun. Jul. D. fl. 1. 686. Leers. herborn. t. 11. f. 3. B. versicolor Pollich. palat. 1. p. 109. B. multiflorus Weigel. obs. 2. t. 1. f. 1.

9. B. PATULUS (Mertens et Koch deutschl. flor. 1. p. 685.) *panicula patente deflorata unilateraliter nutante*, spiculis lanceolatis, floribus elliptico-lanceolatis, fructiferis remotiusculis, palea inferiore 7 nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente superiorem conspicue superante, *aristis maturitate divaricato-reflexis*, vaginis foliisque pilosis. ⊙. Inter segetes biennes, (stw. d. d. Gebiet, aber d. Standörter sind nicht auszumitteln, weil die Pfl. überall mit B. commutatus verwechselt wurde.) Mai. Reichenb. ic. 11. f. 1588. B. commutatus Koch et Ziz. cat. pl. palat. p. 4., non Schrad. B. multiflorus Host. gr. 1. t. 11., non Weigel. In horto stricte biennis est et iam fructibus maturis onustus nutat, quando B. arvensis florere incipit, qui in horto semper annuus est. Antherae triplo breviores, quam in arvensi, et palea inferior semper conspicue brevior, quam superior. Variat spiculis glabris et

β. *velutinus*, spiculis molliter pilosis: B. patulus β. M. et K. l. c. G.

10. B. SQUARROSUS (L. sp. 112.) *panicula patente flaccideque nutante*, spiculis oblongo-lanceolatis, floribus lato-ellipticis, fructiferis margine imbricatim se tegentibus, palea inferiore 7 nervia margine supra medium angulum obtusum exhibente inferiorem conspicue superante, *aristis siccatis contorto-divaricatis*. ⊙. In arvis et vineis, (südl. Schweiz, südl. Tyrol, Littorale; auch selten in Oberbaden, nämlich bei Crenzach u. Wyl in d. Gegend v. Basel.) Mai. Jun. D. fl. 1. 685. Variat spiculis glabris et

β. *villosus*, spiculis molliter pilosis: B. squarrosus β. D. fl. l. c. B. squarrosus Host. gr. 1. t. 13. B. villosus Gmel. bad. 1. 229. B. hirsutus Schrank in Denkschr. d. regensb. bot. ges. 1818. p. 161.

Sect. III. BROMI FESTUCACEI Bertol. fl. ital. 1. 676. Spiculae, etiam defloratae, apicem versus angustiores. Valva inferior uni-superior trinervia. Palea superior margine brevissime puberula.

11. B ASPER (Murr. prodr. fl. goett. p. 42.) *panicula ramosa flaccide nutante*, spiculis lineari-lanceolatis 7-9 floris, floribus lineari-lanceolatis acutis, *palea* inferiore ex apice brevissime bi-

dentato aristata aristamque superante 5 nervia, nervis 2 intermediis obsoletis, *superiore margine subtiliter pubescenti-ciliata*, vaginis inferioribus foliisque hirsutis. ♃. In sylvis, praecipue montanis. Jun. Jul. B. ramosus Murr. syst. veg. ed. 13. p. 102., non Linn. mant. 34. B. nemoralis Huds. angl. 51. B. nemorosus Vill. delph. 2. 177. B. hirsutus Curt. lond. fasc. 2. t. 8. B. montanus Pollich. pal. 1. 116. B. montanus et asper Gmel. bad. 1. p. 232 et 242.

12. B. ERECTUS (Huds. angl. 49.) *panicula aequali erecta*, ramis inferioribus ternis senisque, spiculis lineari-lanceolatis, floribus lanceolatis, *palea* inferiore apice brevissime bidentata ex emarginatura aristata aristamque superante 5-7 nervia, *superiore margine subtiliter pubescenti-ciliata*, *foliis* radicalibus angustioribus margine *ciliatis*. ♃. In collibus incultis apricis, agrorum marginibus, pratis siccis. Mai. Jun. B. agrestis All. ped. 2. p. 249. Host. gr. 1. t. 10. B. perennis Vill. delph. 2. 122. B. angustifolius Schrank. baier. fl. p. 366. B. montanus Fl. wett. 1. p. 134. B. arvensis Pollich. palat. 1. p. 113. B. pseudoarvensis Koel. gr. 241. Festuca montana Savi pis. 1. 118. D. fl. 1. 673.

14. B. INERMIS (Leyser fl. halens. ed. 1. p. 16. 1761.) *panicula aequali erecta*, ramis inferioribus ternis senisque, spiculis linearilanceolatis, floribus lanceolatis, *palea* inferiore apice brevissime bidentata ex emarginatura mucronata vel breviter aristata 5-7 nervia, *superiore margine subtiliter pubescenti-ciliata*, *foliis glabris*. ♃. In collibus incultis, pratorum marginibus, ad vias. Jun. Jul. Bromus inermis L. mant. alt. p. 186. 1771. Schreb. gr. 1. t. 13. Festuca inermis DC. fl. fr. 3. p. 49. D. fl. 1. 674. F. speciosa Schreb. spicil. p. 59. F. Leyseri Moench. hass. n. 82.

Sect. IV. BROMI GENUINI. Spiculae superne latiores. Valva inferior 1-superior 3 nervia. Palea superior setis rigidulis remote pectinato-ciliata.

15. B. STERILIS (L. sp. 113.) panicula laxa denique nutante, *ramis elongatis apice pendulis*, *spiculis* oblongis *superne latioribus*, floribus lineari-subulatis, palea inferiore ex apice bipartito aristata, aristis rectis paleam superantibus, palea superiore pectinato-ciliata, *culmo glabro*. ⊙. In locis cultis, ruderatis, ad vias. Mai. et per totam aestatem. D. fl. 1. p. 688. Leers. herborn. t. 11. f. 4.

14. B. TECTORUM (L. sp. 114.) *panicula pendula* subsecunda, spiculis linearibus denique *superne latioribus*, floribus lanceolato-subulatis, palea inferiore ex apice bipartito aristata, aristis rectis paleam aequantibus, palea superiore pectinato-ciliata, *culmo apice pubescente*. ⊙. In agris, campis, muris. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 688. Leers. herborn. t. 10. f. 2.

15. B. RIGIDUS (Roth. in Roem. et Ust. annal. fasc. 10. 21.) *panicula pedunculisque erectis*, *spiculis* oblongis *superne latioribus*, floribus lanceolatis attenuato-acutis, palea inferiore infra apicem, ad medium bifidum, aristata, aristis rectis palea longioribus, palea superiore pectinato-ciliata, *culmo superne pubescente*. ⊙. In locis cultis, vineis, ad vias, (im östr. Littorale u. in Istrien.) Mai. Jun. D. fl. 1. 689. B. rubens Host. gram. 1. t. 18. G.

16. B. MADRITENSIS (L. sp. 114.) *panicula pedunculisque erectis, spiculis* lineari - oblongis *superne latioribus*, floribus lanceolato-subulatis, palea inferiore infra apicem, fere ad medium bifidum, aristata, aristis rectis paleam aequantibus, *culmo glabro.* ⊙. In locis cultis, ad vias, (Oestr. Littorale u. südl. Tyrol.) Mai. Jun. D. fl. 1. 690. B. diandrus Curt. lond. t. 70. Host. gram. 1. t. 17. B. gynandrus Roth. cat. 1. 15. G.

Trib. XIV. *HORDEACEAE.* Kunth. enum. 1. 435. Spiculae 2-multiflorae, flore terminali saepe tabescente, ad excisuras racheos sessiles; pedicelli nulli. Styli brevissimi vel nulli. Stigmata plumosa, e basi floris utrinque egredientia.

56. GAUDINIA (Palisot. de Beauv. agr. p. 95. t. 19. f. 5.) Spiculae solitariae, in racheos excisuris sessiles, rachi parallelae. Gluma bivalvis, 4-7 flora. Glumella bipaleacea, palea inferior dorso aristata, arista basi torta.

1. G. FRAGILIS (Beauv. agr. l. c.) spica articulata, ad articulos fragili. ⊙. In locis incultis, (Istrien, im Canton Waadt d. Schweiz u. auf einer Wiese bei Eppendorff unweit Hamburg.) Jun. D. fl. 1. 574. Avena fragilis L. sp. 118. Schreb. gram. 1. t. 24. f. 3.

57. TRITICUM (L. gen. n. 99.) Spiculae solitariae, in racheos excisuris sessiles, rachi parallelae. Gluma bivalvis, 3-multiflora, valvae carinatae acutae vel mucronatae. Glumella bipaleacea, palea inferiore ex apice aristata vel mutica.

Sect. I. CEREALIA. Spiculae plus minusve ventricoso - turgidae. Valvae ovatae vel oblongae.

1. T. VULGARE (Vill. delph. 2. 153.) *spica tetragona* imbricata, rachi tenaci, spiculis plerumque quadrifloris, *valvis ventricosis ovatis* truncatis mucronatis *sub apice compressis* dorso rotundato-convexis, nervo obtuse prominulo, fructibus liberis. ⊙ et ⊙. Colitur. D. fl. 1. 696. Metzger. europ. cereal. t. 1 et 2. Variat spica aristata, (T. aestivum L. sp. 126.) et submutica (T. hybernum L. l. c.) alba, rufa et nigra, glabra et velutina. Colit.

2. T. TURGIDUM (L. sp. 126.) *spica tetragona* imbricata, rachi tenaci, spiculis plerumque quadrifloris, *valvis ventricosis ovatis* truncatis mucronatis *carinatis*, *carina* tota prominente *subalaeformi*, fructibus liberis. ⊙ et ⊙. Colitur. D. fl. 1. 696. Metzger. europ. cereal. t. 3. Variat ut antecedens; et insuper spica composita: T. compositum L. syst. veg. ed. 13. p. 108. — Ab antecedente carina, etiam in dorso valvae valde prominente, differt. Colit.

3. T. DURUM (Desf. atl. 114.) *spica tetragona* imbricata, rachi tenaci, spiculis plerumque quadrifloris, *valvis ventricosis oblongis latitudine sua triplo longioribus* lato - mucronatis *carinatis*, *carina* tota prominente *subalaeformi*, fructibus liberis. ⊙ et ⊙. Colitur hinc inde in Helvetia circa Bernam. D. fl. 1. 697. Metzger. europ. cereal. t. 4. T. hordeiforme Host. gram. 4. t. 5. Valvae triplo longiores, quam latae, cetera ut in antecedente. Colit.

4. T. POLONICUM (L. sp. 127.) *spica irregularlter tetragona vel compressa*, rachi tenaci, spiculis plerumque trifloris, *valvis subventricosis oblongo-lanceolatis herbaceo-chartaceis conspicue multinerviis* dorso carinatis apice breviter bidentatis, dente anteriore obsoleto, fructibus liberis. ⊙ et ⊙. Colitur hinc inde in Helvetia australi. Metzger. europ. cereal. t. 5 et 6. Colit.

5. T. SPELTA (L. sp. 127.) spica parallele compressa laxe imbricata, *rachi fragili*, spiculis plerumque quadrifloris, *valvis latoovatis truncatis bidentatis*, *dente* carinali recto, *anteriore obsoleto*, fructibus corticatis. ⊙. In terra argillacea et calcarea ubique colitur. Variat colore et indumento spicarum ut T. vulgare D. fl. 1. 699. Metzger. europ. cereal. t. 6. Colit.

6. T. DICOCCUM (Schrank. baier. fl. 1. p. 389.) spica opposite (a latere) compressa arcte imbricata, *rachi fragili*, spiculis plerumque quadrifloris, valvis oblique truncatis dentato-mucronatis, *carina compressa valde prominente* superne cum dente apicis inflexa, fructibus corticatis. ⊙ et ⊙. Colitur. D. fl. 1. 699. T. amyleum Sering. melang. bot. 1. 124. Metzger. europ. cereal. t. 7. T. tricoccum Schübl. bot. ztg. 3. 2. 458. t. 1 et 2. Colit.

7. T. MONOCOCCUM (L. sp. 127.) spica opposite (a latere) compressa arcte imbricata, *rachi fragili*, spiculis plerumque trifloris, *valvis apice bidentatis*, *dentibus acutis* carinaque apice *rectis*, fructibus corticatis. ⊙ et ⊙. Colitur in regionibus montanis in solo maciiore, ubi T. Spelta non provenit. D. fl. 1. 700. Host. gram. 3. t. 32. Metzger. europ. cereal. t. 17. Colit.

8. T. VILLOSUM (Marsch. Bieb. flor. taur. cauc. 1. p. 85.) spica disticha, *spiculis* plerumque 4 floris, valvis cuneatis truncatis aristatis rachique *fasciculato-pilosis*, foliis tuberculato-pilosis. ⊙. Inter segetes Istriae. Mai. Jun. D. fl. 1. p. 700. Secale villosum L. sp. 124. Host. gram. 2. t. 48. In horto semper bienne. J.

Sect. II. AGROPYRA. Spiculae non ventricoso-turgidae. Valvae lanceolatae vel lineari-oblongae, apice rectae nec extrorsum flexae. N. ab E. gen. 13. 17.

a. Nervi foliorum supra seriebus numerosis pilorum brevissimorum densissime obsiti.

9. T. JUNCEUM (L. sp. 108.) spica disticha, spiculis 5-8 floris remotis, *valvis* lineari-lanceolatis *9-11 nerviis* obtusis spicula tertia parte brevioribus, floribus obtusiusculis muticis, *foliis supra molliter densissime brevissimeque velutinis*, rachi glabra, radice longe repente. ♃. Ad littora maris arenosa, (an d. nördl. u. südl. Seeküsten.) Jun.-Aug. D. fl. 1. 701. Host. gr. 3. t. 33. T. farctum Viv. fragm. 1. t. 26. Agropyrum junceum Beauv. agr. 102. G.

10. T. STRICTUM (Dethard. consp. plant. megap. p. 11.) spica disticha, spiculis 5 floris approximatis, *valvis* lineari-lanceolatis glabris *5 nerviis* acutis spiculam dimidiam superantibus, floribus obtusis muticis *a basi supra medium axeque pilosis*, rachi margine scabra, *foliis supra densissime brevissimeque velutinis scabriusculisque*, radice longe repente. ♃. In arenosis hyeme aqua marina

inundatis prope Warnemünde. Jun. Jul. T. acutum δ. strictum D. fl. 1. 703. G.

11. T. ACUTUM (DC. cat. hort. monsp. 153.) spica disticha, spiculis 5-8 floris approximatis, valvis lineari-lanceolatis 7 nerviis acutis obtusiusculisve spicula tertia parte brevioribus, floribus acutis obtusiusculisve muticis breviterve aristatis glabris, rachi plerumque glabra, *foliis supra punctulis acutis dense obsitis scabris*, radice longe repente. ♃. In arenosis maritimis, (an d. Seeküste bei Triest u. d. Insel Norderney.) Jun. Jul. D. fl. 1. 702. Variat rachi scabra. G.

b. Nervi foliorum supra serie simplici aculeorum minutissimorum vel setularum obsiti eoque scabri.

12. T. RIGIDUM (Schrader. seminar. hort. goett. 1803., fl. germ. 1. 392.) spica disticha, spiculis 5-10 floris, inferioribus remotis, superioribus approximatis, *valvis* oblongis *9 nerviis lato-truncatis* obtusissimisve spicula dimidia brevioribus, floribus obtusissimis muticis, rachi setuloso-scabra, *foliis supra setulis solitariis scaberrimis*, *radice fibrosa caespitosa stolonibus destituta*. ♃. In arenosis ad littus maris adriatici inque campis arenosis Austriae, Bohemiae. Jul. Aug. D. fl. 1. 704. T. elongatum Host. gr. 2. t. 18. T. junceum β. giganteum Roth. n. beitr. 1. p. 138. In horto radix mere fibrosa et stolonibus penitus destituta est, qua nota ab omnibus speciebus sectionis evidenter differt.

13. T. PUNGENS (Persoon. syn. 1. 109.) spica disticha, spiculis 5-10 floris approximatis, *valvis* lanceolatis *7 nerviis acutiusculis breviterve mucronatis* spicula dimidio brevioribus, floribus obtusis muticis, rachi glabra scabrave, *foliis supra setulis solitariis scaberrimis*, *radice repente*. ♃. In arenosis ad littus maris adriatici. Jun. Jul. D. fl. 1. 704. G.

14. T. GLAUCUM (Desf. cat. hort. paris. p. 16.) spica disticha, spiculis subquinquefloris approximatis, inferioribus paulum remotis, *valvis* oblongis *5-7 nerviis obtusissimis* vel truncatis spicula dimidio brevioribus, floribus obtusissimis muticis vel aristatis, rachi setuloso-scabra, *foliis supra punctulis acutis solitariis scabriusculis*, *radice repente*. ♃. In ripis et ad vias Austr., Bohem., Helvet. Jun. Jul. D. fl. 1. p. 706. T. intermedium Host. fl. a. 1. 180. T. junceum Host. gr. 2. t 22. — Videtur varietas maior T. repentis floribus obtusioribus. T. repens colore caesio-glauco quoque occurrit.

15. T. REPENS (L. sp. 128.) spica disticha, spiculis subquinquefloris, *valvis* lanceolatis 5 *nerviis acuminatis*, floribus acuminatis obtusiusculisve muticis aristatisve, rachi plerumque scabra, *foliis supra punctulis acutis solitariis* magis minusve *scabris*, *radice repente*. ♃. In locis cultis et sepibus, praecipue solo arenoso ubique. Jun. Jul. D. fl. 1. 706. Leers. herborn. t. 12. f. 3. 4. Variat floribus acutis acuminatisve et floribus obtusis, iisque aristatis, (Elymus caninus Leers. herborn. t. 12. f. 4.) mucronatis muticisve, foliis viridibus glaucisve; specimina foliis glaucis et floribus acutis aristatis: Agropyrum caesium Presl.; floribus obtusis muticis:

Agropyrum firmum Presl. fl. cech. p. 28. — T. repens b. maritimum Koch. et Ziz. cat. pl. pal. p. 5. est varietas tota caesio-glauca, foliis convolutis floribusque obtusis vel obtusiusculis, quae etiam rachi perfecte laevi occurrit. Crescit in campis arenosis prope Moguntiam. — T. littorale Host. gr. 4. t. 9. secundum specimina e seminibus horti vindobon. educta, a Tritico repente non differt. Specimen ex horto Hostiano in collect. Mertensiana asservatum folia angustiora, supra scaberrima et rachin glabram habet, sed eadem certo quoque nil est, nisi varietas T. repentis.

16. T. CANINUM (Schreber. spicileg. flor. lips. p. 51.) spica disticha, spiculis plerumque 5 floris, *valvis* lanceolatis 3-5 *nerviis acuminatis*, floribus acuminatis aristatis, rachi setuloso-scabra, *foliis utrinque scabris*, *radice fibrosa*. ♃. In sylvis ad rivulos sylvaticos et sepes umbrosas. Jun. Jul. D. fl. 1. 709. Host. gr. 2. t. 25. Elymus caninus L. sp. 124.

T. imbricatum MB. „circa Pragam non crescit, neque unquam ibidem crevit, semel quasi spontaneum in vallo urbis, et quidem in unico tantum loco, lectum fuit, sed ex hoc tempore evanuit, neque iterum rediit.“ Kosteletzk. in litt.

58. SECÁLE (L. gen. n. 97.) Valvae subulatae. Spiculae biflorae cum rudimento tertii floris longe pedicellato; cetera ut Tritici. — N. ab E. gen. 13. 15.

1. S. CEREALE (L. sp. 124.) valvis spicula brevioribus, rachi tenaci. ⊙ et ⊙. Ubique colitur. D. fl. 1. 710. Metzger. europ. cereal. t. 9. Colit.

59. ÉLYMUS (Linn. gen. n. 96.) Spiculae binae, ternae, quaternae, 2-multiflorae, in racheos excisuris sessiles. Gluma bivalvis, ante flores posita; valvae spicularum ternarum involucrum hexaphyllum referentes. Flos summus saepe tabescens. Glumella bipaleacea. N. ab E. gen. 13. 14.

1. E. ARENARIUS (L. sp. 122.) spica erecta conferta, *spiculis* plerumque trifloris *pubescentibus* in medio spicae ternis *glumam dorso-ciliatam aequantibus* superantibusve, foliis denique convolutis rigidis. ♃. In arenosis maritimis inque campis arenosis hinc inde, (an der Küste der Nord- u. Ostsee; stw. auf Sandfeldern in Böhmen, d. Lausitz, in Sachsen, d. Rheinpfalz.) Jul. Aug. D. fl. 1. 718. Schreb. gram. 2. t. 40. G.

2. E. EUROPAEUS (L. mant. p. 35.) spica erecta, *spiculis* plerumque bifloris *aristatis scabris* in medio spicae ternis, valvis lineari-subulatis aristatis spiculam aequantibus, foliis planis glabris, vaginis pilosis. ♃. In sylvis montanis et subalpinis, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. 719. Host. gr. 1. t. 28. Triticum sylvaticum Salisb. pr. 27. Cuviera europaea Koel. gr. 328. Hordeum cylindricum Murr. prodr. fl. goett. 43. H. sylvaticum Vill. delph. 2. 175. H. europaeum All. ped. 2. 60. H. montanum Schrank. baier. fl. 1. p. 386.

60. HÓRDEUM (L. gen. n. 98.) Spiculae 1 florae vel 1 florae cum rudimento floris secundi aristaeformi; cetera ut Elymi. Flores laterales plerumque masculi. N. ab E. gen. 13. 13.

Sect. I. HORDEA SATIVA. Flores omnes hermaphroditi, vel laterales masculi iique semper mutici.

1. H. VULGARE (L. sp. 125.) *spiculis* omnibus hermaphroditis, fructiferis *sexfariam dispositis*, *seriebus binis utrinque prominentioribus*. ⊙ et ⊙. Colitur. D. fl. 1. 720. Metzger. europ. cereal. t. 9. Variat spica nigra et seminibus liberis, paleis non adnatis; ad posteriorem pertinet H. vulgare β. coeleste L. sp. 125. Colit.

2. H. HEXASTICHON (L. sp. 125.) *spiculis* omnibus hermaphroditis *aequaliter sexfariam dispositis*. ⊙. Colitur. D. fl. 1. 720. Metzger. europ. cereal. t. 10. Colit.

3. H. DISTICHUM (L. sp. 125.) *spiculis lateralibus* masculis *muticis* intermediis hermaphroditis aristatis adpressis, *aristis erectis*. ⊙. D. fl. 1. 721. Metzger. europ. cereal. t. 11. Colit.

4. H. ZEÓCRITON (L. sp. 125.) *spiculis lateralibus* masculis *muticis*, intermediis hermaphroditis aristatis cum *aristis flabelliformi-patentibus*. ⊙. Colitur. D. fl. 1. 721. Metzger. europ. cereal. t. 11. Colit.

Sect. II. HORDEA MURINA. Flores laterales masculi vel neutri; omnes aristati.

5. H. MURINUM (L. sp. 126.) *valvis spiculae intermediae* lineari-lanceolatis *ciliatis*, lateralium setaceis eciliatis scabris. ⊙. Ad vias, muros, in ruderatis. Jul. Aug. D. fl. 1. 722.

6. H. NODOSUM (L. sp. 126., excl. syn. Roy.) *valvis omnium spicularum setaceis scabris*, aristis florum lateralium brevioribus. ⊙. In pratis et pascuis, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. p. 722. Vaill. par. t. 17. f. 6. H. pratense Huds. angl. 56. H. secalinum Schreb. spicil. 148. H. murinum β. L. sp. 126. secund. syn. Scheuchzeri. Variat:

β. *marinum*, spiculae laterales pilis aliquot obsitae: H. maritimum Roth. tent. 2. 1. 150.

7. H. MARITIMUM (Withering. arr. 172.) *valvis* omnium spicularum *scabris*, *interioribus spicularum lateralium semilanceolatis*, ceteris setaceis, aristis florum lateralium brevioribus. ⊙. In pascuis et locis arenosis maritimis, (an d. Nordsee in Holstein u. am Adriatischen Meere.) Mai. Jun. D. fl. 1. 723. H. geniculatum Allion. ped. 2. 259. t. 91. f. 3. H. rigidum Roth. catal. 1. 24. G.

61. LÓLIUM (L. gen. n. 95.) Spiculae solitariae, in racheos excisuris sessiles, rachi contrariae. Gluma 1 valvis, tri-multiflora, saepe spiculam dimidiam, etiam integram aequans; in spicula terminali 2 valvis. Palea inferior mutica vel sub apice aristata. — Species nonnullae in spiculis lateralibus gluma superiore minima bifida vel in duas singulas partita instructae sunt. — N. ab E. gen. 14. 18.

1. L. PERENNE (L. sp. 122.) spiculis valva longioribus, *floribus* lanceolatis *muticis* vel breviter mucronatis, *radice* culmos fer-

tiles *fasciculosque foliorum steriles agente.* ♃. In pratis, pascuis, ad vias ubique. Jun.-autumn. D. fl. 1. 714. Leers. herborn. t. 12. f. 1. Variat spiculis 7-9 floris et 3-4 floris, spica composita, ramosa et vivipara. Ad varietatem spiculis 3-4 floris, secund. b. Smith., pertinet L. tenue L. sp. 122.

2. L. Boucheanum (Kunth. gram. 2. t. 220. en. 1. 436.) spiculis valva longioribus, *floribus* lanceolatis *superioribus aristatis*, *radice* culmos fertiles *fasciculosque foliorum steriles agente.* ♃. In pratis et locis graminosis, (im östreichischen Littorale.) Jun. Jul. Cl. Bertolonius pro varietate L. perennis habet; sed cis alpes, quantum scio, nondum lectum est, ubi Lolio perenni nil vulgatius. G.

3. L. multiflorum (Lam. fl. fr. 3. p. 621.) *valva spicula triplo breviore*, *spiculis* superne attenuatis acutis *15-20 floris*, floribus lanceolatis arcte imbricatis, superioribus aristatis, radice fasciculis foliorum sterilibus destituta. ⊙. In agris Helvetiae australioris. Jun. Jul. Gaud. fl. helv. 1. 354. Reichenb. ic. 11. f. 1345. specimen fructif. Icon Vaillantiana t. 17. f. 3. habitum huius speciei etiam non male exprimit, ut Gaudin. optime monet. Hucusque non nisi cultum vidi. H.

4. L. rigidum (Gaud. fl. helv. 1. 355.) *valva spiculam dimidiam superante* vel eam subaequante, spiculis 5-10 floris obtusis, *floribus lanceolatis* muticis, *culmo basi ramoso*, radice fasciculis foliorum sterilibus destituta. ⊙. In pratis siccis et ad vias, (Triest, Fiume; eigentlich nicht in d. Schweiz, sondern im Aostathale in Piemont von Gaudin gefunden.) Jun. Jul. Sub nomine L. stricti Presl., cyp. et gram. sicul. p. 49., e Sicilia misit b. Decker.

3. L. arvense (Withering. arrang. 168.) valva *spiculam dimidiam superante*, spiculis 4-8 floris oblongis, *floribus fructiferis lanceolato-ellipticis* muticis breviterve aristatis, *culmis simplicibus*, radice fasciculis foliorum sterilibus destituta. ⊙. In agris, praecipue inter Linum. Jun. Jul. D. fl. 1. 715. Reichenb. ic. 11. f. 1337-39. L. remotum Hoffm. d. fl. ed. 2. 1. 63. — L. complanatum Schrad. Reichenb. l. c. f. 1341. huic simillimum est; differt praecipue spiculis maturis ovatis, fere subrotundis et floribus apice magis secedentibus; ex horto Göttingensi habeo. A Lolio rigido Gaud. longe diversum est.

6. L. speciosum (Steven in MBieberst. flor. taur. cauc. 1. 80.) *valva spiculam superante*, spiculis 5-7 floris, *floribus fructiferis ellipticis* muticis breviterve aristatis, arista debili flexuosa palea breviore, radice fasciculis foliorum sterilibus destituta. ⊙. In agris, (stw. d. d. Geb.) Jun. Jul. D. fl. 1. 716. Variat culmo glabro et apice scabro; ad posterius pertinet: L. robustum Reichenb. icon. 11. 1340.

7. L. temulentum (L. sp. 122.) *valva spiculam aequante*, spiculis 5-7 floris, floribus fructiferis ellipticis aristatis, *arista recta paleam superante*, radice fasciculis foliorum sterilibus destituta ⊙. Inter segetes. Jun. Jul. D. fl. 1. 717. Leers. t. 12. f. 2. Craepalia temulenta Schrank. baier. fl. 1. 382.

62. ÁEGILOPS (L. gen. n. 1150.) Spiculae solitariae, in racheos excisuris sessiles, rachi parallelae. Gluma bivalvis, 3-4 flora; valvae dorso rotundato-convexae, ecarinatae, apice 2-4 dentatae, dentibus lanceolato-subulatis, aristatis muticisve. Glumella 2 paleacea, palea inferiore apice 1-4 aristata. N. ab E. gen. 13. 18.

1. A. OVATA (L. sp. 1489.) *spica ovata*, ex spiculis 3-4 composita, valvis hirtis, omnibus plerumque 4 aristatis, *aristas* spicularum omnium *subaequalibus a basi margine scabris*, palea inferiore 2-3 aristata, aristis patulis palea multo longioribus. ⊙. In vineis aliisque locis cultis, (im Littorale bei Triest, in Istrien, bei Fiume.) Mai. D. fl. 1. 711. Reichenb. ic. 11. f. 1353. A. geniculata Roth. catal. 1. 121. Phleum Aegilops Scop. carn. 1. p. 55. G.

2. A. TRIARISTATA (Willd. spec. 4. 943.) *spica ovata superne attenuata* ex spiculis 4-5 composita, valvis hispidis, omnibus 2-3 aristatis, *aristis* omnium *subaequalibus basi margine glabris*, palea inferiore 2-3 aristata, aristis erectis palea multo-longioribus. ⊙. Cum antecedente. Mai. D. fl. 1. 711. Reichenb. ic. 11. f. 1354. A. neglecta Requien. apud Bertolon. fl ital. 1. 787. A. ovata Roth. in Uster. annal. 4. p. 41. Spiculae maiores, quam in antecedente, aristae longiores. Ad plantam nostram Aegilops ovata Roth. certissime pertinet; ab ipso auctore possideo, neque dubito, quin Willdenowius eandem plantam coram habuerit. G.

3. A. TRIUNCIALIS (L. sp. 4. 943.) *spica lineari-elongata* e spiculis 5-6 composita, valvis omnibus triaristatis vel spicularum infimarum biaristatis, *aristis spicularum superiorum duplo longioribus*, palea inferiore tridentata, dentibus acutis aristatisve, *aristis palea brevioribus*. ⊙. In locis cultis et ad vias, (im östr. Littorale, bei Triest, Fiume u. auf d. Inseln.) Mai. Jun. D. fl. 1. 713. Reichenb. ic. 11. f. 1365. Variat rachi villosa et glabra, ad posteriorem pertinet: A. triaristata Requien var. apud Bertolon. fl. ital. 1. 789. A. echinata Presl. cyp. et gram. sicul. p. 47. G.

Aegilops caudata L. (A. cylindrica Host. et Gaud.) in Pedemontio, non vero in Helvetia crescit.

63. LEPTÚRUS (R. Brown. prodr. fl. nov. holland.) Spiculae solitariae 1 florae, aut 1 florae cum rudimento pedicellato vel pedicelliformi secundi floris, excavationibus spicae articulatae inmersae. Gluma 1-2 valvis, cartilaginea, florem tegens. Glumella membranacea. Styli breves, stigmata plumosa. Monerma et Ophiurus N. ab E. gen. 10. n. 16 et 17.

1. L. INCURVATUS (Trin. fund. agrost. 123.) *spica* tereti, arefactione *incurvata*, *gluma bivalvi*. ⊙. In arenosis ad littus maris adriatici, (Triest u. a. d. Insel Veglia.) Mai. D. fl. 1. 723. Rottboellia incurvata L. fil. suppl. 114. Aegilops incurvata L. sp. 1490. Ophiurus incurvatus Beauv. agr. 116. Agrostis incurvata Scop. carn. 1. 62. G.

2. L. FILIFORMIS (Trin. fund. agr. 123.) *spica* tereti paulum compressa *erecta*, *gluma bivalvi*. ⊙. In arenosis maritimis, (Istrien.) Mai. Rottboellia filiformis Roth. catal. 1. 21. R. erecta Savi bot. etr. 1. 26. Ophiurus filiformis Roem. et Schult. s. v. 2. 797. J.

3. L. CYLINDRICUS (Trin. fund. agr. 123.) spica tereti erecta, *gluma univalvi.* ⊙. In arenosis maritis, (an d. Salzwerken bei Triest.) Mai. Rottboellia cylindrica Willd. sp. 1. 464. R. subulata Sav. bot. etr. 1. 27. Monerma subulata Beauv. agr. 117. G.

64. PSILÚRUS (Trinius fund. agrost. 1. 73.) Spiculae solitariae, rarius geminae, biflorae, excavationibus spicae articulatae inmersae. Flos inferior tuberculo insidens; superior pedicellatus, plerumque abortiens. Gluma 1 valvis, flore multo brevior. Glumella bipaleacea, palea inferior aristata. Styli brevissimi, stigmata plumosa. N. ab E. gen. 10. 14.

1. P. NARDOIDES (Trin. fund. l. c. ⊙. In locis siccis sterilibus, (Triest, Istrien.) D. fl. 1. 283. Nardus aristata L. sp. 78. Rottboellia monandra Cav. ic. 1. 27. t. 39. f. 1. Monerma monandra Beauv. agr. 117. Asprella nardiformis Host. gr. 4. t. 29. G.

Trib. XV. *NARDOIDEAE.* Spiculae in excavationibus racheos spicae sessiles. Stigmata filiformia, puberula, ex apice floris emergentia. N. ab E. gen. 10. 15.

65. NARDUS (L. gen. n. 69.) Spiculae solitariae, excavationibus racheos inmersae, 1 florae. Gluma nulla. Glumella bipaleacea, palea inferiore subcoriacea, subulata, trigona, superiorem membranaceam includens. Styl. 1. Stigma simplex, filiforme, elongatum ex apice floris emergens.

1. N. STRICTA (L. sp. 77. ♃. In pascuis uliginosis turforsis, in alpes adscendens. Mai. Jun. D. fl. 1. 460. Schreb. gram. t. 7.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 3. lin. 3. loco: β. totum glabrum lege β. *glabrum*, totum glabrum.
p. 9. sub Adonide l. 4; loco: Sect. I. DC., lege: Sect. I. ADONIA DC.
p. 28. Nuphar. l. 2; loco: stigma repandum, lege: stigma integerrimum, repandum.
p. 28. N. pumilum, adde synonyma: Nymphaea pumila Hoffm. d. fl. ed. 2. p. 242. N. minima Smith. in engl. bot. t. 2292. N. Kalmiana Hook. scot. 169., non Pursch.
p. 47. S. austriacum l. 2; loco: partitis cauleque, lege: partitis multijugis cauleque.
p. 48. S. Columnae adde et varietatem, et annotationem sequentem: β. *hebecarpa*, siliquae pubescentes — Descriptio Linnaeana Sisymbrii altissimi, conf. spec. pl. 920 et hort. ups. 193. „Foliola sublinearia, calyx patentissimus, unde Sinapios affinis" multo magis cum Sisymbrio pannonico, quam cum aliqua varietate Sisymbrii altissimi convenit, quamvis in herbario Linnaeano sub hoc nomine varietas quaedam S. altissimi asservatur.
p. 48. S. pannonicum. lin. ultim. adde Flores ochroleuci.
p. 58. S. saxatile. l. 6; loco: mollissimis, lege: tomentoso-mollissimis.
p. 59. A. alpestre γ. elatius; add.: auf dem Schaufelsen bei Stetten am kalten Markt in Baden.
p. 60. Lobularia maritima; adde synon.: Alyssum maritimum Lam. dict. 1. 98. Clypeola maritima L. mant. 426.
p. 67. Camelina sativa β. subglabra; dele verba „et fere omnia syn. supra allegata, huc referenda."
p. 76. Calepina Corvini l. 4; ante D. fl. pone: Mai. Jun.
p. 78. Capparideae l. 4; loco: indehiscentibus, lege: dehiscentibus.
p. 79. Cistineae l. 4; loco: plurilocularis, lege: uni-plurilocularis.
p. 83. locus natalis Violae pinnatae „u. in der Gegend v. Triest" deleatur, ibidem enim, monente Dom. Tommassinio, non provenit.
p. 86. V. mirabilis l. 5; loco: floribus corollatis, lege: floribus corollatis subradicalibus.
p. 88. Resedaceae. l. 6; loco: plurima, lege: plura.
p. 93. G. paniculata l. 7; loco: specimina hungarica cum sibiricis, lege: specimina hungarica et moravica cum sibiricis.
p. 108. Post n. 8, Lychnidem, scilicet L. Githaginem, insere:

7. DRYPIS (L. gen. n. 381.) Cal. 5 fidus. Petala 5. Styli 3. Caps. circumscissa, 1 sperma.

1. D. SPINOSA (L. sp. 390.) ♃. In locis asperis et arenosis maritimis, (im Littorale u. im wärmern Krain.) Jun. Jul. D. fl. 2. p. 484. Schk. 1. t. 86.

p. 108. Ordo XIV. Alsineae l. 3; loco: hypogyno et evidenti, lege: evidenter perigyno.
p. 118. S. viscida. Patriae adde: u. in Oberbaden.
p. 121. C. semidecandrum γ. glaberrimum; hoc Dom. John. prope Güstrow detexit.
p. 125. C. grandiflorum; ante locum natalem pone signum ♃.
p. 127. L. maritimum; post locum natalem pone: Aug. Sept.

p. 129. Malvaceae. l. 4; loco: quot calycis laciniae, lege: quot calycis laciniae et si duplex est, quot calycis interioris laciniae.

p. 145. l. 4; dele verba: Flores omnibus lutei, et verba haec adjunge ad finem lineae 11 post verbum sepala.

p. 146. D. Fraxinella. l. 5; post locum natalem pone: Mai. Jun.

p. 149. R. saxatilis. l. 8; post verbum petala adpone: fruticis feminei.

p. 155. C. supinus; ante locum natalem pone signum ♄.

p. 156. C. hirsutus var. ciliatus l. 2; post vocabulum specimen pone: C. ciliati.

p. 157. ante sectionem IV, (quae nunc quinta fit,) insere:

Sect. IV. Calycotome Link. in Schrad. n. journ. 2. 2. p. 50. Cal. inapertus utriculiformis, breviter bilabiatus, sub expansione floris in medio rumpens, parte inferiore circumscissa persistente.

13. C. spinosus (Lam. dict. 2. p. 247.) floribus lateralibus fasciculatis, pedunculis sub calyce bractea trifida instructis, caulibus sulcatis, *ramis spinescentibus* subulatis, *calycibus sub anthesi circumscissis* foliisque subtus adpresse pilosis, leguminibus glabris vel sericeo-pilosis. ♄. In locis incultis Istriae, (auf d. Insel Osero, auf dem Orte Urano genannt, Biasol.!) Mai. Jun. Spartium spinosum L. sp. 997. — Cytisus lanigerus DC. fl. fr. 4. 504., Spartium lanigerum Desf. atl. 2. p. 135., Sp. villosum Poir. it. 2. p. 207., mihi nihil nisi varietas C. spinosi, leguminibus pilis longioribus patentibus dense obsessis videtur; aliae species huius generis eodem modo variant. J.

p. 160. M. radiata; in diagnosi verba „leguminibus reniformibus plano-compressis, margine anteriore spinuloso, posteriore fimbriato-lacero" litteris cursivis imprimi debebant; uti p. 162 in diagnosi medicaginis tribuloidis verba „leguminibus spinosis subaveniis sparsim pilosis, anfractibus arcte incumbentibus, spinis e basi ovato-conica tereti-subulatis distiche patentibus reflexisque" atque in diagnosi M. littoralis verba „spinis remotis e basi terete subulatis patentibus reflexisve."

p. 165. Trigonella sect. I.; loco, legumina deorsum subfalcata, lege: legumina subfalcata„ arcu descendente.

p. 165. Trigonella sect. II.; loco: vel deorsum falcata, lege: vel falcata, arcu adscendente.

p. 166. sect. III.; loco: deorsum falcata, lege: falcata, arcu adscendente.

p. 173. Trifolium nigrescens Viv. etiam a Cl. Biasolettio in Istria lectum est.

p. 176. Dorycnio herbaceo add. tempus florendi: Jun. Jul.

p. 178. Tetragonol. purpureo add. synon.: Lotus tetragonolobus L. sp. 1089.

p. 178. Tetragonol. siliquoso add. synon.: Lotus siliquosus L. sp. 1089.

p. 181. O. campestris l. 16. loco: nec Willd. lege: nec L. sp. pl. nec Willd.

p. 188. L. coronata, adde tempus florendi Jul. Aug.

p. 193. Viciae Orobi add. synon.: Orobus sylvaticus L. sp. 1029.

p. 200. post L. sativum insere:

7. L. Ochrus (DC. fl. fr. 4. p. 578.) pedunculis 1 floris folio brevio-

brevioribus, petiolis lato-alatis lanceolatis ellipticisve decurrentibus, plerisque aphyllis, supremis foliiferis, foliis 1-2 iugis, leguminibus oblongis compressis reticulato-venosis glabris 4-8 spermis margine superiore bialato, seminibus subangulatis laevibus. ⊙. Inter segetes reg. calid., (Pola in Istrien, Biasol.) Mai. Jun. Pisum Ochrus L. sp. 1027. Flores pallide flavi.

p. 200. diagnosibus Lathyri Cicerae et L. sativi add.: petiolis anguste alatis linearibus, omnibus foliiferis, foliis uniiugis.

p. 200. L. tuberoso adde: Flores purpurei.

p. 201. n. 13. L. sepium; post diagnosin adde: ♃. In dumetis reg. calid.

p. 203. n. 7. O. luteus l. 9.; loco: siccati fulvi lege: mox autem fulvi.

p. 215. Potentillae thuringiacae add. synonymon: P. parviflora Gaud. helv. 2. p. 388.

p. 219. l. 9. ab ima. Speciminibus pluribus iisque perfectis Potentillae hybridae Wallr. examinatis, haec mihi nunc peculiaris species videtur, quae sub P. Fragariastro inserenda est.

p. 29. P. HYBRIDA (Wallroth. sched. crit. p. 247.) caulibus debilibus procumbentibus 2-4 floris sub anthesi folia subaequantibus, foliis radicalibus quinatis ternatisque, foliolis obovatis supra glabriusculis subtus subsericeo-villosis antice serratis, serraturis ovato-lanceolatis, superioribus conniventibus, terminali minore, foliis caulinis paucis ternatis, carpellis ad umbilicum pilosis, caudiculis procumbentibus. ♃. In Thuringia, (in Hecken rechts von der Steigerthälschen Mittelmühle ausserhalb der Grenzen d. Flora v. Halle, Wallroth; im Steiger bei Erfurt, Cammerer!) Mai. Flores albi.

p. 226. l. 6. adde: Flores, a me non visi, ex descriptione rosei.

p. 238. Trib. 1. loco: Onagrae lege: Onagreae.

p. 246. l. 11. ante: Dignoscitur inseratur: Reichenb. ic. 9. f. 1200-1220.

p. 247. 1. Lythrum; in charactere generico emendetur: dentes 4-6 erecti, petalis alterni, hinc situ exteriores; 4-6 patuli, petalis oppositi, directione exteriores, situ vero interiores.

p. 257. Adnotatio sub genere Sedo emendetur: Sempervivum tectorum, vere spontaneum, quod in rupibus vallis Isontii legit mecumque vivum communicavit D. Graf, Labacensis, petala habet omnino basi cum staminibus in corollam monopetalam connata, ut ceterae generis species, in sola varietate monstrosa Sempervivi tectorum, quae ubique in tectis et muris colitur, sed ibidem non vere spontanea est, petala et stamina seiuncta sunt.

p. 260. n. 15. S. repens l. 5.; loco: summorum Sudetorum lege: montium altiorum.

p. 261. 6. Sempervivum l. 3.; loco: solo S. tectorum excepto, lege: sola varietate Sempervivi tectorum, quae flores monstrosos habet, excepta.

p. 262. l. 4. dele verba: basi liberis.

p. 262. l. 12. post vocabulum sunt ponatur: quae cum petalis non cohaerent; conf. Sturmii figuram. In speciminibus spontaneis, in valle Isontii lectis, normalia atque ut in omnibus speciebus cum petalis in corollam basi monopetalam connata sunt.

p. 263. post S. Braunii inseratur:

S. ARENARIUM (Koch. suppl. fl. germ. ined.) foliis rosularum

lanceolatis a medio versus *apicem sensim angustioribus acutis*, caulinis inferioribus e latiore subcordata basi ovato - oblongis, supremis subtriangulari - ovatis, omnibus *margine ciliatis supra subtusque glabris*, *floribus campanulatis*, *calyce corolla triplo breviore*. ♃. In terra sylvatica arenosa Tyrolis, (v. Herrn Braun, Lehrer der Naturwissenschaften an d Gewerbschule in Bayreuth, bei Antholz im Brunnecker Thale in Tyrol entdeckt u. mir lebend mitgetheilt.) Jul. Aug. Simile S. sobolifero, sed dimidio humilius, folia dimidio minora et angustiora, lanceolata, iam a medio versus apicem sensim angustata, hinc multo acutiora; flores, ut in illo, ochroleuci, non vero dimidio minores. Foliis angustis sensim acutatis calyceque corolla triplo breviore, qui in S. sobolifero dimidiam corollam aequat, statim dignoscitur pulchra haec species. In diagnosi S. soboliferi addendum est: *calyce corollam dimidiam aequante.*

p. 264. Deleatur genus Umbilicus, nam U. pendulinus in Helvetia ipsa non crescit, neque in Germania provenit.

p. 276. Duratio Saxifragae tridactylitis ♃ mutetur in ⊙.

p. 277. Loco natali Saxifragae cernuae adde: auf der Alpe Eisenhut in Steyermark, Steyrer, Priester in St. Lamprecht.

p. 278. Chrysoplenium, linea 3; post stam. 8, inseratur: antheris 1 locularibus, vel potius 4, ad basin bipartita.

p. 283. H. nodiflorum, l. 3. loco: pedunculatis longioribus lege: pedunculatis pedunculo longioribus.

p. 287. Sub Pimpinella Anisum ad marginem ponatur: Colit.

p. 293. Foeniculum, l. 4.; post „valleculae 1 vittatae" insere: raro trivittatae.

p. 300. Selinnm, l. 2.; post „emarginata" insere: cum lacinula inflexa, et l. 3., ante „bialatus" insere: margine.

p. 309. Sect. II. adde: Vittae commissurales plurimae.

p. 313. l. 12. ab ima; post vocabula „Tordylium anthriscus" insere: L. sp. 346.

p. 319. post „E. spinosa" insere: L. sp. 344.

p. 320. H. golacensis; ante „In montibus" adde signum ♃.

p. 320. l. S. perfoliatum l. 2.; post „crenatis" adde signum ⊙.

p. 322. Cornus mas, lin. 3.; post „subaequantibus" pone signum ♄.

p. 322. Cornus suecica; ad marginem pone litt. G.

p. 323. V. Oxycedri; ad marginem pone litt. J.

p. 323. L. europaeus; ad marginem pone litt. G.

p. 324. V. Tinus; ad marginem pone litt. J.

p. 331. l. 7. post „G. uliginosum" adde L. sp. 153.

p. 346. l. 4. loco: sed haud longaeva ut sequens, lege: sed, ut sequens, haud longaeva.

p. 351. C. Linosyris; add. synonymon: Crinitaria Linosyris Lessing. syn. p. 195.

p. 355. S. graveolens; adde tempus florendi: Aug. Sept.

p. 362. F. germanica β. pyramidata. Deleantur synonyma et eorum loco add.: Filago pyramidata Florarum germanicarum; planta Linnaeana eiusdem nominis est diversa species, in ditione florae nostrae, quantum scio, nondum reperta.

p. 380. Pinardia coronaria; add. synon.: Chrysanthemum coronarium L. sp. 1254.

p. 391. Varietati lanatae S. Doronici add. synonymon: Cineraria arachnoidea Reichenb. fl. exc. p. 242.
p. 406. C. corymbosae add. temp. florendi: Jul. Aug.
p. 420. n. 5. l. 3. et n. 6. l. 3. et n. 7. l. 3. loco: sub flore lege: sub capitulo.
p. 423. T. orientali add. Mai-Jul.
p. 423. T. floccosus; ad marginem pone litt. G.
p. 430. l. 3. ab ima, loco: „foliolis exterioribus imbricatum" lege: foliolis exterioribus brevioribus imbricatum.
p. 433. l. 8. ab ima, loco: „S. oleraceus" lege: S. lacerus.
p. 441. In diagnosi C. paludosae verba „caule corymboso, foliis superioribus ovato-lanceolatis basi cordatis amplexicaulibus longe acuminatis acutissimis, involucri foliolis glanduloso-pilosis" litteris cursivis imprimenda fuissent.
p. 446. l. 2.; verba „excl. syn. Tausch. bot. ztg. p. 62." post synonymon Monnierii ponenda sunt.
p. 449. l. 21. loco: „H. corymbosum L." lege: H. cymosum L.
p. 450. H. aurantiacum β. luteum lin. 3. loco: „floribus" lege: capitulis.
p. 459. n. 44. l. 2. dele vocabulum subcorymboso.
p. 469. l. 16. post vocabulum „elatinoide" insere: Morettii (C. Elatine Allion.)
p. 474. Sect. I. definiatur: Folia decidua. Corolla ovata vel globosa. Antherae bispinosae huic sectioni non propriae sunt, nam in sectione sequente in Vaccinio intermedio inveniuntur, et V. Vitis idaea, ut observationes recentiores me docuerunt, antheris breviter bispinosis quoque variat; qua de causa sect. secunda definiatur: Folia sempervirentia. Corolla campanulata; et addatur:
4. V. INTERMEDIUM (Ruthe fl. March. Brand. ed. 2. 377. cum icone.) *foliis sempervirentibus* ovalibus obtusis obtuse serrulatis margine subrevolutis subtus parce punctatis, floribus subsolitariis, *corollis campanulatis, stylo incluso*, ramis angulatis. ♄. In sylva acerosa, die Jungfernheide, prope Berolinum, locis humidis. Mai. Jun. Flores axillares solitarii et terminales in racemis paucifloris; hi racemi in speciminibus duobus, a Dom. Buek benevole mecum communicatis, desiderantur.
p. 476. Andromeda calyculata. Ad marginem ponatur litt. B.
p. 486. Dele litt. G. ad marginem descriptionis Lomatogonii carinthiaci.
p. 498. Mutetur nomen Anchusae angustifoliae in A. leptophyllam R. et S. syst. veg. 4. p. 90. et postponatur synonymon cl. Lehmanni. Nomen Anchusae angustifoliae vere ambiguum factum est. Linnaei planta huius nominis hucusque extricari nondum potuit. Descriptio brevis vix characterem in difficili hoc genere exhibet, quo species distinguatur, et synonyma, ex mea sententia, ad varietatem Anchusae officinalis, floribus roseis ornatam, (A. incarnatam Schrad.,) pertinent. Zanonii pulchra icon certe nil aliud refert. Sibthorpii plantam, collata nunc tabula 164 florae graecae, ab A. leptophylla longe diversam inveni, calyce tubo corollae duplo breviore aliisque notis. A. angustifolia Reichenb. ic. 8. f. 967., excl. synon., ad A. italicam, A. angustifolia DC. fl. fr. 3. p. 632. et suppl. 421. ad A. officinalem pertinent, cui Aiton.

perperam calycem quinquepartitum tribuit. Herbarium Willdenowii sub n. 3307. fol. 1. nomine: A. angustifoliae exhibet A. leptophyllam; specimina cetera ad A. officinalem pertinent.

p. 502. E. rubrum; add. tempus florendi: Jun.

p. 540. l. 9. ab ima, post vocabulum „truncatum" insere: emarginatum angustato, filamentis.

p. 584. l. 11.; ad marginem loco: litt. G. pone: litt. H.

p. 598. ad marginem descriptionis P. Lagopi et P. pilosae pone litt. J.

p. 604 ad marginem descriptionis C. nitidi pone litt. G.

p. 607. l. penultima ante: D. fl. pone: Chenopodium Bonus Henricus.

p. 608. l. 6. ante D. fl. pone: Chenopodium rubrum.

p. 609. l. 9. et l. 12. pone ad marginem: Colit.

p. 610. ad marginem A. nitentis pone: litt. G.

p. 612. Rumici palustri add. tempus florendi: Jul. Aug.

p. 616. Oxyriae digynae add. signum ♃.

p. 621. Laurineae l. 3. loco: „6 fidum vel 6 partitum" lege: 4-6 fidum vel 4-6 partitum.

p. 623. Osyridi albae add. signum ♄.

p. 624. Hippophaae rhamnoidi add. signum ♄.

p. 625. Aristolochiae Clemat. add. sign. ♃.

p. 630. Euphorbiae pannonicae et E. Paraliae adde temp. flor. Jun.

p. 634. l. 13. ab ima post vocabula „stam. 9-12" insere: Fem.

p. 636. Humulo Lup. adde signum ♃.

p. 636. l. infima, loco: „Ovarium 2 loculare" lege: Ovarium 2 ovulatum.

p. 640. l. 4. Corylus add.: L. gen. n. 1074.

p. 641. 5. Carpinus: L. gen. n. 1073.; et ibidem 6. Ostrya: Michel. gen. 223. t. 104. f. 1. 2.

p. 641. l. 4. post vocabulum „bifidae" insere: vel angulatae.

p. 658. l. 8.; loco: minus lege: magis.

p. 690. Nigritella l. 3.; loco: „cetera ut Orchidis" pone: cetera ut Gymnadeniae.

p. 746. l. 14. ab ima; loco: „ex gluma univalvi" lege: ex bractea univalvi.

ERRORES TYPOGRAPHICI.

P. 16. n. 25. lin. 13; loco: receptaculo calvo nec setuloso lege: receptaculo setuloso nec calvo.

p. 17. l. 3. a cl. Hopp. dele litt. a.

p. 32. C. lutea l. 5.; loco: granulato-lobato denticulato lege: granulato-lobata denticulata.

p. 62. n. 1. D. aizoides γ montana l. 7.; post vocabulum Gebirge pone —, et post carp. 193 dele —.

p. 66. n. 1. C. officinalis l. 8.; loco: St. d. lege: Fl. d.

p. 69. n. 7. T. alpinum l. 5.; loco: breviore lege: angustiore.

p. 101. S. italica l. 2.; loco: racemis lege: ramis.

p. 108. gen. 1.; loco: Buffonea lege: Buffonia.

p. 121. C. brachypetalum l. 11.; loco: glandulosis lege: eglandulosis.

p. 122. C. campanulatum l. 1.; loco: Vir. lege: Viv.

p. 136. Hippocastaneae l. 3.; loco: Cal. 5 sepalus lege: 5 dentatus.

p. 146. Celastrineae l. 5.; loco: hypogyni inserta. Aestivatione, lege: hypogyni inserta, aestivatione.

p. 148. sect. I. l. 4.; loco: subfasciculatis lege: subfasciculati.
p. 148. R. tinctoria; loco: mucros e basi persistente styli ortu lege: mucro e basi persistente styli ortus.
p. 180. n. 21. Oxytropis l. 3.; loco: stam. monadelpha lege: stam. diadelpha.
p. 199. P. maritimum l. 6.; loco: recto lege: picto.
p. 217. n. 17. l. 3.; loco: foliolis inferioribus lege: foliis inferioribus.
p. 220. l. 2. ab ima; loco: Eupatorium lege: Eupatoria.
p. 221. n. 2. A. odorata l. 4; loco: impari-pinnatis lege: interrupte pinnatis.
p. 221. l. 8. ab ima; loco: unceolatus lege: urceolatus et l. 6.; loco: marescens lege: marcescens.
p. 223. n. 3. l. 13; loco: pimpinellia lege: pimpinellifolia.
p. 224. Sect. II.; loco: Cinnamoneae lege: Cinnamomeae et n. 6.; loco: R. cinnamonea lege: cinnamomea.
p. 233. n. 1.; loco: OXYACANTHA lege: OXYACANTHA.
p. 266. Saxifrageae l. 10.; loco: persistens lege: persistentes.
p. 274. l. 4.; loco: petalis corolla lege: petalis calyce.
p. 278. Zahlbrucknera l. 7.; loco: ovariisque partemque lege: ovarilque partem.
p. 290. l. 8.; loco: centrales lege: centralis.
p. 291. l. 7. ab ima; loco: foliis lege: foliolis.
p. 302. Ferulago l. 7.; loco: ex maesententia lege: ex mea sententia.
p. 309. T. apulum l. 9.; loco: umbellis lege: umbellulis.
p. 315. l. 5. ab ima post subholosericeis pone: foliis.
p. 336. n. 26.; loco: HEVETICUM lege: HELVETICUM.
p. 351. n. 4. l. 1.; loco: T. spuria lege: P. spurius.
p. 360. n. 12. l. 4.; loco: evidentibus lege: evidentius.
p. 361. 23. Conyza l. 2.; loco: radiis lege: radii.
p. 372. Sect. II. l. 1.; loco: 3 florus lege: 5 florus.
p. 396. n. 17. l. 3.; loco: protracto-dentato lege: protracto dentato.
p. 398.; loco: quod haud sane huc pertinet lege: quod sane huc haud pertinet.
p. 418. n. 2. l. 4.; dele verbum vel.
p. 420. l. 11.; ante verbum Leontodon pone —
p. 434. n. 5. l. 9.; loco: p. 153. S. arvensis var. lege: p. 153, S. arvensis varietatem.
p. 434. n. 87.; loco: Zazintha lege: Zacyntha; et l. 2.; loco: ungulato lege: angulato.
p. 443. l. 9.; loco: crenulato-instructa lege: crenulato instructa.
p. 445. l. 1.; loco: stoloniferi lege: stoloniflori.
p. 459. n. 38. l. 12.; loco: nitybaceum lege: intybaceum.
p. 470. n. 15. l. 8.; loco: γ. eriocarpa lege: β. eriocarpa.
p. 470. n. 17. l. 7.; loco: Stande lege: Rande.
p. 477. l. 1.; loco: bis lege: bei.
p. 478. Pyrola l. 3.; loco: nutantia, poris lege: nutantia, antherae poris.
p. 481. Oleaceae l. 6.; loco: et lege: vel.
p. 484. Gentianeae l. 1; loco: monocephalus lege: monosepalus.
p. 486. l. 5.; loco: subalpinsrum, et in paludosis borealis lege: subalpinarum et in paludosis Germaniae borealis.
p. 487. n. 4. l. 2.; loco: limbo lege: limbi.
p. 489. n. 13. l. 6.: loco: A. A. lege: A. K.
p. 543. l. 3. ab ima; loco: rotundato-obtuse lege: rotundato-obtuso.
p. 547. n. 7. l. 4.; loco: lobis lege: labio.
p. 574. n. 2. l. 3.; loco: superioribus lege: superioris.
p. 605. Chenopodium l. 3; loco: Stam. 5. In basi lege: Stam. 5, in basi.
p. 617. l. 1.; loco: crucibus lege: cruribus.
p. 625. l. 2.; loco: ligulum lege: ligulam.
p. VI. praefat. l. 2. ab ima, pro: offeretur, lege: offerretur.

INDEX GENERUM.

Abies p. 667.
Acanthaceae 578.
Acanthus 578.
Acer 135.
Acerineae 135.
Aceras 692.
Achillea 370.
Aconitum 23.
Acorus 683.
Actaea 25.
Adenophora 473.
Adenostyles 348.
Adonis 9.
Adoxa 323.
Aegilops 829.
Aegopodium 285.
Aesculus 136.
Aethionema 74.
Aethusa 293.
Agave 723.
Agrimonia 220.
Agrostis 780.
Aira 791.
Ajuga 575.
Alchemilla 231.
Alisma 669.
Alismaceae 669.
Allium 714.
Alnus 662.
Alopecurus 775.
Alsine 111.
Alsineae 108.
Althaea 131.
Alyssum 58.
Amaranthaceae 600.
Amaranthus 600.
Amaryllideae 702.
Ambrosiaceae 462.
Ammi 285.
Ammophila 785.
Ampelideae 137.
Amygdaleae 204.
Amygdalus 204.
Anacyclus 377.
Anagallis 582.
Anarrhinum 524.
Anchusa 498.
Andromeda 476.
Andropogon 770.
Androsace 583.
Androsaemum 133.
Anemone 6.
Anethum 306.
Angelica 301.
Anthemis 375.
Anthericum 710.
Anthoxanthum 775.
Anthriscus 315.
Anthyllis 159.
Antirrhineae 517.
Antirrhinum 520.
Apera 783.
Apium 282.
Apocyneae 483.
Apocynum 484.
Aquifoliaceae 481.
Aquilegia 21.
Arabis 37.
Araliaceae 321.
Arbutus 475.
Archangelica 301.
Arctostaphylos 475.
Aremonia 221.
Arenaria 116.
Aretia 585.
Aristolochia 625.
Aristolochieae 624.
Armoracia 66.
Arnica 382.
Arnoseris 416.
Aroideae 682.
Aronia 236.
Aronicum 381.
Arrhenatherum 793.
Artemisia 365.
Arum 682.
Arundo 788.
Asarum 625.
Asclepiadeae 483.
Asparageae 704.
Asparagus 704.
Asperugo 496.
Asperula 326.
Asphodelus 709.
Aster 351.
Asteriscus 357.
Astragalus 182.
Astrantia 280.
Athamanta 297.
Atragene 3.
Atriplex 609.
Atropa 508.
Avena 793.
Azalea 477.

Ballota 572.
Balsamineae 142.
Barbarea 36.
Barkhausia 435.
Bartsia 545.
Bellidiastrum 352.
Bellis 353.
Berberideae 27.
Berberis 27.
Berula 287.
Beta 608.
Betonica 569.
Betula 660.
Betulineae 661.
Biasolettia 318.
Bidens 356.
Bifora 321.
Biscutella 71.
Blitum 607.
Bonjeania 177.
Boragineae 495.
Borago 498.
Brachypodium 817.
Brassica 54.
Braya 49.
Briza 798.
Bromeliaceae 723.
Bromus 818.
Bryonia 251.
Buffonia 108.
Bulbocodium 723.
Bulliarda 256.
Bunias 77.
Buphthalmum 357.
Bupleurum 288.
Butomeae 670.
Butomus 670.
Buxus 626.
Cacteae 264.
Caesalpinieae 204.
Cakile 77.
Calamagrostis 783.
Calamintha 559.
Calendula 391.
Calepina 76.
Calla 683.
Callitriche 245.
Callitrichineae 245.
Calluna 476.
Caltha 19.
Camelina 67.
Campanula 466.
Campanulaceae 463.
Camphorosma 608.
Cannabis 636.
Capparideae 78.
Capparis 78.
Caprifoliaceae 323.
Capsella 73.
Cardamine 42.
Carduus 400.
Carex 746.
Carlina 405.
Carpesium 361.
Carpinus 641.
Carthamus 408.
Carum 286.
Castanea 639.
Caucalis 312.
Celastrineae 146.
Celtis 637.
Centaurea 409.
Centranthus 339.
Centunculus 583.
Cephalanthera 694.
Cephalaria 342.
Cerastium 121.
Ceratocephalus 11.
Ceratophylleae 246.
Ceratophyllum 246.
Cercis 204.
Cerinthe 501.
Chaerophyllum 316.
Chaiturus 573.
Chamaeorchis 692.
Chamagrostis 778.
Cheiranthus 34.
Chelidonium 30.
Chenopodeae 602.
Chenopodium 605.
Cherleria 115.
Chlora 485.
Chondrilla 429.
Chrysanthemum 378.
Chrysocoma 351.
Chrysosplenium 278.
Cicer 191.
Cichorium 416.
Cicuta 282.
Cimicifuga 26.
Cineraria 383.
Circaea 243.
Cirsium 392.
Cistineae 79.
Cistus 79.
Cladium 737.
Clematis 2.
Clinopodium 560.
Clypeola 61.
Cnidium 296.
Cochlearia 65.
Colchicaceae 723.
Colchicum 723.
Coleanthus 780.
Colutea 179.
Comarum 212.
Compositae 348.
Coniferae 664.
Conioselinum 299.
Conium 319.
Convallaria 705.
Convolvulaceae 493.
Convolvulus 494.
Conyza 361.
Corallorhiza 696.
Coriandrum 321.
Corispermum 603.
Corneae 322.
Cornus 322.
Coronilla 187.
Corrigiola 253.
Cortusa 591.
Corydalis 31.
Corylus 640.
Corynephorus 793.
Cotoneaster 234.
Cotula 370.
Crambe 78.
Crassula 257.
Crassulaceae 257.
Crataegus 233.
Crepis 437.
Crithmum 299.
Crocus 698.
Crucianella 328.
Cruciferae 33.
Crupina 414.
Crypsis 776.
Cucubalus 100.
Cucumis 251.
Cucurbita 250.

Cucurbitaceae 250.
Cupressus 666.
Cupuliferae 638.
Cuscuta 494.
Cyclamen 592.
Cydonia 234.
Cynanchum 483.
Cynara 400.
Cynodon 779.
Cynoglossum 496.
Cynosurus 809.
Cyperaceae 734.
Cyperus 735.
Cypripedium 697.
Cytineae 624.
Cytinus 624.
Cytisus 154.
Czackia 710.
Dactylis 808.
Danthonia 798.
Daphne 620.
Datura 509.
Daucus 312.
Delphinium 22.
Dentaria 45.
Dianthus 94.
Dictamnus 145.
Digitalis 517.
Dioscoreae 706.
Diospyros 480.
Diotis 609.
Diplotaxis 56.
Dipsaceae 341.
Dipsacus 342.
Doronicum 380.
Dorycnium 176.
Draba 61.
Dracocephalum 563.
Drosera 89.
Droseraceae 89.
Dryas 209.
Drypis 831.
Ebenaceae 480.
Ecballion 251.
Echinaria 788.
Echinophora 319.
Echinops 392.
Echinospermum 496.
Echium 502.
Elaeagneae 623.
Elaeagnus 624.
Elatine 125.
Elatineae 125.
Elsholtia 549.
Elymus 826.
Elyna 746.
Empetreae 625.
Empetrum 625.
Endymion 722.
Ephedra 664.
Epigogium 693.
Epilobium 238.
Epimedium 27.
Epipactis 694.
Eragrostis 799.
Eranthis 19.
Erianthus 769.
Erica 476.
Ericineae 475.
Erigeron 353.
Erinus 524.
Eriophorum 744.
Eritrichium 506.
Erodium 141.
Eruca 57.
Erucastrum 56.
Ervum 198.
Eryngium 281.
Erysimum 50.
Erythraea 492.
Erythronium 709.
Euclidium 75.
Eupatorium 348.
Euphorbia 626.
Euphorbiaceae 626.
Euphrasia 545.
Evonymus 147.
Fagus 638.
Falcaria 284.
Farsetia 60.
Ferulago 302.
Festuca 809.
Ficus 636.
Filago 362.
Fimbristylis 744.
Foeniculum 293.
Fragaria 211.
Fraxinus 482.
Fritillaria 707.
Fumaria 32.
Fumariaceae 31.
Gagea 711.
Galanthus 703.
Galasia 426.
Galatella 352.
Galega 179.
Galeobdolon 565.
Galeopsis 565.
Galium 329.
Gastridium 786.
Gaudinia 823.
Gaya 299.
Genista 152.
Gentianeae 484.
Gentiana 486.
Geraniaceae 137.
Geranium 137.
Geum 209.
Gladiolus 699.
Glaucium 30.
Glaux 593.
Glechoma 562.
Globularia 593.
Globularieae 593.
Glyceria 806.
Glycirrhiza 178.
Gnaphalium 363.
Goodyera 696.
Gramineae 768.
Granateae 238.
Grossularieae 264.
Gymnadenia 688.
Gypsophila 93.
Habenaria 689.
Hacquetia 279.
Halimus 609.
Halorageae 244.
Hedera 321.
Hedypnois 417.
Hedysarum 190.
Heleocharis 738.
Helianthemum 80.
Helianthus 356.
Helichrysum 365.
Heliotropium 496.
Helleborus 19.
Helminthia 422.
Heleosciadium 283.
Hemerocallis 721.
Heracleum 307.
Herminium 693.
Herniaria 254.
Hesperis 46.

Heteropogon 770.
Hibiscus 132.
Hieracium 443.
Hierochloa 774.
Himantoglossum 689.
Hippocastaneae 136.
Hippocrepis 189.
Hippophaë 624.
Hippurideae 244.
Hippuris 245.
Hladnikia 320.
Holcus 793.
Holosteum 117.
Homogyne 349.
Herminium 561.
Hordeum 827.
Hottonia 591.
Hugueninia 49.
Humulus 636.
Hutchinsia 73.
Hydrocharideae 668.
Hydrocharis 668.
Hydrocotyle 279.
Hyoscyamus 509.
Hyoseris 416.
Hypecoum 31.
Hypericineae 133.
Hypericum 133.
Hypochoeris 426.
Hyssopus 561.
Jasione 463.
Jasmineae 482.
Jasminum 483.
Iberis 70.
Ilex 481.
Illecebrum 254.
Impatiens 143.
Imperata 775.
Imperatoria 306.
Inula 358.
Irideae 697.
Iris 700.
Isatis 75.
Isnardia 243.
Isopyrum 20.
Juglandeae. 638.
Juglans 638.
Juncaceae 725.
Juncagineae 671.
Juncus 726.
Juniperus 665.
Kentrophyllum 408.
Kernera 66.
Knautia 343.
Kobresia 746.
Kochia 604.
Koeleria 790.
Labiatae 548.
Lactuca 431.
Lagoseris 435.
Lagurus 783.
Lamarckia 791.
Lamium 564.
Lappa 404.
Lapsana 415.
Laserpitium 310.
Lasiagrostis 787.
Lathraea 539.
Lathyrus 199.
Laurineae 621.
Laurus 621.
Lavandula 549.
Lavatera 131.
Ledum 478.
Leersia 779.
Lemna 680.
Lemnaceae 680.
Lentibularieae 578.
Leontodon 418.
Leonurus 572.
Lepidium 71.
Lepturus 829.
Leucoium 703.
Levisticum 300.
Libanotis 295.
Ligularia 385.
Ligusticum 298.
Ligustrum 482.
Liliaceae 707.
Lilium 708.
Limodorum 693.
Limosella 533.
Linaria 520.
Lindernia 532.
Lineae 126.
Linnaea 326.
Linum 126.
Listera 695.
Lithospermum 504.
Littorella 596.
Lloydia 709.
Lobelia 462.
Lobeliaceae 462.
Lobularia 60.
Lolium 827.
Lomatogonium 486.
Lonicera 324.
Loranthaceae 322.
Loranthus 323.
Lotus 177.
Lunaria 61.
Lupinus 157.
Luzula 732.
Lychnis 106.
Lycopsis 499.
Lycopus 553.
Lysimachia 580.
Lythrarieae 247.
Lythrum 247.
Majanthemum 706.
Malachium 120.
Malaxis 697.
Malcolmia 46.
Malva 129.
Malvaceae 129.
Marrubium 571.
Matricaria 377.
Matthiola 33.
Medicago 160.
Melampyrum 539.
Melica 798.
Melilotus 166.
Melissa 561.
Melittis 563.
Mentha 549.
Menyanthes 485.
Mercurialis 634.
Mespilus 234.
Meum 299.
Micromeria 559.
Micropus 361.
Milium 786.
Moehringia 116.
Moenchia 120.
Molinia 808.
Molopospermum 318.
Monotropa 480.
Monotropeae 479.
Montia 252.
Morus 636.
Muscari 722.
Myagrum 76.
Myosotis 504.

Myosurus 10.
Myrica 663.
Myriceae 663.
Myricaria 249.
Myriophyllum 244.
Myrrhis 318.
Myrtaceae 250.
Myrtus 250.
Naiadeae 679.
Naias 679.
Narcissus 702.
Nardus 830.
Narthecium 722.
Nasturtium 34.
Neottia 695.
Nepeta 561.
Neslia 76.
Nicotiana 509.
Nigella 20.
Nigritella 690.
Nonnea 499.
Nuphar 28.
Nymphaea 27.
Nymphaeaceae 27.
Ocymum 548.
Oenanthe 291.
Oenothera 242.
Olea 481.
Oleaceae 481.
Omphalodes 497.
Onagrariae 238.
Onobrychis 190.
Ononis 158.
Onopordon 404.
Onosma 500.
Ophrys 691.
Opuntia 264.
Orchideae 683.
Orchis 684.
Origanum 556.
Orlaya 312.
Ornithogalum 710.
Ornithopus 189.
Orobanche 533.
Orobancheae 533.
Orobus 202.
Ostericum 301.
Ostrya 641.
Osyris 622.
Oxalideae 143.
Oxalis 143.
Oxyria 616.
Oxytropis 180.
Paederota 532.
Paeonia 26.
Paliurus 148.
Pallenis 358.
Panicum 771.
Papaver 29.
Papaveraceae 28.
Papilionaceae 151.
Parietaria 635.
Paris 705.
Parnassia 90.
Paronychia 254.
Paronychieae 253.
Passerina 620.
Pastinaca 307.
Pedicularis 540.
Peplis 248.
Persica 205.
Petasites 350.
Petrocallis 61.
Petroselinum 282.
Peucedanum 303.
Phaca 179.
Phalaris 773.
Phaseolus 204.
Philadelpheae 249.
Philadelphus 249.
Phillyrea 481.
Phleum 776.
Phlomis 573.
Phoenixopus 430.
Phragmites 787.
Physalis 508.
Phyteuma 463.
Phytolacca 601.
Phytolacceae 601.
Picridium 434.
Picris 421.
Pimpinella 286.
Pinardia 380.
Pinguicula 578.
Pinus 666.
Pipthaterum 786.
Pistacia 150.
Pisum 198.
Plantagineae 596.
Plantago 596.
Platanthera 690.
Pleurospermum 319.
Plumbagineae 594.
Plumbago 596.
Poa 791.
Podospermum 425.
Polemoniaceae 493.
Polemonium 493.
Polycarpum 255.
Polycnemum 604.
Polygala 90.
Polygaleae 90.
Polygoneae 612.
Polygonum 616.
Polypogon 780.
Pomaceae 233.
Populus 660.
Portulaca 252.
Portulaceae 252.
Potameae 671.
Potamogeton 671.
Potentilla 212.
Poterium 232.
Prasium 575.
Prenanthes 430.
Primula 586.
Primulaceae 580.
Prismatocarpus 473.
Prunella 574.
Prunus 205.
Psilurus 830.
Ptychotis 284.
Pulicaria 361.
Pulmonaria 503.
Punica 238.
Pyrola 478.
Pyrolaceae 478.
Pyrus 234.
Quercus 639.
Radiola 129.
Ranunculaceae 1.
Ranunculus 11.
Raphanus 78.
Rapistrum 77.
Reseda 89.
Resedaceae 88.
Rhagadiolus 416.
Rhamneae 147.
Rhamnus 148.
Rhinanthaceae 539.
Rhinanthus 544.

Rhodiola 256.
Rhododendron 477.
Rhus 150.
Rhynchospora 738.
Ribes 265.
Rosa 221.
Rosaceae 207.
Rosmarinus 553.
Rubia 328.
Rubus 210.
Rumex 612.
Ruppia 678.
Ruscus 706.
Ruta 145.
Rutaceae 145.
Sagina 108.
Sagittaria 670.
Salicineae 641.
Salicornia 603.
Salix 641.
Salsola 602.
Salvia 554.
Sambucus 324.
Samolus 592.
Sanguisorba 232.
Sanguisorbeae 231.
Sanicula 279.
Santalaceae 621.
Santolina 370.
Saponaria 99.
Sarothamnus 151.
Satureia 558.
Saussurea 406.
Saxifraga 266.
Saxifrageae 266.
Scabiosa 345.
Scandix 314.
Scheuchzeria 671.
Schoberia 602.
Schoenus 737.
Scilla 714.
Scirpus 739.
Scleranthea 255.
Scleranthus 255.
Scolymus 415.
Scopolina 509.
Scorpiurus 187.
Scorzonera 423.
Scrophularia 515.
Scutellaria 573.
Secale 826.
Securigera 189.
Sedum 257.
Selinum 300.
Sempervivum 261.
Senebiera 75.
Senecio 385.
Serapias 693.
Serratula 407.
Seseli 294.
Sesleria 788.
Setaria 772.
Sherardia 326.
Sibbaldia 220.
Sideritis 570.
Silaus 298.
Silene 100.
Sileneae 92.
Siler 309.
Silybum 400.
Sinapis 55.
Sison 285.
Sisymbrium 47.
Sium 288.
Smilax 706.
Smyrnium 320.
Solaneae 507.
Solanum 507.
Soldanella 591.
Solidago 355.
Sonchus 432.
Sorbus 236.
Sorghum 770.
Soyeria 442.
Sparganium 681.
Spartina 779.
Spartium 151.
Spergula 109.
Spinacia 609.
Spiraea 208.
Spiranthes 696.
Stachys 567.
Staehelina 406.
Staphylea 146.
Statice 594.
Stellaria 118.
Stellatae 326.
Stenactis 353.
Sternbergia 702.
Stipa 787.
Stratiotes 668.
Streptopus 704.
Sturmia 696.
Subularia 68.
Succisa 344.
Swertia 485.
Symphytum 499.
Syrenia 54.
Syringa 482.
Tamariscineae 248.
Tamarix 248.
Tamus 706.
Tanacetum 369.
Taraxacum 428.
Taxus 664.
Teesdalia 69.
Telekia 357.
Telephium 253.
Terebinthaceae 150.
Tetragonolobus 178.
Teucrium 576.
Thalictrum 3.
Theligonum 611.
Thesium 622.
Thlaspi 68.
Thrincia 417.
Thymeleae 620.
Thymus 557.
Thysselinum 306.
Tilia 132.
Tiliaceae 132.
Tillaea 256.
Tofieldia 424.
Tordylium 309.
Torilis 313.
Tormentilla 220.
Tozzia 539.
Tragopogon 422.
Tragus 771.
Trapa 243.
Tribulus 144.
Trichonema 698.
Trientalis 580.
Trifolium 167.
Triglochin 671.
Trigonella 165.
Trinia 283.
Triodia 798.
Triticum 823.
Trixago 545.
Trochiscanthes 297.
Trollius 19.
Tulipa 707.

Tunica 93.
Turgenia 313.
Turritis 37.
Tussilago 349.
Typha 681.
Typhaceae 681.
Udora 668.
Ulex 151.
Ulmus 637.
Umbelliferae 278.
Urospermum 422.
Urtica 635.
Urticeae 635.
Utricularia 579.
Vaccinieae 474.
Vaccinium 474.
Vaillantia 336.
Valeriana 336.
Valerianeae 336.
Valerianella 339.
Veratrum 724.
Verbasceae 510.
Verbascum 510.
Verbena 578.
Verbenaceae 577.
Veronica 524.
Vesicaria 58.
Viburnum 324.
Vicia 191.
Villarsia 485.
Vinca 484.
Viola 82.
Violarieae 82.
Viscum 322.
Vitex 577.
Vitis 137.
Wahlenbergia 473.
Wiborgia 355.
Willemetia 427.
Wulfenia 532.
Xanthium 462.
Xeranthemum 414.
Zacyntha 434.
Zahlbrucknera 278.
Zanichellia 678.
Zea 769.
Zizyphus 147.
Zostera 679.
Zygophylleae 144.

Explicatio verborum nonnullorum abbreviatorum:

A. Alpen. A. K. Alpenkette. d. d. g. A. K. durch die ganze Alpenkette.
D. fl. Deutschlands flora von Mertens und Koch.
DC. DeCandolle. DC. fl. fr. DeCandolle flore francaise.
Host. a. Host flora austriaca.
J. Jacquin. J. a. Jacquin flora austriaca.
R. et S. Roemer et Schultes systema vegetabilium.
N. ab E. gen. Nees ab Esenbeck genera plantarum Florae germanicae.
St. h. Sturm Deutschlands Flora in Abbildungen nach der Natur Heft...
stw. stellenweise. stw. d. d. Geb. stellenweise durch das Gebiet.

New York Botanical Garden Library
QK314 .K6 gen
Koch, Wilhelm Danie/Synopsis florae Germ
3 5185 00165 1171